AVGVSTINI NIPHI
MEDICES PHILOSOPHI
SVESSANI

In Libros Aristotelis de Generatione & Corruptione Interpretationes & Commentaria:

Nuper à mendis quam plurimis diligentissime castigata.

EIVSDEM ETIAM AVGVSTINI NIPHI
In eorundem librorum Commentarijs Aristotelis de Generatione & Corruptione & Interpretationibus Recognitiones, ac Retractationes, necnon & plurimorum quæ obscure in Cõmentarijs dicebantur, Dilucidationes.

EIVSDEM QVÆSTIO DE INFINITATE PRIMI MOTORIS.

Addito rerum notatu dignarum locupletissimo Indice.

VENETIIS,
Apud Hæredem Hieronymi Scoti,
M. D. LXXVII.

TABULA
ALPHABETICA CONTINENS
OMNIA NOTATU DIGNA,

Quæ hisce duobus de Generatione & Corruptione libris habentur in columna.

Corrupti-

Mistio

Vtrum

F I N I S.

AVGVSTINI NIPHI SVESSANI PHILOSOPHI ACVTISSIMI,

Quæstio subtilissima de subiecto librorum Aristotelis de Generatione et Corruptione.

Prima quæstio de subiecto. ANTEQVAM igitur ad rextus commentationem descendam. In generali quæri solet. primo de subiecto huius scientiæ, vel huius partis naturalis philosophiæ. Et videtur quòd generatio & corruptio generabile & corruptibile, augmentatioq; atq; alteratio nō sit subiectū huius partis philosophiæ, vt Aristoteles dicere videtur. Primo, quia subiectum debet esse vnū 4. Metaph tex com primi. & primo posteriorum hæc non sunt vnum. igitur non sunt subiectum. Secundo nulla scientia probat suum subiectum esse. 1 Physico. cōm. vltimo. & 12. Metaphy. cōm. 5. & alibi Sed Arist. probat contra antiquos generationem esse. igitur non est subiectum. Tertio, quod alteri accidit non est subiectum, subiectum. n. est quod alijs subijcitur: vt in prædicamentis dicitur generatio alteri accidit, vtpote enti mobili vel corpori mobili ad formam igitur non est subiectum.

In contrariū est Alex. & Philop. 2 Post vbi volunt id esse scientiæ subiectū, à quo liber inscribitur Sed hic liber à generatione inscribitur. igitur & generatio erit hic subiectum.

Pō cōmunis omnium iuniorum. Circa hanc quæstionem, positio cōmunis ferè omnium est subiectum præsentis libri esse uel ens mobile ad formam, vt placet magis expositori primo vel corpus mobile ad formam: vt placet nouo expositori, & Alberto. Horum argumētum potissimum est, quia quemadmodum pars sub toto continetur, sic subiectum partis sub subiecto totius, sed subiectum totius scientiæ naturalis est vel ens mobile vel corpus mobile igitur erit huius partis subiectū id quod continetur sub illo, tale est ens mobile ad formā, vel corpus mobile ad formam. Sed quærent iuniores quid per corpus mobile ad

Quæstio quid est ens mobile ad formam. formam intelligatur. Quibus dicitur, quod corporum mobilium quoddam dicitur mobile ab vbi, vel locum de quo in libro cœli agitur. Ibi. n. de cœlo & elementis pertractatur, vt mobilia ratum sunt, & nullo modo generabilia, de cœlo quidem vt circulo fertur. de cæteris vero, vt vel à medio, vel in mediū mouētur. Aliud dicitur corpus mobile ad formam, de quo agitur hic. nā de corpore agitur mobili vt generatur, cuius terminus est substātia vel alteratur, cuius terminus est qualitas, vel vt augmentatur cuius terminus est quantitas. modo constat terminos hosce esse formas. Sed contra, quoniam vbi est forma, vt tradit auctor sex principiorum. Est. n. forma cōmunis omnibus sex principijs, de quibus agitur ibi quorum vnum est vbi. Dicunt q; per formam expositores volūt intelligere substantiā. Modo generatio & corruptio sunt ad substantiā per se & principaliter, vt alteratio & augmentatio dispositiue igitur per formam bene intelligunt substantiā. Solus aūt motus localis esse pōt & non ad substantiā 13. meta cō. 41 Vel aliter dicunt q; per formam expositores volunt intrinsecā & formam. At vbi non est intrinsecum, sed extrinsecus aduentens & potius in locāte, quā in mobili ipso. hæc sunt quæ iuniores sensēt de subiecto huius libri, & quæ adijciūt pro illius declaratione.

Sed (pace horum dixerim) hæc sunt aliena à peripateticorum mēte primo peccant in verbo subiecti, quia semper græci subiectum id esse dicūt, quod prædicato subicitur, vt

Quid subiectum. Simpl in prædicamentis ait: & Themist. in 1. Poste. modo ens vel corpus mobile ad formam non subicitur huic philosophiæ naturalis parti. nam hæc falsa est, corpus mobile ad formā est scientia de generatione: hāc etiam & doctissimus Boethius asserit in prædicamentis. textu. quando alterum de altero prædicatur. vbi quid subiectum sit. quidue prædicatum, & de subiecto tali modo minime loquitur Secundo peccant in re, qm̄ intentio & subiectum siue magis latine, & materia idē vt Ammonius in 1 de Interpretatione. Sed intentio huius libri est de generatione, vt dicit Auer in principio commenti igitur generatio est subiectum vel materia. Amplius per subiectū siue materiam liber differt à libro Secantur. n. scientiæ vtī res de quibus sunt 3. de Anima Sed liber iste differt à cæteris, quia hic de generatione est, at liber de cœlo est de cœlo, vt dicit Simplicius in lib cœli igitur generatio est materia. Et licet in re hac demonstrationes spe- Pō propria.
ctari non debeant, sed satis sint coniecturæ, in sectando modum tradendi græcorum, vt Alexandri, Simplicij, Philoponi, necnō Themistij, ac Boethij dico, quòd loquēdo de subiecto, quod prædicato subest, vt dicit Boethius vel per se, vt Socrates homini, & hō animali, vel per accidens essentiale, vt homo risibili, & equus hinnibili: aut per accidens commune, vt homo albo, & Socrates nigro. sic tot sunt subiecta quod prædicata, ac prædicata tot, quot quæsita, vt 2. Poste. traditur. Verum vero omnibus his detur, vnum subiectum cōmune, quod de omnibus prædicetur, dici potest quòd sic, siue illud sit ens, vel corpus mobile ad formā, sed non debet dici de subiecto libri vel scientiæ, sed primum prædicatum subiectorū, & primum subiectū primæ & cōmunissimæ passionis. Ex his sequitur quòd quæstio de subiecto libri est nulla, melius n. de prædicato consideratorum libri debet esse vt græce loquar vel de subiecto primi & cōmunissimi accidentis. Si vero loquimur de intentione libri, quam nostri & latinæ materiā vocant, dicerem materiam præsentis libri esse generationem Hanc n. Arist. intendit, & ab hac librum inscribit. Et per hanc etiam hic liber differt. Quare hæc vera erunt primum prædicatum in hoc libro est ens vel corpus mobile ad formam Amplius materia est generatio. hæc eadem & intentio, cum cætera huius gratia intendantur. Quæ materia libri.

Tunc ad argumentum facta in quæstionis principio. Ad primum argumentum concludit illa omnia non esse subiectum libri sed bene subiecta, de quibus colligitur prædicari vnum quoddam, quod ens mobile ad formam appellant. Ad secundum Auer. in 1. Physice auscultationis cōm. vlt. volut subiectum non probari esse in scientia, cuius est subiectum, vt 12 Metaphy. cōm. 5. immo nec species subiecti, sed ambo esse supponi debet ac principia subiecti demōstratione signi probari possunt esse. Accipit n. subiectum pro primo prædicato omnium eorum, quæ subijciuntur quæsitis, & species subiecti sumit pro primis partibus subiecti, vt 2. de Anima. cōm. 27, at græci opinarentur quòd libri intentio bene potest probari esse, vt in libro Elenc. sophisticum esse, in lib. Physic. motum esse Verum non per habitum libri, sed fortasse altioris partis. Sed quæres cur subiecti & species rum subiecti principia potest probari esse in sciētia, sed subiectum vel species subiecti esse minime apud Auerroem. Dici potest, quia apud eum subiectum est primo notum in sciētia, & id quo cætera certificantur. nihil. n. est in scientia quo subiectum certificari possit, species vero subiecti, quia sunt omnibus modis idem cum subiecto, & subiecti existentia est vna cum specierum esse. at principia habent quid notius saltem quo ad nos, vt ipsum subiectum & partes eius: & alia multa virtute subiecti primi, quia agitur subiectum non potest notificari per aliud prius eo in sciētia, quia est primum, Pulchra dubitatio in doctrina Auer.

nec per aliud posterius, quia omne posterius certificatur per ipsum tanquam per primo notum in scientia, igitur est indemonstrabile omnino. Principia autem quæ habent quid notius saltem quo ad nos, vt subiectū ipsum & cætera propter subiectum, ideo fieri potest vt demonstratione signi & ab effectu declaretur esse. Græci vero nõ habent pro incongruo intentionem libri demonstrari à priori & posteriori in scientia, siue per habitum eius, siue altioris partis, eo quia contingit sæpe libri materiam siue intentionem esse passionẽ, cuius esse est in esse, vt in proposito, & hæc ignorant recentiores. Ad tertium solutio patet. generatio n. non est subiectum, sed vel materia vel intentio & hæc potest esse accidens, vt materia quarti physicæ, auscultationis est tempus, quod alteri accidit. Hæc de subiecto.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ,

Peripateticorum principis: De Generatione et corruptione Liber Primus.

Cum Augustini Niphi Suessani, præclarissimis cõmentarijs.

DE generatione aũt & corruptione, natura generatorum et corruptorũ quodam modo omnium & causas diuidendum, & rationes earũ determinandum. Amplius de alteratione & augmentatione, quid vtraq; & vtrum existimandum sit eandem esse naturam generationis & alterationis, an semotam, vt determinatæ sunt & nominibus.

DE generatione vero & corruptione, de natura generatorum & corruptorũ. Similiter de omnibus, & causas, & eorum rationes diuidendũ. Amplius autem de incremẽto, & alteratione, quid ambæ, & vtrum asserendum eandem esse naturam alterationis & generationis, vel diuersam, quemadmodum & nominibus discrepant.

HIS acceptis generatim, consequens est, vt ad textus cõmentationẽ condescendamus. & licet expositores latini, vt Thomas, & Egid librũ hunc satis aperte exposuerint vt quasi temerariũ videatur me eis vel addere, vel dijudicare, tñ quia multis in locis aliter sentio, vt ex vera translatione Arist. declarare enitar, decreuimus quædã de nostro agello adijcere, quæ lectores nõ approbent, nec improbẽt effectu, vt quidã ignari agunt, quorum nullus voquã perfici potuit. Omnes itaque hac parte consentiunt Arist. præaccepisse dicẽdorũ intentionẽ verum quæ sit illa, differunt. Auer. sua in paraphrase sentire videtur intentionẽ primam esse de causis generatorũ & corruptorũ. itaq; alterabiliũ & augmentabiliũ Secunda intẽtione ponit esse dicendũ & de vniuscuiusq; horũ definitione. atq; an differant generatio, & alteratio Sic itaq; Auer. primã libri intentionẽ dicit esse de causis horum. Nouus expositor Arist. tria intendere sentit. Primum, quid generatio & corruptio, Secundũ, quæ natura generatorum & corruptorũ. Tertiũ, quæ & quot causæ & rationes generabilium & cæterorum. Hæc n. tria dicit esse primo intenta. Secundo autem & quasi annexa sunt duo. Quorum primũ est quid alteratio, quidúe crementum sint. Secundum vero an. Sicut generatio & alteratio nomine differunt, ita re, ita vt sint multiuoca & diuersiuoca. Videtur aũt mihi quod primo & præcipue intendatur, à quo est totius libri inscriptio, quandoquidem inscriptio libri (teste Alexandro) a principaliori ac potiori fiat. Inscribitur aũt de generatione et corruptione hic liber in græco, quare hæc tm primo intendẽrot. Verũ quia accidens non põt cognosci, nisi cognoscatur subiectũ, & causa, & ea quæ sibi videntur per similia, consequenter oportet transigere de natura generatorum & corruptorum, quæ sunt subiecta generationis & corruptionis. Itẽq; & causas similiter omnium & rationes, siue sint definitiones, siue descriptiones, qñ quidem scire he per causas cognoscere. Insuper oportet & cognoscere ea quæ generationi & corruptioni per similia sunt. nã & cognitio perfecta est, & quæ per simile, & diuersum fit: propterea oportet & de incremento, & alteratione asserere, vt sciamus an differant a generatione in re, vt differũt nomine. Laborat Egid. & cæteri quid Arist. per causas, & quid per rationes sentit, & pace sua vacillant. Nã vt Them. 1. Poster tradit, duplex potest rei cognitio haberi. altera quidẽ demonstratione, quæ complexa nũcupatur. altera definitione, quæ simplex dicitur. cõplectẽs itaq; Arist. vtrasq; ait, & causas & earũ rones diuidendum. causas quidẽ dicens ad demõstratiuam scientiã horum, rationes vero ad definitiones, quanquam & definitio & demonstratio ambæ per causas edantur. verũ vt vtraq; innotescet, vsus est nominibus differentibus. Sic igitur patet quid sit intentio prima. Verũ animaduerte quod primitas apud Auer duplex est. cognitione, & executione, vt 7. meta. cõ. 23. primitate cognitionis Arist. primo intendit de generatione. Et ab hac librum inscripsit primitate vero executionis & tractatus præintendit causas, & sic Auer. forte bene dixit. Hæc de intentione. Quæret quis quo ad textus expositionem propter quid de alteratione & cremento pertractabit, cum intentio sit de generatione & corruptione. Respondet expositor nouus, quia de mobili ad formam agitur, modo oẽ quod ad formã mouetur, vel ad qualitatẽ mouetur, vt quod alteratur. aut ad quãtitatẽ, vt quod augetur, aut ad substantiã vt quod agitur. Sed melius (vt diximus) dicere oportet, quod videlicet, prima & principalis intentio est de generatione. de cæteris agitur vel vt subiectum eius, vel vt causæ eius, vel vt similia vel dissimilia eidem.

Quæret unt primo & principaliter. verum de his corruptibilibus possit haberi scientia. Videtur quod non. de sensibilibus non habetur scientia, quia abeuntibus a nobis non est palã, an sit vel ne 7. Meta t.c. 35. Huic quæstioni respondet Egid. quod de sensibilibus & corruptibilibus potest haberi scietia, vt de eis formantur rationes æternæ. Generabilia. n. & corruptibilia (vt quidã dicunt) considerari possunt quo ad prædicata contingentia, vt cygnus currit, & æthiops mouetur, & respectu prædicatorum necessariorum atq; per se, vt cygnus est albus, & æthiops niger, aut hõ est risibilis, & equus hinnibilis. Et qñ necessariũ & per se de omni sunt, quælibet harum est vniuersalis. & tunc patet solutio Egidij, vt n. sensibilia comparantur prædicatis per se, sunt scibilia, vt vero prædicatis per accidens, non sunt scibilia. Sed hæc solutio non est intelligibilis. Nam accipio hæc corruptibila comparata prædicatis per se, & quæro vel sunt singularia, vel vniuersalia Si singularia, igitur non possunt esse subiecta demõstrationis, qñ subiectum demonstrationis est vniuersale. vt 2. Poster. diximus. Si vniuersalia. igitur non possunt comparari prædicatis per accidens. Non possunt igitur esse singularia, quia non cõparabuntur prædicatis per se. neq; vniuersalia, quia nõ prædicatis per accidẽs. Amplius prædicatum illud per se, quod dicitur de singulari, vel dicitur de singulari propter rationem singularem, vel propter rationẽ vniuersalem, non propter rationem singularem, quia nihil inest per se singulari propter rationem singularem, quod alteri competat ab illo. Si propter rationem vniuersalem, igitur illa prædicata inerunt primo vniuersalibus, & per consequens scientia primo erit vniuersalium, & per accidens singularium. Potest igitur aliter dici. Vbi animaduertendũ, quod propositio non dicitur necessaria secundum esse, quia propositio potest esse, & non esse, igitur potest non esse vera: Si. n. non est. non est vera, sed potest non esse. igitur potest non esse vera. sed dicitur necessaria secundum significationem, quia in ipsa voce vel scripto significat ad placitum igitur potest aliter significare q̃ significat. Sicut hæc, deus est, dato quod deus significet plasma. Erit igitur necessaria quantũ ad esse

Auer. introductio.

Egidij.

Sol. proposita.

Improbatur.

Sol. propria.

ad esse in re sicut ipsa significat, vt dicitur in prædicamẽtis. ab eo quod res est vel non est dicitur oratio vera vel falsa. Secundo animaduertendum q̃ triplex est abstractio, vt à materia, quali abstractione mathematica abstrahũt a præsentia materiæ, quomodo etiã mathematicus abstrahit & physicus Et à conditione materiæ, quali abstractione physicus abstrahit. Tunc dicerem q̃ prædicata per se dicuntur de generabilibus & corruptibilibus, prout abstrahuntur à materia, & præsentia, & conditione materiæ nam si sunt vniuersalia, & non singularia. & mediantibus his dicuntur de his corruptibilibus & generabilibus, quæ sũt singularia at prædicata per accidens primo dicuntur de his corruptibilibus in materia, & præsentia, & conditione materiæ concepta, & per hæc de vniuersalibus secundo. Vt n. prædicata per se prædicantur de vniuersalibus, sic propositiones efficiuntur necessariæ, quia sic ita erunt in re necessario, vt significant. Vt vero prædicata per accidens prædicantur de corruptibilibus, efficiuntur propositiones per accidens, quia contingit non ita esse in re, vt propositione significatur.

Sed contra hæc obijcit Egid. Primo, quia tũc hæc sic vniuersaliter concepta non essent sensibilia, qm̃ quæ abstrahũtur ab hoc vel illo sensibili, non sensibilia sunt, quia omne quod sentitur est hoc vel illud. Secundo obijciunt alij, quia vniuersale videtur primo corruptibile, Tũ q̃ corruptibile est res vniuersalis, & est corruptibile, Tũ q̃ oẽ quod inest pluribus per se, & nõ vni per alterum, nec alteri per alterum, inerit per vniuersale. modo corruptibilitas inest omnibus singularibus per se, & non vni per alterum: nec alteri per alterũ igitur omnibus per cõmune. tertiũ Dici potest q̃ generabilia abstracta à materia, præsentia materiæ, ac cõditione materiæ, dicũtur sensibilia à potentia sentiendi, non aũt ab actu. Vel dicũtur sensibilia, quia sunt rationes dictæ de rebus sensatis. Ad secundũ multum laborant iuniores. Mihi m̃ videtur, q̃ generabile & corruptibile possunt accipi vt sunt aptitudines, vel potentiæ: vt sunt aptitudines, sic competunt primo vniuersalibus, quia omnis aptitudo emanat à principijs speciei Vt vero sunt potẽtiæ, competunt primo indiuiduis, & propter materiam, quia vt sic sunt prædicata contingentia. Et per hæc patet ad argumenta.

Quæstio. 3. Nũ corruptio sit res naturalis.

Quærunt secundo vtrũ corruptio sit quid naturale vel res naturalis? Quòd sit res naturalis Egid. tribus rationibus ostẽdit. Primo, quia est de consideratione scientiæ naturalis. Secundo, quia naturaliter euenit, quia euenit per naturam materiæ, quia materia est qua res potest esse, & non esse 7 Metaph. t. c. 22. Tertio, quia corruptio est forma genita, sed forma genita est naturalis materiæ. antecedens patet. quia generatio vnius est corruptio alterius.

Sed hæc sont confuse dicta, quia Aristot. 2. auscultationis physicæ, dicit q̃ tria sunt quæ considerantur à naturali sciẽtia Natura ipsa, vt materia vel forma. Habens naturam, vt substantiæ cõpositæ, quæ hñt materiam & formã, & res secundum naturã, vt quæcunq; cõpositis naturalibus insunt per se. vt igni ferri sursum, & id genus. Et ita patet erratum in cõclusione, quia corruptio non est res naturalis, quia nõ cõpositum naturale, nec natura, sed ens secundũ naturam.

Secũdo peccat, quia rõnes friuolæ sunt. Prima quidẽ non. quia à pari Deus esset res naturalis, quod falsum est, quia nõ est habens naturã. Et tñ consideratur à scientia naturali. Secunda minime valet, quia quod euenit naturaliter, est accidens, sed accidẽs non est res naturalis, sed ens secundũ naturam. Tertia nequaquã, quia si corruptio esset forma genita, tũc forma genita non esset. nã corruptio est priuatio, & priuatio nihil est quare forma genita nihil esset. Et ita patet ad quæstionẽ q̃ corruptio est ens secundum naturam, quia est accidẽs per se rebus naturalibus propter naturam materiæ.

Solutio. q.

Quæstio. 4. Nũ corrupto rebus corruptis sciẽtia.

Quærunt tertiæ. vtrũ re ipsa corrupta eius sciẽtia remanere possit? Rñdet Egid. dupliciter. Primo q̃ res habet triplex esse. in effectu, q̃d est esse in seipsa. in suis causis: & apud intellectum. quod est esse vniuersale, & obiectiuũ. Vult itaq; q̃ dato q̃ res desinat quantũ ad esse in seipsam, & quantum ad esse essentiæ, quia remanet quantũ ad esse causale in causis, adhuc detinet rõnem scibile, & põt sciri. Secundo respõdet, q̃ scibile vt est obiectum intellectus, habet duplex esse, videlicet materiale, inquantũ est ipsa res: & formale, quod est ipsa præcõceptio, non quæcunq;, sed illa quæ est per causas, cum scire sit per causam cognoscere. Sic igitur corruptio scibilis quo ad esse materiale, remanet quo ad esse formale, & sic esse poterit scia de illo. Quantũ. n. ad illam præconceptionem ex causis in actu vel potentia potest sciri. Vbi autem tale formale tolleretur, etiam scientia desineret.

Contra primum arguunt quidã, quia tunc indiuiduo corrupto non remaneret scientia. cõsequentia declaratur, quia nec quo ad esse in seipso: nec essentiæ: nec in suis causis remaneret, quia non põt idem numero redire consequens vero est falsum. quia de facto manet scientia indiuidui corrupti. Itẽ arguunt alij secundo, quia tunc de rebus non haberetur scientia, nisi pro esse potentiali. consequens est falsum, quia habemus scientiam de rebus tam pro esse potentiali in causis, quã in seipsis, quã omnibus modis Tertio habemus scientiã de aliqua pluuia, quæ quandoq; est aqua guttatim cadens, sed hoc nõ est pro esse quod habet solum in suis causis, sed pro esse in effectu. Quarto vel habemus scientiam de rebus pro esse quod habent in suis causis sufficientibus, vel insufficientibus: si insufficientibus, tunc scientia esset imperfecta, si sufficientibus, tunc res essent in effectu.

Contra secũdam positionem arguunt etiam. primo si conceptio hæc, omnis rosa est pulchra, vel igitur rosa supponit pro rosis existentibus & possibilibus existere, & pulchra verificatur de præsentibus, vel de futuris. Si primum. habetur q̃ præconceptio illa requirit existentes, & ita significatum formale & materiale Secundo, dato quod rosa maneat solum quo ad significatũ formale. Fiat hæc enunciatio rosa est flos, vel igitur erit vera vel falsa. si falsa igitur corrupto significato materiali, non remaneat sciẽtia. Si vera, arguo. rosa est flos. igitur rosa est tenet consequentiæ à tertio adiacente ad secundũ adiacens, vt secundo de interpretatione. Tertio heri fuit tonitruum, & hodie disputemus de eo. vel igitur nostra in disputatione nomẽ tonitrui simpliciter idem significat, vel non idẽ. Si non idẽ, disputatio nostra non fiet de tonitruo quod fuit heri. Si idẽ, habetur quod re existente & non existente eadem erit nominis simpliciter significatio Quarto pro quo nomen supponit. idem omnino significat, sed in disputatione nostra hodie supponit eodem modo quo heri. igitur nomen omnino idẽ significabit. Videtur autem mihi q̃ ambo modi Egidij ad idem veniant. Propterea est animaduertendũ q̃ scientia de re potest esse vel definitiua, vel demonstratiua. Si definitiua, erit per genus & differentiã propria & qm̃ genus & differẽtia abstrahunt ab esse existentiæ & ab esse subsistentiæ, quod est esse in indiuiduis, vt sic, sufficit quod habeat esse solum aptitudine. Vnde 6. Topic. definitio ipsa aptitudinẽ dicit. Si demonstratiua, in omni demonstratione passio concludatur de subiecto: passio aũt omnis sit aptitudo quædam, etiã non requiritur quod res sit de qua demonstratio fit, in inesse existentiæ, vel subsistentiæ. Igitur sufficit q̃ habeat esse quidditatiuũ, quod est esse in causis. Et hæc est positio Egidij Tunc ad rationes. Ad primã concederet Egidius q̃ de singulari non habetur sciẽtia nisi per accidens, propter rationem vniuersalẽ vt dictum est. Ad secundũ diceret q̃ de rebus est sciẽtia solũ vt accipiuntur in esse quidditatiuo, quod est esse causale, pro alijs esse habentur opinio, sensus, & phantasia, 2 de Anima. Ad tertium diceret, quod illa pluuiæ definitio. vt dicit actum, est accidẽs vt in pluribus, at vt dicit aptitudinem est definitio. & sic scientiæ principium. Ad quartum diceret q̃ ad cognitionem perfectam simpliciter sufficit cognitio omnium causarum sufficientium in aptitudine, & sic non erit ipsa res propter hoc. at in cognitione perfecta in genere, sat est cognoscere rem per suam formam, quæ est tota definitio, & per materiam, quæ est deferens definitionem.

Quid author.

Ad argumenta contra secundũ modum diceret Egidius.

Ad primum, q̃ prædicatũ verificatur pro rosis præsentibus, vt illa propositio est opinio quædam, & vt sciẽtia, pro rosis aptitudinalibus Hæc. n. oportet dicere, qui Egidium vult sectari, quicquid Sorticolæ in re hac dicerent. Ad secundum diceret, q̃ verbum, sum es est, dicit aptitudinem, vt est copula scibilis propositionibus, & tunc non valet à tertio adiacente ad secundum adiacens. Vt vero est copula propositionis opinabilis, dicit actum, & sic valet. Ad tertium diceret,

ret, quod nomē tonitrui supponit simpliciter eodē modo heri & hodie, quia pro significato formali, quod res quæ est tonitruum in suis causis costituta at secundum quid alter hodie, alter heri supponit, quia deficit materiale. Ad quartum eodem modo diceret Egidius. hæc mihi videtur nunc.

RECO.

Circa ea, quæ in cōmentarijs diximus, occurrere Videntur recognitiones non paruæ, nec ab ratione quidē Accidit enim opiniones mutari non solū in diuersis, sed in eodem homine, potissimū ob ætatis maturitate, vnde nō iniuria dicitur, barbaro crede magistro, hac ratione visum est nobis hac in ætate his in cōmentarijs, quæ olim in libris de generatione scripsimus, recognitiones facere, quæ nunc videntur veriores, quarum prima in primo cōmentario occurrit de restuū differentia Nā in codicibus, e quibus latine translationes defluxerunt, quas latini expositores interpretati sunt, verba Arist. leguntur copulatiue, & hoc pacto nos in cōmentarijs verba legebamus. Hunc etiā in modū verba illa legerunt D. Tho expositorū decus, Egidius lucidus interpres, & alij quamplures. In codicibus vero Ioan. Gram. qui a studiorum laboribus Philoponus dicebatur, verba leguntur absq; copulatione, veluti in translationum antiquarum emendatione, quā vides, patet hæc de prima recognitione.

Ioan. Grāmaticus fuit Philoponus ob studiorū laborē.

Secunda vero recognitio est circa intentionē libri, quam Arist. proponit, Philoponus. n. vult Arist. proponere esse dicendū de causis & rationibus generationis, & corruptionis earū rerum, quæ secundū naturā generantur, & corrūpuntur, & hoc principaliter. consequeter vero proponit esse dicendum de auctione, & alteratione, tribus de causis. Primo quide, quia agere de his est vtile ipsi physico, quo auctio & alteratio sunt quædā naturales mutationes. Secūdo vero, quia sunt generationes quædam, cum. n. hic agatur de generatione, & hæ sint generationes quædam, de his saltem consequenter agendum erit. Tertio, quia agere de his vtile est ad sermonem de generatione. nam siue alteratio, & generatio eadem sint, siue diuersa, cognita alteratione, quæ nam sit, facile deprehendetur generatio, & in commentarijs intentionem. quam Arist. proposuit, aliter exposuimus.

Continuatio huius libri ad librū de cœlo.

Tertia recognitio erit, quo ad verborū considerationē. Nā Philoponus primo in verbis Arist. cōsiderauit huius libri ad librū de cœlo cōtinuationem. nā cum in fine libri de cœlo egisset de graui & leui, epilogādo dixit, de graui quidē igitur, & leui determinatū sit hoc modo, huic continuatione faciens dicit, de generatione aūt & corruptione natura generatorum & corruptorū quodā modo omnium, & causas diuidendū, & rationes earū determinandū. In quibus uerbis, verbū illud, aūt quod græce est δὲ, de, talem continuationem innuit, quod. D. Tho. velut diligens expositor etiam notauit, notauit etiā Arist. dixisse {natura generatorum, & corruptorum} quia hic agit de generatione, & corruptione, non omnium rerū, sed solum earum rerum, quæ secundum natura fiunt, & corrūpuntur, quod etiā aduertit & post eū diligens expositor diuus Thomas. non. n. hæ agit de generatione & corruptione rerū, quæ fiunt arte, vel electione. Fit n. domus arte, amicitia vero & inimicitia fit electione. Dixit causas in plurali (vt notat Philoponus) quia quatuor sunt causæ, dicit. n. omnes quatuor causas generationis & corruptionis rerum: & non vnam vel duas tantū, sed omnes. dixit rationes, vt quidam dixerūt. s. particulares causas, ac proximas. q. d. se velle differere de causis in vniuersali, & in particulari, generationis & corruptionis, quæ expositio non placet Philopono, nec mihi, cum hic nō agatur de proximis causis. Melius ergo per rationes Arist. intelligit rationes factiuas, secundū quas vnūquodq; fit, & corrūpitur. Hic. n. dicet non tm̄ q̄ sol est causa actiua generationis et corruptionis, sed quo modo et qua rōne sit causa, quia appropinquante, est generationis cā, abeunte vero, est causa corruptionis & sic non solū agit de causis, sed de rationibus causandi. Sed dices, non est verum q̄ hic agetur de omnibus causis, & de omnibus rationibus causandi, innuit Arist. solutionē, cum dixit quodam modo omniū, quia non agit de causis omnium simpliciter, sed quodā modo. Quod verbum græce legitur ὁμοίως, & Philoponus exponit quodam modo, alij similiter, alij vniuersaliter, quæ in idem veniūt. Non. n. agitur de causis & rationibus omnium simpliciter, sed quodā modo, & vniuersaliter, & in quadā cōmuni similitudine. Ex his colligitur de mente Philoponi Arist. in hoc lib. duo esse dictorū. primo quidem ac principaliter de causis ac rationibus generationis & corruptionis rerū secundū naturam generabiliū, & corruptibilium. Cōsequenter vero ac secundario de auctione, & alteratione, & quid sit vtraq;, & an differat alteratio à generatione re ipsa, sicut differt nomine. Dixit aūt signanter de alteratione an differat à generatione, quia auctio licet nomine differat ab ipsa generatione, re non differt, vt dicet. Sed dices Arist. in hoc libro de agere & pati pertractabit, quorū in procemio nihil meminit, ergo procemiū diminutum est. Innuit Philoponus solutionem, q̄ de agere & pati non agit nisi per accidens, quo agit de alteratione per se nō. n. fieri pōt alteratio sine agere, & pati. Ideo in verbo alteratio, ipse intelligit. Rursus occurres q̄ hic agetur de mixtione, cuius nihil meminit, iterū innuit solutione, q̄ de mixtione agetur quo reducitur ad generationem mixtorū, vel ad alterationem elementorū, & ita reducitur ad alteratione, vel generationem. Hæc de tertia recognitione Post hæc disserendum est de lib. huius inscriptione. Inscribitur n. græce περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, sed quibus verbis latine liber inscribendus sit, non leue est exponere. Antiquus interpres per genesim generationem, per phthorā autem corruptionē exposuit, vt liber inscribēdus sit generatione, & corruptione. Quòd quide per genesim exponat rerū ortum, non displicet, na licet generare sit fætū ædere, vt Arist. dicit in lib de Animalibus, & generatiuum opponatur ad sterile, tn̄ Cicero 10 lib. de vniuersitate, generationem appellat ortū Dicit. n. quid est, quod semper sit, neq; vllum habet ortum Plinius quoq; lib 20. de naturali historia agens de radice ruthæ inquit, generationes impediri hoc cibo, ideo profluuio genita i datur. Quo vero exponuntur per phthorā, corruptionē, nō nisi recepto vocabulo dici potest. siquidē corruptio apud latiniores cōtaminatio est, inde corruptela, hoc est subornatio dicitur Propterea latine phthora est interitus. Interitus. n. generationi opponitur, vnde Cic. in 3 de Natura Deorū inquit, nunc aūt concludatur illud, quod interire possit, nō esse æternū, ignem aūt interiturum esse, nisi alatur, & quæ intereāt, innumerabilia sunt, vsu tn̄ hoc vocabulum corruptio à philosophis pro interitu receptū est. Et nos igitur ita loquamur.

Quæ intentio in summa.

Dubitatio cur pretermisit de agere & pati.

Cur prætermisit mistionem.

Vnde libri inscriptio.

Sed quæres e quo libri inscriptio accipitur, Philoponus & Alex. lib. 2. Poste. libri inscriptionē accipi asseruerunt à libri intentione. Modo intentione & subiectum pro eodem acceperunt iuniores ergo inscriptio libri à subiecto libri accipitur. Sed contra. nam liber Physi. o. inscribitur auscultatio physica, vbi constat in eo lib. subiectum non esse physicam auscultationē. Præterea hic liber inscribitur de generatione, & corruptione, vbi constat nec generationem, nec corruptionē esse hic subiectum. Dicendum ergo inscriptionem libri multifariam fieri, potissimum vero aut ab aliquo essentiali ipsi libro, aut ab aliquo accidentali. ab accidentali, liber Physic dicitur auscultatio, quatenus accidit, vt illa, quæ ibi scribuntur, obscure scribantur. Ab essentiali vero, aliquando liber inscribitur à principali specie communissimi considerati in scientia, vt metaphysica. nam liber ille taquam de principali specie entis est de substantijs supernaturalibus: & hoc pacto dicitur inscribi à subiecto, quatenus principalis species primi considerati est subiectum in sciētia Aliquando autem à principali affectione cōmunissimi considerati, vel proprij subiecti, & sic inscribitur liber hic. generatio. n. & corruptio sunt principales affectiones corporis vel entis mobilis ad formā, quod est cōmune consideratum hic. Post hæc recognoscenda est ea solutio, quæ in cōmentarijs assignatur ad illā quæstionē. vtrum de generabilibus, & corruptibilibus sit scientia. Diximus. n. de his esse scientiam, quatenus abstrahuntur à materia, præsentia materiæ, & conditionibus materiæ. Quam quidem solutionem non reuocamus, sed verbis Themistij in 2. de anima eam dilucidamus. Asserit. n definitiones esse non notionum, non. n. notio animalis est substantia animata sensitiua, nec notio hominis est animal rationale. Sed singulares homines (vt inquit) propriæ animalia rationalia dicuntur, & sunt. Vult igitur definitiones, & demonstrationes esse singularium, non quidem

Cap 4.

quo ab intellectu singulariter cōcipiūtur, vtpote per notionē rei singularis singulariter repræsentatiuā. Sed quo res ipsæ singulares, ac corruptibiles, per notiones ipsarū vniuersaliter repræsentatiuas ab intellectu concipiuntur. nā hoc pacto de singularibus & corruptibilibus asignantur diffinitiones, & demonstrantur propriæ affectiones per illas definitiones. ex quo sequitur de corruptibilibus esse scientiam, non quo corruptilia sunt, sed quo incorruptibiliter à nobis intelliguntur. Sequitur etiā de mutabilibus esse scientiā, non quo mutabilia sunt, sed quo immutabiliter intelliguntur. Secundo quærebamus in commentarijs, vtrum corruptio sit naturalis, vbi fecimus vim in verbo illo, quod est ens naturale, & bene dictum est. Nunc reuocamus rē in dubium. nam Arist. in lib. de morte & vita, distinguit de duplici morte, violenta, & naturali. ergo non omnis corruptio est naturalis. Qui n. moritur per consumptionē humidi radicalis. moritur morte naturali. Qui vero moritur in iuuenta, febre, vel vulnere, moritur morte violenta. Dicēdum ergo, q corruptio pōt dupliciter considerari, aut ratione habita ad subiectum remotum, & cōe, & sic omnis corruptio est naturalis, qm omnis est naturalis primæ materiæ: aut ratione habita ad subiectum propinquum & sic mors quæ fit per consumptionē humidi est naturalis, quæ fit nondum radicali humido consumpto, dicitur violenta, hæc de mente Arist. Tertio quærebamus. vtrū re corrupta, de re posit scientia, quæ habebatur de illa, remanere, vt dato q de rosa habeatur æstate hæc sciēna, q sit pulcherrima florum, vtrū hyeme omni rosa corrupta, hæc eadem scientia remanere posit. Induximus duas Egidij responsiones. prima erat, q adhuc remanet de rosa illa eadē scientia, quia sufficit rosæ, vt habeat esse causale, siue aptitudinale. Hæc. n. est vera, rosa est pulcherrima florum, dato q nulla rosa actu sit, modo posit esse, vel apta sit esse. Secunda erat, q rosa corrupta, quo ad esse in actu, & quo ad esse in aptitudine, adhuc remanet illa scientia, q sit pulcherrima florum, modo remaneat quo ad esse formale. quod est esse obiectiuū, ac formale eius. Cum n. rosa concipiebatur q sit pulcherrima florū, habebat æstate duplex esse, actuale extra causas, & aptitudinale. s. in causis. & vtrunq; dicitur esse materiale. Cum vero hyeme desineret quo ad vtrunq; esse, remaneret eadē scientia, modo remaneat in anima concipientis formalis conceptio rosæ, quæ repræsentabat illā propositionē, rosa est pulcherrima florum. nā conceptione remanente adhuc rosa habet aliquod esse, saltem obiectiuum. Contra hos modos est vna sola quæstio (vt mihi videtur) quæ non est dilucide resoluta, quia omnis propositio scita est demonstrata, & omnis demonstrata est vniuersalis. ergo in illa propositione, rosa est pulcherrima florum, rosa supponetur ab intellectu in ea propositione distributiue, & sic pro omnibus rosis, quæ sunt. Præterea omnis scientia præsupponit subiectum esse, vt dicitur 1. Poster. Præterea omnis propositio de tertio adiacente infert propositionem de secundo adiacente. ergo valet, rosa est pulcherrima florum, ergo rosa est. Præterea sunt aliquæ propositiones scitæ, quæ nō possunt esse veræ, nisi subiecto existente, vt hæc, pluuia est aqua guttatim cadens: & illa, tonitruum est extinctio ignis in nubibus quælibet. n. harū supponit subiectū esse ergo illo corrupto, nō poterit scientia de eo remanere. Ex his colligitur quæstio magna in hac materia, nā aliæ. q bene in cōmentarijs sunt euētilatæ. Propter hæc argumenta dixerunt nonnulli, q scientia, quæ habebatur de re existente, nō potest remanere, illa corrupta simpliciter. verbi causa, hæc scientia rosa est pulcherrima florū, non potest remanere rosa simpliciter in se, & in quolibet suo indiuiduo corrupta, quia si prædicatum verificatur de rosa, non verificatur de rosa, nisi accepta pro omnibus indiuiduis rosæ, quæ sunt. & sic non potest remanere, nisi remanente rosa in suis indiuiduis, quod est esse rosæ simpliciter. Simili rōne de sciētia, quæ habetur de pluuia. tonitruo, & alijs. Cō vero dicitur hyeme desinit rosa, non desinente illa scientia. Similiter æstate desinit pluuia, non desinēte pluuiæ scientia. Respōdere possunt nec rosam posse simpliciter desinere, nec pluuiā, nec aliquā speciem, quia semper reseruetur in aliquibus suis indiuiduis, quæ sunt in aliqua regione nā licet æstate pluuiæ desināt apud nos apud antipodas non desinunt. Hyeme quoq; licet apud nos desinant rosæ, non desinunt apud antipodas. Hanc positionem sustinēt omnes sophistæ, qui de suppositionibus scripserūt.

Quæstio palchra.

Positio sophistarum.

Sed hæc solutio videtur fuga, quia Arist. vult non omnē speciem esse perpetuā in suis indiuiduis, nisi eas tm̄, quarum indiuidua generari nō possunt, nisi per semē, vt in libris de animalibus satis dicit. & Auer. 8. Physic. idem asserit. Nō ergo oportet, vt rosa sit perpetua in suis indiuiduis, propterea videtur adhuc quæstio stare. nā si ponatur rosam desinere simpliciter secundum se, & quodlibet indiuiduum sui, quæstio remanet vtrum scientia, q si pulcherrima florū remaneat? non. n. videtur soluta. Propterea videtur mihi esse dicendum, q scientia quæ habetur de rosa, vel de aliqua tali re, potest esse de rosa, vel per prædicata, quæ non possunt rosæ competere, nisi existat actu. sicut si sciremus de rosa, q si digerens choleram. ea. n corrupta, desinit hæc sciētia, aut per prædicata, quæ possunt rosæ competere secundum aptitudinē, vt q sit pulcherrima florum, & tunc rosa corrupta pōt remanere eadem scientia, quia rosa potest esse pulcherrima florum, tunc patet solutio. Dicerē. n. q si de aliqua re existente haberetur scientia per prædicata actualia, talis remanere non potest, subiecto simpliciter desinente. sin autem per prædicata aptitudinalia, potest remanere re illa simpliciter corrupta, modo sit apta esse. Tunc patet solutio ad obiecta. prima. n. deletur concedendo propositionem, quæ sciebatur esse vniuersalem, & ita concedam subiectum supponi pro indiuiduis, secundum prædicati exigentiam. nam prædicata aptitudinalia requirunt subiectum remanere in indiuiduis aptitudinalibus, vt in hac rosa est pulcherrima florum, dato q prædicatum dicat aptitudinem, rosa accipitur pro omnibus rosis, quæ sunt aptæ esse, vnde discentibus erit, & hæ possunt esse, omnes rosæ, ergo hæc, quæ potest esse rosa, est pulcherrima florum, & sic de singulis. At prædicata actualia requirunt subiectum esse actu. Secunda deletur etiā, quia omnis scientia supponit subiectum esse secundum exigentiam prædicati propositionis, quæ scitur. Tertia etiam diluitur, q regula non sit vniuersalis, sed solum cum prædicatū est actuale. Quarta tollitur concedendo maiorem, sed negando minorem, nam in talibus propositionibus prædicata debēt accipi in aptitudine, & nō actu, vt in commentarijs diximus. Sed adhuc remanere videtur quæstio. nā habeatur hæc scientia de rosa, q sit pulcherrima florum. & desinat esse rosa simpliciter secundum vtrunq; esse. s. actuale, & aptitudinale. vtrū eadem scientia, quæ fuit de rosa, remaneat. Egidius dixit q sic, quia rosa remanet secundum esse obiectiuū, & sic remanere potest scientia. Quæ responsio in cōmentarijs est sustentata, verum ego nunc dicerem casum esse impossibilem simpliciter, quia ad hoc, vt desinat esse rosa secundū vtronq, esse, oportet vt desinant omnes eius causæ: & sic oporteret deum desinere, & cœlū, & omnes stellas. Sed ad huc occurres, quia volo q desinant omnes causæ rosæ, & remaneat ille intellectus qui concepit illam propositionem, rosa est pulcherrima florum, cum notione eadē, quæ repræsentabat ipsi illam propositionem, & certum est q remanebit scientia: & tm̄ rosa nullum esse habet nisi obiectiuum. Potest dici casum implicare contradictione, quia si remanet intellectus qui illam propositionem cōcepit, oportet, vt remaneat deus, & motores cœlorum; & omnes causæ rosæ. hæc mihi nunc videntur: nec recusabo aliter dicere, si aliter occurret. Vltimo quæritur de subiecto huius libri, vt in procemio fuit quæsitum. Cōmunis opinio est, q subiectum huius sit ens mobile ad formā, vel corpus mobile ad formam. Sed pro solutione, primo debes scire quid subiectum sit, quid'e prædicatum. Secundo quid per mobile ad formam. Tertio quid est obiectū apud philosophos. De primo dixerunt quidam subiectum non esse nisi substantiam, prædicatum vero non nisi accidens; Contra obijcit Philoponus 1. Prio. q subiectum aliquando est accidens, vt in hac propositione, color est qualitas, & in illa album est lignum. Similiter prædicatum aliquando est substantia, vt in hac, homo est animal. Alij dixerunt subiectum esse id omne quod est determinationis susceptiuum, vt vniuersalitatis, particularitatis, & indefinitatis, prædicatum vero minime. Contra obijcit Philoponus quia tūc singula-

Refutatio.

Cōmen. 47.

Alia solutio.

De subiecto.

1. positio.

2. positio.

gularis propositio careret subiecto, cum eius subiectum nec posśit recipere vniuersalitatem, nec particularitatem. Philoponus ergo distinguit in lib Prio. de subiecto & prædicato, quia alia sunt subiectū, & prædicatum problematica, & sic quatuor sunt prædicata, vt genus, accidens, definitio, & proprium, & vnum subiectū. s. species. Aut simpliciter, & sic subiectum est, vel cui alterum inest, vel de quo alterum prædicatur. Prædicatū vero, vel quod alteri inest, vel quod de altero dicitur differt aūt quod alteri inest ab eo quod de altero dicitur, quia omne quod alteri inest, dicitur de altero, & non econtra: nam esse in accidentium est, dici de, est accidentium & substantiarum. Ex his colligitur subiectum dici non posse, nisi respectu alicuius, quod vel ipsi inest, vel de ipso dicitur. De secūdo, dicamus per mobile ad formā, esse intelligendū, ens mobile ad formam absolutam, vt ad qualitatem, substantiam & quantitatē. Vbi vero quia est respectus non dicitur forma in proposito: ideo quod mouetur ad vbi, non dicitur mobile ad formā. De tertio dicamus obiectum dici tam respectu potentiæ, q̄ respectu scientiæ vel habitus, quatenus offertur potentiæ, vel habitui, vt patet 2. de Anima. His terminis expositis sint tres suppositiones. prima. in omni scientia est dabile vnum primum ac communissimum, quod est genus ad omnia, quæ in scientiā considerantur. Patet aliter scientia non esset vna. Secunda. inter omnia considerata, quæ continentur sub illo cōmuni genere, est dare vnum subiectum principale, quod est vna prima species. patet, quia in omni genere est vnum primū, & principale 10. Meta. Tertia. in omni sciētia communes passiones, quæ quæruntur aut de genere, aut de principali specie illius generis primi, vt patet 1. Poster. His suppositionibus stantibus, sit prima conclusio, ens mobile ad formam vel corpus mobile ad formam est cōmunissimum genus omniū eorum, quæ in hoc libro considerantur. patet, quia de omnibus prædicatur, & nulli in hac scientia considerato subijcitur. Secunda. ens vel corpus mobile ad formam est cōmunissimum prædicatū omniū eorum, quæ hic considerantur. patet, quia est cōmunissimum genus, & non species alicuius considerati in hac scientia. Tertia. ens vel corpus mobile ad formā non potest esse primū subiectum in in hac scientia probatur, quia respectu nullius prædicati, cū nulli considerato in hac scientia subijciatur, sed omnia ipsi supponuntur ergo nō potest esse primum subiectum. Præterea nec potest dici primum subiectū passionū, quia respectu illarum non dicitur cōmune subiectum, sed proprium. Quarta ens vel corpus mobile ad formā est cōmune obiectum huius scientiæ, quæ habetur in hoc libro; patet ex declaratione terminorum. Vltima conclusio primum & principale subiectum in hoc libro est ens, vel corpus mobile ad formam substantialē. patet, quia est principalis species communissimi prædicati. Hæc de dilucidatione, & ita de recognitionibus hactenus.

Quid per mobile ad formā

Anti. c. 2. *Antiquorum igitur, hi quidem vocatam simplicem generationem esse inquiunt alterationem, hi vero aliud generationem & alterationem.*

Dilucida tex. cō. eiusdem. *Antiquorum quidem igitur, hi quidem quam simplicem vocant generationem, alterationem esse profitentur. Hi vero & alterationem alteram à generatione.*

Cōm. 2. Omnes conueniunt Arist. prosequi de proposito. Verū cur à tertio propositorum cœperit prosequi, non omnibus patet. Diuus Tho. ait Arist. hoc egisse, quia ex differentia constituitur species, quo fit vt minimè cognosci posśit generatio vel corruptio nisi eius ab alteratione differentia deprehensa. Sed hoc stare non potest, quia prima cognitio rei est per genus. Cōmune. n. omne præcedit differentiam & speciē. quare non vt differentiā venetur, sed potius propter genus. Egid. autem hoc dicit esse factum, quia quæstio hæc erat valde famosa apud antiquos. Quod minimè placet, quia Arist potius ordinem rationalem sequi solet, quā antiquorū. Qui n. delirant à veritate ipsa, & ab ordine delirare solent. Mihi igitur propter hæc videtur q̄ Arist. intendat venari genus generationis. De generatione. n. primo & præcipue intendit. quare de ea primo prosequi debet. Prosequitur autem primo de ea colligendo genus. Hoc aūt per differentiam & conuenientiam docuit colligi Aristot. 6. Top Et sic patet causa ordinis. Omnis aūt positio antiquorum de hac re est in duo contraria Nam vna sectio omnem generationem dicit alterationē esse. Alia nullam generationem esse alterationem. Et ita positiones hæ contrariæ sunt omnino Sed quæret iunior. vtrum subcontrariæ sint simul veræ. videlicet aliqua generatio & alteratio, & aliqua generatio non est alteratio. Respondent quidam q̄ sic, quia duplex est generatio videlicet simplex, vt subitus formæ prouentus, & composita, vt ex præuia alteratione & prouentu formæ subito. Dicunt modo q̄ simplex generatio non est alteratio. Et ad hoc adijcit Arist quam vocant simplicem generationē, at composita est alteratio. Sed istud stare non potest, quia motus differunt propter differentiā terminorum ad quos 5 Physi at cō. 9 sed in vtraq; generatione terminus ad quem est substātia, at in alteratione est qualitas Igitur omnis alteratio erit altera ab alteratione. Verum propter verbum Arist animaduertendum q̄ per simplicem generationē intelligit eam, quæ est substantiæ Est n. vt Arist. inquit 5. Phy generatio duplex, secundum quid & simpliciter, generatio secundum quid est alteratio, vt dicet. Et propterea adijcit quam vocāt simplicem generationem, & dixit quam vocant, quia apud antiquos generatio voce tantum differt ab alteratione.

Exposito propria.

Nota.

RECO.

In commentarijs quærebatur cur Arist. de tertio propositorum nunc primo sit executus, vbi fuit satis abunde declarata causa, cur ab isto tertio exequitur. Verū Philoponus autumat Arist prosequi de primo, nam primum propositorū fuit de generatione, nunc prosequitur de illa quid sit, vbi (vt est ipsi mos) primo narrat opiniones veterum; quas de generatione habuerunt secundo vero opinionibus veterum reiectis, quæ sibi de generatione videntur, constituit. Prosequendo opiniones veterum de generatione quid sit (vt Philoponus inquit) ait nonnullos propriam & simplicem generationem voluisse esse alterationem. Alios vero dixisse generationem esse quid diuersum ab alteratione. & sic secundum Philoponum Arist Prosequitur de primo propositorum. Quod vero ad verba attinet, Arist per simplicem generationē intelligit generationē in substātia, quæ simplex generatio dicitur (vt Philop. inquit) quia est propriē generatio, quæ dicitur generatio additione nullius Generatio vero accidentis dicitur secundum quid, quia non dicitur generatio, nisi additione, cum dicatur generatio quædā: Animaduerte q̄ subcontrariæ hæ, aliqua generatio est alteratio, & aliqua generatio non est alteratio, alia ratione possunt esse simul veræ. nā generatio qualitatū alteratiuarum est alteratio, & sic aliqua generatio est alteratio, generatio vero substātiæ non est alteratio, & sic aliqua generatio nō est alteratio Ergo hoc pacto possunt subcontrariæ esse simul veræ, & sic patet quæstio mota in commentarijs.

Anti. c. 3. *Quicunq; n. vnum aliquod dicunt esse omne, & omnia ex vno generant, his quidem vtiq; necesse est generatorū alterationem dicere, et quod principaliter fit alterari. Quicunq; autē plures materias vna ponunt, vt Empedocles & Anaxagoras, et Leucippus; his aliud.*

Dilucida tex. cōm. eiusdē. *Quicunq; quidem. n. vnū quoddam omne esse aiūt, & omnia ex vno generant, his quidē necesse est alterationē generationē esse fateri. & quod principaliter fit, alterari. At quicūq; materias plures vna cōcedūt, vt Empedocles, & Anaxagoras, et Leucippus, his aliud.*

Cōm. 3. Quia duæ sunt positiones de quæstione, docet nunc eas accipi ex fundamentis acceptis ab antiquis. Nam de rerum principijs, & de rerum esse, duæ fuerunt partes. vna ponit omne esse vnum quoddā, & omnia ex vno generari, quibus contingit dicere generationem esse alterationem, quia si non, tunc omnia non essent vnum quoddam. Alij ponūt materias plures, & res plures. Et ita dicere possunt generationem esse aliam ab alteratione, quia si non, tūc omnes res erunt vnum. textus patet. Auer. sua in paraphrase affert causam quare ponentes vnum subiectum, & omnia vnum, dicere coguntur generationem esse alterationē. Et ait hoc esse, quia apud eos materia est ens in actu non generabilis.

Ratio Anti.

Quia

Quia vt dicitur 5.phy. in hoc differt alteratio a generatione: nā subiectū generationis est ens in potentia, subiectum alterationis est ens in actu. Sed hæc videtur friuola cā, quia à pari etiam qui ponūt plures materias idem dicere cogerentur. nam & ipsi quoque materias illas asserunt esse in actu. Sed de hoc dicemus posterius. Animaduertendum, vt refert. Simplicius tertio cœli authoritate Platonis in libro Parmenidis, quòd omnia esse vnum potest dupliciter intelligi, aut principaliter, aut participatiue. Principaliter quidē ea dicuntur vnum, quorum forma & definitio est vna. Participatiue vero, quæ vna ab essentia deriuantur, quomodo omnia calida sunt vno calore eadem 12. Metaphy. commen. 51. & hoc modo dicimus quòd omnia sunt vnum participando esse, quod per essentiam saluatur in deo. Si itaq; Parmenides & Melissus omnia vnum esse senserunt secundum formam, tūc bene sequitur quod generatio nō differt ab alteratione, quia ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis. at si velint omnia esse vnum participatiue, vt nos tenemus, & Arist. 2. Metaphy. tex. commen. quarti. Proculdubio non sequitur q generatio sit alteratio, quia oppositum consequentis stat cum antecedente.

Confutatio. Nota.

RECO. Cum diuisit opiniones in duas, nunc (vt Philoponus inquit) vtriusq; opinionis autores exponit, & rationes opinionum, secundum vero diuum Thomam Aristo. hic assignat rationem diuersitatis prædictæ, & est optima expositio etiam. Mihi tamen videtur quod Arist. faciat vtrunq;, nam assignando rationes diuersitatis, exponit opinionum authores vt intelligenti patet. Dicit Philoponus hic, q eorum qui dixerunt vnum elementum omnium, alij dixerunt aerem, vt Diogenes, Alij ignem, vt Heraclitus, alij aquam, vt Thales, Alij horum medium vt Anaximander. & omnes isti sunt, generationem asserentes esse alterationem. Cuius causam affert Philoponus, quia omnes isti asserunt elementum esse corpus in actu, cuius non simpliciter generatio, sed alteratio est, quam causam in commentarijs de mente Auerrois assignauimus. Qui vero posuerunt rerum elementa plura, possunt dicere generationem differre ab alteratione, quia (vt philoponus inquit) & in commentarijs postea est dictum, qui ponunt plura, dicere possunt generationem fieri congregatione illorum plurium. Corruptionē vero disgregatione, & alterationē possunt dicere fieri partium cōpositarum transfiguratione, vel transordinatione. veluti Democritij, & Leucippei dixerunt Sed cōtra adhuc stat argumentum in cōmentarijs, quia tā dicentes vnum elementum, quam dicentes plura, asserunt materiam esse corpus vel corpora in actu. ergo eorum videtur non posse esse nisi alteratio. Propterea videtur mihi quòd Arist. velit eos dixisse generationem esse alterationem, qui posuerunt omnia esse vnum, & omnia quæ apparent, ex vno orta esse, & sic tangit Melissum Melissus n hæc duo asserens generationem nec existentem, nec apparentem seruare potest. At qui ponunt plura vno, & si generationem veram seruare non possint, apparentem seruare possunt, quatenus generationem fieri dicunt congregatione, alterationem vero aut transfiguratione, aut transordinatione. vel dici potest. q Arist. velit dicere quosdam dixisse vnum esse principium materiale omnium rerum, vt vel aerem, vel ignem, vel aquam, & etiam illud esse totam substantiam rei. iuxta quos oportet dicere rei substantiam semper manere, & ita generatio, & alteratio apud eos non differunt. Democriti vero licet posuerint plura corpora in actu esse materialia principia, ea non posuerunt totam rei substantiam. verum de his in commentarijs.

Anti.c.4. *Sed tamen Anaxagoras etiā propriam vocē ignorauit. Dicit n. quòd fieri et destrui idē existit quod alterari. multa aūt esse dicit elementa, quemadmodum et alij.*

Dilucida. tex. Com. eiusdem. *Verum Anaxagoras, vocē propriam ignorauit. Dicit. n. quòd factio & destructio idem sint alterationi, Plura vero dicit elementa, quemadmodum & alij.*

Cōm. 4. Dictum est q plures asserendo materias, sequitur generationem esse aliam ab alteratione. Et propterea Anaxa propriam vocem ignorat, quia concedit duo contradictoria. quia bene apud eum sequitur generationem esse alteram, & non alteram, pro quanto plures sunt materiæ erit altera, pro quanto ipse tenet generationem esse alterationem erit eadem, quare propriam vocem ignorat. Animaduerte q dicere cōcorditer cum suo fundamento est propriā vocem cognoscere. at dicere discorditer cum suo fundamento, est propriam vocem ignorare. Hæc ex paraphrase Auerrois.

Animaduerte (vt ex verbis Philoponi colligitur) quòd Anaxagoras propriam vocem ignorauit, pro quanto concessit ea omnia, quibus potuit seruare generationē esse alteram ab alteratione, & tamen dixit generationem & alterationem esse idem Concessit n. (vt Philoponus inquit) elementa esse plura. ergo potuit dicere generationē fieri congregatione illorum principiorum: disgregatione vero eorum, fieri corruptionem. Rursus potuit dicere composita, quæ congregatione fuerunt genita, variari secundum transpositionem, & transordinationem eorum elementorum. ergo potuit saltem apparenter seruare differentiam inter generationem & alterationem, vt Democritici fecerunt, & tamen dixit generationem non differre ab alteratione ergo (vt Philoponus asserit) propriam vocem, qua sua fundamenta expressit, ignorauit Quod etiam Auer. notauit. RECO.

Empedocles. n. corpora quidem, quatuor, omnia autem cum mouentibus, sex numero. Anaxagoras autem & Leucippus & Democritus, infinita. Hic. n. homœomera elementa ponit, vt os, carnem, medullam, & alia, quorum vniuscuiusq; synonyma pars est. Democritus autem & Leucippus, ex corporibus indiuisibilibus alia componi inquiunt. hæc autem, infinita & multitudine & formis esse. illa autem ab illis differre, his, ex quibus sunt, & positione, & ordine horum. Anti.c.5.

Empedocles quidē. n. corpora quatuor. Omnia autem cum mouentibus, sex numero. Anaxagoras vero infinita, & Leucippus & Democritus. Hic quidem. n. similaria elementa ponit, vt os, & carnem, & medullam, & cætera alia, quorum vnaquæque pars vniuoca est. Democritus vero & Leucippus ex corporibus indiuiduis alia componi aiunt. Hæc autem infinita esse & multitudine, & forma. Illa vero ab illis differre his, ex quibus sunt, & positione & horum ordine. Dilucida. tex. cōm. eiusdem.

Prima diuisio erat q loquētium de materia rerum, quidam vnam dederunt, quidam plures, at subdiuisio nunc est q ponentiū plures, quidam numero finitas, quidam infinitas ponunt Finitas ponit Emped quia sex, quatuor ex parte materiæ, duo ex parte agentis. Infinitas Anaxagoras, Democritus, Leucippus Ponentium infinitas materias, iterum subdiuiduntur, quia alij ponunt similares, vt Anaxagoras, alij dissimilares, vt Democritus, & Leucippus Animaduertendum primo quòd Emped. posuit sex principia. quatuor quidem corpora vt elementa, quæ mole depræhensa sunt, Duo vero incorporea vt litem & amorem. Hæc. n. incorporea sunt, quia relationes miscibilium videntur esse: vt Aristoteles ait in libro de anima, & 8 Physicorum. Animaduertendum secundo q pars similis dicitur græce homœomera, latine similaris, & synonyma latine vniuoca, quando cum suo toto idem nomen habet vt caro. Nā quælibet pars carnis est caro. Itemq; & os & id genus. Dicitur quidem similaris, quia vnius est formæ cum suo toto, dicitur vniuoca, quia nomine & ratione conuenit cum suo toto. Ex quo sequitur q caro & os sunt partes similares, & dissimilares. comparatione quidē ad totum animal, & inter se sunt dissimilares comparatione seorsum vniuscuiusque ad se, similares erunt. quia caro respectu partium carnis similare quoddam est, & os respectu partium ossis. at respectu animalis & inter se dissimilares & diuersiuocæ. Anaxagoras itaq; vult vnumquodq; mixtum effici ex partibus infinitis similaribus, nō q sint similares respectu totius animalis, & inter se, sed seorsum vnaquæq; ad sui partes. Tertio animaduertendum q corpora indiuidua, ex quibus composita fiunt, apud Leucippum sunt & dissimilaria, & diuersiuoca tripliciter, dissimilaria quidem comparatione facta vnius ad se, quia totum indiuiduum & pars figura differūt: & in-

Cōm. 5. Nota. 1. Nota. 2. Nota. 3.

ter se quia indiuidua illa nomine & forma differunt inter se, & respectu totius mixti, quia nomine & forma ab illo differunt. igitur respectu mixti dissimilaria & diuersiuoca, & inter se similiter, & comparatione vnius ad se, & sic tribus modis. Et propterea dicunt illa composita differre ab illis, vt equum ab homine, his, ex quibus illa indiuidua sunt, videlicet, & positione, & ordine & id genus. Nota, 4. Quarto animaduertendum ꝙ compositionum altera est integralis & quantitatiua. Et hæc ex infinitis fieri partibus siue similaribus, siue dissimilaribus nihil prohibet (& si sic antiqui sentiunt bene dicunt, vt Simplicius inquit physic. primo) altera essentialis, videlicet ex partibus quarũ vna actus est, altera potentia. Et hoc modo Arist. cõposita dicit fieri ex materia & forma, ꝙ si de hac cõpõne antiqui loquãtur, errãt omnino.

RECO. Animaduertere ꝙ Philoponus concordat cum expositione assignata in commentarijs, vult n ꝙ Arist. quasi subdiuidat positiones eorum, qui dixerunt rerum elementa esse plura Nam alij posuerunt finita, vt Emped. qui materialia quidẽ, & veluti passiua quatuor corpora supposuit. Factiua vero & motiua litem & amicitiam Alij vero posuerunt infinita, qui iterum subdiuidũtur, quia alij principia illa infinita posuerunt homœomera, hoc est similaria, vt Anaxa. Alij dissimilaria, vt Democritus. Verum Philoponus de mente Aristotelis narrat opinionem Epicureorum, qui cũ Democriticis conuenientes dixerunt atomas multitudine infinitas, secundum figuras vero incomprehensibiles quidẽ, non tamen infinitas, contra quorum opinionem Alexand. & Philoponus argumentantur, quia si atomæ multitudine sunt infinitæ. videlicet vt etiam sint infinitæ, alioquin eadẽ figura reperietur in pluribus atomis, & sic non differrent figuris. Quod vero ad verba attinet, cum Aristo. dicit. {Illa autem ab illis differre his ex quibus sunt, & positione, & ordine horum } Arist per illa (vt Philoponus inquit) intelligit composita, quæ ex atomis constant quæ atomata dici possunt. Hæc. n differunt ab illis, hoc est inter se, quatenus vnum atomatum cõpositum differt ab altero in tribus. s. in atomis ipsis, in positione atomorum, & in ordine ipsarũ. Propterea dicit his, ex quibus sunt, hoc est atomis ipsis, quia (vt Philoponus inquit) ignis & terra non sunt ex eisdem atomis. nã ignis ex sphæricis: terra ex cubicis. dixit & positione atomorũ, quatenus in vno cõposito atomi vna positione constituũtur, in alio vero, alia. vt verbi causa, in vno cõposito sphæricæ atomæ constituentur in superiori, cubicæ, & inferiori, in atomato alio cõposito, cõtra dixit & ordine, quia etiã cõposita atomata differunt inter se ordine atomatorũ, qui attenditur secũdum prius, & posterius, quatenus in vno cõposito in prioribus partibus erunt atomæ sphæricæ, & in posterioribus atomæ cubicæ, in alio vero composito contra veluti in syllabis so, & os. Fiunt n. ex eisdem literis, alter atq; aliter constitutis, vt Philop inquit. ergo atomata hæc cõposita differũt ab illis alijs tripliciter, his atomis, ex quibus sunt, põne atomorũ, & ordine. Põ. n differt ab ordine, quia põ attẽditur penes sursum, & deorsum, ordo vero penes prius & posterius, vt notauit Philoponus.

Anti. c. 6. *Contrarie aũt videntur dicere hi, qui circa Anaxagoram eis, qui circa Empedoclem. Hi. n. inquiunt ignẽ & aquam & aerem & terram elementa quatuor, & simplicia esse magis quam carnem & os & talia similium partium. Hi autem, hæc quidem simplicia & elementa esse, terram autem, aquam & ignem & aerem composita omnia, seminarium n. esse horum.*

Dilucida. tex. cõ. eiusdem. *Contrarie autem videntur dicentes, qui circa Anaxagoram, his, qui circa Empedoclem. Hi quidem enim ignem, & aquam, & aerem, & terram elementa quatuor & simplicia esse magis quam carnem & os, & cætera similaria. Hi vero, hæc quidem simplicia & elementa. Terram vero & ignem & aerem composita. Omnigermiam enim esse illorum.*

Cõmen. 6. Quæ Arist. inquit, patent. Verum Animaduertendum ꝙ positiones hæ possunt hac ratione concordari, ꝙ compositio est duplex, aut (vt diximus) quantitatiua, & sic elementum vnumquodque ex partibus sit similaribus, vt bene ait Anax alia est cõpositio elementaria, & hoc modo vnũquodque mixtum fit ab elementis quare si de cõpositione quantitatiua loquimur, bene ait Anax primam cõpositionem ex similaribus proficisci. quando quidẽ vnumquodq; quantum ex partibus fit quantitatiuis. Ex hoc modo vnũquodq; elementũ fit ex carne & osse & id genus, quia quodlibet est in quolibet: at si de essentiali cõpositione, bene Empedo cum vnaquæq; illarũ ex elementis fiat. Secundo animaduerte ꝙ græci codices habent πανσπερμίαν, latine nõ habet nomẽ vnum, sed dici potest omnigermia, verbũ verbo reddẽdo. Panspermia omnigermia.

RECO. Animaduerte (vt ex verbis Philoponi colligitur) ꝙ Anaxagoras differt ab Emped. primo in positione principiorũ, quia Anaxa materialia rerum principia supposuit homœomera, hoc est similares partes, Emped vero elementa secundo in modo ponendi generationẽ ex illis principijs, ꝙ Anaxagoras cõcessit in principijs & principiatis reciprocationem nam dixit elementa fieri ex homœomeris, hoc est similaribus, quia ignis videtur fieri ex carne, & neruo, & id genus, & econtrario, quia etiam caro & os, & id genus fiũt ex elementis. Asserunt n. ex quolibet fieri quodlibet Empedoc. vero reciprocationem negauit, quia dixit omnia fieri ex elementis, elementa vero esse ingenerabilia, ergo positiones istæ contrariæ se habent (vt Arist inquit) & Philoponus exponit. Præterea animaduerte vlterius homœomera, hoc est similaria posse considerari ratione habita ad remotas partes s materiam & formam remotas. & sic respectu earum non dicuntur homœomera, sed potius dissimilaria: aut ratione habita ad partes propinquiores, vt ad elementa, & sic minime sunt homœomera, aut ratione habita ad partes quantitatiuas proximas, & sic sunt homœomera. Vel potest aliter dici, ꝙ considerari possunt respectu partium essentialium, & sic sunt dissimilaria. vel respectu partium integralium, & sic sunt homœomera.

His igitur, qui ex vno omnia constituunt, necesse est dicere generationẽ et corruptionem, alterationem, semper n. subiectum manere vnum & idem. tale autem alterari dicimus. His artem, qui genera multa faciunt, differre à generatione alterationem. conuenientibus enim & dissolutis. generatio contingit & corruptio et ideo dicit Empedocles hoc modo, quòd nullius natura est, sed solum & mixtio & segregatio mixtorũ. Quòd igitur proprius sit sermo eorum suppositioni ita loqui manifestum est, & quòd dicunt hoc modo. Anti. c. 7.

His quidem igitur, qui ex vno omnia cõstituunt, necesse est dicere generationem & corrruptionem, et alterationem esse. Semper n. manere subiectum hoc et unũ. Hoc autem idẽ alterari dicimus. His vero qui genera multa fuerunt differre alterationem à generatione. Conuenientibus n & dissolutis. generatio euenit & corruptio. Propter quod & Empedocles hoc modo ait quòd natura nullius est, sed solũ mixtio & segregatio miscibiliũ. Quod quidẽ igitur hic sermo cõuenit suppositioni eorũ sic loqui, patet, & quoniã dicũt hoc modo. Dilucidã tex. cõm. eiusdẽ.

His enarratis hac in parte iuxta dicta duas ponit conclusiones. Prima, tenentes vnum materiale principium coguntur dicere generationem esse alterationem. probat, quia alteratio est quoties subiectum est vnum & idem, & hoc confitentur. Sed dices, ꝙ etiam apud Aristotelem sequetur idẽ, quia concedit vnam materiã & eandem omnium. Respõdet Auer. 12. Metaph. cõ 14 ꝙ materia est vna & eadẽ omniũ priuatione formæ. at apud hosce materia est vna & eadem secundũ formam. Et propterea apud hos generatio est alteratio. Secũda conclusio ponẽtes plura materialia principia, cogũtur dicere generationẽ esse aliam ab alteratione. probat. quia generatio erit partium & principiorũ congregatio, corruptio eorũ disgregatio. alteratio vero erit congregati euariatio. quare poterunt differentiam illarũ bene saluare hac de causa Emped ait, naturam cuiuslibet entis esse nullius speciei per se aliam à miscibilibus, sed solum mixtionem Cõm 7. Dubitatio Solutio.

Dubitatio. Solu expositorum. Replica.

tionem vel segregationem, quia congregatio illa totius nõ differt à partibus simul sumptis. Sed dices nec isti possunt saluare veram differentiam illarum, quoniam etiam principia illa materialia sunt in actu. Respondent expositores & bene, ꝙ in rei veritate non saluant, sed secundum apparentiam, at primi nec existenter, nec apparenter saluant. Dices, quòd hoc sit falsum, quia Auer. primo Physi. commen 41. ait. Parmenidem & Mellissum cõcedere entia duobus modis vera & apparentia. igitur apparenter potest saluare generationem. Fortasse Aristoteles hoc aduertens subscribit. {ꝙ quidem igitur hic sermo conueniat eorum suppositioni sic loqui, patet. & quoniam dicunt hoc modo}. q. d ꝙ reuera nullus potest saluare veram generationem, & omnes possunt saluare apparentem generationẽ. at ipsi loquuntur hoc modo. tu vero considera. Sed circa hæc occurrunt speculationes Egidij, quarum prima est. vtrum hæc possit stare in positione Democriti, ꝙ corpora quæ sunt rerum principia sint indiuidua, & figurata.

Digressiones Egidij. Num corpora, quæ principia ponit Democritus sint indiuidua, & figurata.

Quicquid alij dicant. Egidius tenet ꝙ corpora illa possunt considerari in eo ꝙ quanta, & in eo ꝙ naturalia. Si considerentur in eo ꝙ quanta, sic sunt diuisibilia in infinitum. Si in eo ꝙ naturalia, sic est deuenire ad minimum de quolibet generata. Tunc vult Democritus voluisse corpora illa esse indiuidua vt sunt naturalia, non autem vt quanta & sic dici possunt indiuidua, & quanta, & figurata.

Argumẽta cõtra Egidium.

Sed contra hanc conuenientiam arguunt quidam, & ostendunt, ꝙ nullo modo sit dare indiuiduum. Primo. quia quicquid sequitur ad consequens sequitur ad antecedens. Sed hæc se habent vt antecedens & consequens, videlicet naturale. & quantum igitur quicquid sequitur ad quantũ, sequitur ad naturale, sed bene valet, est quantum, igitur indiuiduum igitur si naturale erit, erit & diuiduum. quare vtroq; modo erit diuiduũ. Secundo arguo. omne quantum est diuisibile in eo ꝙ naturale: omne corpus physicum est quantum: igitur omne corpus physicum est diuisibile in eo quòd naturale. Syllogismus est ex maiori reduplicatiua, & minori absoluta. Maior patet, quia diuisio est corruptio, & corruptio est entis quanti, vt est naturale. Minor patet. Tertio sophistæ arguunt, quia tunc motus esset in non tempore, vt alteratio, augmentatio & id genus. consequentia patet, quia minimum in instanti acquiritur, quia si in tempore, tunc per partem post partem. igitur esse diuisibile. consequens est contra Arist. 6. physi. Quarto tunc rei permanentis daretur vltimum. Nam applicetur in hoc instante, quod est præsens, agens corrumpens ipsi minimo. & patet ꝙ in hoc instanti, quod est præsens, est illud minimum, & immediate post hoc non erit. igitur fuit illud vltimum eius instans. Quinto propter quid potest dari minimum in eo quòd naturale, & non in eo ꝙ quantum quantitas enim est dispositio compositi naturalis, veluti & qualitas. Et hæc dubitatio est occulta valde. Hæc quæstio de minimis diffuse in lib de substãtia orbis, & 6. phy. tractata est.

Nunc vero ad rationes. Ad primam concederet nouus expositor totum, & quod minimum naturale est quantũ, & est diuisibile, sed non in eo ꝙ compositum naturale. Ad secundum negaret maiorem, quia quantum in eo ꝙ quantum est diuisibile, & nõ in eo ꝙ naturale. multæ enim sunt res naturales indiuiduæ, vt cœlum, & stella omnis, & id genus. Sed si sunt diuidua, in eo ꝙ quanta, diuisibilia efficiuntur, vt in libro cœli sans. Probat. maioris nulla est, quoniam diuidi est dupliciter. per solutionem continui realem, aut metalem, qualem mathematici seruant, prima fortasse est corruptio non simpliciter, sed continui. Ad tertium concederet Egidius quòd solus motus localis esset continuus & successiuus, sed cæteri successiui, & non continui, vt etiam Auerroes ait 8. Physico. commento 23. successiui quidem, quia fiunt per minima, quorum vnum post aliud fit, non autem continui, quia inter primi minimi & secundi generationem intercidit tempus. Ad quartum negaret consequentiam. Nam primum instans applicati esse diceret esse primum illius non esse, & sic negaret ꝙ in hoc instante quod est præsens sit, quia illud est primum instans applicati esse, quod est primum non esse minimi. Sed dices. illo in instanti vel applicatur enti, vel non enti. Si non enti, applicatio nulla erit, non enti. n nihil applicatur. Si enti, igitur primum instans applicationis siue applicati esse, non erit primum non esse illius. Secundo. omnem generationem, omnemq; corruptionem præcedit alteratio, Sexto Physi. si igitur nunc primo minimum corrumpitur, prius alterabatur. Igitur primum instans applicati esse non erit primum nõ esse illius Et hoc est totum posse sophistarum contra Egidium, Thomam & Auerroem. Ad primum diceret Egidius ꝙ enti applicatur, & non enti: enti quidem in potentia, non enti vero in actu, quod sat est. Ad secundum diceret omnem corruptionem præcedere alterationem per rationem generis, vt 6 physic cõmen 15. sed per rationẽ speciei non est verum, vel colligitur omnem generationem & corruptionem præcessisse alterationem vel in eodem subiecto cum generatione, vel in alio distincto loco & subiecto, & hoc satis. Ad quintum principale dicerem nunc, licet alibi satis dixi, ꝙ compositum naturali propter formam, & propter actionem est limitatum ad maximum & ad minimum. propter formam quidem, quonia forma requirit certas dispositiones, quibus conseruetur in materia, & quibus agat in suum cõtrarium. & quibus resistat corruptiuis causis. tale autem esse non potest, nisi sit determinatum ad maximum & minimum. propter actionem vero, quia actio est finis formæ, igitur tandiu est forma in materia, quandiu potest agere, sed non potest agere in infinita modica materia. Igitur non potest esse in infinita modica materia. Hæc latius diximus alibi. Hæc & Egidius diceret iuxta sua fundamenta. Secunda dubitatio est in opinione Anaxagoræ, quæ satis tangitur ab Egidio. Illud tamen non ignorandum ꝙ Democr. posuit infinita corpora indiuidua esse rerum principia. Hæc autem non erant illa corpora indiuidua, quæ & atoma etiam quandoq; vocat, sed (vt dicit Simplicius) opinatus est omnia esse ab vno producto per formas præcognitas, quæ erant indiuiduæ & corpora indiuidua quidem, quia in vno simplici contenta, corpora vero, pro quanto repræsentant corpora illa. quam opinionem & Arist. non negasset, vt Auer. 12. Metaph. cõmen. 36. vbi ait, omnes formas contineri in potentia in prima materia, actu vero in primo motore. Amplius Anaxa. triplicem mundum dicit, vt Simplicius ait. Primum effectricem, vltimum effectum, tertium medium à primo quidem deriuatum, & vltimum deriuantem, hunc mundum appellat πᾶν, hoc est omne & quodlibet, quia in nullo eorũ deficit aliquid quod est in altero. vt enim in mundo effecto sunt quatuor elementa, sic & in mundo medio, quod est cœleste: sic & in mundo in effecto, hoc est euangelico & intellectuali. & ita voluit quodlibet effici à quolibet. nam cœlum efficitur à mundo angelico, qui est quodlibet, & à cœlo elementarium. Aut (vt Calcidius ait.) Anax. posuit triplicem mundũ videlicet mundum formæ, vt deum, & intelligibilem, vt angelicum, & sensibilem, & vocauit singulum horum πᾶν, siue quodlibet, quia quicquid est in vno est in altero, vt declarat longo sermone: & hic mundus sensibilis est à mũdo angelico, & angelicus ab ipso mũdo formæ. igitur à quodlibet & quolibet. Arist. igitur tm̃ contra verba certauit. sed an res sese habeat sic, est parum ad propositũ, quia hoc nos nõ intẽdimus. Hæc satis pro dictis antiquorũ.

Declaratio hęc Anax sententiæ nõ spernenda.

RECO.

In commentarijs deficit continuatio, ideo secũdum Philoponum continuatur sic textus, ꝙ cum superius narrauit duas opiniones. alteram quòd generatio sit alteratio, alterã quòd generatio differat ab alteratione, in hac parte vult manifestare rõnes, quibus mouebantur ad sic dicendũ. nã superius opiniones & earũ rationes dixit tm̃, hic vero rationes earum manifestat. Quam continuationem diuus Thomas non spreuit. Animaduerte autem quòd qui ponunt materiale principium vnũ corpus actu, vt ignem, vel aerem, vel aquam, aut horum mediũ, coguntur ponere generationem esse alterationẽ. Causa est, quia ponunt illud materiale principium esse corpus in actu specifico, ac completum in sua specie, & cum hoc voluerunt tale materiale principium esse totam substantiam rei, quæ generatur ex illo principio. Sunt huius opinionis Diogenes Apollinates, & Anaximenes, qui dixerunt materiale principium esse aerem. Amp. eiusdem opinionis sunt Hæraclitus ephesius, & Hipparchus

Declaratio primæ positionis.

parchus Metapontinus, quia materiale omnium principiū fecerunt ignem. Præterea eiusdem opinionis sunt Thales Milesius, & Hippon, qui omnium materiale principium asseruerunt esse aquam. Insuper eiusdem opinionis dicitur fuisse Anaximãder, qui omnium materiale principium voluit esse corpus medium, & aliud ab elementis. Omnes enim isti ex eo quia dicunt materiale principium esse corpus in actu, & totam substantiam eius, quod ex illo generatur, cogebantur asserere generationem esse alterationem.

Declaratio secundæ põnis. Qui vero dixerunt plura principia materialia, vt Empe. quatuor elementa. & Democriti atomos, quanquam ea velint corpora esse in actu, quia ipsa non dicũt esse totã substantiam rerum, quæ ex his principijs constant, generationem & alteratione non esse idem asserere coguntur. vnde Arist. inquit. {His autem, qui genera multa faciunt} (Et intelligit per genera elementa ac principia materialia, vt dicit Philoponus). {Accidit dicere à generatione differre alterationem.} Cuius causam manifestat, cum dicit. {Conuenientibus .n. & dissolutis generatio contingit, & corruptio} Generatio quidem illorum principiorum congregatione, corruptio vero dissolutione. Sed dices corpora illa sunt entia in actu, ergo per congregationem eorum non variatur substantia eorum, & sic non erit generatio. Aristo ergo innuit solutionem (& inquit.) Et ideo dicit Emped. hoc modo, q natura hoc est forma naturalis, quæ congregatione fit, nullius est eorum, quæ miscentur, sed solum est substantia alia ab elementis, quæ est & mistio, cum fit, & segregatio, cum corrũpitur. Ergo licet principia materialia illa sunt corpora in actu, quia tñ non sunt tota mistorum substantia, assignare possunt differentiam inter generationem & alterationem. Democritici etiam idem sentiunt, nam (vt inquit Philoponus) licet atomi sint corpora in actu, quia tamen non sunt tota substantia rerum atomatarum, ideo Democritici possunt inter generationem & alteratione differentiam assignare. In cõmentarijs, vero aliter verba hæc intelleximus. Nunc tñ hæc expositio mihi placet. Tunc epilogat (vt exponit Alex.) & dicit, q ita loqui de generatione, videlicet q differat ab alteratione, sit sermo eorum suppositioni conueniens, quæ est, q plura sunt principia materialia manifestum est. est etiam manifestum q dicant hoc modo q d.ad quod dictum est de differentia generationis & alterationis non modo consonat suppositioni eorum, sed etiam ita expresse dixerunt, quare bene dictum est. Ex his patet differentia inter hanc expositionem, & eam, quam attulimus in commentarijs.

Ant.c.8. *Necesse autẽ est, & his dicere generationem esse aliquid præter alterationẽ: impossibile tamen est, secundũ ea, quæ ab eis dicuntur. Hoc autẽ, quòd dicimus rectè, facile est videre. quemadmodum .n. videmus quiescente substantia in ea transmutationem fieri secundum magnitudinem, quę vocatur augmentatio & diminutio, sic & alterationẽ. Sed tamen ex quibus dicunt, plura principia facientes vno, impossibile est alterari. passiones .n. secundũ quas hoc dicimus contingere, differentia elementorum sunt. dico autem, vt calidum & frigidum, album & nigrum, siccum humidum, molle durũ, & aliorum vnumquodq;, vt inquit. & Empedocles, solum album videre et calidum: hymbrem autem in omnibus nigrum & frigidum. Similiter autem determinat, & de reliquis. Quapropter si non sit possibile ex igne fieri aquam, neq; ex aqua terram, neq; ex albo nigrum erit aliquid, neq; ex molli durum. Eadem autem ratio, & de alijs. Hoc autem erat alteratio.*

Dilucida.tex. cõm.eiusdem. *Necessarium vero & his alterationem dicere quidem esse aliquid præter generationem: impossibile tamẽ est secundũ ea, quæ ab illis dicuntur. Hoc aũt quòd rectè dicimus facile est videre. Quemadmodum .n. videmus quiescente substantia, in ipsa transmutatione secundum magnitudinem, quæ vocatur augmentatio & diminutio, sic & alterationem. Attamen per quæ dicunt qui plura principia faciunt vno, impossibile est alterari. Passiones .n. per quas dicimus id contingere, differentiæ elementorum sunt. Dico autem vt calidum, frigidum, album, nigrum, aridum, molle, durum, & cæterorum vnumquodq;, quemadmodum & Empedocles inquit, Solum quidem album videre & calidum omnino: hymbrem vero in omnibus & frigidum & nigrum & nebulosum. Similiter autem determinat & de reliquis. Quapropter si non est possibile ex igne generari aquã, nec ex aqua terram, nec ex albo nigrum quicquam erit, nec ex molli durum. eadem autem ratio & de alijs hoc autem erat alteratio.*

Obijcit nunc contra antiquos, & proponit contra hos, Cõm.8.
quòd ipsi coguntur dicere alterationem esse aliquid præter generationem quantum ad verborum eorum superficiem, verum quantum ad eorum fundamenta, negare hoc coguntur. primo ostendit primum hoc modo. si ut augmentatio est motus secundum magnitudinem substantia ipsa non mutata, ita alteratio erit motus secundum qualitatẽ, substantia non mutata, subaudi. sed isti ponunt huiusmodi motum secundum qualitatem elementis ipsis non mutatis, vt congregationem & disgregationem, vbi elementa manent eadem, igitur concedunt alterationem, quantum ad superficiem verborum, hoc est primum. Deinde {attamen} ostendit secundum, videlicet q per fundamenta eorum coguntur concedere alterationem non esse, & per consequens non esse præter generationem. Ad hoc autem petit sibi cõcedenda duo. vnum expressit, videlicet quòd passiones, per quas fit alteratio, sunt differentiæ elementorum, vt calidũ, frigidum, album, nigrum, aridum, molle, durum, & cæterorum vnumquodq; id genus, quod patet carmine Empedoclis, qui Solem album videre & calidum nos ait omnino, & apud eum Sol ignis erat. hymbrem vero in omnibus & frigidum & nigrum, & nebulosum, & intendit aquam. Similiter autem determinat & de reliquis. Sic igitur patet, primo quòd passiones, per quas alteratio fit, sunt elementorũ differentiæ. Petit secundo & non explicat, quia apud omnes illos erat famosum, & maxime apud Empedoclem, contra quem præcipue nunc instat, quòd elementa nec sunt generabilia, nec corruptibilia secundum substantiam: & hoc eo patet, quia sunt prima rerum principia: oportet enim principia semper manere, & perpetua esse, aliter essent principiata. His duobus fundamentis concessis secundum ea, quæ dicunt, arguit. non potest vnum elementum ex alio generari, vt nec ex igne aqua, nec ex aqua terra, igitur nec album ex nigro, nec ex molli durum. Eadem autem ratio & de cæteris, quibus alteratio fit, hæc autem erat alteratio. Quare isti coguntur duo contraria dicere. Primum quòd alteratio sit, & aliquid præter generationem, & hoc patet per eorum verba. Secundum, quòd alteratio non sit, & per consequens non differat à generatione, & hoc patet iuxta eorum fundamenta. Sed quomodo valeat hæc consequentia, non potest esse generatio elementorum inuicem. igitur nec alteratio in primis eorum qualitatibus, nec in secundis, quæ ab illis primis sunt posterius disputabimus, nunc vero satis est intellectus verborum crassus.

In commentarijs non ponitur continuatio, ideo dicamus secundum Philoponum, quòd cum Aristo. ostendisset RECO.
ponentes plura materialia principia posse assignare differentiam inter generationem, & alterationem, nunc vult eos increpare, & secundum Philoponum ponit duas conclusiones primam ponentibus materialia principia plura, necesse est dicere generationem esse aliquid præter alterationem secundum ponentibus principia materialia plura, necesse est secundum ea, quæ ipsi dicunt, dicere generationem nõ esse aliquid præter alterationem. vnde primam conclusionem ponit, cum inquit. Necesse est autem & his, qui principia materialia plura asserunt, dicere generationem esse aliquid præter alterationem. hæc est prima conclusio. Deinde ponit secundam. Impossibile tamen est ita supple dicere, secundum ea, quæ ab eis dicuntur, & sic habetur secunda conclusio. Ordinat autem Diuus Thomas sic

textum

textum. nam asserit Arist. primo obijcere communiter contra eos omnes, qui principia materialia plura esse profitentur. Secundo speciatim contra Emped. vt ibi. {Emped. igitur} Philoponus vero vult, q hæc increpatio non sit communis ad omnes illos, qui generationem faciunt secundum concretionem, sed sit propria ad Empedo. Quæ expositio verbis Arist. est conuenientissima. Circa vero has cōclusiones (vt Philoponus inquit) sic procedit, quia primo ostendit primam, cum inquit. hoc autem .i. primam conclusionē, q dicamus recte, hoc est q ita sit, vt prima conclusio dicit, facile est videre. Nam quemadmodum videmus, & ita est, quiescente substantia, hoc est seruata substātia in ea fieri trāsmutationem secundum magnitudinem, quæ vocatur augmentatio & diminutio. Sic euidens est seruata substantia fieri transmutationem secundum quale, quæ est alteratio quia igitur antecedens euidens & de facto verū, erit consequens etiam euidens, & de facto verum: Quare necesse est ipsis dicere alterationem esse, & esse aliquid præter generationem, quod erat prima conclusio, vt pulchre Philoponus exposuit. Deinde ostendit secundam, cum inquit. Sed tamen facientes principia plura vno ex his rationibus, quibus dicūt, impossibile est alterari, hoc est alterationem concedere, quare impossibile erit alterationem esse aliud a generatione vt assumptis duabus suppositionibus, optime in commentarijs est declaratum. Quam expositionem Philoponus laudat, & eam narrauit secundo loco in commētario huius loci. Alex. vero aliter verba Arist. exponens, vult q Arist. ponat duas conclusiones, quarum prima est, q tenentes principia materialia plura, coguntur concedere alterationem esse. Secunda vero est, q licet ita dicant, secūdum eorum fundamenta necesse est ipsis dicere alterationem non esse. ergo verbis affirmant alterationē, & rationibus, ex quibus loquūtur, eam coguntur negare. Differt autem hæc expositio ab illa Philoponi, quia illa vertitur circa differentiam inter generationem & alterationē, hæc Alex. vertitur circa esse vel non esse alterationē. Dicit tñ totum hoc Arist. inducere contra Emped. vnde prima verba legit hoc pacto Alex. necesse autem est & his dicere generationē esse aliquid præter alterationem. & sic oportet dicere alterationem, & esse in rerū natura, quia si generatio est præter alterationem & generatio & alteratio erunt. Hæc est prima conclusio. Secundam ponit, & inquit. Impossibile tñ est supple alterationem esse aliquid in rerum natura secundum ea, quæ ipsi dicunt. Deinde volens demonstrare q Empe per quæ dicit, destruat alterationem, primo reducit ad memoriam quid sit alteratio, & vult q alteratio sit transmutatio facta in substantia, substantia eius in quo fit manente. Quam definitionem ostendit exemplo augmentationis, quia (vt Philoponus dicit) augmentationem omnes concedunt, non tamen omnes concedunt alterationem. Protagoras.n. contra alterationem pugnauit. nullus autem ad augmentationem opposuit. vnde dicit. Hoc autem q dicamus recte, hoc est q alteratio non sit, sic recte dictum contra Emped. facile est videre. postea submemorat quid alteratio sit, & inquit, Quemadmodum.n. videmus quiescente substantia, & non variata, in ea transmutationem fieri secundum quantum, & magnitudinem, quæ vocatur augmentatio, & diminutio, sic & alterationem dicimus esse transmutationem quiescente substantia, & sic patet quid sit alteratio, stante hac definitione, ostendit contra Emped. q stantibus his quæ dicit, oportet negare alterationem: & primo narrat quæ Emped. dicit, quorum vnum expresse ponit Aristo alterum clam innuit summa breuitate vtens. Prætermittit tamen intentionem, & dicit, sed tamen ex quibus dicunt plura principia vno facientes, impossibile est alterari, hoc est alterationē esse. Deinde accipit ea, quæ Emped. dicit, & sunt duo, alterum expresse ponens, alterum clam: primum quod ponit, est, q passiones, per quas alteratio fit, sunt elementorum differentiæ, quæ ab elementis sunt inseparabiles, & inquit. Passiones enim, secundum quas hoc .s. alterationem dicimus contingere, differentiæ elementorum sunt. s. inseparabiles, quas exponit, & inquit, dico autem calidum, & frigidum, album, & nigrum, siccum humidum, molle durum & aliorum accidētium vnumquodq;. Quod vero hæc suppositio sit de mente Emped patet per eius verba, cum inquit. Solem hoc est ignem nos videre album & calidum posuit .n. vt Philoponus inquit, cœlestia ignea. Hymbrem autem dixit nos videre in omnibus nigrum & frigidum & per hymbrem aquā intelligit. Similiter autem determinat Emped. de reliquis. asserit enim cætera esse elementorum differentias, veluti calidum album ignis, frigidum nigrum aquæ differentias esse affirmauit. Hoc est vnum, quod Emped. expresse ponit, alterum quod Arist clam ponit de mente eius, est, q elementa cum sint prima principia, nec sunt generabilia, nec corruptibilia secundum substantiam, his duobus ab Emped. concessis, argumentatur alterationem non esse, hoc pacto, non est possibile ex igne fieri aquā, neq; etiam ex aqua fieri terram, vt ex secunda suppositione Emped. patet ergo nec ex albo erit possibile esse nigrum, neq; ex molli durum, & sic de cæteris. Hoc autem (vt inquit) erat alteratio ergo non est possibile esse alterationem Quare Emped concedit alterationem esse, & tñ ex his fundamentis, quæ asseruit, cogitur negare alterationem. hæc est secunda expositio, quam Alexander attulit, quæ mihi optime satisfacit. primam vero attulit Philoponus, & eam in commentarijs secuti sumus. Quid vero sit dicendum secundum Democritum, & Anaxagoram, Philoponus exponit, quæ nos prætermittimus tanquam inutilia, cum ea non simus prosecuturi.

An & manifestum est quòd semper unam contrarijs supponendum materiā: siue transmutetur secundum locum, siue secundum augmentationem et diminutionē, siue secundum alterationē? Amplius autem similiter est necesse esse hoc, & alterationem. Etenim si alteratio est, & subiectum vnum elemētum, & vna omnium materia habentium adinuicem transmutationem, & si subiectum vnum est, alteratio est. Anti.c.9.

Aut & manifestum quod vna semper supponenda est contrarijs materia, siue aliquid transmutetur secundum locum, siue secundum augmentationem & diminutionem, siue secundum alterationem. Amplius aūt similiter necesse est esse hoc & alterationem, etenim si alteratio est & subiectum vnum elementum et vna omnium materia habentium inuicem trāsmutationem est, & si subiectum vnum est, erit alteratio. Diuidatex. cō. eiusdem.

Videtur Auerroi in sua paraphrase q Arist. probet consequentiam datam. videlicet q si vnum elementum nō potest ex alio transmutari, nec alteratio erit possibilis. Mihi autem videtur q probet illam consequentiam, sed secunda ratione. Prima enim ratio processit ex incorruptibilitate elementorum. Secunda ex hoc q materia apud eos nō est vna, petit igitur cuiuslibet transmutationis vnum esse subiectum, vnam & materiā, quæ manet sub vtroq; termino, & q hæc sit mens eius patet. ait enim. Aut & manifestum, vbi videtur velle quòd idem patet & alia ratione. (Inquit) Aut & manifestum quòd vna semper supponenda est contrarijs materia, siue aliquid trāsmutetur secundum locum, siue secundum augmentationem & diminutionem, siue secundum alterationem, quod præcipue hoc in alteratione ostendit de qua est intentio, & inquit: Amplius autem similiter necesse est esse & hoc alterationem, etenim si alteratio est, & subiectum vnum elementum, & vna omnium materia habentium inuicem transmutationem est, & si subiectū vnum est, erit alteratio. Ex his arguo cuiuslibet transmutationis subiectum est vnum, sed apud antiquos alteratione subiectum non est vnum, quia quatuor elementa non inuicem transmutabilia. igitur alteratio non erit transmutatio: & ita nihil erit. Cōmen.9. Auer. introductio. Expositio propria.

Animaduerte q hæc propositio cuiuslibet trāsmutationis subiectum & materia est vna, pōt dupliciter intelligi: vel de subiecto remoto, & hoc est verū: nā vna est prima omnium materia, quæ est remotū subiectum omnium trāsmutationum, vel de subiecto proximo, & iterum hæc est vera singulis referendo, vt augmentationis vnum augmentabile, loci mutationis vnum mobile; & alterationis vnum alterabile, Nota.

gerabile, non tamen vnum omnium proximum est subiectum, quia non idem augmentationis, loci mutationis, & alterationis, & vtroq; modo ratio Arist. valet. primo quidem modo valet, qm antiqui ponunt vnam omnium primam materiam: qua negata & potentia ad transmutationes negabitur. nam carentia materia sunt æterna, & impassibilia, & ita inalterabilia. iterum non ponit Emped. vnum subiectum à principio alterationis vsq; in finem, quia elemẽta sunt quatuor prima inuicem distincta, quæ nõ alia ratione enarrantur, nisi congregatione, disgregatione, quare vtroque modo apud fundamenta eorum alteratio negabitur esse, bene itaq; dictum est, q apud verba eorum alteratio est & aliquid præter generationem: apud vero fundamenta eorum minime.

Quæstio recentiorum. Num aliquid simpliciter generari possit.

Quærunt recentiores. vtrum aliquid possit simpliciter generari & corrumpi. arguitur duabus rationibus q non. Primo, quia si quid generatur simpliciter, illud esset forma, sed forma non generatur 12 Metaph. cõmen. 18 quia tunc crearetur. Secundo non est nobis euidens aliquid generari. igitur nihil generari est concedendum, vel non est concedendum aliquid generari, quia dubium non est concedendum. antecedens patet quia aliquid generari hac obseruatione patet, quia a nunc percipitur esse, & prius non: modo hoc non valet, quia licet non percipiebatur, poterat esse.

Responsio recentiorum.

Ad quæstionẽ hanc recentiores respondent. & primo accipiunt duplicem esse generationem. simpliciter, & secundum quid, & inter has talem ponunt differentiam, quòd de eo, quod generatur simpliciter, verificatur iste terminus ens sine addito, de eo quod generatur secundũ quid verificatur ens cũ addito. Tunc dicunt duo. Primo quòd aliquid potest simpliciter generari, quia de aliquo potest verificari nũc ens, & prius non, absq; addito. Secundo, q hoc non est euidens euidentia summa, sed euidentia naturali, quia per rationes certiores pro hac parte multa alia fingunt.

Sed hæc stare non possunt. Primo quia si generatio simpliciter est, de qua ens simpliciter verificatur absq; additione, tunc elementum simpliciter generatur, quia bene valet. nunc non est ens ignis, & immediate post hoc erit ens, quod Arist. infra negabit. Secũdo suppono quod homo & quodlibet causatum respectu primæ causæ, est ens secundũ quid, vt accidens respectu substantiæ. Ex hoc patet quia sicut vera hæc est, nunc nõ est ens ignis & immediate post hoc erit: ita de quolibet accidente valet, nunc est ens calor & immediate post hoc erit calor ens nec valet dicere quia est ens secundum quid respectu substantiæ, quia sic omnis substantia respectu dei, & tamen hoc non tollit propositum.

Responsio propria.

Propter hæc dicendum quòd generatio simpliciter differt à generatione secundum quid dupliciter. Vno modo pene subiectum. Alio modo penes terminum: penes subiectum, 5. physicæ auscultationis, tex cõm. 7. habetur quòd generatio simpliciter est de non subiecto in subiectum, illa secundum quid de subiecto in subiectum, hoc est vt Auer, exponit in generatione simpliciter subiectum non manet idem & vnum in actu sub vtroq; termino factionis, at in generatione secundum quid bene manet. Penes terminum vero, quia vt dicet tex. cõ. 10. huius generatio simpliciter est transmutatio totius in totum nullo sensibili remanente. at generatio, secundum quid, est transmutatio sensibili aliquo remanente. Ex ijs patet generationem simpliciter esse, & aliquid simpliciter posse generari. Tum quia cõtingit aliquod generari subiecto non menente eodem. Tum quia contingit totum transmutari in totum nullo sensibili remanente.

De secundo videtur quòd iste mirabiliter aberrat, primo quia omnis euidentia, qua veritas primorum principiorũ habetur, est summa: sed per sensus habetur euidentia primorum principiorum, 2. Poster. cap. vlt. Secundo per inductionẽ potest summa euidentia colligi 1. Top. cap. 10. sed generari aliquid potest colligi inductione, quare potest summa

Nota apud Auer.

euidentia haberi. Ideo animaduerte quòd apud Auerro. 1. coeli; cõm. 2 propositio est tribus modis nota, vel simpliciter nota, vel simpliciter ignota, sed demonstratione nota, vel media: prima accipitur sola terminorum euidentia, minime intellectus agentis, secunda demonstratione. tertia & media pauca eget obseruatione vt sola inductione. Secundo animaduerte, quòd apud Auerroẽ in posterioribus, prima propositio est vel in qua conueniunt omnes sensus, vt nihilo nihil generatur. nam visu patet album generari ex nigro, auditu quòd graue ex acuto: gustu quòd dulce ex amaro: tactu quòd calidum ex frigido: odoratu quòd suaue ex austero. Igitur hæc est prima per primam & summã euidentiam nota. Vel quæ vno sensu percipitur illius veritas, sed alij non contradicunt, vt aliquid, generatur simpliciter. nam visu percipitur aliquid nunc ens simpliciter esse. & prius non, & in hoc nullus sensus contradicit. Tunc patet quòd hæc propositio est summa euidẽtia nota, quia vno sensu verificabilis alijs non dissentientibus, quare summa euidentia patet.

Tunc ad rationes. Ad primam Auerro. respondet, quod compositum per se generatur & forma secundum quid, de hoc alias fortasse n. forma generatur vt per se existens, totum vt per se subsistens. Ad secundam patet, quòd illa euidentia est summa, quia percipitur, & alij non dissentiũt, igitur ita est simpliciter. nam à perceptione ad esse hoc modo, valet argumentum. Hæc de quæstione mihi videntur.

In commentarijs designauimus hic secundam rationem ad probandum alterationem non esse data positione Empedoclis. At Philoponus inquit, quòd cum Arist. ostendisset quomodo, qui plura elementa dicunt destruant alterationem. Hic in prima parte textus facit ad dictum vnum corollarium. Infert. n. q necessarium sit vnum esse alterationis subiectum, & quasi ad abundantem doctrinam, addit in omni trãsmutatione esse vnum subiectum. Quo vero modo sequatur ex dictis Philoponus declarat, nam cum Emp. concedere non possit alterationem, asserendo plura materialia principia esse elementa, & in transmutabilia, & alteratio sit quid euidens apud ipsum. ergo oportet cõcedere vnũ subiectum, quod licet secundum substantiam permaneat, transmutetur in contraria. & hoc siue transmutatio sit secundum locum, siue secundum augmentationem, & diminutionem, siue secundum alterationem. Ex hoc sequitur illud verbum an quod græce est ἀ, esse quasi vt notam illationis. deinde ibi. {Amplius autem similiter.} Secundũ Philoponum infertur secundum corollarium, & est, quòd eodem modo necessarium est commune subiectum, & vnũ esse, & alterationem, hoc est, quòd sicut necessarium est esse commune subiectum, ita necessarium est esse alterationem: e contrario sicut est necessarium alterationẽ esse, ita & commune subiectum esse necessarium est. Cuius causam affert. quia si alteratio est, & subiectum vnum elementum, & vna omnium materia habentium adinuicem transmutationem esse. & e contrario, si subiectum vnum est, alteratio est. ergo bene illatum est eadem necessitate esse vnum commune subiectum, & alterationem necessaria. Hæc Philoponus in commentario huius partis, quæ expositio multum differt à nostra in commentarijs, & ab illa diui Thomæ.

Empedocles igitur, ipse videtur contraria dicere & apparentia & ad seipsum ipse. Simul enim non dicit alterum ex altero fieri elementorum vllum, sed alia omnia ex his. Ant. cap.

Impedocles quidem igitur videtur contraria dicere & ad apparentia, & ad seipsum ipse. Simul quidem enim non alterum ex altero fieri elementorum vllum dicit, sed cætera omnia ex his. Dilucida. tex. cõm. eiusdem.

Nunc speciatim increpat Emped. & primo resumit errata deinde declarat illa. Sunt itaq; (vt ait) errata duo. primum quòd contradicit apparentibus, secundum est, quòd contradicit sibi primum declarat eo, quia ait nullum elemẽtorum ex altero generari, sed cætera ex illis proficisci. Cõm. 10.

Animaduerte, quòd aliquid est cõueniens apparentibus, aliquid cõtradicit apparẽtibus, aliquid nec cõtrariatur apparentibus, nõ conuenit apparẽtibus. Quòd quidẽ ignis generetur ex aqua, conuenit apparẽtibus, quia Philosopho naturali apparet ignẽ nunc primo esse in loco aquæ. & apparet aquam non exiuisse locum illum, nec penetrasse continens scimus aquã esse in ignem conuersam, & ita ignem ex aqua Nota.

generari

generari. contrariari vero apparentibus est dupliciter, vel rationi apparenti: vel apparentibus per sensum solem esse maiorem terra contradicit apparentibus per sensum, sed saturnum esse terra minorem contradicit apparenti rationi quæ per astrolabum colligitur: at aliquid creari ex nihilo, nec contradicit apparentijs, nec conuenit, qm̃ creari nõ est aptum fieri notum per sensum, igitur nec contradicit, nec conuenit. potest tamen dici supra sensus, sicut ignem moueri circulariter in sphæra sua, nec est contra naturam, nec secundum naturã, sed supra naturam, quia per naturam altioris rei Si igitur Emped inferat contra apparentias secundum sensum, non esset erroneum. nam contra sensuum apparentias astrologus probat Solem esse tota terra maiore, sed vult eum apparentijs sensuum & rationi apparenti opponere, & ita est error.

RECO.

In cõmentarijs exposuimus vno modo, & quidem non ab ratione, Philoponus tamen vult, q̃ cum cõtradixit eorum opinioni, qui dixerunt materiale principium esse vnũ, & Empedocli, nunc quasi epilogando colligit errores Emped. & dicit Emped. igitur ipse videtur contraria dicere, & ad apparentia, & ad seipsum ipse. tacuit quo modo contradicat apparentibus, quia satis fuit deductũ. Dictum est n. eũ destruere alterationẽ, quæ euidens existit, laborat ergo declarare, quõ sibi ipse cõtradicat, & sumit dicta eius, nã vt inquit primo asserit elemẽta non fieri ex inuicem, sed omnia ex his ex quo vult habere elementa esse incorruptibilia, & ingenerabilia, & hoc inquit. Simul. n. non dicit alterum ex altero fieri elemẽtorũ vllum, sed alia omnia ex his, ecce quõ dicit elementa esse incorruptibilia, & ingenerabilia.

Ant.c.22.

Simul autem in vnum coniunxit naturam omnem, præter litem, ex vno fieri rursus vnumquodq;. Quapropter ex vno aliquo. s differentijs quibusdam diuersorum et passionibus, factum est hoc quidem aqua, illud autem ignis, quemadmodum dicit Solem album & calidum, terram autem graue & durũ. Ablatis igitur his differentijs (sunt. n. dimouibiles genitæq;) manifestũ est quòd necesse est fieri & terram ex aqua, & aquam ex terra. similiter autem & aliorum vnumquodq;.

Dilucida tex. & eiusdem.

Simul autem quando contingit in vnum omnem naturam præter litẽ ex vno generari rursus vnũquodq;. Quoniam ex vno aliquo manifestũ quòd quibusdam differentijs eorum quæ separantur, & passionibus, factum est hoc quidem aqua illud vero ignis. Quemadmodum dicit Solem quidem album & calidum terram vero et grauem & duram. Ablatis itaq; his differentijs. (Sũt enim auferibiles & genitæ) manifestum quoniam necesse est fieri & terram ex aqua, & aquam ex terra. similiter autem & cæterorum vnumquodq;.

Côm. 22.

Quod vero contradicat sibi, nunc declarat, & suponit ad mentem Empedoclis q̃ postquam elementa deuenere in vnã naturam, vt in totius mundi corruptione, ex illo vno iterum generetur vnumquodq; elementorum seorsum ab alio. hoc autem effici non potest nisi propter quasdam differentias, quas sibi limitat vnum, & alterũ alias. cum. n. ignis accipit albedinem & calorẽ, & terra grauitatem & duritiẽ, tunc ex illo vno vnumquodq; elementorum fit inquit {simul aũt} subaudi sibiipse contradicit, quando contingit in vnum omnẽ naturam rerum præter litem, ex vno illo generari rursus vnumquodq; quatuor elementorum, quod fit in totius mundi corruptione. vbi generatur quod græce chaos, latine confusio dicitur. Cuius causam subdit, & inquit. Qm̃ ex vno aliquo manifestum, q̃ quibusdam differentijs eorum quæ separantur, & passionibus hinc inde assumptis, factum est hoc quidem aqua, si ex illo assumat humidũ & frigidum, illud vero ignis, si assumat calidum & siccum, quemadmodum dicit solem quidem album, & calidum, & intendit ignem: terram vero & grauem & duram, quo fit vt terra si assumat sibi duritiem & grauedinem, ex illo generetur, si ignis calidum & album, iterum generetur ex illo Aduerte q̃ græcum verbum ὥστε, quandoq; latine pro vt, quandoq; pro ergo, quandoq; pro quare trãsfertur, ego transtuli hic, quoniam ex vno, eo quia & sæpe reddit causam, vt alibi collegimus Vult itaque Aristo. habere per hæc omnia q̃ differentiæ elementariæ siue passiones sunt auferibiles, & generabiles: generabiles quidem, quando elementa seorsum assumunt illas ex chaos vnumquodq; suas, quibus est, sunt auferibiles, quando veniunt ad chaos in mundi totius corruptione Hæc concedit itaq; Empedo tunc cogitur concedere q̃ elementa possunt ex inuicem transmutari. quæ consequentia patet, quia possunt differentiæ illæ deperdi & acquiri, igitur & vnum potest in alterum transmutari, quia in illud à quo differentias deperdit. Inquit. {Ablatis itaq; his differentijs} (Sunt. n. auferibiles & genitæ) vt per dicta eius patet, manifestum qm̃ necesse est fieri, & terram ex aqua, & aquam ex terra. Similiter autem & cæterorum vnumquodq; ex suo contrario aptum est fieri.

In quo ratio consistit.

Animaduerte, q̃ tota ratio hæc consistit in hoc. potest elementum generari ex mixto illo, quod chaos dicitur. igitur potest ex elemento generari, & ita ex inuicem trãsmutari.

Auer. deductio.

Hanc consequentiam deducit Auer. in paraphrase secundi commentarij, quia ideo Empedo. dixit hæc inuicem non transmutari, quia eorum differentias, nec deperdere, nec acquirere possunt. Modo (vt dicit Auer.) apud Empedoclem hæ acquiri & deperdi possunt, igitur & inuicem generari et sic videtur cõtradicere sibi, quia cõcedit antecedens, ex quo sequitur consequens, & negat consequentiam & consequẽs.

RECO.

Cœpit declarare, quomodo Emped. sibiipsi aduersetur, & ex his, quæ dixit, conclusit eum velle elementa esse incorruptibilia, & ingenerabilia: nunc vult narrare alia Empedoc. verba, ex quibus deducere intendit Emped. velle elementa esse corruptibilia, & generabilia, vt pulchre Philoponus deducit, & inquit, Simul autem cum omnem naturam in vnum coniungit præter litem {in vniuersali mundo corruptione, in qua ponit omnia elementa venire ad vnam confusionem, quam græci chaos appellant, asserit ex illo vno confuso fieri vnũquodq; elementorum. Tunc ex hoc secundo concesso deducit, q̃ elementa sint generabilia, cuius oppositum est deductum ex primo ab eo concesso, & dicit. {Quapropter ex vno aliquo vtpote ex illo chaos differentijs. s. ac passionibus diuersorum elementorum assumptis, videlicet per litem, quam præter confusionem concessit, factum est hoc quidem (assumptis ab illa confusione frigido, & humido, aqua. illud autem ignis assumptis differentijs, quæ sunt calidum & album. nec hoc est ab ratione, quia dicit solem, hoc est ignem esse album & calidum, terram autem dicit graue quoddam & durum. quare bene dictũ est, q̃ assumptis ab illo vno, calido & albo fit ignis: assumptis autem graui & duro fit terra. Tunc replicat deductionem quasi epilogando, & inquit. Ablatis igitur ab illo vno confuso his differentijs {Sunt. n. ab illo dimouibiles, & genitæ in illo per vniuersalem mundi corruptionem} manifestũ est quod necesse est fieri & terram ex aqua, & aquam ex terra. Similiter autem ex aliorum vnumquodq;. ergo ex primo Emped. concesso habetur elementa ingenarabilia esse. Ex hoc vero secundo habetur elementa esse generabilia. Simili modo deduci potest ex primo ipsa esse incorruptibilia, & ex hoc secundo ipsa esse corruptibilia Quare Empe. sibi ipsi aduersatur hanc ergo expositionem, quam intendit Philoponus, laudo.

Ant.c.23.

Non tunc solum, sed etiam nunc, transmutata passionibus. Sunt. n. ex quibus dicit possibiles aduenire, & separari, rursus præsertim aduersantibus adinuicem & adhuc per se, lite & amicitia, propter qua, & tunc ex vno generata sunt. non. n. & ignis iam & terra & aqua existentia adhuc vnum, erant omne.

Dilucida tex. côm. eiusd.

Non tunc solum, sed & nunc transmutari passionibus, sunt autem ex quibus ait possibiles aduenire, & separari rursus, et aliter aduersantibus adinuicem adhuc per se lite & amicitia. Ideo et tunc ex vno genita sunt, non enim vtique ignis & aqua & terra adhuc entia vnum erant omne.

Côm. 12.

Potest confutari hic vna expositio pro Emped. dicet.n. quis, q̃ in chaos elementa inuicem transmutantur deperdendo proprias differentias, at extra chaos non est possibile contra obijcit. si tunc transmutantur inuicem propter litem & amicitiam aduersantes, aliter igitur & nunc. Quorum.n causæ sunt eædem, & naturæ eædem, possunt euentus esse ijdem: sed q̃ in chaos inuicem elementa trāsmutentur, est propter differentias elementorum, quæ acquiri possunt & deperdi, & propter litem & amicitiam aliter quàm prius aduersantes igitur & nunc, quia omnia hæc ad sunt. possunt.n. nunc differentiæ deperdi & acquiri, lis & amicitia aliter aduersari, igitur nunc est possibile illa inuicem trāsmutari. Inquit. Non tunc solum sed & nunc transmutari possunt elementa passionibus quod declarat d. Sunt autē. sup passiones tales, ex quibus ait possibiles aduenire & separari rursus & aliter aduersantibus adinuicem per se lite & amicitia. Ideo & tunc ex vno genita sunt. Dices forte q̃ non ex vno genita sunt, quia in illo chaos præerant actu, & non corrupta. contra adijcit, non.n. vtique ignis & aqua & terra adhuc entia illæsa & incorrupta vnum erant omne, sed corrupta & transmutata in vnum tertiū. Suppleas. si igitur ex illo vno tunc genita sunt, igitur & nunc: quia causis existentibus eisdem, erunt idem effectus. Quod tunc erant transmutata inuicem, duæ erant causæ, prima quòd differentiæ elementariæ possunt acquiri & deperdi. Secunda q̃ lis & amicitia poterant aliter aduersari quàm antea, sed nunc adsunt causæ eædem, igitur potest vnum in alterum transmutari particulari transmutatione.

Vis rationis & eius deductio.

RECO.

Philoponus velle videtur, q̃ cū Arist. probauit ex dictis Emped. elementa esse generabilia, hic probet ex eiusdem dictis ipsa esse corruptibilia, quæ expositio accōmodari nō potest his verbis, quæ nos in nostro græco codice habemus. Forsitan hæc expositio conuenit verbis, quæ erant in lib. Philoponi. Propterea in commentarijs per pulchre diximus, q̃ Arist. hic velit refutare vnam tacitam solutionem, q̃ s. elementa sint generabilia & corruptibilia in vniuersali vniuersi confusione, & in vniuersali vniuersi origine. Postea vero, cum elementa lite fuerint suis locis statuta, amplius nec generari, nec corrūpi possunt. Contra quam tacitam solutionem obijcit Arist. cum inquit. Non tunc solum elementa in passionibus trāsmutata generari & corrumpi poterant. Sed etiā nunc. s. postquā suis locis lite statuta sunt. Quod autem nunc generari & corrumpi possint, probat Arist. quia adsunt omnia requisita, quæ fuerunt in prima mundi generatione. s. lis & passiones, vnde inquit. Sunt.n. omnia ea sup. ex quibus supple Emped. ipse dixit possibiles aduenire, & separari rursus passiones eorum præsertim (vt inquit) aduersantibus adinuicem etiam adhuc per se lite, & amicitia, propter quæ & tunc genita fuerunt. nam post mundi originem sunt passiones, & lis & amicitia, quæ ita nunc aduersari possunt, veluti & tunc. ergo sicut tunc generabilia & corruptibilia fuerunt illis causis sufficienter positis, ita & nunc cum totidem causæ adsint. Sed dices falsum esse, quod Aristot. accepit. s. q̃ ex vno elementa fuerint generata, nam in illo chaos elementa erant actu, & ita non ex vno genita sunt. contra obijcit, & dicit. Non n. & ignis iam, & terra, & aqua existentia actu adhuc vnum erant omne, sed in illo chaos fuerunt corrupta, & postea lite erant genita. Vel aliter possunt verba hæc intelligi, quia aliquis posset dicere concedo elemēta generari posse ex illo chaos assumptis proprijs qualitatibus, sed cum infertur, ergo alterum ex altero generari potest, nego consequentiam. Soluit Arist. quasi probans hanc consequentiam, & dicit. Non n. & ignis iam, & terra adhuc vnum actu existentia erat omne, quod Emped. appellauit chaos. Sed illud chaos erat vnū, in quo elementa erant solum virtute, & sic cū ex illo chaos generatur ignis, non generatur ex eo, nisi pro quanto in ipso erat aqua potentia. & cum generatur aer, non nisi, quia in eo erat terra potentia. Ergo si elementa ex illo chaos generantur, etiam ex inuicem generabuntur, cum nullum eorum ex illo generari possit, nisi quia in eo est alterum contrarium, saltem potentia. Quod vero ad verba attinet, illud verbum propter quæ, græce est διόπερ, verum, vt apud nos istud aduerbium vnde, aliquando capitur pro a quo, vel e qua, vel e quibus, ita dioper apud græcos, aliquando accipitur pro ideo, vel quocirca, vel quapropter, & aliquando pro propter quæ, vt arbitror hæc Arist. accepisse. Est.n sensus propter quæ s. litem & amicitiam & tunc ex vno illo. s. chaos elementa generata sunt.

Ant. c. 13.

Incertum aūt, vtrum principium ipsorum ponendū illud vnū, an illa multa. dico autem ignem & terram & coordinata horū. secundum.n. quòd vt materia supponitur. ex quo transmutata per motū, fiunt ignis et terra et aqua, vnū est elementū secundū aūt quod hoc quidē ex copositione fit, cōuenietibus illis, illa aūt ex dissolutione, magis elemēta quatuor illa, et priora natura.

Dilucida tex. com. eiusdem.

Incertum autem, & vtrum principium eorum ponēdum vnum, an plura. Dico autem ignem, & terram, & ordinata his. Inquantum quidem.n. veluti materia supponitur, ex quoque se transmutant propter motum, fiunt terra, & ignis, est & vnum elementum. Inquantum vero hoc quidem ex compositione fit conuenientibus illis illa autem ex dissolutione magis elementaria erunt illa & natura priora.

Côm. 14.

Vt introducit Auer. in 3. côm suæ paraphraseos est hic, aliud erratum Empedoclis, q̃ latenter locutus est, & in suo sermone contraria innuit. Videtur.n. vna ratione & via velle materiam esse vnam primam omnium, & priorem elementis ipsis, ex qua & elementa & cætera proficiscuntur, inquātum videlicet vult illud vnum chaos esse. ex quo elementa generantur. Alia ratione velle videtur plures esse materias, eo quia chaos illud efficiat elementorum compositione & corrumpi ex illorum dissolutione. Inquit. {Incertum autem & vtrum principium eorum ponendū vnum, } & de materia intelligit quæstionem hanc. {Dico autem plura vt ignem & terram, } in contrario constituta, & ordinata his, vt aerem & aquam, nam aqua terræ, aer igni coordinantur, vnde græce est systoicha, latine ordinata. Et hanc quæstionem esse in verbis Emped. ostēdit d. Inquantum quidem n. chaos illud supponit veluti materiam, ex quo vti e materia, quæ se transmutat propter motum, fiunt ignis & terra, est & vnum elemētum, & materia vna respectu elemētorum, & sic habetur q̃ sit materia. Inquantum vero hoc quidem compositione fit illis conuenientibus, illa autem ex dissolutione magis elementaria erunt, illa & natura priora hoc habebunt magis illa quatuor ratione materiæ principij Et ita dicta huius incerta sunt, quod erat erratum tertium.

σύστοιχα

Circa hæc quæro primo vtrum generatio sit in tempore vel in instante. Ad hoc respondent recentiores primo q̃ generatio non est in instante, quia generatio non potest esse in eo quod nihil est, modo instans nihil est. Dicunt secundo, q̃ in tempore est generatio, quia est aliquando & nō in instante, igitur in tempore. Dicunt tertio q̃ generatio est in tempore composito ex tempore in quo res habet esse, & tempore in quo res nō habet esse, modo hæc sunt duo tempora, igitur generatio est in tempore composito. Dicunt quarto, q̃ in nullo tempore toto est generatio distributiue accipiendo totum, quia nec in tota hora, nec in toto medio horæ, nec in toto aliquo tempore, esset enim tunc successiue Dicimus enim punctum esse in tabula, & tamen in nulla tota parte tabulæ est punctus. & tunc patet ipsam esse totam simul, & instantaneam. prima pars, quia non per partem ante partē forma acquiritur. igitur generatio est tota simul instantanea vero, quia in nullo tempore toto. sic.n. capitur instans apud omnes. Alij sub alijs verbis concedunt generationē esse in tempore, quia non extra tēpus, vt punctus in tabula, quia non extra tabulam, in nullo tn̄ tempore toto, quia nullum est tēpus, in quo æquatē sit, veluti punctus in nulla parte æquate est Alij dixerunt q̃ si per instans intelligitur indiuisibile tēporis, cū istud nō detur, generatio non potest dici esse in instanti. Sin aūt intelligitur q̃ generatio sit tota simul, quia non prius vna pars quā alia, ad hunc sensum cōcedi potest generationem esse in instanti, capiendo esse

Confutatio. do esse in instanti esse totum simul. Sed (pace horum dixerim) hæc sunt, & contra Auerroem & contra rationem. Contra Auer quidem nam quarto Physico. commẽ. 129. in fine duabus rationibus probat generationem esse in instanti. Tum quia finis motus, & omnis finis est vltimum, & omne vltimum est in instanti. Tum quia in ea non est velox & tardum, nisi ratione alterationis, & ita concludit eam esse in instanti Idem & per easdem rationes ait sexto Physico. commen. 32. Contra rationem vero, quia omne mensuratum habet aliquam mensuram sibi æquatam vel igitur est diuidua vel indiuidua. Si diuidua igitur est in toto aliquo tempore æquatæ, quod est contra eos. si indiuidua, igitur in instanti. *Nota Auerr. positionem.* Verum animaduerte ꝙ Auerro. nec tempus, nec instans extra animam esse formaliter cõcedit, tempus quidem non, quia est numerus motus, & numerus habet esse formaliter ab anima, instans minime, quia est indiuiduum, & indiuiduum est priuatio, & nulla priuatio habet esse formaliter extra animam, quare nec tẽpus nec instans formaliter sunt extra animam, sed bene in potẽtia & materialiter. Cum dicitur generationem esse in instanti, intelligitur ꝙ potest intelligi esse actu in instanti vt in mensura æquata, attamen extra animam nec in instanti, nec in tempore, nisi in potentia & materialiter. similiter cum dicitur motum esse in tempore, intelligitur in potẽtia, quia potest intelligi esse in tempore actu. hæc diceret Auerro. Animaduerte tamen ꝙ apud eum conceditur, ꝙ generatio aliqua est successiua, vt generatio elementorum, 3. Cœli cõm. 67. eo quia formæ elementorum intenduntur & remittuntur. verum forma perfecta fit tota simul extra animam & in instanti in potentia, vnde apud eum momentaneum nõ est de ratione generationis, nec successiuum de ratione motus, quia generatio elementorum est successiua, & augmentatio est in non tempore.

Quæstio. Secundo quæres contra Arist. quia non videtur valere, elementa possunt transmutari inuicem in chaos, igitur vnũ ex altero effici potest extra chaos. Nã si potest esse hæc propositio, ita tunc totum ignem contingeret transmutari in aquam, & sic tantum tria elementa restarent in mundo, & ita mancus erit mundus. *Responsio.* Dicendum ꝙ si elementa possunt transmutari inuicem in chaos, sequitur ꝙ extra chaos. Nã causæ ꝙ in chaos transmutentur sunt duæ. videlicet quia contraria actiua & passiua, & quia possunt differẽtias amittere, & acquirere. sed hæ eædem causæ sunt in eis extra chaos, igitur si possunt in chaos transmutari propter has causas, & nunc poterunt propter easdem, & sic consequentia Arist. valet. Tunc ad argumentum diceret Aristo. ꝙ põt totius ignis transmutari in totam aquam, nunquã tñ totius transmutabitur. põt n. secundũ se & quodlibet sui transmutari, sed pro potentia saluanda, sat est vt trãsmutetur secundum aliquid sui. Põt & aliter logice responderi, sed nõ curo.

Quæstio. Num si generatio est impossibilis alteratio quoq; sit impossibilis. Deinde quæritur, vtrum si generatio est impossibilis, alteratio quoq; impossibilis sit. arguunt quod non, nam lunam generari est impossibile, & tamen alteratur.

In quæstione ista omnes concordant ꝙ si impossibilis est generatio, etiam alteratio erit impossibilis, contra etiã vbi alteratio erit impossibilis contra etiam vbi alteratio sit impossibilis, generatio quoq; erit impossibilis. & hoc accipiendo generationem & alterationem corruptiue, non perfectiue, sed in ratione consequentie differunt.

Egidium probatio. Egidius probat hanc sic, si possibilis est alteratio, possibilis est generatio, igitur à destructione cõsequentis, si impossibilis est generatio, erit impossibilis alteratio. primam probat tribus rationibus, primo ex parte formæ, quia de ratione formæ, vt est quædam natura, & habet esse naturale est, ꝙ sit coniuncta qualitatibus proprijs actiuis & passiuis. igitur si illæ qualitates possunt amitti, & forma potest desinere. igitur si est possibilis alteratio, erit possibilis & generatio. Secundo ex parte materiæ, quia tãdiu materia habet formam quãdiu est illi proportionata, sed proportionatur propter qualitates igitur illis amissis & acquisitis fit generatio, & corruptio: quare si alteratio est possibilis, & generatio similiter. Tertio generatio est finis & terminus alterationis, igitur si alteratio est possibilis, erit etiam finis possibilis, videlicet generatio & econtra. quam rationē iuniores tanquã demonstrationem assumunt volentes fundare in duabus maximis, quas vide. *Positio propria.* Mihi autem videtur ꝙ conclusio sit vera, & ꝙ non possit probari ex simpliciter notis (vt isti credunt) sed ex concessis, vt fecit Arist. ꝙ quidem hæ rationes non simpliciter teneant, declaratur, quia omnes petunt. prima accipit, ꝙ de ratione formæ est qualitates sibi inseparabiles, hæc petitur, quia Emped. non ponit rerum formas differẽtes, & stabilitas sursum, immo res apud omnes sunt eiusdem speciei, & non differunt, nisi accidentaliter. & tunc habet concedere ꝙ nullæ qualitates sunt propriæ alicui formæ. & ita concederet ꝙ amissis qualitatibus quibusdam formæ subeunt qualitates alias. patet igitur, ꝙ hæc ratio petit. Secunda petit propter diuortiũ quia apud Emped non est vna omnium materia, tum quia res non generatur propter proportionem materiæ, vel disproportionem, sed congregatione vel lite. Tertia petit etiam, quia verum generatio sit finis alterationis Emped. non concederet, forsasse n. apud eum nõ est generatio alia ab alteratione, immo accipere ꝙ generatio sit finis alterationis est petere ꝙ generatio sit quia si est finis generatio est. Quare videtur mihi ꝙ hæc consequentia non valeat simpliciter, nisi ex concessis, vt Aristoteles arguit. Ipse enim supponit ad illius mentem elementa transmutari in chaos & in illo corrumpi, & ex illo generari, ea quia differentias amittunt vel acquirunt & tunc habere vult ꝙ causa corruptionis & generationis sunt differentiæ acquisibiles & deperdibiles, tunc patet quòd si possibilis est alteratio, generatio etiam erit possibilis & econtra. Itemq; si generatio erit impossibilis, etiam & alteratio erit impossibilis. Vbi enim generatio nõ sit possibilis, differentiæ non possunt amitti. igitur nec poterunt alterari in chaos, & sic argumenta Aristotelis sunt ad hominem ex concessis, & de elementis ipsis, non autem generatim de omnibus. Quare positio hæc peccat. Primo quia conclusionem generalius assumit quam Aristot. in litera, cum solum in elementis Aristot. loquitur. Sed isti de generatione in communi cuiusuis entis. Secundo peccat, quia Aristot. ratio est ex concessis, & rationes eorum ex absolutis. Ideo petunt & hoc est rationale, quia an generatio sit, est quæstio si est, talis autem quæstio non potest terminari nisi per syllogismum hypotheticum ex concessis, & sic Arist facit. Veruntamen animaduertendũ quod Auerro. in paraphrase primi textus probabilius consequentiam illam sic deduxit. Si elementa non possunt transmutari in substantia non erit subiectum vnum recipiens duo contraria successiue hæc enim conuertuntur subiectũ esse & transmutationem in contraria esse. Nã si est subiectũ vnum, trãsmutationem in contraria est, contra etiam si non est subiectum, nec transmutatio in contraria, & ita bene valet, si non est generatio, igitur non est transmutatio in contraria, igitur nec subiectum vnum recipiens contraria. Vltra non est subiectum vnum recipiens contraria, igitur non est alteratio. omnis enim alteratio est vnius subiecti, & de contrario in contrarium. Hæc est tota vis rationis. tu vero recipe hanc tanquam probabiliorem, nam forsasse prima consequentia est ambigua, & non minus petit, quam cæteræ aliæ rationes. Propter hæc possunt solui tria problemata. *Quorundam problematum dilucidatio.* Primũ propter quid nihil seipsum generat, sed bene saluat secundo de Anima tex. commen. 47. Respondetur, quia generatio est transmutatio de non esse ad esse, igitur vbi aliquod seipsum generaret, idem inquantũ generãs esset, vt vero genitum non esset, quare contradictoria simul. Secundum propter quid nihil alterat vel augmentat se, at mouet se in in loco 2. Phys. commen. 1. & 4. cœli commen. 24 dicitur, quia augmentatio est quædam generatio. sed nihil se generat per primum, igitur nihil se augmentat. Itemq; alteratio vel est generatio, vel medium in generatione, sed nihil se generat, igitur nihil se præparat per se ad generationem, quia si posset omnia media pro generatione sibi agere, posset se generare. Tertiũ, propter quid per accidens aliquid corrũpit se, at generat autẽ se nihil, nec per se, nec per accidans. Dicendum, ꝙ si quid corrumpit se per accidens nõ propter hoc idẽ esset, & nõ esset, vt patet at si aliquod per accidẽs generaret se, tũc esset, & generat se, igitur nõ esset. Quare propositũ. Ratio in principio q̃stionis patet.

Est

Est enim quæstio nostra de alteratione corruptiua, & nõ perfectiua, quali luna alteratur.

RECO. In commentarijs aliter diximus circa hũc textum, quã nobis nunc occurrat. diximus.n. ex verbis Emped nihil certi haberi de vnitate principij materialis, an.s. sit ponẽdum vnum materiale principium omnium, vtpote illud chaos, an plura, vt illa elementa. & ita videtur quasi in Empedo. dictis hoc esse tertium erratum At nunc cũ Philopono videtur nobis esse dicendũ, q quanquam Emped. cõplura dixerit de illo chaos, & de elementis, non tñ ex his, quæ dicit, certũ habemus an ipse velit chaos illud esse materiale. principium elementorũ, an cõtra elementa illa materialia principia illius chaos. & hoc inquit. Incertum autem & vtrum principium ipsorum elementorũ materiale sit ponendũ illud vnum, quod appellauit chaos, an contra illius chaos materialia principia sint illa pura elementa, dico ignem & terrã, & coordinata hoc est correspondentia horum.s. aquam, quæ igni, & aërem, qui terræ correspondent per contrarietatẽ Quod vero hoc sit incertũ, probat. & dicit, quia quatenus illud chaos supponitur, vt materia, ex quo vel ex qua per motum litis, fiunt ignis, & terra, & aqua, illud chaos est vnum elementũ ergo ex altera parte videtur chaos elemẽtum, & principium materiale eorũ. ex altera vero, quo hoc chaos fit ex illis elementis conuenientibus, & illa ex chaos dissolutione, elementa illa quatuor videntur magis materialia principia illius chaos, & illo priora natura, materiale enim principium est ex quo aliquid primo fit, & in quod vltimo dissoluitur. ergo hac ratione elementa illa quatuor videntur principia materialia illius chaos cum ex illis primo fiat, & in illa vltimo dissoluatur. Quæ quidẽ expositio mihi placet nunc cum ea Philoponus sectetur. In commentarijs, narrauimus pro solutione tertiæ quæstionis Egidiũ probare illam hypotheticam, si alteratio est possibilis, generatio est possibilis tribus rationibus, vbi diximus omnes illas petere quod est in principio quæsitum, & perpulchre fuit probatum, tunc vero idem probo, quia omnes illæ rationes supponunt præter materiam rerũ esse substãtiam, quæ est forma, & accidentia, quibus forma in materia conseruatur At veteres (vt diximus in 2. de Anima, & in recognitionibus Physicis) præter materiam non ponunt, nisi accidentia, quia totã rerum substantiam posuerunt materiam. & ideo prima ratio Egid petit, quia sumit in materia esse substantialem formam, & qualitates illi proprias, quibus in quod naturalis est in materia, hoc autem quæritur apud illos Secunda sumit in materia esse substantialem formam, & proportionem qualitatũ præter materiã, & formam. quod quæritur. Tertio sumit generationẽ formæ substantialis esse finem alterationis præuiæ, quæ est ad qualitates, quibus forma illa substantialis introducitur in materia & sic sumit in materia esse qualitates, & formam substantialem præter materiam & qualitates, quod quæritur ergo omnes illæ rationes petunt, quod quæritur. Ideo in cõmentarijs, Arist. solum in elementis loquitur, & ex suppositione dato q in materia sint formæ substantiales præter primas qualitates. Hoc.n. concesso, hypothetica est necessaria. s. si alteratio est possibilis generatio est possibilis, at si hoc non supponatur, Aristotelis ratio non demonstrat.

Ant.c.14. *Vniuersaliter itaq; de generatione & corruptione simplici dicendum est, vtrum est, aut non est, & quomodo est, & de alijs simplicibus motibus, puta de augmentatione, & alteratione.*

Dilucida.te. c.eiusdem. *Omnino itaq; de generatione & corruptione simplici dicendum, vtrum est, vel non est, & quomodo est, & de alijs simplicibus motibus veluti de augmentatione & alteratione.*

Cõm 14. Recentiores partem hanc ad formam non bene ducunt, propterea Arist. confutatis his, quæ dixit Emped de generatione, quia adeo leuia & friuola sunt, vt nihil sint ad propositum, quasi per viam consequentis infert. {Omnino itaq; de generatione & corruptione simplici dicendũ} vbi dixit omnino, & græce est olos, quia quæ dicta sunt, quasi nihil sunt, & hoc fecit per viam consequentiæ, vt ostenderet se coactũ hoc agere, & inquit vtrum est, vel non est, & quomodo est, & de alijs simplicibus motibus, veluti de augmentatione, & alteratione, vtrum sint & quomodo sint.

De generatione quatuor quæruntur vt vtrum sit quia Parmenides & Melissus dixerunt ipsam non esse. Secundo quid est generatio, quia Democritus, Anaxagoras & Empedocles dixerunt ipsam esse congregationem. Tertio quibus inest generatio, quia Plato solum elementa dixit generari. Quarto propter quid est generatio, quia dicemus propter materiam Ideo ait vtrum est, vel non est, quantum ad primam quæstionem: & quomodo est, quantum ad cæteras tres quas quoque quæstiones etiam de cæteris motibus intelligere possumus. Ponderat Egid. in tex. verbum elementorum quod in græcis codicibus non inueni, sed bene inueni verbum simplici, & intelligit de generatione in substantia, quæ est simpliciter dicta, nam cæteræ sunt dictæ secundum quid. — De generatione quæstiones.

RECO. Quæ in commentarijs diximus pulchra sunt, tamẽ Philoponus sic continuat, cũ Arist. dixisset veterum de generatione opiniones, tam eorum, qui inter generationem & alterationem differentiam assignarunt, quam eorum, qui nullam inter eas differentias fecerunt, redit ad id, quod proposuit, & quærit si est generatio, & modum quo est (& inquit) Vniuersaliter itaque de generatione, & corruptione simplici dicendum est, vtrum scilicet est, aut non est, hoc est primum: & quomodo est, & hoc est secundum & non modo hæc duo proponit esse quærenda de generatione, sed de alijs motibus, & dicit, & de alijs simplicibus motibus, vt de augmentatione, & alteratione, hæc eadem quærenda sunt. Quod vero ad verba attinet, generationem, de qua proponit, appellat simplicem, q sit substantiæ, augmentationem vero & alterationem appellat simplices motus, q sint puri motus, potissimum secundum eos qui augmentationem non distinxerunt à rarefactione.

Ant.c.15. *Plato igitur solum de generatione scrutatus est & corruptione, quomodo existant in rebus, & de generatione non omni, sed de ea, quæ est elementorũ, quomodo autem carnes fiant, aut ossa, aut aliorum quid taliũ, nihil. Amplius, neq; de alteratione, neq; de augmentatione, quomodo existant in rebus. Vniuersaliter autem præter ea, quæ superficie tenus, de nullo aliquis instituit, præter Democritum. hic autem videtur quidem de omnibus curasse, iam vero in quo modo differt. De augmentatione.n. nullus quidem determinauit (vt dicimus) quod non & quiuis dicat, quòd aduenientes simili augmentatur. quomodo autem hoc, non vltra. Neque de mistione, neq; de aliorum (vt ita dicam) vllo. vt de ipso agere, aut ipso pati quomdo hoc quidẽ agit, illud vero patitur secundum naturales operationes.*

Dilucida.tex. cõm.eiusdẽ. *Plato quidem igitur solum de generatione perscrutatus est & de corruptione quomodo insit rebus. Et de generatione non omni, sed elementorum, quomodo autem carnes, aut ossa, aut aliorum talium, aliquod, nihil. Amplius neq; de alteratione, neq; de augmentatione quomodo insint rebus omnino autem vltra ea, quæ superficietenus de nullo, aliquis constituit, præter Democritum. Iste autem de omnibus quidem videtur curam habere, iam autem in quo modo differũt. neq;.n. de augmentatione aliquis quicquam protulit (vt dicimus) nisi quod otychon quiuis rudis diceret, videlicet quod adueniente, augetur simili, quomodo autem hoc, neque adhuc, neq; de mistione, neq; de aliorum (vt ita dicã) vllo vtpote agere & pati, quomodo hoc quidem agit, quomodo vero patitur secundum naturales passiones.*

Cõm.15. Pro quãto in textu ponitur illationis nota, videtur quod prosequatur, vt Egidio placet, vt vero narrat Platonis defectus, videtur assignare suæ intentionis cãm, vt Thomæ videtur. Sunt aũt Platonis defectus plures. Primus, q de generatione

ratione & cotruptione loquitur q̃uo rebus insint, & nõ terminauit i. qõnem, an sit generatio. Secundus est, q ipse de generatione nõ omni, sed elementorũ locutus est: sed q̃uo carnes, aut ossa, aut aliorum talium aliquod insit rebus, nihil dixit. Tertius est, q neq; de alteratione, neq; augmentatione, quomodo rebus insint locus est. Isti sunt tres Plato. defectus Deinde generalis defect⁹ oium fuit q de his trib⁹, nihil dixit aliquis, quod rudis & ignarus non diceret: excipit aũt Democritum, nam de his omnibus videtur esse sollicit⁹ imò ẽt si generatio & alteratio differunt. curauit ꝑtractare. Sed quicquid sit, nullus de augmẽtatione trãscẽdit merã rudium dixerunt. n. tm̃, q augmentatio fit a simili quod & rudes videnr in appõne cumuli sed q̃uo hæc appositio fiat, neq; adhuc aliquis perfecit. itẽ defecerunt de mixtione, & agere, & pati, & talibus,. Quare Plato, defectus sunt tres, cæterorum vero quatuor. Primus, quia superficie tenus loquũtur de omnibus. Secũdus, quia in augmento populariter loquuntur, & nõ q̃uo fiat illa appositio. Tertius non locuti sunt mixione. Quartus neq; de agere & pati Quare patet q de his oportet pertransire diligenter, quando quidẽ cæteri defecerunt. Animaduertẽdũ q multæ sunt causæ quib. veteres circa res & rerũ passiones errauerunt, primo quia erant primi, vt 2. meta. tex. cõ. 2 Philosophia. n. obseruationibus, & inuentionibus sicut cæteræ artes adinuẽta est, vt a. cœli dicitur, & impoĩe est hæc omnia simul haberi, vt Auer. eodem 2. meta. cõm. illo 2. Secundo propter paucitatẽ logicæ, vnde. 1. physi. propter ignorantiam logicæ in quandã viã ceciderunt extraneam. Est. n. logica ad omnium sciarũ principia viam habens 1 topi Tertio, quia magis moralib⁹ intenti, vnde 1. meta. Socrate circa moralia negociate, de natura nihil text. cõm. quinti. Quarto propter consuetudinẽ in legib. quæ eorũ tẽporibus vigebãt. 2. meta. tex. cõ. 14 Nã vi cõsueuimus ita dignamur dici, quare his quatuor veteres circa res, & rerũ passiões & principia errauerũt.

RECO. Videtur Philoponus q Arist. assignet cãm propositæ intẽtionis & ita legit verba per noiã cãlem. verũ circa expositionẽ verbotũ Arist. dici nõ põt melius quã sit dictũ in cõmẽtarijs. Laborat aũt Philop declarare, q̃uo Plato nõ dixit nisi de generatione elementorũ, quia dixit elemẽta fieri ex superficiebus. Quo mõ vero mixta fiãt, an ex elemẽtis, an ex supficiebus, nõ exploratũ habemus à Platone, vt inquit. Quod vero ad verba attinet, dicit Philoponus q Democritus dixit, de generatione & corruptione, & de oibus motibus. ẽt dixit & considerauit in quo modo generatio differt ab alteratione. dixit. n. generationẽ fieri cõgregatione: corruptionem vero disgregatione: At alterationem dixit fieri transpositione, & trãsordinatione Præterea dicit Philopo. nullũ de augmentatione dixisse, nisi tantum, quantũ quiuis diceret, vt. s. q omne quod augetur, augetur ab appositione similis. Q̃uo vero simile accedat, an per poros, an corpus ꝑ corpus penetret, nullus dixit. Præterea, dicit Philoponus, q mixtionum alia est temperatio, quæ græce crasis dicitur, apud nostros complexio, veluti in mellicrato. Alia appositio, veluti in panspermia in qua duo semina miscentur. Alia complicatio in materia & forma. Antiqui de mixtione nihil dixerunt, cum de ea nihil diuiserint.

Ari. c. 16. *Democritus aũt et Leucippus faciẽtes figuras, alterationẽ et generationẽ ex his faciunt. segregatione quidem et congregatione, generationẽ et corruptionẽ: ordine aũt & põne alterationẽ. Q̃m aũt existimabãt verũ esse in apparendo, cõtraria aũt & infinita sunt ea quæ apparent, figuras infinitas fecerunt. quare mutationib. ipsius cõpositi idẽ contrariũ videatur alij et alij, et trãsmutetur paruo ĩ mixto, et oĩno aliud appareat uno trãsmutato. ex isdẽ. n. comœdia fit & tragœdia, literis.*

Disacida, tex. com. eiusdem, *Democritus vero & Leucippus facientes figuras, alterationem et generationem ex his faciunt disgregatione quidem & congregatione, generationem & corruptionem, ordine vero & positione, alterationem. Quoniam existimabant verum in apparendo contraria & infinita apparent: figuras infinitas faciunt. Quapropter translatione congregati idem contrarium videtur alteri & alteri, & mutari paruo aduenientes, & omnino apparere aliud vno transmutato. Ex eisdem enim tragœdia & comœdia literis sunt.*

Siue nũc ꝓsequatur Arist. vt videtur Thomæ, siue nunc ostẽdat Democriti insufficiẽtiam ad cõplendam rõnem suæ intẽtionis vt Egidio, totum est bonũ: primo narrat Democriti & Leucippi põnem & (inquit) {Democritus vero & Leucippus facientes figuras, alterationẽ & generationem ex his faciunt} sed nõ vna rõne Nã {disgregatione quidem & cõgregatione, generationẽ, & corruptionẽ, ordine vero & põne, alterationem} generatio. n. erat prima indiuiduorũ congregatio. & congregati deinde varia põ & situs erat alteratio. Quòd vero infinitæ figuræ & cõtrariæ sint, syllogizat sic. oẽ quod apparet est infinitæ & contrariæ figuræ apparent igitur infinitæ & contrariæ figuræ sunt. sed non possunt esse infinitæ & contrariæ congregatorum figuræ, nisi sint infinita corpora indiuidua, quare hæc necesse est dicere. Ex hoc verificat positionẽ, q contraria sint simul vera (& inquit.) Quapropter translatione congregati idem alteri & alteri videtur contrarium & sub diuersis rationibus & videtur mutari paruo adueniente & videtur apparere aliud atq; aliud vno solo transmutato, veluti ex eisdem fit tragœdia & comœdia literis, attamen alia atq; alia scansione. Patet modo q hi de principijs quatuor ponunt, q indiuidua, ne ex alijs fiant, quòd corporea, ne corpus ex non corpore proficiscatur, q infinita, quia omne quod apparet est, quod demum figurarum sint diuersarum, vt res differunt Nam aliquæ differunt numero, quia indiuidua sunt consimilia, sed ordine differunt, aliqua vero specie, quia indiuidua illa figura discrepant, aliqua sunt contraria, quia indiuidua illa sunt contraria re, vel ordine. Com. 16.

Quæ de principijs.

Quærit Egidius in prima sua qõe. Vtrũ possit generatio simplr competere cui non competit motus simpliciter. Quæ prima Egidij.

Respõdet & dicit duo. Primo q põt aliquid esse generatio simplr, & nõ motus simplr: quia motus & generatio se habẽt vt gen⁹ & spẽs sed põt spẽs in aliquo abũdare a genere, igitur põt esse generatio simplr, et nõ simplr mot⁹ Dicit q alteratio & augmẽtatio magis dicũtur simplr motus, & nõ simplr generatio. Nã de rõne motus est fieri, de rõne gñonis est factũ esse, sed illis magis fieri cõpetit, quã factũ esse igitur magis rõ motus. & sic dici possent motus simplr.

Sed circa hæc dubito. Primo, quia valet, a. est infinitum corpus igitur infinitum ens. Itaque. b est infinita quantitas ens simplr, igitur a simplr tali spẽ, sequitur infinitũ & simpliciter tale in genere, & sic si generatio simplr erit a. erit et motus. simplr. Cõtra scdm dubio ẽt. Nã vel motus est fieri ꝑ forma fluẽte, vel ꝑ fluxu formæ: nõ primo mõ quia forma fluens est res permanẽs, vt qualitas vel q̃tas: si pro flu⁹ xu, ẽt generatio etiã fieri sic accepta. Põt Egid. & bene defendi. Vbi debes scire, ꝑ prima dubõne, q a maximo, & simplr in spẽ nõ valet maximũ & simplr in genere, vt non valet, Socrates est maximus hõ, igitur maximum animal: sed ab infinito in spẽ valet infinitum in genere, vt si a. est infinitũ corpus igitur infinitum ens, Cã huius est, quia infinitum est quod non patitur secum aliquid, nec sui generis nec suæ speciei, sed totum occupat. 3. physico. Et ideo, si maximum corpus, non maximum ens, at si infinitum, erit & ens infinitum, quia si erit finitũ, nõ totum occupabit. Maximum. n. esse põt, & nõ occupare totũ, Ad secundũ diceret. Egid. q motus illi debent accipi pro fluxibus, & generatio ẽt ꝑ fluxu: sed q̃m generatio accepta ꝑ fluxu est in non tempore & momẽtanea, magis accedit ad rõnem termini, & illi magis ad rõnẽ motus pp quod generatio dicetur motus secundũ quid, & augmentatio & alteratio generatio secundũ quid, & motus simpliciter, & ita hæc stare possunt. Secunda dubitat.

Secundo quærit. verũ oẽ quod apparet sit, & vr̃ q sic, nã quod apparet est, & nihil est quod apparet, quin illud sit. igitur omne quod apparet est. Secundo arguit Egid. nõ põt sensus corrigi, igitur oẽ quod apparet est. añs patet, quia nõ põt corrigi nisi per alium sensum, & alius sensus est eiusdẽ potentiæ, quare non maioris correctionis Respõdet Egid. q sensum errare põt esse quãtũ ad immutationem. & quan Secunda q.

tum ad rem mutantem, quantum quidem ad ĩmutationem nullus errat, nec circa propriũ, nec cõe, nec accidẽtale obiectum, vt declarat, quantum vero ad rẽ ĩmutantem seruatis tribus non errat, vt bona organi dispõne bona medij aptitudine, et obiecti bona pportione. Et tunc patet qualiter nõ oportet q̃ oẽ q̃ apparet sit, quia vnum apparens põt corrigi per alium sensum, qui sentire põt illis oĩbus seruatis. Alij cõtra Egid dicunt, q̃ hæc stare nõ põt nã si illa tria sunt requisita ad sensuum verificationẽ, cum semp organa, & medium & rẽ esse proportionata nõ pateat intellectui, tunc nunq̃ ĩtellectus certe sciet aliquid. Propter quod dicunt duo Primo, q̃ sensus errare non potest circa sensibile per se, sed circa sensibile per accidens vt dicit Auer 2 de aĩa. cõ. 63. visus n non errat in colore vtrũ sit albus, aut niger, neq; auditus in voce, vtrum sit grauis, aut acuta: sed in comprehẽdendo dĩas sensibilium, vt vtrum hoc album sit nix, aut differentias locorum, vt vtrum album hoc sit sursum, an deorsum, Secundo dicere vĩr, q̃ non semp error est pp sensum, & correctio p alium, quia cum sint ambo sensus, & æqualiter materiales, nõ vĩ vnus altero pollẽtior, pp quod vĩr esse dicendum duo. primo q̃ vnus corrigere põt alium, qñ alius errat in obiecto corrigẽtis, vt si visus iudicaret pomũ dulce, gustus posset illum corrigere, vel baculum esse fractum, tactus corrigit, quia fractio & durities est obiectum tactus. Vbi autem errer, circa rẽ quæ nullius exterioris sensus sit obiectum p se, vt q̃ cõtraria sint simul vera, tunc intellĩs corrigit. nã sunt aliquæ primæ propõnes, quæ lumine intellectus solæ patent, veluti fores. 2 meta quas nemo habens intellectum ignorat, tunc ex ill s per manus posi manus deducitur proteruus ad contradictionem vt Arist. 4. meta. Et tunc per hoc patet solutio quæstionis.

RECO. In cõmentarijs pulchre dictum est de his verbis, verum Philop verba hæc coniungit cum priorib⁹ hoc modo, isti insufficienter locuti sunt de his: Democ autẽ & Leucip. facientes figuras alterationẽ & gñonem ex his faciunt segregatione quidẽ & congregatione gñationem et corruptionẽ ordine autem & positione, alterationẽ. Hoc ergo pacto legit Philop. illa vero verba {Q̃m autẽ existimabãt verum in apparendo} Philop. legit q̃ Arist ponat motiuum, quo mouebatur Demo. an ponendas infinitas atomas secundum figuras, siue infinitas atomarum figuras, q̃ idẽ est, & syllĩm sic conficit Philop. omne quod apparet: est apparẽt aliqñ de eodem mixto contraria diuersis phantasiantibus: ergo contraria de eodem vera sunt sed non pñt esse vera nisi supponãtur principia infinita secundum figuras, quæ aliqñ permutantes ordinem appareãt aliquib⁹ vno mõ. aliqñ permutantes positionẽ appareãt contrario mõ, igitur principia sunt secundum ĩfinitas figuras Qui. autẽ contraria de eodẽ apparere possint, Philop. exponit, primo de collo columbæ solis radijs exposito, quod aliã atq; alia oculi põnem apparet diuersi color, vt his cæruleus, alijs vero aureus, alijs niger, alijs varius. Secundo idẽ declarat exemplo quadrãguli, nã quadrangulus pcul circularis figuræ apparet, ppe vero quadrãgularis. Tertio idem declarat de melle, quod ictterico laborãti apparet amarum, bñ valenti vero dulce. Quod vero ad verba attinet dicit {Ita vt mutationibus ipsius compositi} vbi Philop p compositum intelligit principium cõponens. q. d mixtum apparere diuersum, quo atomia in composito mutatur aut positione, aut ordine, dicit ẽt. {Et transmutato paruo} ipsi composito {in mixto.} Quo ad alterationem nã paruo s corpore atomo ĩmixto, vĩ compositum alterari. dicit etiã {Et oĩno aliud appareat vt transmutato} Qđ Alexander ad phantasiantem refert, quasi et oĩno apparet aliud vno phantasiante mutato, Philop ad augmentationẽ retulit q d & oĩno apparet aliud. s. maius vno paruo transmutato, hoc est vna parua atoma apposita. q̃ vero transordinatione uel transpositione appareant contraria de eodem Arist probat exemplo sumpto a comœdia, & tragœdia, vbi solis literis mutatis, mutantur. Imò ex eisdem literis omnes orationes fiunt, diuersæ vero quo diuersimode literæ se habent hæc est expositio Philoponi. Tu vero lege cõmentaria quia verba hæc bene exponuntur, & (vt arbitror) tota diã pendet ab illo verbo græco ὥστε quod Philop legit pro vt, nos vero pro quare. vel quapropter. Si n. sic legitur, Arist. syllogismus pro Democrito sic conficitur, omne q̃ apparet est figuræ ĩfinitæ, & contrariæ apparent d eodẽ ergo figuræ cõtrariæ & ĩfinitæ sunt Hoc syllõ cõcesso quasi corollaria infert, qũo de eodem mixto possint contraria esse simul vera, & sic ĩ commentarijs bñ legunt verba In commentarijs quærebat verum aliqua mutatio esse possit simpl̃r gñatio quæ non est simpl̃r motus, vbi est assignata rñsio Egid & bñ defensata. Verum illud animaduerte quòd Egid. supponit motum esse genus ad generationem qđ non concedit 5. Phy. Tu vero ĩtellige hæc ab Egidio dicta esse supponendo q̃ motus sit genus ad alterationem, nõ autem q̃ velit esse ita Egid. Præterea de correctione sensus aĩaduerte, q̃ sensus non eget correctione quo ad ĩmutationem, vt recte inquit Egid. Nec eget correctione circa sensibile proprium, quia visus non errat, qñ album, aut nigrũ sed qñ Sophronici fili⁹ nec eget correctione circa ea sensibilia per accidẽs, in quib⁹ oẽs sensus cõcordant, vt q̃ omne totũ sit maius sua parte, vel quod omne quod gñaĩ gñetur ex ente vel suo contrario, nã in his omnes sensus cõcordãt. nec eget correptione circa ea sensibilia p acñs, in quib⁹ conuenit vn⁹ sensus. Alijs non contradicentib⁹, aut eiusdem aut alteri⁹ rationis, vt q̃ aliquid simpl̃r gñretur. Hoc. n patet visu & ĩ eo non discordãt visus aliorũ, nec sensus alteri⁹ rationis, nec eget correptione, circa sensibilia p accidens qñ omnes sensus eiusdem rationis concordãt, alijs non contradicentib⁹ vt q̃ pip sit calidum Eget ergo sensus correctione, qñ non omnes sensus eiusdẽ rõnis concordãt, vt q̃ bacul⁹ sit fract⁹. non tunc corrigĩ p alium sensum, cui⁹ obiectũ illud est pprium Secundo eget correctione, qñ ĩ sensibilib⁹ p accidens non concordãt omnes sensus eiusdem rationis, vt q̃ mel sit dulce. Gustui cholerico apparet amarũ. Gustui sano apparet dulce corrigiĩ ergo p alios sensus omnes quib⁹ possum indicaĩ gustum illum esse ĩfirmũ, & cholericũ, & p alios gustus sanos plures, quod iudicam⁹ esse sanos. Ex quo sequiĩ q̃ corrigens semp est intellĩs, sed non nisi mediãtib⁹ alijs sensibus interiorib⁹, vel exteriorib⁹. Sequiĩ secundo q̃ correptio in sensibus non cadit, nisi ĩ sensibilib⁹ p accidens in duobus casibus, vel qñ alij sensus quorũ sunt ppria obiecta discordãt, vel qñ alij sensus eiusdem rationis discordãt hæc de correctione sensuum. In commentarijs pbauim⁹, q̃ omne, qđ apparet est, & nihil determinauim⁹. Vbi de sensu ei⁹ debes scire, q̃ potest dupl̃r ĩtelligi Vno mõ q̃ omne quod apparet sit ens, & in hoc vera propõ est, verũ syllĩs est in quatuor terminis. Hæc. n. est vera, oẽ qđ apparet est ens, cũ vero addit, mixtũ apparet sub ĩfinitis figuris mediũ variaĩ debuit. n mediũ esse sed mixtũ apparet, & conclusio erit tunc, ergo mixtũ est ens. Alio mõ ĩtelligi potest q̃ omne quod apparet sit, vt apparet, & hoc pacto, negatur maior. Nõ. n. omne qđ apparet est vt apparet (vt Philop ĩquit) De logica vero dicas vt in ludicris dictum est, q̃ hæc propõ, oẽ qđ apparet ẽ, pbaĩ p ascẽsũ hoc mõ, hoc qđ apparet est ens, & illud qđ apparet est ens, & sic de singulis. ergo oẽ quod apparet est ens. illa. n. Sorticularum probatio multifariam peccat, vt in ludicris diximus. Hæc de logica.

Q̃m aũt videtur fere oĩbus esse aliud generatio & alteratio, & generari quidẽ & corrumpi quæ congregantur et disgregantur, alterari aũt mutatis passionibus, de his instituentes speculari oportet. dubitationes. n. habẽt hæc, & multas et rõnabiles. Nã si generatio ẽ cõgregatio, multa accidunt impossibilia. Sunt aũt rursus rões aliæ cogentes, nec faciles vt dissoluãtur, quòd non contingat aliter se habere & si generatio nõ sit cõgregatio, aut oĩno nõ est si gñratio, aut si est alteratio est. an, etsi hoc dissoluere sit difficile, tentandum?

Quoniam aũt videtur fere omnibus alterum esse generationem & alterationem, & generari quidẽ & corrumpi congregatis & segregatis, alterari vero translatis passionibus, de horum sententijs considerandum. quæstiones. n habent hæc & multas & rationabiles. Siquidem. n. congregatio est generatio, multa impossibilia cõtingunt. sunt aũt rationes aliæ rursus necessariæ, & nõ

ciles

De modo corrigendi sensus cum errãt circa sensibilia

Eiusdem. li. 6.

Dilucida... com...

faciles solõne, ut nõ cõtingat aliter se habere. et si nõ ẽ cõgregatio generatio, uel oĩno non est generatio, uel erit alteratio, aut si hoc est difficile solui. tentandũ est.

His expeditis repetit qõnẽ, ꝑaccipit tñ illud, in quo oẽs Com. 17. consentiunt. conueniunt quidẽ quãtũ ad hoc quòd gñatio differt ab alteratione. nã gñatio fit congregatione corporũ ĩdiuiduorũ, & corruptio ĩgrrgatione. alteratio vero fit facta congregatione, quottes illa in cõgregato ordinẽ & põnẽ euariãt. verũ quia & antiqui ĩ sufficiẽter locuti sũt, & falsa dixerũt, ꝗ horũ sẽtẽtijs cõsiderãdũ. Nã si gñatio ẽ cõgregatio, multa ipõsia accidũt quæ dixit cõtra Emped. & si gñatio, nõ ẽ congregatio, tunc vł non erit oĩno gñatio, vł erit alteratio, aut si hoc difficile ẽ solui, tentandũ est labore, & sudore RECO. ac studio. Et sic patet qõ, quæ ait, patent. Optime textus iste ĩ commẽtarijs introducit verũ qꝺ diu⁹ Thomas asserit pulchrũ ẽ, vult n. ꝙ Aris. hic velit oñdeř rei difficultatẽ qꝺ laudo, quia ex hoc reddit auditor atcẽt⁹ ꝑcedit tñ hoc pacto, ꝙ primo resumit illud, i quo fere oẽs concordãt (& inquit) Q̃m aũt vř fere oĩb⁹ esse aliud gñatio, & alteratio, quia Demo Leucippo, Empẽdocli, & Epicureis, vt iquit. Philop. & non solũ hoc vř fere oĩb⁹, sed ꝙ generari sit eorũ quæ cõgregãt, corrũpi eorũ quæ disgregãt. Alterari vero mutatis passionib⁹ ĩ ipso congregato, hoc est illud, in quo fere oẽs cõcordãt. statim aũt ꝑponit eius intẽtionẽ, vt ostẽdat hinc inde difficultatẽ, & inquit de his instituẽtes speculari oportet, tũc ostẽdit difficultatẽ (& inquit) Dubõnes n. hñt hæc, et multas, & rationabiles, & rẽtat rationes pro vtraq; parte. et primo ꝓbat, ꝙ gñatio non sit congregatio, & dicit nã si generatio est congregatio, multa accidunt impõia, quia (vt Philop. inquit) destruemus passiones, & corporum continuitatẽ. ꝓ altera parte augmentat, & primo ꝑponit hoc, & dicit. Sunt aũt rursus rationes aliæ pro altera parte, nec dissolutu faciles, cum id, quod probãt non videať aliter se habere, & ponit illas & inquit. Et si gñatio non sit congregatio tunc aut oĩno non est generatio, aut si est tunc generatio erit alteratio, vt deductum est contra Diogenem, Anaximene, Heraclitum, Hippasum, Thaletem, & Anaximãdrum. Tunc erigit eius intentionem: & inquit a, & si hoc dissoluere sit difficile tentãdum est eius dissolutionem. Hæc de intentione & de difficultate intentionis, in quibus non recedemus ab his, quæ diximus in commentariis.

Ant. c. 18. *Principium aũt horum oĩum est utrum sic & generentur et alterẽtur et augmentẽtur ea quæ sunt, et his contraria patiantur, primis magnitudinibus existẽtib. indiuisibilibus, nulla sit magnitudo indiuisibilis? differt. n. hoc plurimum. Et rursus, si magnitudines sint impartibiles, vtrum (ut Democritus & Leucippus) corpora hæ sint, an (vt in Timæo) plana?*

Dilucida. tex. com. eiusdem. *Principium aũt horũ, oĩum, utrũ sic et generentur & alterentur, et augeãtur entia & horũ contraria patiantur, primis magnitudinibus existentibus indiuiduis, aut nulla existente indiuidua magnitudine. refert n. hoc plurimum. Et rursus si magnitudines indiuiduæ sint, vtrum (ut Democ. & Leucippus) corpora illæ sint, aut (quemadmodum in Timæo) planities.*

Nunc ad qõnis solõnem, accedit, & duas proponit quæ-Com. stiones quib⁹ solutis patebit solõ ad quæstionẽ principalem sunt. n. hæ ꝑambulæ ad illã. Inquit {Pricipiũ aũt horũ oĩũ, Vtrũ sic & generẽt, & alterent, & augeãť entia} videlicet naturalia {& contraria patiantur} generationi quidem corruptionem, augmentationi vero diminutionẽ, hoc est corrumpantur & diminuãt {primis magnitudi. existentibus ĩdiuiduis, aut nulla existente indiuidua magnitudine} Refert. n. hoc plurimum. hæc est prima quæstio præambula. deinde mouet secundam, & quod dicit patet. hæ. enim duæ RECO. questiones præambulæ sunt ad principalem. Philoponus sic resoluit textum ad quæstiones ꝑambulas, vt prima sit, vtrum corpora atoma sint, vel nulla corpora atoma sint. dicit enim Arist quòd differt plurimum Quod autem differt plurimum, Philopon. declarat. nam si corpora atoma sunt & intransmutabilia sequitur ꝙ generatio fit congregatione, vt Democ. & Leuci. dixerũt. Ad destructione aũtis non sequiť destructio consequẽns, quia stat nõ eẽ atoma corpora, & gñationẽ fieri congregatione, ut ponit Emp. qui negat atoma corpora, & concedit gñationem fieri cogregatione elẽntorum. Aĩaduerte tamen, quod nec prima hypotetica est necessaria nisi in doctrina eorum non sequitur, atoma corpora sunt ergo generatio fit congregatione corporum atomorum, quia stat atoma corpora esse, & ex illis nihil fieri Hæc est 1. quest. Secunda vero est, dato quod atomæ magnitudines sint. emergit alia. q vtrum hæ sit vt Demo. corpora? An (vt Plato) superficies. hæc est scda quæst.

Hoc igitur ipsum; ut et in alijs diximus irrõnabile est, vsq; ad plana dissoluere. Quapropter magis rõnabile fuerit, corpora esse indiuisibilia. Sed & hac, multã habent irrõnabilitatẽ: tamen & hos alterationẽ et generationem contingit facere (ut dictum est) conuersione et contractu transmutantes idem, et figurarum differẽtijs quod quidem, facit Democritus. Quapropter, et colorem non dicit esse. conuersione enim colorari. His aũt qui in plana diuidunt, nõ amplius. nihil. n. fit præter solida compositis secundum superficiem, passionem enim non possunt generare aliquam ex ipsis. Ant. c. 19

Hoc quidem igitur ipsum, quemadmodum et in alijs diximus irrõnabile est usq; in superficies resoluere, iõ magis rationabile est, esse corpora indiuidua. Licet & hęc plurimam habeant irrõnabilitatem, tamen per ipsa alterationem & generationẽ contingit facere (quẽadmodum dictum est, conuersione, & tactione, et figurarum differentijs ipsum transmutantibus (vt Democritus inquit.) Iõ & colorẽ non aiunt esse, conuersione n. colorari. His uero, qui in planicies diuidunt, nequaquã, nihil. n. superficiebus ipsis congregatis fit præter solidã nam nullam ex his passionem generari concedunt. Dilucida. tex. com. eiusdem.

Soluit nunc ad secundam quæst. & innuit contra Plato. primo syllm hypotheticum ad destructionẽ consequentis, qꝺ 3. cœli fecit. Scdo comparat hãc Plato, ad illã Democ. dans intelligere secundũ errorẽ ei⁹. Prima ratio sic componitur, si corpora naturalia ex planiciebus componunť, resoluunť in planicies. hæc patet. quia in ea est resolõ, ex quibus ẽ compositio. destruit consequens, & inquit {Hoc quidem igiť ipsum consequens, quemadmodum ĩ alijs dixim⁹ irrõnabile ẽ vsq; in superficirs resoluere. deinde comparat inter platonem & Democ. Et ĩquit ideo magis rationabile est esse corpora ĩdiuidua, ꝑꝑ rationes quas dicit, licet & hæc plurimã hẽãt irrationabilitatẽ. Declarat tñ eã esse minus malã & inquit. tamen ꝑ ipsa alterationem & gñonem contingit facere (quemadmodũ dictũ est conuersione & tactione, & figurarum dñjs ipm congregatũ transmutantib⁹, vt Democ. iquit. Prima n. indiuiduorũ corporũ congregatione gñatur ens: at ipso genito, qñ corpora illa conuertunť, vł alio modo contãgunť, vel alijs figurarum dñjs euariãtur, illud alteratio illi⁹ erit. Hoc autem magis declarat ꝑ ea, quæ spãliter dicunt. Et ĩquit {Ideo & colorem non aiunt esse.} Subaudi ĩ ipso corporẽ effectualẽ, & realẽ nã conuersione illorũ aiunt ipm colorari, & ita concedunt corp⁹ naturale colorari, & non ꝑ colorẽ realem, vt nubes colorantur, &c. alia, & non ꝑ colorem realem, sed solum ꝑ apparentiã. Sic igiť possunt Democriti gñonem & alterationem aliquãtulum saluare. Tunc subdit. His vero, qui in planities diuidunt, nequaq̃ ẽ posse talem dñam saluare, & dat cãm. Et inquit {Nihil. n. superficiebus ipsis congregatis fit ꝑter solida.} Nam e, puncto fluente linea, ex linea, superficies, ex superficie solidum siue corpus. Nã nullã ex his passionem naturalem generari cõcedunt Platonici, sed solã mathematicã, quare alterationẽ differre a gñatione dicere non possunt. Et ita patent tria contra Plato. Primum est ꝙ superficieb. non fiunt entia naturalia. Secundo, ꝙ non differt alteratio à generatione. Tertio ꝙ Democ. min⁹ maledixit. In commentarijs dixim⁹ RECO. Arist. dissoluere hic secundã qõnem, circa quod (vt Philo. inquit) Arist. 1. meminit absurditatis opionis Plato. q̃ dixit ĩ. 3. de

3. de cœlo. Secũdo trãsit ad inquirẽdũ si atoma corpora esse possint, de primo dicit, hoc igitur ipm, q̃d Plato dixit de supficiebus, vt ẽt in alijs diximus. s. de cœlo. li. 3. irrõnabile est vsq; ad plana dissoluere. hæc est absurditas opionis Plato ex q̃o. vult hẽre nullatenus esse contedendas supficies deide trãsit ad inquirendũ an atoma corpora sint, & vult (vt Phi po. inquit) q̃ non sint. verũ asserit hãc põnẽ esse ꝓbabiliorẽ & magis naturalem. et dicit quapp magis rationabile est corpora esse indiuisibilia (vt Democ. inquit) Sed & hæc multã huit irrationabilitatem, attñ & hos alteratione, & gñationem contingit facere (vt dictũ est) afferentes conuersionem de si tu in sitũ ipsorum corporum atomorum & contactu quo illa se alter atq; alter in ipso mixto contãgunt & figurarũ diijs, quib illa i ipso mixto diuersimode figurãt, idem alterari, q̃d quidem facit Demo signũ aũt, quia Dem nõ dixit colorem esse renaturalẽ ĩ effectu, sed dixit mixtũ colorari conuersione corporũ atomorũ ď situ i sitũ, ď ordine ĩ ordinem & ď figura i figurã His aũt (vt iquit) qui corpora i plana diuidũt, nõ amplius, sup. faciũt q̃ solida. nã ex supficiebus nihil fit pter solida hoc est corpora, cũ fm supfities cõponunt, vt mathematici dicunt cuius cã est, quia ex supficiebus nullã passionem naturalem pñt gñrare, nec subalem nec accidentalem, nisi corpora. Et sic patet, q̃ põ Democ. est absurda, tñ probabilior, & magis naturalis positione Platonis.

Ant. c. 20.

Causa autem quare minus possint confessa uidere. in experientia est. Quapropter quicunq; magis insudauerunt in naturalibus, magis poßunt supponere talia prinpia, quibus multa possunt complicare, qui autẽ ex multis rationibus, eorũ, quæ existunt, indocti sunt, ad pauca respicientes, facilius enuntiant.

Dilucida. tex. com. eiusdem Aliter plurimorũ sermonum ignari existẽtes sunt

Causa vero quare minus potuerunt confessa videre inexperiẽtia fuit. Iccirco quicunq; magis insudauerũt in naturalibus, magis possunt supponere talia principia quæ possunt plura congregare. Qui vero ex pluribus sermonibus minime contemplatiui existentes sunt, ad pauca aspicientes enunciant facile.

Cõm. 20.

Latini subtilius textum hunc exponunt, q̃ fortasse Aris. velit, volunt n. Platonem pↄatũ esse ab itelligibilibus, circa quæ est ĩexpientia. Demo. a sensibilibus, circa quæ est scia naturalis Iõ inquit. Cã vero quare Platonici minus potuerunt confessa, hoc est naturalia & apparẽtia videre inexperiẽtia fuit, quæ est circa vlĩa, ex qb. ad sensibilia ꝓcesserunt. Iccirco q̃cunq; magis insudauerũt in naturalib. magis pñt supponere talia principia, quæ pñt plura congregare, vt inde generent res ipsæ. Nã philosophia horum ꝓcessit à sensibilibus, q vero ex plurib. sermonib minime contemplatiui existentes sunt, vt Platonici, ad pauca hoc est vlĩa, quæ sunt pauciora singlibus, enunciãt facile de naturalibus, & leuiter. Hæc latini Ego vero non credo Aris ita subtiliter & metaphorice esse locutũ, sed verba ĩtelligo vt sonãt. Accusat. n. Aris Platonem q̃a ĩ naturalib. minus ꝓfessus fuit, sed ĩ metaphysicis, ideo minus dicerẽ potuit ĩ eis at Democ. contra, plurimum circa res naturales, & minus in meta. ideo ꝓponendus est. Propterea illi multorum sermonum ignari ad pauca respicientes, facile enunciãt, quia rationes non hñt, sed verba.

RECO.

Vt bñ i commentarijs diximus. hic asignat Arist. cãm, cur opinio Demo. ꝓbabilior sit, & magis naturalis, & tota cã est, quia Democ. versatus est in naturalib. & Plato in rationib mathematicis (vt Philop. inquit) vñ dicit. Cã autem quare minus possint confessa videre, hoc est naturalia & sensibilia, est inexpientia s. quia Plato nõ est versatus in naturalib Ideo inquit, quapp quicunq; magis in naturalib ipsis insudarunt, magis pñt supponere talia principia, p quæ multa naturalia (vt Philop. inquit) pñt complicare ac asignare vt Demo. qui exercitatus in physicis multos effectus nãles saluauit, & multorum cãs asignauit ex suis principijs, quæ posuit. Philopon autem in græco habebat duas scripturas, vt quæ, & quibus sed non refert, quia si dicit quæ, sensus est, quæ principia, multa naturalia possunt connectere. si dicit quibus vult dicere quibus principijs Demo potest multa nãlia componer. Qui autem multis rationibus, s. mathematicis philosophati eorum, quæ existunt. i. rerum naturalium, quæ sunt, indocti sunt, ad pauca respicientes facilius enunciant & per pauca Philopon. inuit. Aris. intelligere paucas rationes in nãlibus confectas, nã paucas rationes in nãlibus, multas in mathematicis respexit Plato In commentarijs vero quæ diximus, bene dicta sunt Philoponus tamen sic videtur intelligere.

Videbit autẽ quis et ex his, quãtũ differunt qui physice. et qui logicæ cõsiderãt. De eo. n quod est indiuisibiles esse magnitudines, hi quidẽ inquiunt. quòd ipse triãgulus multę erit, Democritus autẽ videbitur vtiq; proprijs ac physicis rationibus persuaderi. Manifestum aũt erit quod dicimus, procedentibus Ant. c. 21.

Videbit autem vtiq; quis & ex his, quantum differunt physice & logice intendentes, nã quòd indiuiduæ sint magnitudines dicunt, quia ipsum triangulum esset plura. Democritus vero videtur proprijs & physicis rationibus persuadere, quemadmodum procedentibus (quod dicimus) patebit. Dilucida tex. cõm. eiusdem

Quod magnitudines, hoc est planities indiuiduæ sint Plato logica ratiõne ꝑsuadet, eo q̃ si non, tunc triãgulum non esset indiuiduum, sed plura, & sic non prima figura ad quã est resolutio oium figurarũ. Hæc ratio dr̃ logica, quia p extranea philosopho naturali, sed magis per mathematicã, at Democ. processit in sua opinione rationibus proprijs & physicis, Et hic est tertius Platonis error Quia ad positionẽ Democriti sequitur colorem non habere esse reale & in effectu fixum & stabile, Ideo quærit Egid. vtrum color habeat esse fixum, & arguit q̃ non, Tum quia est accidens, cui non competit esse nisi in ordine ad subãm Tum quia est extremitas ꝑspicui in corpore terminato. Tũ quia capiat ex diuisione corporis visibilis. Ad hoc rñdet Egid. q̃ color est res in effectu, & realis, & non apparẽs tñ. Vult. n. colorẽ esse quid compositum ex lumine tanq̃ formali quodã, & dispositione quadã contracta ex mixtura tanquã ex materia ex quibus ambobus fit color, qui est veluti lux opaca, vel opacitas lucida. Tunc rñdet ad rationes. Ad primã quòd color est ens, & for nãlis. Et cũ dr̃ quòd ens dr̃ de subã & accidente analogolicè. Respondet quod dicitur analogicè seruata natura, & non analogicè seruato ordine tñ Ad secundã rñdet quòd est extremitas lucida corporis perspicui, & in affectu existens. non apparens tantum. Ad tertiã respondet quod ex diuisione fit p accidens color p quanto per diuisionem fit superficies, quæ primo coloratur. hæc Egidius

Cõm. 21. Q. ñ Egi. Rñ. Egid. Ad rationes.

Sed videtur, quod hæc põ peccet. Tum quia solutio est falsa Tum quia rñsiones malæ, falsa, quidem solutio, qm̃ contra Auer. 2 de anima. com 67. vbi contra Auempacem determinat lumen esse necessarium coloribus, non quidem pp esse colorum, sed ppca vt videantur. persuadet aũt hoc pluribus rationibus, sed potissime, quia apud Aristo. tex. co. 66. hæc est per secundo modo, color est visibilis, tunc arguit. si visibilitas inest colori per se. Igitur habet cãm in subiecto, & per consequens dẽpta luce erit visibilis. Responsiones etiam peccant, prima quidem, quia si ens seruat vnam naturam communem vtrisque tunc ab vnitate naturæ dicetur vniuocum, & si sic, tunc erit quid potentiale, & ita in Deo erit compo. 2. vero, quia tum totius corporis sola extremitas esset colorata, & ita profundum non esset coloratum. tertia autem, quia tunc color fieret nulla præedente in primis qualitatibus alteratione, quia sola diuisione generatur supficies per ipsum, qua genita, color fit in extremo. Et licet hæc positio sit contra Auer. ꝓbabiliter potest teneri nunc primã diceret Egidius quòd illa est p se, color est visibilis, & quod color habet cãm ꝓdicati quia habet lucem, non. n. lux est res extranea colori, sed illius forma & actus. Ad ea quæ sunt contra rñsiones. Ad primã diceret ipse quòd p naturã ĩtelligit conceptum communem naturalem, qui est aliquid ꝑter animã, quod formaliter substãtia & accidens sunt entia: nec oporter eum esse potentialem, quia non est natura completa, sed conceptus naturalis, non potentialis, sed contrahibilis, vt acutiores quidã fingunt. Ad secundã concederet Egid solam superficiem extremã esse actu coloratam, ceterum corporis esse potentia proxima talem, quia sibi non deest nisi lux, qua recepta in superficie mox color est. Ad

Dubitationes contra Egidium. Defensio.

tertiam

tertiam diceret per solam diuisionem potest causari color in actu vltima actuatione, ac per alterationem causatur color quo ad materiale, & hoc non incõuenit. verum res hæc propria est. 2. li. de anima, sed hæc raptim propter Egidium tetigi. Animaduerte quod Democri. minus male dixit, quã Plato. Tum primo quia sensibilium rerum posuit principia sensibilia. Plato vero insensibilia, vt 3. cœli. com. 61. Tum. 2. quia Demo. potest saluare differentiam saltem apparenter inter generationem & alterationem, quam minime Plat. quod in textu patet. Tum. 3. quia Democ. philosophatus est ex sensibus, & memorijs, & experientijs Pla. minime. Tum quarto, quia rationes Democ. naturales sunt, Platonis extraneæ. Ostendit etiam quod Demorri. probabilibus dicit quo ad ratione, quia Plat. probauit esse indiuisibiles magnitudines per mathematicas rationes, & sic per extraneas, & ita per logicas rationes, enim extraneæ, logice dñr 1. poste. Demo. autem (vt postea dicetur) probauit indiuisibiles magitudines esse per proprias rationes, vtpote per physica principia. Ergo quo ad rationes Democ. probabilius processit, quod autem Plato probauit indiuisibiles magnitudines esse per rationem mathematicam, declarat Philop. ex verbis Arist. nam si omnis magnitudo diuisibilis est, cum triangulus ipse per se, qui est idea triangulorũ, sit quædam magnitudo, erit idea triãgulorum diuisibilis in plures magnitudines. & sic (vt Philop. inquit) erunt quædam priora ipso ideali trianguli, vtpote ea, in quæ illa diuidetur, quod est impossibile, non. n. esse potest aliquid prius idea ipsa. Quare cum hæc absurda sint, oportet dicere et ipm per se triangulum, qui idea est omnium, non esse magnitudinem diuisibilem. qua ratione fit. vt aliquæ sint indiuisibiles magnitudines hæc fuit ratio Platonis, & vt patet mathematica est, sumens medium ipsum per se triãgulum. vnde dicit. Videbit autem quis & ex his, quãtum differunt in suis rationibus Democritici, qui physicè, & Platonici, qui logice, hoc est per extraneas & mathematicas rationes magnitudines, considerant. cuius expositionem statim subscribit, & dicit. De eo. n. q̃ est indiuisibiles esse magnitudines, hi quidem. s. Platonici inquiunt. sup q̃ si omnis magnitudo sit diuisibilis, aut origo non, hoc est ipse per se triangulus, qui est omnium triangulorum idea, multæ magnitudines erũt, vt deductum est quod cum sit absurdum, concluserunt esse indiuisibiles magnitudines. Patet igitur Platonicos processisse logicè, hoc est per medium extraneum in naturali philosophia. Democritus autem (vt inquit) videtur vtiq; proprijs ac physicis rationibus persuaderi ad dicendũ magnitudines indiuisibiles, vt manifestum erit, procedentibus postea. Digreditur autem Philopo. hic pro defensione Platonis, & primo dicit quod Plato ita peritus in mathematicis, non potuit dicere hoc. s. quod triangulus sit indiuisibilis nam oibus triãgulum diuidi in tres magnitudines, vt i tres lineas propterea dicit, aut hæc esse dicta a Platone in conuenticulis non scriptis, aut ab aliquibus Platonicis Platonem non bene intelligentibus.

Secundo dicit quod dato quòd Plato ita dicat, vt et Arist. imponit, intelligit dari triangulum indiuisibilem, nõ in magnitudines, sed in figuras, quoniam triangulus est rectilinearũ prima figura, ad quã resoluuntur oẽs aliæ ve quadrãgulus i duos triãgulos, pẽtagonus i tres trãigulos, & sic de cæteris. Ipse aũt cũ in nullam



priorem resolui possit nõ ab rõne figura indiuisibilis dr, q̃a non est in prioris figuras resolubilis licet in lineas resolui possit. Tertio dicit quòd dato quòd velit Plato triãgulum esse indiuisibilem simpliciter

etiam in magnitudines, non intelligit Plato de triãgulo reali, sed de ratione trianguli, domus. n. in re diuisibilis est, ratio vero domus indiuisibilis. Hæc ex Philopono nos autẽ dicimus Platonem, & oẽs veteres posse defendi, cum eorũ opiniones reducuntur ad sensum Peripateticum. Satis autẽ fuit Arist. hsc opionẽ Pla. vel in cõuentionibus narratã. vel in libris scriptẽ vt iacet, esse falsã. vt Alex. sæpius asserit.

In quod Democr. minus male.

RECO.

Defensio Platonis.

Habet etenim dubitationẽ, siquis ponat corpus quod esse, & magnitudinem oĩno diuisibilem, & hoc possibile. Quid enim erit, quod diuisionem effugiat? Si enim omnino diuisibile est, & hoc possibile sit, & simul erit hoc omnino diuisum (etsi non simul diuidatur) & si hoc fiat, non erit vtiq; impossibile. Ant. c. 22.

Habet n. dubitationem, si quis ponat corpus aliquod esse & magnitudinem penitus diuiduam & idem possibile. Quid enim erit quod quidẽ diuisionem aufugiat. Si. n. penitus diuidua, et idem possibile, tunc simul erit hoc penitus diuisum, & si non simul diuidatur, & si hoc fiat, nihil utique erit impossibile. Dilucida tex cõm. eiusdem

Pro Democrito nunc arguit, & virtus sylli (vt mihi videtur, quæ potest colligi ex paraphrase Auerro.) est, potest omne corpus naturale esse actu diuisum in atoma, igitur cõponitur ex atomis. consequentia tenet, quia ex eisdem componuntur corpora naturalia, in quæ vltimo possunt esse actu diuisa añs probat, quia omne, quo posito in esse nullum sequitur impossibile, est possibile. sed posito q̃ corpus naturale sit actu diuisum ad infinita atoma, nullum sequitur impossibile. igitur corpus naturale potest diuidi in infinita atoma, quod erat antecedens fortasse Arist. sic intendit, licet litera sit occulta valde. Aristo. igitur de syllo probat añs tñ, & inquit. Habet enim dubitationem, siue argumentum ꝓ parte Democriti, siquis ponat corpus aliquod esse, & magnitudinem penitus diuiduam actu, & idem posse. q. d. siquis ponat possibile in esse. ꝓ Democri. bona persuasio erit, quia quis dicere potest corpus non esse diuisibile secundum oẽm partem. Inquit. Quid erit in corpore ipso, quod quidẽ diuisionem aufugiat? q. d. nihil, quia potest fieri diuisio supra oẽ signum datum, & hoc vlterius declarat. d. Si. n. penitus diuidua. actu, & idem possibile, hoc est si possibile ponat in esse vt quod est possibile diuidi ẽm oẽ diuisum actu sit ẽm, omne tunc per casum simul erit hoc penitus diuisum, & non simul totum diuidatur, sed per partem post partem, & si hoc fiat, ita vt ponatur in esse tunc vtiq; nihil erit impossibile. Sic igitur patet añs, q̃ omne corpus naturale potest esse actu diuisum in atoma infinita, & ꝑ consequens ex illis cõponitur. Vel fortasse videtur mihi melius q̃ Arist. hic pro Democritica ratione petat sibi concedendum q̃ magnitudo omnis & corpus omne naturale potest esse actu diuisum secundum omne signum, & hoc declarauit, quia eo posito in esse nullum sequitur impossibile. Quanquã in commẽtarijs expositiones, quas assignauimus non sint reuocandæ. tñ ex his, quæ Philopo. dicit possum textus hosce fortasse facilius exponere, tametsi fatear ingenue textus huiusmodi me non plenius intelligere desiderat em. n, per libenter ꝑceptorem, nec Philop. omni ex parte hos textus dilucide exposuit. Dicamus tñ, q̃ cum Arist. dixit rõnes Democriti esse probabiliores, quibus ipse corpora resoluit ad magnitudines atomas, & promisit, hoc declarare procedentibus, nunc quod promisit declarat. Et primo mouet qõnẽ, & quærit dato q̃ aliquod corpus naturale, vt lignũ sit actu diuisum ẽm omne signum. quid est illud, quod remanet, qd vlterius diuidi non potest, post illius corporis oimodã diuisionem? Hæc est qõ. dicit. Habet. n. dubitationem. siquis ponat corpus quoddam naturale vt lignum, vel id genus esse in rerum natura, & esse magnitudinem omnino, hoc est, ẽm omne signum diuisibilẽ, & ponat hoc esse posse, hoc est, Si ponatur idem corpus naturale esse magnitudinem ẽm omne signum diuisibilem, & idẽ posse ẽm omne signum esse actu diuisum. Dicit autem hæc, quia quidã sophistarum fecerunt differẽtiã concedunt. n. aliquod corpus naturale esse magnitudinem ẽm omne signum diuisibilem, & negant eã posse esse ẽm omnẽ signum actu diuisam Propter ea Arist. dicit, siquis ponat, & pro eodem accipiat aliquod corpus magnitudinem esse ẽm omne signum omnino diuisibilem, & hoc idem corpus esse posse actu ẽm omne signum esse diuisum, vt reuera est dicendum, nam idem est, quia si magnitudo est secundũ oẽ signum diuisibilis potest diuidi ẽm oẽ signum, quia diuisibile, & aptum, & posse diuidi idem est. Vlterius põt diuidi. ergo põt secundum oẽ signum esse actu

Cõm. 22.

RECO.

Quæ sophistæ.

diuisa quod.n.est possibile fieri est pñe factũ, ergo benedictũ est idem corpus secundũ oẽ signum esse diuisibile, & secundum oẽ signũ poſſe esse diuisum. igitur posito sup. casu in esse, ꝙ sit corpus illud scd̃m oẽ signum actu diuisum, quid n.

Quid signum

erit vlterius qđ diuisionẽ effugiat. Hæc est vna expõ, quam Diuus Thomas assignat, licet aliter nos in commentarijs diximus, & tunc per signũ oẽ intelligit partẽ oẽm, quæ põt ad sensum in ipso naturali corpore designari. Ar mota qõne ꝓcedit ad rões Democriti, & sumit hãc hypotheticã, si idem corpus nãle est magnitudo scd̃m oẽ signũ diuisibilis, & poſſe scd̃m oẽ signũ eẽ actu diuisum, simul erit aliqñ oino hoc est scd̃m omne signum, actu diuisum, & si nõ simul diuidatur, sed successiue, & addit ꝙ si hoc fiat vt.s. tale corpꝰ actu ponatur diuisum, expõne huius nullũ eueniet impoſſe. ergo ex his sumit suppõnem, & cãm suppõnis. suppõnem quidem s. ꝙ ponatur aliquod corpus naturale, vt lignũ scd̃m omne signũ actu diuisum patet hæc suppõ, quia omne poſſe, ex cuiꝰ põne nõ emergit impoſſe, põt poni in esse, hæc de suppõne, q̃ ẽt Philop colligit, ex verbis Arist. Quod vero ad verba attinet, Addit {& si hoc fiat nõ erit vtiq; impoſſe,} quia posset quis dicere, ꝙ de facto nũq̃ erit tale corpus actu diuisum. Propterea addit dato, ꝙ nunq̃ erit ita secundũ oẽ signũ actu diuisum, saltem si ponatur per casum ꝙ hoc fiat, nullum emergit impossibile. ergo saltem ponatur per casum, vt videatur vis argumenti. Tu vero considera si melius habes.

Ant.c.23.

Quapropter et secundum ipsum mediũ, similiter, et omnino etiam, omni ex parte natura est diuisibile, quamuis sit diuisum, nullum erit impossibile factum quoniam neque si in decem millia, decies millies diuisa fuerint, ullum est impossibile, quamuis forsitan, nullus vtique diuidet.

Dilucida tex com eiusdem.

Igitur & secundum medium similiter, sed etiam si omnino aptum natum diuidi etiam diuiditur, nullum erit impossibile nasceus. Quoniam neque si in decem millia millia diuisa fuerint, nullum erit impoßibile, & si forte nullus vtique diuidat.

Cõm.23.

Quidam volunt ꝙ hic Arist. 2. arguat propõnem Democriti, & potest stare, alij ꝙ sibi petat scd̃m concedendũ. Mihi vr̃ ꝙ acceptam petitionem vlterius declaret. Nam probatum est corpus posse esse actu diuisum in duas partes, cõcludit, nunc, Igitur & scd̃m, medium similiter cuiuslibet illarum, & rursus secundum dimidiũ tertiæ, etiam si oino aptum natum diuidi etiam diuidatur, nullum erit impossibile nascens, qm̃ neq; si in decem millia millia diuisa fuerit, nullum erit impossibile, & si forte nullus vtiq; diuidat. patet igitur ꝙ omne corpus naturale potest esse diuisum actu secundum ic, & quodlibet sui signum. Quia aliquis posset dice-

RECO.

re, corpus illud naturale nõ posse diuidi secundum omne signum, sed solum secundum duas medietates quasi obijciendo dicit. Quapropter & secundum ipsum medium est diuisibile, & possibile esse actu diuisum, & sic de medio medij, vsquequo accipi possunt media Propterea repetit suppositionem obiectione repulsa, & dicit. Et etiam quamuis omnino sit diuisum, si omni ex parte natura sit diuisibile, nullum ex positione huius erit impossibile factum q d. Quare si ponatur actu diuisum secundum omne signum, nullum erit impossibile ergo casus fuit bene positus. Quod autem ita poni possit, dato, ꝙ non sit probat, & dicit. Qm̃ neq; si in decem millia decies millies diuisa fuerint, vllum est impossibile, q̃uis nullus forsitan diuidat, vtpote si diuidens nullus inuenitur ita fortis, vt possit diuidere, ergo a pari si ponatur diuisum esse in omnia, dato ꝙ non sit nullum erit absurdum Patet ergo suppositio nunc plenius. Quod vero ad verba attinet, illud verbũ δὲ in græco, quod latine est, autem, hic habet vim copulatiouis. q.d. & omnino etiam, vt patet legenti verba græca.

Ant.c.24.

Qm̃ ergo oĩno tale est corpus, diuidatur. quid igitur erit reliquũ? magnitudo? Nõ.n. est possibile. nam erit quippiam, non diuisum erat autem omnino diuisibile.

Dilucida tex. cõm eiusdem.

Quod si tale corpus penitus diuidatur, quid igitur erit relictum, magnitudo? Non enim possibile erit. nã erit aliquod nõ diuisum, sed erit omnino diuisibile.

Cõm.24.

Accepit suppositum videlicet ꝙ corpus omne nãle & cõtinuum põt esse actu diuisum secundũ oẽ signum: nunc erigit rõnem Democriti, & potest formari per syllogismum hypoteticum diuisiuum a destructione partium super aliã partem sic: Facta diuisione secundum omne signum, quod relinquitur ex diuisione vel erunt magnitudines indiuisibiles, vel diuisibiles, vel puncta, vel passiones, vel nihil, & destructis omnibus, quæ relinquuntur ex diuisione erunt indiuiduæ magnitudines. Quod itaq, non sit magnitudo diuisibilis, probat, quia tunc post diuisionem relinquetur aliqđ non diuisum, sed erat oino diuisibile igitur contra suppõnẽ.

Hac suppõne concessa argumentatur, & quærit, quid remanet post talem corporis diuisionis, vtrum magnitudo adhuc diuisibilis, certum est ꝙ non alioquin non fuisset corpus illud scd̃m omne signũ actu diuisum. Cuius contrariũ ponebatur, ponebatur.n. ipsum esse actu secundum omne signũ diuisum. dicit. qm̃ ergo corpus naturale, vtpote lignũ, oino tale est, hoc secundum omne signum possibile est esse diuisum, diuidatur ergo ita vt actu per casum sit taliter diuisum, & quæratur quid igitur erit reliquum post totalem diuisionem. magnitudo. sup adhuc diuisibilis sup. non. Cuius cãm affert, & dicit. Non.n. est possibile, vt illud derelictum sit magnitudo vlterius diuisibilis. nam (vt inquit) erit quippiam post illius totalem diuisionem nõdum diuisum, quod est contra casum, nam fuit positũ oino diuisibile, hoc est secundum omne signum actu diuisum. Sic igitur illud, quod remanet, non potest esse magnitudo vlterius diuisibilis. Ergo erit magnitudo penitꝰ atoma, ex qua corpus illud naturale cõponebatur, & sic habetur positio Democriti.

Ant.c.25.

At uero, si nullum erit corpus, neq; magnitudo diuisio aũt erit, aut ex punctis erit, et non magnitudines ea, ex quibus cõponitur, aut nihil prorsus. Quare et generabitur ex nihilo, & erit cõpositum, et ipsum utique vniuersum nihil erit, sed uel apparẽs tm̃. Similiter aũt etsi ex punctis non erit quantũ. quando.n. tangebant se in una magnitudine, & vna erat magnitudo & simul erant, nihil faciebant maius ipsum totum. diuiso enim in duo vel plura, neque maius neque minus est ipsum totum quam prius. Quare si etiam omnia simul ponantur, nullam facient magnitudinem.

Dilucida tex. cõm. eiusdem.

Sed si non erit corpus. neq; magnitudo. diuisio autẽ erit, uel ex pũctis erit et nõ magnitudines ea ex quib. cõgregatur, uel nihil omnino, quapropter & generabitur ex nihilo, erit congregatum, et omne iam nihil, sed uel apparẽs. Similiter aũt etsi ex punctis non erit quãtum quando.n. se tangebat in una magnitudine, & vnum erat magnitudo et omnia erant, non faciũt ipsum oẽ maius diuiso.n. in duo uel plura, neque maius neque minus est esse ipsum omne quã prius, quapropter si omnes componantur nullam facient magnitudinem.

Cõm.25.

Destruit duo alia membra, & quod post diuisionem non remanent puncta. neq; nihil, & inquit Sed si non erit corpus neq; magnitudo, id quod post diuisionẽ restat, & sit diuisio facta vsq; ad vltima vt ponit casus, tunc vel ex punctis erit cõpositum, & in puncta resoluetur, & non magnitudines, ea ex quibus congregatur res ipsa naturalis, vel nihil omnino. Quod non sit nihil arguit. d. quapropter & generabitur ex nihil omnino, & erit congregatum, & iam oẽ nihil, sed vel apparens quoddã consequentia tenet, quia cõpositum est ex eis, in quæ diuiditur, igitur si in nihil diuiditur, & ex nihilo erit, & ita in effectu erit nihil. Quod non diuidatur in puncta, arguit & inquit. Similiter autem etsi ex punctis, non erit quãtum qñ. n. se tangebant in vna magnitudine, & vnum erat magnitudo, & omnia erant insimul, non faciunt ipsum totum maius, & hoc probat d. Diuisio enim in duo vel plura. hoc est ablato ab eo vno vel pluribus punctis, neq; maius neque minus est ipsum omne quã prius. Non quanto.n. ablato a quanto adhuc restat tantum veluti si a linea puncta extrema remoueantur adhuc re-

stat

fiat tanta, quapropter si oẽs insimul componãtur, nullam facient magnitudinem, quia eadem ratio est in duobus, & omnibus. Patet igitur quód neq; in nihil neq; in puncta diuiditur, & sic tria membra erunt destructa

RECO. Remouet duas rñsiones, quia potest dici q̃ illud, quod relinquitur post totalẽ diuisionẽ, sint puncta, vel sint nihil, & hoc inquit. at vero si post totalem diuisionem nullum erit corpus, neq; magnitudo, modo sit diuisio totalis, illa quæ remanent, erunt aut puncta, & sic compositum fuit ex punctis, & non erant magnitudines ea ex quibus componitur. ex eisdem n. vnumquodq; componitur, in quæ diuiditur, aut erunt nihil. quare (vt inquit) et si generabitur ex nihilo & si erit cõpositum ex nihilo, vt oportet dicere, si quod remanet, est nihil, ipsum vtiq; vniuersum compositum ex tali nihilo, nihil erit, sed solum erit apparens quoddam. Si. n. in nihil diuiditur, ex nihilo cõponitur, cõpositum vero ex nihilo nihil est, quare vel nihil est vel apparitio tñ. Quod vero cõpositũ esse nõ posit ex punctis, probat (& inquit) Similiter aũt etsi sit compositum ex punctis nõ erit quãtũ, quia (vt Philop. inquit) vt illud, quod componitur ex non entibus non est ens, ita illud, quod componitur ex nõ quãtis, non erit quãtum, ꝓbatur tñ aliter, & dicit. Qñ. n. tangebant se puncta in vna magnitudine, & vna erat magnitudo & simul erant, ipsum totum non faciebant maius. Linea. n. non est maior cum punctis extremis composita, q̃ sine punctis & h, d, diuiso. n. ipso toto, hoc est diminuto ipso toto in duo vel plura puncta, neque maius est ipsum totum, neque minus quam prius. ergo de compositione, si etiam omnia puncta simul ponantur, nullam facient magnitudinem. eadem. n. est ratio de duobus, & de mille, & de omnibus, si. n. duo non faciunt maius. nec mille. ergo nec omnia. non ergo illa, quæ remanent, puncta sunt.

Ant. c. 26. *Sed etsi quid ueluti rasura, diuisio corpore fiat, & sic ex magnitudine corpus quoddam abscedat, idem sermo, illud quomodo diuisibile.*

Dilucida. tex. cõm. eiusdem. *Sed si quod etiam diuisibile ueluti rasura fiat ex corpore, & sic ex magnitudine corpus aliquod recede idem erit sermo illud enim quomodo diuisibile?*

Cõm. 26. Quod, ea quæ diuiditur, non sit supficies, declarat & inquit. Sed si quod ẽr diuisibile veluti rasura, hoc est in longũ & latũ, & nõ ꝓfundum, cuiusmodi est supficies fiat post diuisionẽ ex corpore, ita vt illud quod derelinquitur, sit supficies, ita vt ex magnitudine, siue dimensione illa superficiali corpus aliquod fluat, vt more mathematico, ex puncto linea, ex linea superficies, sic ex superficie corpus, si inquit ita dicatur, idẽ erit sermo. Illud. n. siue illa res composita ex talibus superficiebus quõ erit diuisibile? q. d. minime, qñ quidem ex indiuiduis ea ex parte, qua indiuidua non fiat diuiduum, modo superficies quo ad profundum indiuidua est quare non potest corpus ex ipsa hac ex parte profluere, vel fluendo effici. verbum illud fluet græce est aperchete, aperchome enim interdum profluo legitur, licet proprie pro recedo, quo in sensu litera esset obscura.

RECO. Remouet & tertiam tacitã rñsionem, quia dici posset post totalẽ corporis diuisionẽ ẽm oẽ signum, non remanere signũ, sed rasuram quandam, quæ non est signum, & sic non erit deueniendum ad corpora atoma Et per rasuram in cõmentarijs supficiẽ intelleximus, quæ est latitudo longa & lata sine ꝓfunditate. At Philop. p rasuram intelligit ramentũ corporeum, quod fit in lignis cũ secantur. Ramẽtum. n. corporeum est, nõ tñ iterum secari põt. Contra obijcit Aristo. quia hoc ramentum vel non est corpus si corpus, eadem rõ quadrabit nã ramẽtum siquidem non est penitus indiuisibile, cum sit corpus, diuidetur & ipsum, cum sit positum in casu magnitudinem esse diuisibilem & actu diuisam ẽm id oẽ, q̃d poterat diuidi. Quod si talia ramenta corporea sint, & nequaq̃ diuisibilia, Democriti rõ vera derelinquetur. s. q̃ sint corpora indiuisibilia, quorũ concretione gñonem fieri dicebat. Vnde dicit, sed siquid, veluti rasura (diuiso corpore naturali) fiat, ita vt ex magnitudine data abscedat defluatq; corpus quoddam. quod rameutum dicitur. Contra obijcit, dicens idem sermo erit. s. quód illud ramentum (cũ sit corpus) quodã modo diuisibile est. Alioquin erit indiuisibile corpus, & relinquetur Democriti põ. Hæc expõ Philopo. mihi placet. in cõmentarijs vero aliter diximus.

Si uero non sit corpus, sed species aliqua separabilis, aut passio, quod recessit, & est magnitudo ipsa, puncta, uel tactus hæc passio inconueniens est ex non magnitudinibus magnitudinem esse. Ant. c. c. 27.

Si vero non est corpus, sed aliqua specie segregabilis uel passio quæ secessit & est magnitudo puncta. uel tactiones illud patientes inconueniens ex non magnitudinibus magnitudines esse. Dilucida text. cõm. eiusdem.

Quod illud, quod ex diuisione restat non sit species alicuius accidentis vel passio siue affectio aliqua vt calor vel frigus & id genus, declarat quia non põt hoc esse, nisi congregatum ex talibus passionibus, siue affectionib⁹ sit aut pũcta, aut tactiones patientes talem passionem, si tale erit, tũc īconueniens derelinquetur, videlicet q̃ ex nõ magnitudinibus fiat magnitudo. Aĩaduerte q̃ Aristo. adijcit & est magnitudo puncta vel tactiones, quia non videtur ex passionibus effici quantum, nisi inquantum puncta illa vel tactiones illæ in magnitudine existentes patiantur talem siue speciem, siue affectionem, & quia res hæc non est intelligibilis aliter, adijcit illud, vel forte, hoc est, quia passiones illæ non possunt esse nisi vt puncta vel tactus. vt enim omni diuisione carent puncta vel vicem punctorum subeunt, vero hærent subiectis tactus sunt vel vicem tactuum habent, & ideo primo ostendit non posse vicem punctorum subire: secundo nec vicem tactuum. Cõm. 27.

Si ramentum sit corpus, dictum est quõ idem sermo sequetur, quia vero aliquis dicet rasuram illam non esse corpus, sed puncta, vel tactioue partiũ corporum (quod idem est) assumentes quandã spẽm vel passionem in compõnem facientes hoc pacto magnitudinem, quæ quidẽ forma seu passio in diuisione separatur, vt derelinquãtur puncta, si inquam sic dicatur, eadem absurda sequentur. s. ex non quantis fieri quantum. vnde dicit. Si vero rasura illa non sit corpus, illud quod abscedebat, sed spẽs separabilis, aut passio separabilis, ita vt magnitudo naturalis sit ipsa puncta, siue ipse tactiones, quæ passionẽ illam vel formam illam in cõpõne patiebantur. Si inq̃ sic dicatur, idem absurdum sequetur. s. ex non magnitudinibus magnitudinem esse. Et debes scire. (vt Philop. inquit) q̃ differt hæc responsio ab ea, quæ dixit, quæ derelinquõtur esse puncta, quia prima dixit ea, quæ derelinquuntur esse puncta simplr̃, quia puncta simplr̃, in compositione erant, at hæc responsio imaginatur composita esse ex punctis non simplr̃, sed quandam speciem, siue passionem assumentibus in compõne, quæcunq; sit illa species, siue passio, quæ postea passio in diuisione non remanet cum pũctis, sed sola puncta remanent. Et propterea obijcit q̃ hac rñsione concessa, tunc quantũ esset ex non quantis (vt dictum fuit.) Intelligit aũt per tactiones, puncta, quasi alterum verbum alterius sit expositiuum. Punctum. n. dr̃ punctum, & dr̃ tactio, punctum quidem, quo est quid incorporeum, ac simplr̃ indiuisibile, quo vero est id, in quo partes se contangunt, ac copulantur, dicitur tactio siue tactus.

Dubitatio. Dubitatur vero hæc quia Aris. absurdum esse dicit ex nõ quantis fieri q̃tum, & tamen vr̃ necessarium, quia compositum naturale, q̃d est corpus, fit ex materia & forma, quorum nullũ est per se corpus. Auer. i libello de suba orbis hoc argumento ductus, cõpulsus fuit asserere materiam esse corpus saltem dimensionibus interminatis affectam, quia impoſsẽ est corpus fieri ex non corpore. Philoponus vero respõdet, q̃ licet materia ꝓpria rõne qua materia, sit incorporea, & penitus informis, tñ præsentia atq; in actu semper est corpus, & sic corpus fit ex materia quæ præcessit sub spẽ corporis. At puncta sunt simplr̃ informia, nec actu nec potẽtia magnitudines, nec possunt esse subiecta alteri cum ipsa altero egeant ad subsistentiã, & sic patet dũa. Rñdetur ẽt aliter, verum rñsio in idẽ venit, q̃ corpus fieri ex nõ corpore intelligi põt quatenus illud non corpus ex quo fit, nec actu, nec potentia est corp⁹, vel corporeum, nec actu nec potẽtia est pars corporis, & sic cõcedo esse absurdũ corp. fieri ex nõ corpore. vel intelligi põt, quatenus illud non corp⁹ est non corp⁹ secundum eius rõnẽ essentialẽ, tñ esse põt corpus, vel Quæ Auer. Quæ Philoponus.

reum, vel actu pars corporis, & sic nō est absurdum. nā licet nec materia, nec forma scđum earū rōnes nō sint corpora, sunt corporea, & ptes corporis, quia vero pūcta, nec sunt corpˀ, nec corporea, nec partes actu, vel potētia corporeæ, iō ex eis non pōt fieri corpus. Sic igitur, licet materia & forma secundū rōnes earū formales nō sint corpora quia sunt corporea actu, vel potētia, satis est vt ex eis fiat corpus.

Ant.c.28 *Amplius aūt, ubi erunt et immobiles, aut moti pūcti et tactus semper unus, duorū quorū est tanqnam existente aliquo præter tactū et diuisionē, & punctum. Si itaque quis ponat quoduis, aut quantumuis corpus omnino diuisibile, hæc omnia accidunt.*

Dilucida. tex. cōm. eiusdem. *Amplius vbi erunt & immobilia, aut mutatæ puncta, & tactus semper unus est duorum aliquorū, quasi existēt quodam, præter tactionē, et diuisionē, et punctū. Si vtique quis ponat quodlibet, aut quantum corpus esse omnino diuisum. omnia hæc contingunt.*

Cōm. 28. Quod talis magnitudo ex passionibus vel speciebus, non possit esse puncta, vel q̃ illæ non possint vicem punctorum subire, nūc secundo declarat & inquit. {Amplius vbi erunt & immobilia, aut mota puncta} q d. nullibi. oportet .n. omnē partē habere pōnem ī toto, at cū puncta hæc nullam habeant pōnem, non erunt partes. dixit imobilia aut mutata pp̃ duas positiones nā vna pō vult ex punctis effici totū sola ipsorum congregatione, & non ipsrum fluxu. Alia (vt mathematici) q̃ fluxu ipsa faciant totū Quod vero tale resultans ex passionibus vel spēbus non sit tactus quidem vel illæ passiones non vicem tactum subeant, declarat. d. {& tactus sp̃ vnus est duorum aliquorum, quasi existēte quodā} hoc est ac si existat talis tactus quodā p̃ter tangibilium tactionem, & partium diuisionem, punctum tangentem. In tactione quidem, n. est tactus resultans & tangibilia & tangibilium tactio, & diuisio etiam partium, modo non potest ex tactibus effici vnus tactus p̃ter tactibilia. & ita illud effectum ex passionibus nō est tactus, nec passiones pn̄t vicem tactuum habere. Epilogat et inquit. si vtiq; quis ponat quodlibet & quantum corpus esse omnino diuisibile, sine penitus actu diuisum secundum se & quodlibet signum, vt supposuit, omnia hæc contingunt.

RECO. Textus etiam iste mihi difficilis est, & in commentarijs exposimus valde obscure, & obscurius a cæteris nostris expositoribus: ideo desiderarem perlibenter magistrum, nam quæ Philopo. dixit, non sunt omnino clara. Sed vtcunq; dicamus modo cum Philopono, q̃ cum Arist. cœpit probare, q̃ resolō corporis naturalis non potest esse ad puncta, nunc hoc idem probat secunda ratione, quæ potest legi interrogatiue, & potest legi sine interrogatione, vt placet Philopono. Si interrogatiuè quæremus cur naturale corpus resoluitur in puncta, cum partes, ad quas resoluitur vnumquodq; sint in certo loco, vel moueantur ad certum locū? quæro quis est locus, in quo puncta, quæ remanent, quiescēt vel ad quem puncta quæ remanent, post resolōnem mouentur. Rursus quis motus quo mouebuntur puncta illa ad illum locum, vel quo mouebuntur ad generationem mixti, vel quis est locus, e quo mouentur ad mixtum: non. n. locus ad quem feruntur puncta post resolōnem potest esse supernus, quia erit aut ipsius ignis, aut aeris, quod derisibile ē dicere. Nec potest esse infernus, quia nec aquæ nec terræ. ergo non potest assignari locus, ad quem post resolōnem corporis ferantur, vel in quo quiescant. Simili ratione nec pōt assignari motus quo veniant ad mixtum, vel quo ferantur post resolōnem mixti, quia ille motus aut erit sursum, aut deorsum, & ita puncta erunt, aut leuia, aut grauia quod est friuolum. vnde dicit. Amplˀ autē vbi erunt & imobiles pūcti. i. quis est locus vbi puncti stabunt immoti, ac quiescentes ante & post resolutionem, & vnde moti veniant ad mixtionem vel ad quem mouentur post mixtionē, cum non sit talis locus assignabilis, vı̃ q̃ puncta non possint esse ex quibˀ constent corpora, & tunc iuxta hanc expositionē verbum, πού, legatur vbi. Sin aūt ratio ītelligatur sine interrogatione verbum, πού: legatur alicubi hoc modo. Amplius autem, si physica ipsa corpora resoluantur in puncta, & componantur ex punctis, ante compositionem, & post resolutionē oportet esse aliquem locum, in quo puncta stent immota ante compositionem, & ad quem moueantur post resolutionē talis autem locus aut est supernus, aut infernus, & procedatur, vt prius. Deinde sequuntur illa verba. {Et tactus sp̃ vnˀ duorum. Vbi secundum Philopo iterum ponitur tertia ratio, & q̃q̃ Philop. velit verba hæc dupl̃r exponere, ego non possum hæc intelligere nisi vno modo. Argumentatur ergo Aris. puncta non pn̄t se tangeř, ergo non pn̄t componeř corpora. tenet argumentū, quia ptes non cōponunt aliqđ totum, nisi se tangant. Qđ autem puncta non possit se tangeř, pbat Aris, q̃a quæcunq; se tangunt, secundum aliquam partem se tangunt, & secundum aliquā non quia si secundū se, & quodlibet sui sese tangerent, esse penetratio tangibilium & non continuatio. At puncta non hn̄t partem & partem vt s̄m aliquam se tangant, & s̄m aliquā non. Ergo puncta non possunt tangere, & ita non possunt continuum componere. vnde dicit, & tactus sp̃ vnus duorum quorundam est tanḡ, hoc est, tali modo, ac lege vt vnum duorum tangibilium aliquid in ipso habeat, præter tactum, & præter diuisionem eorum, quæ se tangunt, & præter punctum, cum quo se tangit. Q no. n. quod tangitur a puncto, debet habere aliquā partem non tactā ab illo, & ita habet aliquam partem præter tactum, quæ est p̃ter diuisionem eorum, quo se tangunt, & præter punctum cum quo se tangit, tactus enim qui est duorum se tangentium s̄m omnia, est penetratio. Tunc epilogat & dicit, si itaq; quis ponat quoduis, aut quantumuis corpus omnino, hoc s̄m omne signum, diuisibile, hæc omnia accidunt. s. vt puncta sint in aliquo loco, & vt habeant partes. Sic mihi videtur, hic locus esse exponendus, tu vero non abhorreas videre Philoponi commentaria, licet aliter sentiat, vt videtur.

Ant. c. 29. *Amplius si postquā ego diuisi lignū, cōponā, an aliquid aliud, rursus æquale et unū erit? Igitur sic se habet vt patet etiā si incidero lignum secundū quodcunq; signū.*

Dilucida tex. cōm. eiusdem. *Amplius si diuidē s cōpono lignū, aut aliquod aliud rursus æquale et vnum: igitur sic manifestum se habet, quod et diuido lignū secundum quodcunque signum.*

Cōm. 29. Cōprobat nunc suppōnem, quæ erat q̃ pōle est corpˀ esse actu diuisum s̄m omne signum (& īquit) Amplius si diuidens compono lignum, aut aliqđ aliud rursus æquale, & vnum, hoc est per quantum diuido ex vno, tm̄ congrego ī alio ligno faciendo vnum aliud lignum, æquale & vnum ligno priori. igitur sic manifestum se habet, quòd & diuido lignum pristinum secundum quodcunq; signum. nam composui aliud secundum se & quodlibet sui. igitur diuisi pristinum secundum se & quodlibet sui signum, & ita potest esse actu diuisum secundum se & quodlibet sui.

RECO. Quicquid in commentarijs diximus, Aristo. videtur probare quandam suppositionem, qua superius vsus est (vt Philop. autumat) In rationibus n. tactis supponit, magnitudo componi ex his, in quæ diuiditur. Et ad huius probationē inducit exemplum, & dicit. Amplius. sup. si postquam ego diuisi lignū, lignū iterum componā, vel aliquam aliam magnitudinem & quidem eodem ordine, vt quam partem diuiserim eam componam, Casu inquam isto posito quæram (vt dicit) an istud aliquid aliud, quod composui ex prioribus partibus, rursus æquale & vnum erit priori ligno; sup. certum est quòd sic ergo vt patet, sic se habet etiam si incidero lignum secundum quodcunq; signum, quod non potero incidere nisi ea, ex quibus erat compositum. Bene ergo dictum est composita componi ex his, in quæ diuiduntur; quod fuit suppositum in rationibus.

Ant. c. 30. *Omnino igitur diuisa sit potētia. quid ergo erit. præter diuisionē? Si. n. et est aliqua passio, at quomodo ī hæc dissoluuntur, aut generantur ex his, aut quomodo sēparātur hæc? Quapropter siquidem est impossibile ex tactibus aut punctis esse magnitudines, necesse est corpora indiuisibilia esse atque magnitudines.*

Dilucida tex. cōm. eiusdem. *Oīno igitur diuisum est quod pōte. quid igitur erit præter diuisionē. si nāq; est passio aliqua qūo etiam in hæc resoluentur, & ex his generentur? aut qūo segregantur*

gantur hæc: quare siquidem impossibile est ex tactibus aut punctis esse magnitudines, necesse erit corpora indiuidua esse & magnitudines.

Cõm. 30.

Quod non ex punctis nec passionibus nec tactibus sit res ipsa composita, nunc resumit. (& inquit) Omnino igitur diuisum est quod erat potestate diuisibile, & nunc perit. igitur erit præter diuisionem. nanq; si est passio aliqua siue species, quomodo res naturales in hæc resoluentur, & ex his generentur? aut quo segregantur hæc. & quia hæc oĩa enumerata sunt tanquàm impossibilia (inquit) Quare siquidem impłe est ex tactibus, aut punctis siue affectionibus esse magnitudines, necesse erit corpora indiuidua esse & magnitudines, vt dixit. Animaduerte ꝙ simul locutus est de punctis, tactibus, passionibus, & speciebus. nam oĩa hæc sunt indiuisibilia, & in rõne quasi eadem vel simillima. In hac ratione & textu fere toto isto Aristot. valde oscure locutus est, & vix in latino verba græca transferri possunt, sed hoc modo transtuli nõ recedendo multum ab antiqua trãslatione quã latini hñt. Multas digressiões Egid. in qõnibus quærit. Et primo. verum si darentur hæc Democritica corpora, essent principia. Rñdet ꝙ non. Tum quia resolubilia. Tum quia corruptibilia. Tum quia in genere. Sed videtur hoc stare non posse, quia vbi hæc sunt, ex his fieret aliquod totum. igitur principia oportet esse. Amplius totũ integrale est principiatum. igitur hæc corpora sunt principia rationes suæ non cogunt, quia omnes petunt ꝙ materia sit prior istis corporibus. Democritus. n. præter hæc nullam posuit materiã, & propterea nec hæc erunt in materiam resolubilia, nec corruptibilia, nec in genere, quia licet sint corpora, quia vero sunt indiuidua, non possunt esse in genere quanti nisi vt principia.

Prima.

Contra.

Secunda dubita. Egid. rñsio.

Quærit secundo, verũ dici possint aliquo mõ principia corporum, & ꝙ sic vr: quia ad ipsa potest stare resolutio.

Respondet Egid. ꝙ dato ꝙ corpora naturalia resoluerẽtur aliquo modo in illa, non propterea dici debent modo aliquo principia. Tum primo, quia principia & principiata sunt eiusdem generis, modo physica corpora sunt substantiæ, & hæc sunt magnitudines, quæ potius faciunt maius, q̃ substantiam. Tum secundo, quia, partes integrales nõ sunt partes corporis in eo ꝙ corpus naturale, vt Arist. 7. meta. tex. cõm. 37. Tum tertio, ꝙ remota & proxima principia sunt eiusdem generis, quia remota cõtinentur in proximis. Sed remota sunt substantiæ, vt materia & formæ: igitur hæc non sunt proxima principia.

Nota.

Confutatio Egidij.

Animaduerte primo, ꝙ si quæstio est simpłr secundum oẽm viam: oẽs hæ rationes petunt principium, vt facile patet. at vt puto quæstio est in via Arist. & propterea dicendum, ꝙ vbi darent hæc minima, saltem essent principia dispositiua. nã inquãtum quãta disponunt, eo quia dimensio est prima materiæ dispõ, vt dicit Auer. 12. meta. cõm. 18. & in lib. de substantia orbis. Tunc prima rõ fallit. Tum primo, quia possunt esse principia dispositiua, in eo ꝙ quanta vt dixit Auic. de mixtione, qñ elementa reducuntur ad minime, hæc. n. simul iuncta disponunt ad formã mixti. igitur possunt dici principia aliquo mõ. Tum secundo, ꝙ qualitas est principium, & dispositiuum, & materiale, & actiuum, substãtia, vt etiã Egid. concedit. 2. huius. Et Auer. 12. meta. cõm. 13. & 18. & 3. cœli. cõ. 56. & 6. cœli cõm. 42. & in lib. de substãtia orbis de calore, qui disponit & agit substantiã, vt instrumentũ totius. Tum tertio, quia substãtia est principium oĩum accidentium, vt Auer. 7. meta cõm. 4. & cõstat tã substantia q̃ qualitas ꝙ sint alterius spẽi a principiato, & sic patet primã rõnem nullã esse. Secunda rõ etiam peccat. nam tales sunt inuicem causæ. 2. physi. cõm. 30. vt finis est causa agentis, & agens finis, itemq; materia formæ, & forma materiæ, vt. 7. etiã meta. cõm. 35. dr, & tunc idem põt esse prius & posterius, sed alia rõne. sic itaq; minima hæc possunt esse causæ corporum naturalium vlĩter & particulariter acceptorũ, vt materia quidẽ, & vt sic in genere causæ materialis priora, at contra corpora physica vlia vt formæ erunt priora illis. Tertia etiam hac ratione, peccat possunt enim hæc minima dici principia proxima dispositiua, & nõ essentialia, & vt sic includunt vel supponũt principia essentialia. videlicet materiam, & vt sic nihil prohibet proxima esse vnius generis, remota alterius, cũ sint proxima in disponendo, non in essentialiter cõponendo. & quoniã possunt disponere. igitur aliquo modo dici possunt principia, & ita patet rationes nullas esse.

Contra positionẽ Egid.

Generaliter vero contra omnes rõnes arguo sic, omne quod generatur, generatur vt quantum, q̃q̃ quantitas non sit to generandi, sed dispositio. Sed hæc atoma sunt principia corporum, in eo ꝙ generantur vt quanta. igitur aliquo modo dici possunt principia. Secundo. hæc atoma sunt principia corporum inquantum crescunt. igitur aliqua ratione princia, ãns est Egidij. Tertio. hæc atoma sunt principia corporum, vt mouetur de loco ad locum. igitur aliqua ratione principia, ãns patet. 6. physi. potissimum tex. cõm. 32. Quarto hæc atoma sunt principia corporum vt agunt & patiuntur. igitur aliquo modo principia. ãns patet, quia omnis actio fit contactu, & contactus est corporũ, vt dicemus. Multa alia adduci possunt, sed hæc satis. sic igitur patet ꝙ si hæc corpora darẽtur, possunt dici aliquo modo principia generabilium, non quidem principalia, nec vt generabilia, sed aliquo modo vt dixi. Et in hoc apparet, quòd quarta quæstio Egidij vtrum possunt esse principia talis corporis vt hoc corpus, male soluitur. non enim ratio sua valet, & contra ipsum possunt fieri omnes hæ. & sic de re hac patet solutio.

Tertia dubita.

Tertio quærunt, vtrum continuum vt linea componatur ex punctis. arguitur ꝙ sic, propter argumentũ de sphærico tangente planum in puncto, vt arguit Egid. De qõne in se non est magna ambiguitas. nam & Egid. recte soluit & Arist. 6 physi.ample rem demonstrat, sed tota quæstio vertitur supra argumento de sphærico tangente planum.

Egidij dicta.

Egidius adducit tres modos & primus est Auer. & secũdus non differt a primo, sed est causa primi modi. Auerro. itaque. 1. de anima. cõm. 13. & 1. cœli. commen. 32. in fine. inquit. v. g. secundum considerationem geometræ superficies, & sphæra possunt se contingere in puncto. sed cum fuerint in corpore naturali, non possunt se tangere nisi super partem diuisibilem, & ita vult sphæricum planum nõ tangere in puncto, sed planum in plano secundum superficiem. probat autem hoc Auerro. quia in naturalibus nec datur vere sphæricum, nec vere planum, & propterea nõ possunt se in puncto tangere.

Dubitationes contra Auer.

Contra arguit Egid. quia sphærici quælibet pars est sphærica & nulla plana, siĩter plani quælibet pars plana & nulla sphærica. igitur sphærica non põt tangere planum nisi in puncto Item contra rõnem. Auer. arguunt, quia cælum est sphæricum, & perfecte. 2. cœli. Tertius modus quia nõ est rõnalis, nunc omittitur. Propter hæc tenet. Egid. tandem post multa verba, ꝙ sphæricum tangit planum in puncto. & si mouetur, non propter hoc continuum siue linea ex punctis componetur. Ad argumentum dicit, ꝙ sicut instãs facit tempus ẽm Arist. 4. physi. & tamen instantia non sunt ĩmediata in tempore, neq; partes eius, vt probatur. 6. phy. ita punctus causans lineam per suum motum manet idem numero per totum motũ, & ita pro quolibet instante causat punctum intrinsecum lineæ & pro qualibet parte illius temporis mensurantis totum causat motum. quare in tpe toto causat lineam totam, in qualibet parte illius temporis partem lineæ, & in quodlibet instanti aliquem punctum cum eo condiuisum. igitur æquantur inuicem tempus, motus, & in linea, sic quòd totum toti, pars parti, & indiuiduũ indiuiduo respondet.

Põ Egidij.

Contra põnem Egidij arguo. Et primo quòd nõ possit esse in natura perfecte & simpłr planũ vel sphæricum. Primo, quia si sic tũc tale esset infinite sphæricum vel planum. quia si non, tunc esset finite sphæricum, vel planum, sed intellectus põt intelligere vt oẽ finitum datum. igitur potest intelligere planius & sphæricius. igitur illud non erat simpłr tale. Secũdo, planum & sphæricum sunt alia inquãtum quanta, sed quantũ inquantum quantũ potest crescere in infinitũ. igitur nihil est simpłr sphæricũ. Tertio, non est sphæricum nisi vt lineæ procedentes a punctis medijs concurrunt in puncto, vt, a b in c. igitur faceret angulum, vt probatur primo Euclidis. hoc autem falsum est, nisi per imagi-

nationem

nationem. Quarto, cũ oẽ quod mouetur partim sit in termino a quo, partim in termino ad quem, & secundũ illũ pũctum contactus per Egid. sphærirum põt moueri in plano, igitur tale est diuisibile, & nõ punctus. Quinto tunc indiuisibile simpl̃r vt punctum posset moueri. contra Aristot. 6. physi. tex. cõm. 86. & inde ꝓbatur. nã tale sphæricum motum sup̃ planum describeret in plano lineã, & p̃ ipsum nõ tangit nisi in puncto: igitur illud punctum ꝑtransit totã lineã. Nec valet ꝙ rudes aiunt ꝙ ille pũctus per accidens mouetur, ideo non oportet ꝙ cõsumeret sibi spacium super quod mouetur. sphæra aũt per se mouetur & est diuisibilis. Nam q̃uis pars in toto moueatur per accidens, tñ semp̃ est in spatio sibi æquali, & ꝑtranseundo illa describit totum spatium, imo si albedo quæ magis mouetur p̃ accidens moto quãto q̃ aliquid quod est pars vel terminus quãti secundum q̃titatem suam, q̃ habet p̃ accidens cõparetur ad spaciũ adhuc eius quãtitas accidentalis cõmensuraretur spatio. vnde nõ videt̃ ꝙ quãtum ad cõmensurationem aliquid auferat moueri per accidens alıter q̃ per se moueri. Illud etiã quod accipit ab Aristot. 4. physi. tex cõm. 103.

Quod idem est instans in toto t̃pe, & sic idem punctum eadem in linea, si sic intelligitur vt verba sonant, est falsum. esset. n. totum tempus simul. at si intelligat idem esse instãs per æquiualentiã, quẽadmodum dicimus eundem esse locũ naui culæ in fluuio per æquiualenciã, sic bene ait. & sic non habebit ꝓpositum. nam sic in rei veritate instans est aliud, atq; aliud & punctum sphæræ idem continuo.

Propter hæc. Ad argumenta contra Auer. r̃ndetur. Ad primum diceret Auer. in sphærico simpliciter secundũ intellectum oẽm partem esse sphæricã, sed in sphærico naturali nulla minima pars est simpliciter sphærica, quia quælibet minima pars erit plana secundũ quid, & sphærica s̃m quid, & in tali minimo est cõtactus, & ita de plano dicas. Nec valet, tunc idem esse sphæricum & planum simpliciter sed bene s̃m quid, vt patet. nam quodlibet minimum est planum s̃m quid & sphæricum similiter, quia totũ est sphæricum non quidem simpl̃r. Ad secundum diceret Auer. cœlum esse sphæricum quantum põt natura, non tñ quantum põt intelligere mathematicus, veluti velocissime motum quantum esse põt a natura, non tamen quantum intelligi põt potest. n. intelligi velocius moueri, sit sphæricus. Et per hæc patet, ꝙ multa quæ ait in quæstione proxima huic sũt dubia, & non certa.

RECO. Quasi (vt mihi v̄r) epilogat rõnem & in epilogando interponit, ꝙ ea, quæ remanent, non possunt esse passiones, & dicit. Oĩno igitur diuisiua sit potentia. q. d. magnitudo, quæ s̃m omne signum erat potentia diuisibilis, per casum positum est oĩno diuisa, sit ergo omnino diuisa, quid igitur erit præter diuisionem. nã si quod post diuisionem relinquitur, sit aliqua passio, vel aliqua spẽs, quo modo in hoc, siue in has passiones dissoluuntur, & ex his generantur intelligit aũt Philop. per passiones puncta aliqua passione vel specie affecta, sed si intelligimus per passiones affectiones punctorum, vel accidentia intelligit q̃ñ composita naturalia, in has dissoluũtur, vel ex his generentur. non. n. potest substantia ex non substantijs fieri, aut q̃ñ separantur hæc. nõ enim potest substantia resolui ad accidentia, cum non possint accidentia a substãtijs separari s̃m Aristo. Ideo concludit, quapropter si quidem est impossibile ex tactibus, hoc est punctis esse magnitudines naturales: necesse ea, quæ post vltimã diuisionem oĩum derelinquuntur esse atoma corpora, atq; idiuisibiles magnitudines, & sic habetur positio Democriti. Tacuit autem epilogare alias partes, quas destruit, quia in illis non est vis. In cõmentarijs quæsiui vtrum datis atomis corporibus, illa sint aliqua ratione principia. breuibus põt nunc dici, ꝙ corpus naturale põt duobus modis cõsiderari, vt totum essentiale & sic atoma corpora esse non possunt eius principia elementaria aliqua rõne, vel vt totũ integrale, & hoc dupl̃r, vel vt totum hõgeneum, ac similare, & sic intelligi possunt esse principia, s̃m Arist. quia in. 1. de historia animalium tota hæc homogenea ex similaribus constant. Aut considerari põt, vt totum etherogeneum, ac dissimilare, & hoc pacto sunt remota principia integralia, vt eodem loco. hæc non negarent Peripatetici, quia si darentur atoma corpora, illa non essent, nisi naturalia minima alicuius totius homogenei. Modo minima naturalia sunt partes integrales eius, quod in ipsa est diuisum.

At vero & hæc ponentibus, non minus accidit impossibile. Consideratũ autem est de his in alijs, sed hęc soluere tentandũ est. Quapropter, rursus a principio dubitationem dicere oportet. Omne igitur corpus sensibile esse diuisibile secundũ quodcunq; signum & indiuisibile, non est absurdum. hoc enim potentia illud vero actu existit. Ant. cap. 31.

Attamen hac ponentibus etiã non minus contingit impossibile. pertractatum est autem de his in alıs, sed hac tentandum est soluere. Ideo rursus a principio quæstionem dicendum. omne quidem igitur corpus esse diuisibile secundum quodcunque signum & indiuisibile non est inconueniens. Hoc quidem enim potentia diuisibile est, illud vero actu existit. Dilucida. tex. cõm. eiusdem.

Quæ ait in continuando se ad dicenda patent, cæterum ad punctum q̃õnis. Respondet ꝙ duplex est possibile, possibile s̃m actum, & possibile secundum potentiã. motus cæli põt corrumpi secundũ potentiã, quia quælibet reuolutio põt desinere. 12. meta. cõm. 41. non autem secundũ actum, quia tunc totum esse periret, vt in tertio de substãtia orbis ait. itemq; aqua potest corrumpi secundum potentiã quoniã quælibet aqua potest corrumpi, nõ autem s̃m actum, quia tunc esset corrupta aliquando. & sic totus mundus periret. 2. physico. Tunc ad formam diceret Arist. cõtinuum esse diuisibile vel posse diuidi secundum quodcunq; signum in potentia, non autem secundum quodcunq; in actu, & ita non oportet vt ponatur in actu, quia nõ est possibile diuidi in actu. quod autem põt esse in potentia, nõ debet in esse, quia tunc esset possibile s̃m actum. Animaduerte ꝙ continuum dicitur diuisibile s̃m quodcunq; signum in potentia: quia cum s̃m vnum diuiditur, restat potentia diuisionis in alio, & sic hoc est diuisibile s̃m omne signum in potentia. causa est, quia est continuum non ex punctis vti ex partibus constitutum, sed ex diuisibilibus. semper partibus. Cõm. 32. Responsio. Aristot. Nota.

Sed dices cuilibet propõni de inesse correspondet tñ vna de possibili, & contra etiã vni de possibili correspondebit vna de inesse, q̃ñq; vera nam propositio de inesse est propõ de possibili posita in actu, vt. 1. prio. dicit Arist. & declarant omnes græci, vt Alex. Philoponus & Philon igitur si possibile est continuum diuidi s̃m omne signum, quandoque itaq; erit ꝙ diuidetur per omne signum hæc videtur illa de inesse, quæ sibi correspondet. Dubitatio.

Respondetur apud Alexandrum, Philoponum, & Philonem, ꝙ propositioni de possibili aliquando correspondebit vna de inesse quandoq; vera, nõ tamen eiusdem quãntitatis. vt potest continuum secundum omne diuidi igitur aliq̃ñ diuisum erit. secundum vnum esse diuisum est illa de inesse, quæ illi corrispõdet. potentia. n. non erit frustra in toto si in vno saluetur. Veluti potest omnis aqua desinere, nunquam tamẽ desinet: correspondebit tamen sibi aliquando hæc vera, aliqua desinit quæ est alterius quantita- Responsio.

tis

tis. propositioni vero possibili secundū actum correspondere debet vna de inesse eiusdē quātitatis, propter causam datam. rem hanc pauci intelligunt, & vt plurimum somniant ex mala logica si enim vidissent libros Arist. in logica non extranea scriberent. verba textus patent.

RECO. Cum assignauit argumentū Democriti, quo atoma corpora probauit, nunc ad illud intendit respōdere: & in respōdendo primo excusat se a reprobatione opinionis, quā afferre debuit, & dicit At vero, & hæc s. atoma corpora ponētibus nō minus accidit impoſſe. verū (vt inquit) de his. s. opinione, & eius impossibili, quod ei accidit, cōsideratū est in alijs, vt in. 3 lib. de cælo. & in. 6. & 7 libris Phy & in libello de lineis indiuisibilibus, ꝙꝙ (vt Philopo. dicit) libellus ille de lineis indiuisibilibus ab aliquibus Theophrasto ascribat. hæc de excusatione. Deinde in his, quæ vult respondere ad qōnem Democriti ordinē ponit, & inquit. Sed hæc soluere tentandū est. Quapropter rursus a principio dubitationē dicere oportet, antequā ad ipsam respōdeamus, hæc de ordine. Circa vero ordinis executionē primo distinguit hanc propositionē corpus naturale est diuisibile secundum oē signū tripliciter, veluti tripliciter terminus ille diuisibile secundū oē signum pōt intelligi Cum. n. terminus ille sit multiplex, propositio etiā ex illo cōstituta est multiplex. Diuisibile ergo secundō oē signō, vno mō pōt dupliciter intelligi potētia, hoc est secundū successionē in qua actus semper est potentiæ admistus Alio mō intelligi potest diuisibile secundū oē signum, hoc est secundū infinita signa, siue secundum īfinitas partes nā licet oē totum pfectum differāt ab infinito tñ qñq; omne accipit pro infinito, vt in Deo. Deus. n. est oē, & infinitum: non tñ semper (vt dicemus.) Sic igitur pōt intelligi diuisibile secundum oēm partem, hoc est, ƒm infinitas partes Alio mō intelligi potest diuisibile ƒm oē signum simul in actu, ita vt ƒm oēs partes simul actu sit diuisibile. De his tribus significatis primo ponit duo, & dicit. Omne igitur corpus sensibile esse diuisibile ƒm quodcunq; signū, & indiuisibile, non est absurdū, quia potentia est diuisibile secundū oē signum. Illud vero. s. diuisibile secundum oē signum actu existit ergo corpus naturale potentia est diuisibile secundum oē signū, actu vero non est diuisibile ƒm oē signū. Quod vero ad verba attinet, dixit {corpus sensibile} quia licet sint alia corpora à sensibilibus diuisibilia, vt mathematica, de illis non est sermo, sed de sensibilibus, hoc est naturalibus. Aut dixit hoc ꝑpter materiā vt Philop. ēt autumat quæ licet sit corpus, nō tñ est corpus sensibile hoc est actu, sed corpus potentia sensibile Hæc ergo sunt duo significata illius propositionis, tertium autē supplebit postea.

Ant. cap. 32. *Esse autem simul omnino diuisibile potētia, impossibile videbitur esse. Si. n est possibile & fiat, non tñ vt sit simul ambo potentia diuisibile, & diuisum, sed diuisum secundū quoduis signū. Nihil igitur erit reliquum & ad incorporeū corruptū erit ipsum corpus, & generabitur vtiq: rursus, aut ex pūctis, aut oīno ex nihilo. & hoc, quomodo erit possibile. At vero quòd diuidatur in separabiles & semper in minores magnitudines, & in semotas, & separatas, manifestum est.*

Dilucida. tex cōm. eiusdem. *Esse simul oīno diuisibile potentia impossibile vtiq; esse videtur. si. n. possibile est, fieret: non ergo essent simul ambo in actu indiuisibile & diuisum, sed diuisum secundū quodcunq; signū. nihil igitur erit reliquum, & ad sic incorporeū corrumpetur corpus, & ita fieret rursus, vel ex pūctis vel oīno ex nihilo, & hoc qūo possibile? verum quòd diuidatur in semper separabilia, atque in minores magnitudines distantesque & disgregatas perspicuum est.*

Cōm. 32. Quia dixit rursus qōnem esse repetendam, nunc repetit pro Democrito rōnem alio modo: & petit primo, ꝙ corpus naturale esse simul diuisibile in potentia ƒm quodcunq; signum (ita videlicet, ꝙ aliqū taliter sit diuisum vt nihil remaneat diuidendū) videtur impossibile, & hoc probat, quia tunc non esset potentia diuisibile secundum oē signum, sed actu diuisibile. inquit. Esse simul oīno hoc est secundum oē signū diuisibile potentia, impossibile vtiq; esse videtur si. n. poſſe est tunc aliqū & fieret in actu. Qood si esset aliqū factū in actu, non ergo essent simul ambo in actu indiuisibile & diuisum, ita ꝙ relictū est indiuisibile, & ab alio diuisum, sed diuisum secundū quodcunq; signū: & sic ad incorporeum corrūperetur corpus, & ita fieret rursus, vel ex pūctis, vel oīno ex nihilo, & hoc qūo possibile? hoc. n. destructum est, tunc petitionē recolligit, & inquit. verū ꝙ diuidatur in semper diuisibilia, atq; in minores magnitudines distantesq; & disgregatas perspicuū est. Sic igitur patet corpus ipsum nō posse diuidi secundum omne signum, sed esse deuenire ad magnitudines seorsum separatas & disgregatas.

Secundum Philoponem Arist. cum assignauit duo significata propositionis, vult seligere significatum verum a falso Et primo ostendit significatum falsum, & dicit. Esse autē simul omnino, hoc est secundū oē signum potentia diuisibile, impoſſe videbitur esse, & implicans contradictionem: quod probat dicēs. Si. n. est possibile simul ƒm omne signū esse diuisum, & fiat ergo. non tñ (vt inquit) fiat, ita vt sint simul ambo, hoc est vt simul & semel tale corpus secundū oē signum actu diuisum sit potentia diuisibile, & actu diuisum, vtpote secundū vnā partem potentia diuisibile, & ƒm alterā actu diuisum, sed volo quod secundum quoduis signū sit simul & semel diuisum penitus. Quod vero ad verba attinet, animaduerte verbum illud, potentia diuisibile in alijs codicibus legi indiuisibile, verū idē est, quia qood actu est indiuisibile, potentia est diuisibile: clarius tamen legitur (vt diximus) sic igitur vult, ꝙ si est possibile simul esse diuisum secundum oē signū, vt sit de facto actu simul secundum oīa diuisum, & nō secundum partē aliquā sit, secundū aliquā nō. Tunc ostendit huius impossibilitatem per rōnes superius factas, & dicit. Igitur casu isto posito, reliquū erit nihil, & sic corpus naturale erit corruptum ad incorporeū quia vel ad nihil, vel ad puncta: & ita genenerabitur rursus aut ex punctis, aut omnino ex nihilo, & hoc quomodo (inquit) erit possibile. q d nullo modo vt in rationibus Democriti dictum est, ergo significatum istud est impossibile. Tūc colligit significatum verum, & inquit. At vero ꝙ diuidatur ad separabiles, & semper ad minores magnitudines seorsum diuisas, ac seorsum separatas, manifestum est: sensus ergo verus est, ꝙ corpus sensibile est diuisibile secundū oē signum secundum potentiā, hoc est secundum successionem in qua actui diuiso est admista potentia ad semper vlterius diuidendum, hic est sensus propositionis verus.

Neque itaq; secundum partem diuidenti erit infinita in minutas partes sectio, neque simul possibile est de esse diuisum secundum omne signum, (non enim possibile est) sed vsque ad aliquid. Necesse est igitur insecabiles inesse magnitudines inuisibiles, & præsertim si erit generatio & corruptio, hac quidem segregatione, illa vero congregatione. Sermo igitur qui cogere videtur esse megnitudines insecabiles hic est. Ant. cap. 33.

Quare neque secundum partē diuidenti erit vtique infinita fractura, neq; est possibile simul esse diuisum secundū omne signum, non. n. possibile, sed vsq; ad quid necesse igitur indiuiduas existere magnitudines inuisibiles. Atque & aliter certe erit generatio & corruptio, hac quidem disgregatione, Illa vero congregatione. sermo quidem igitur, qui videtur cogere magnitudines esse indiuiduas, hic est. Dilucida. tex cōm. eiusdem.

Cum accepit suppōnem, nunc arguit propositū Democriti. Acceptum est. n. impoſſe esse simul secundū oē signum corpus naturale diuisum. tunc cōcludit, quare neq, secundū partem diuidenti erit vtiq, infinita fractura, neq, possibile est simul esse diuisum secundum oē signum non. n possibile, vt dixit, sed vsq; ad quid, vt ad certas datas magnitudines, necesse igitur indiuiduas existere magnitudines indiuisibiles, atque & aliter certe erit generatio & corruptio, hæc quidem disgregatione corruptio est, illa vero congregatione generatio erit: vbi enim corpora atoma dabuntur, ad quæ stat vltima resolutio, erit igitur & generatio & cor Cōm. 33.

ruptio

ruptio ex illis, non tñ eadem rõne, sed digregatione corruptio, congregatione illorum generatio. nunc epilogat & patet. Animaduerte, ꝙ dato istis atomis corporibus, quæ Democri. concessit, & ad quæ vltimam diuisionem dixit venire corporum naturalium, nõ propterea oportet vt sint principia generationis & corruptio simpliciter & oĩno, vt disputatum est, quia adhuc secundum rei veritatem dantur materia & forma, ex quibus hæc corpora atoma fieri oportet, si erunt naturalia, vel si puræ magnitudines sint, ex his substantia corporea non proficiscetur nisi vti à dispositiuo quodã, & sic Democritus nullo modo habet propositum. nam secundum Arist. antecedens est concedendum, videlicet corpora atoma sunt, & consequens negandum, igitur principia rerum simpliciter, vt postea dicetur.

Tertium significatũ illius propõnis exponendo diuisibile secundum oẽ signum. i. ẽm infinitas partes, ideo quia hoc est reprobatũ. 3 Physi. recolligit iterũ simul significata falsa, & dicit. Neq; itaq; ẽm partem diuidenti erat infinita sectio, & sic, illa est falsa, corpus est diuisibile secundũ oẽ signũ hoc est secundũ infinitas partes, quia (vt Philopo. ĩquit) licet totum perfectum & oẽ possint accipi qñq; pro infinito. hic non possunt accipi, quia ꝑfectum est cuius est finis, infinitũ vero caret fine, totum & oẽ est cuius nulla particularũ est extra, infinitũ est cuius semꝑ est aliqua particula extra. nõ ergo corpus sensibile põt diuidi secundũ oẽ signũ. i. secundũ infinita signa, quia tunc darentur actu infinita, neq; simul (vt inquit) possibile est esse diuisum secundũ oẽ signũ non. n. est poẽ, vt dictum est, sed vsq; ad aliquid. refutatis his sensibus, repetatur argumentũ Democriti, hoc pacto, corpus naturale, vt lignum est diuisibile secundum omne signum. ergo poẽ est esse diuisum secũdum oẽ signum. ponatur inesse, & sequitur esse atoma corpora, congregatione quorum est generatio, & disgregatione est corruptio. vnde dicit. Necesse est igitur insecabiles esse magnitudines, & indiuisibile, & erit hoc necessarium, si generatio erit congregatione, corruptio disgregatione: hoc aũt sequitur possibili illo posito in esse. Ideo epilogat, sermo igitur, qui cogere videtur esse magnitudines insecabiles, hic est. Totus. n. syllš stat in hoc, corpus est diuisibile secundum omne signũ. ergo est possibile esse diuisum secundum omne signum. ponatur inesse, & sequitur quæstio Democriti.

Ant. cap. 34.

Quod aũt lateat paralogizans, & qua lateat dicamus Qm̃. n. non põt punctus pũcto contiguus, esse oĩno indiuisibile, est quidẽ vt inest magnitudinib. est aũt ut non. Qm̃ aũt latet paralogizans, & quo latet. dicamus. Qm̃. n. nõ est pũctus pũcto cõtiguus, oĩno esse diuisibile est quidẽ sic existẽs magnitudinib. est vero nõ sic.

Dilucida. tex. cõm. eiusdem.

Cõm. 34.

Respondet nunc ad argumentũ Democriti, & vult illã propõnem, continuum est diuisible secundum oẽ signum, esse distinguendã, nam est vera vno modo: alio vero modo falsa. nã continuum põt diuidi secundum oẽ signum in potentia, non aũt in actu. cã aũt quare non est diuisibile secundum oẽ signum in actu est, quia punctus nõ est continguus & immediatus puncto, vbi n. ãq; puncta essent immediata, tunc possemus seorsum puncta diuidere, & ita nihil restabit diuidendum. Sed dices quid ad formam. omne poẽ potest poni inesse. i. prio igitur si continuum est diuisibile secundum oẽ signum, ponatur inesse & argumentum stabit.

Dubitatio

Respõsio. Egid.

Respondet Egidius, ꝙ possibile eo modo debet poni inesse, q̃o est possibile, & qm̃ hoc est possibile in fieri & non in facto. igitur debet poni inesse in fieri & sic semper aliquid restat diuidendum. Sed hæc responsio videtur contra Alexandrum, Philoponum, Philonem, & Aristo. nam propositio de inesse est illa quæ est vera de præsenti quod autem ponitur in fieri, non est positum in esse de præsenti secundum bonam logicam, & ita hnc non est logicã intelligere.

Aliter.

Propter quod dicas, vt supra, quòd possibile esse secundum actum, debet poni inesse secundũ eandem vtriusq, subiecti ambarum propositionum quantitatem: at possibile esse in potentia, non debet poni in actu secundũ eandem quãtitatem, quia si propositio possibilis est vera de omni, sat est ponere eam in esse de quodam.. Sed hæc forte repetemus.

Hac q̃one resumpta nunc respondet ꝙ in syllõ illo latet deceptio, nam propõ hæc, corpus est diuisibile secundum oẽ signum, est multiplex, multiplicitate illius termini complexi, diuisibile secundũ oẽ signum. nã si intelligitur diuisibile secundũ oẽ signum potentia, est vera, & tunc negatur corpus posse esse diuisum secundũ oẽ, quia argumentũ procedit ab eo quod est poẽ secundũ successionẽ, ad illud quod est poẽ secundum permanentiã & simultatẽ. Vel ab eo ꝙ est possibile ẽm potentiam, ad id, quod est poẽ secundum actum, & sic latet deceptio Respondendo ergo ad formam sumit hanc suppõnem, s. ꝙ nullum corpus componitur ex punctis, & dicit. Qm̃. n. non est punctus puncto contiguus, hoc est, qm̃ corpus non componitur ex punctis contiguis, esse oĩno. s. secundum oẽm partem indiuisibile est quidem, vt inest magnitudinibus, quia in actu esse indiuisibile secundũ oẽ signum inest corporibus, est aũt non, quia potẽtia diuisibile secundum oẽ signum inest corporibus Ad formam ergo dico, ꝙ corpus naturale est diuisibile ẽm omne signũ potentia & successione, non aũt actu & simultate modo si ita est, non sequitur corpus naturale est diuisibile ẽm omne signum ẽm successionem: ergo possibile est esse diuisum secundũ simultatem Hæc ad formã Arist. sed adhuc videtur stare argumentũ, quia si esset possibile diuidi ẽm oẽ signum potentia, est poẽ diuidi secundum oẽ signũ sed omne possibile põt poni inesse: ponatur ergo inesse, ꝙ sit diuisum secundum omne signũ, & relinquitur quæstio, vt prius. ergo non videtur argumentum solutum. Hæc quæstio mouetur a Philopono, de qua in cõmentarijs abunde. Arist. videtur innuere respõsionẽ, ꝙ propõ de possibili secundũ potentiã & successionem non põt poni inesse, quia tunc fuit possibilis ẽm actum, & permanentiam, & sic concedit hanc, possibile est corpus naturale diuidi ẽm omne signum: & negat hãc, possibile est esse diuisum ẽm oẽ signũ, quia prima erat de possibili secundum potentiã & successione, secunda est de possibili secundum actum, & simultatem, ac permanentiã. non ergo sequitur naturale corpus est diuisibile ẽm oẽ, ergo est possibile secundum omne signum esse diuisum, sed bene sequitur. ergo est possibile diuidi ẽm omne signum, quia diuidi successionem, ac potentiã dicit, Diuisum vero dicit actum & permanentiã ac simultatem. Nos. n. cõcedimus cœlum posse moueri secundum oẽm partem motus: non tamen concedimus posse esse motum secundum oẽm partem motus, quia tunc cessasset a motu. Sed adhuc dubitabis, omne possibile põt poni inesse. i. Prio. Præterea cuilibet propositioni de possibili correspondet vna de inesse. Arist. velle videtur hæc non esse vera in successiuis, sed solum in permanentibus. Philoponus vero pulchre exponit mentem Arist & vult, ꝙ in successiuis, & in propositionibus poossibilibus secundum potentiã, non eodẽ modo sint ponendæ propõnes in esse, vt in illis, quæ fiunt in permanentibus. Nam qñq; vl̃es ponuntur inesse in particulari, vt cum dicimus dies crastina põt esse secundum oẽm partem; satis est vt ponatur inesse secundũ aliquã partem, quia dies est, si aliqua sui pars est qñq; ponuntur inesse per negatiuã, dies. n. crastina ẽm partem oẽm potest esse, si nulla pars crastinæ diei sit impossibilis, & sic propõnibus contingentibus in successiuis aliq̃n correspondet vna de non inesse aliquando vl̃bus correspondent particulares: at in permanentibus aliter, semper. n vl̃bus vl̃es, affirmatiuis affirmatiue correspondent Ex his patet solutio. concedo. n corpus naturale esse diuisibile secundũ omne signũ successione & potentia. ergo põt secundũ omne signum diuidi, iterum cõcedo successione ꝙ potentia Sed cum infertur, ergo põt secundũ oẽ signum esse diuisum, semper neganda est consequentia, quia argumentũ procedit a poẽ secundũ successionem ad poẽ secundũ permanentiã Ex his possunt solui multa sophismata, vt illud materia põt stare sine forma ergo aliq̃n stabit, corpus põt stare sine loco, ergo aliquando stabit, q̃quàm de rigore logico negantur, tñ concessis propositionibus, negandæ sunt consequentiæ, quia materia põt stare sine forma successione, non tñ simul, corpus sine loco similiter. Similiter non sequitur, oĩs homo est corruptibilis. ergo aliq̃n omnis erit corruptus semper neganda est consequentia, qm̃ antecedẽs est verum & possibile secundum successionem

De propositionibus contingentibus nota hæc.

cessionē, nō autē secundō simulatem. Hæc de dubitatione. Animaduerte quoad verba Arist. quōd respondendo accepit corpos nō componi ex punctis causa est, quia si corpos posset componi ex pūctis, corpus posset eē diuisum, & posset diuidi secūdū omnē signū. Hæc aūt suppō accipit (vt eñ cessi) quia etiā à Democrito concessa est, cū in suo argumēto dixit ad illa tanq̄ ad aliquid impossibile. Philopo. m̄ probat hāc, quia si magnitudo fiat ex punctis, aut quatenus pūcta sunt contigua, & se tangentia: aut quatenus non se tangunt. si quatenus non se tāgunt, inter ea dabitur Vacuum. si vt se tāgunt vel quo se tāgunt secundū tota, & sic magnitudo esset indiuisibilis, cum esset punctorū penetratio. Si vero quo se tāgunt secundum partem, tunc erunt diuisibilia.

Ant.cap.35.

Videtur autem quando hoc ponitur, & vbique & omni in parte punctū esse, quare necesse esse diuidi magnitudinē in puncta. vbiq; enim esse punctum, quare, aut ex tactibus aut ex punctis esse.

Dilucidat tex.cōm. eiusdem.

Videtur autem quando hoc ponitur, & vbique & vndique punctum esse, quare necesse est diuidi magnitudinem in punctum, vbique enim est punctus, quare vel ex tactibus vel ex punctis erit.

Cōm.35.

Propter verba, quæ in textu sequēti ponuntur, hic Arist. vr̄ dubitare contra dicta. Et dubitatio potest sic cōponi, Si punctus vbiq; in linea est diuisio effici pōt secundū omne signum. hæc patet, quia diuisio fit in puncto, & ita vbiq; punctus est, vbiq; diuisio fiet, vel fieri poterit. Sed ponit añs, & inquit. Videtur autem qñ hoc ponitur, & vbique & vndiq; punctum, hoc est, sed punctū est vbiq, in linea. quapropter necesse est diuidi magnitudinē in nihil, hoc est adeo vt nihil restet diuidendū, & tunc sequetur pō Platonis. Videlicet q̄ vel corpora erūt ex tactibus. Vel punctis. adijcit qñ hoc ponitur, quia vtrū hoc debeat concedi vel nō, est tota argumēti vis. Sic igitur si punctos est vbiq; in linea, diuisio fieri poterit in actu secundū oē signum: punctus est vbiq;. igitur diuisio fieri pōt secundū oē signum. Animaduerte q̄ sensus literæ est sanus, verba tñ textus forsitā sunt trāsposita, & sic paraphrastice legerē, vr̄ aūt qñ hoc ponitur & vbiq, & vndiq; esse punctum hoc est dicere si vbiq; & vndiq; punctos est, hoc debet poni, & tunc hæc est maior syllogismi hypothetici, interponit conclusionē ante minorem, & tu transpone minorem sic. vbiq; n. est punctus, hæc est minor, & positio añtis: tunc conclusio, quare necesse est diuidi magnitudinem in nihil, hoc est vsq, adeo vt nihil restet, & sic secundū omne signū, & tunc dat dubitationē, & inquit. Quare, vel ex tactis, vel ex punctis erit totum ipsum, quod erat Platonis positio, & hoc modo ipsa litera patet, & bene.

In cōmentarijs de his verbis fecimus q̄onem. Philopo. vero legit hæc cū p̄cedentibus, nā cum deduxit ad hoc, q̄ tūc magnitudo cōponeretur ex punctis, ostendit nūc quid consequenter sequit, & dicit. Quod si magnitudo ex punctis cōponeretur vt dicunt, qui corpora indiuisibilibus cōponunt, videbitur punctū esse, & vbiq; & prō.i & in omni parte. Vel melius potest continuari hoc pacto. cum. n. dixit magnitudinē secundū oē signū non esse actu diuisibilē ostēdit eos, qui ita dicerent, quid sequitur (vt dicāt) & dicit. Vr̄ aūt qñ hoc ponitur. s. q̄ magnitudo secundū oē signū sit diuisibilis actu & vbiq; & in oī parte esse punctū ad signū supra quod fit diuisio actu nā cū magnitudo sit diuisibilis secundū oē signum actu, & signum & punctū idē sint, videbitur q̄ in oī parte magnitudinis erit punctū, & signū actu. quo concesso infert quare necesse est diuidi magnitudinē in puncta, cū vbiq; & in oī parte sit punctū actu, & tunc sequitur aut ex tactibus, aut ex pūctis cōfici magnitudinē. Animaduerte. vt ex cōmentarijs Philoponi colligitur, q̄ si tot essent actu pūcta in magnitudine, secundū quot partes ipsa sit diuisibilis, cū secūdū partes infinitas sit magnitudo diuisibilis, infinita erūt actu pūcta in ipsa & sic magnitudo cōponetur ex illis & diuidet ad illa Vbi. n. pūcta infinita sint in magnitudine, erūt attigua, cū inter ea nō detur Vacuū, nec detur pars non hñs punctum ergo sunt attigua, & ita magnitudo componetur ex illis, & dissoluetur ad illa Quare oportet dicere nullū esse punctum in actu in magnitudinē, præter eū, quo magnitudo diuidit actu ab altera magnitudine

Pulchrū hoc notat.

(vt Philop. autumat) alij sont p̄tāre vt dicet. Verū hæc verba legas & relegas, quia abstrusissima sunt, & mihi occulta.

Hoc autem quòd inest in omni parte, est quia vnus vbique est, & omnes vt vnusquisque: plures autē vno non sunt. consequenter enim, non sunt. Quare, non omni in parte. Si enim secundū medium est diuisibilis, & secundum contiguū punctum erit diuisibilis. Hoc autem non. non enim est contiguū signum signo aut punctum puncto. Hoc autē est diuisio, aut compositio. Quare est & congregatio & segregatio, sed neq; in impartibilia & ex impartibilibus (multa enim sunt impossibilia) neq: ita, vt omni in parte diuisio fiat (si enim esset cōtiguus punctus puncto. hoc vtiq; esset) sed in parua & minora est segregatio, & congregatio ex minoribus.

Hoc autem sic vbiq: existit, quoniā vnus vbiq; est & omnes vt vnusquisq;, plures vero vno non sunt. cōsequenter enim nō sunt, quapropter non vbiq;. Si enim secūdum medium est diuisibile, & secundū contiguum punctum erit diuisibile, sed hoc non non enim est contiguum signum signo, vel punctum puncto. Hoc autē erat diuisio vel cōpositio, quare erit & cōgregatio et disgregatio, sed nō in atoma & ex atomis (plura. n essent atoma vel absurda) neq; sicut vbiq; diuisionem sit facere. si enim esset contiguus punctus puncto, hoc vtiq; esset, sed in parua & minima est, & cōgregatio ex minimis. Dilucida. tex. cōm. eiusdem.

Respōdet, q̄ punctum esse vbiq, pōt intelligi dupliciter. Vno modo vt verbom vbiq; distribuat singulas totius partes, & sic cōceditur nā in singulas totius partes est punctus, Alio modo vbiq; distribuit oē signum, & sic non vbiq; est punctus, q̄a punctus nō est in puncto, neq; iuxta, & contiguus puncto. & sic literā exponunt latini. Et licet respōsio hæc vera sit: attamen non pōt textui cōsonare. Propterea vr̄ mihi q̄ Arist. sic distinguat illā, q̄ punctom esse vbiq; in linea siue cōtinuo potest esse in actu & potentia Si in actu, sic punctus erit immediatus puncto, & ei contiguus at si in potentia, nō est ita, quia semp data pāte, in ea erunt infinita puncta in potentia, & hoc īquit. Hoc autē sic vbiq; existit, qñ vnus est in actu, & oēs vt vnusquisq; q. d oia puncta habent vicē vnius rei in actu quæ n. sunt plura potentia, io oēs vt vnum quoddā esse ait, plures vero vno seorsum & in actu nō sunt. cōsequēter n. non sunt, quap̄p nō vbiq; sunt in actu: quia si vbiq; essent in actu, plura essent si n. secundū punctū medium est diuisibile, & secundū punctum illi immediatum & contiguū pōt diuid: q̄a ambo in actu, et eiusdē rōnis. Sed hoc nō. non. n est contiguū signum signo, vel quod idē est, punctū puncto, & tunc subdit q̄uo erat diuisio dicēs. Hoc aūt erat diuisio & cōpō supra puncto in potentia: quare erit & congregatio & disgregatio; sed nō disgregatio in atoma, & digregatio ex atomis plura n essent atoma, & puncta in actu, vel absurda, q̄a forte græcum verbū corruptum est, & debet dici atopa loco verbi atoma, neq; sic vt vbiq; diuisionem sit facere videlicet in puncto medio & in puncto illi īmediato. si. n. esset contiguus punctus puncto, hoc vtiq; esset, ideo subdit veritatem responsionis dicens. Sed in parua & minima est disgregatio & congregatio ex minimis. sic igitur patet vbique esse punctum in potentia nullibi esse in actu nisi in extremi. Secundo patet digregationē & cōgregationem fieri in minima & ex minimis, non autem ex atomis indiuisibilibusque punctis. Cōm.36.

Sed circa hæc quærit Egid in quæstionibus. vtrū corpus quantum & continuum sit diuisibile in infinitum, quod nō videtur, quia tunc in eo essent infinitæ partes quantæ. Prima dubitatio.

Ad hoc r̄ndet Egid. q̄ corpus continuū diuidi posse in infinitū est dupl̄r: vel vt naturale, vel vt quantum continuū. vt naturale, p̄positio est falsa, quia oē corpus naturale est determinatū ad maximū & ad minimū, vt diximus vt cōtinuū vero, adhuc dupl̄r, vel secundum partes æquales vni certæ datæ. & sic nō posset diuidi infinitum, vel secundum partes p̄portionales p̄portione minoris inæqualitatis: & sic corpus pōt diuidi in infinitum. rōnes huius rei ex textu Responsio Egid.

colliguntur

colliguntur, & est Aristotelis in litera determinatio.

Sed super hac determinatione contingit dubitare primo,
Dubitatio prima contra Egid. quia vna est potentia contrariorum 10. meta. & 2. topi. Augmentum & diminutio sunt duo opposita, igitur vna erit potentia vtriusq; igitur ꝑ eandem potentiam corpus naturale quãtum potest augeri in ĩfinitum. hoc consequens est contra Arist. 3. physi. tex, com. 60. quare & añs Secundũ. Si corpus quantum vel continuum ipsum potest diminui in ĩfinitum, vel ratione formæ vel ratione materiæ, non ratione formæ, quia forma terminat & finit. 3. phy. com. 59. ĩ fine. nec ratione materiæ, quia materia ꝑ tanto minuit pro quãto recipit minorem formã. igitur si non potest ipsa forma minui ĩ ĩfinitum, nec materia, cum correspondenter diminuatur. Tertio. Hæc Egid. determatio est contra Auer. Quantum. s. ad primum dictum. vult. n. Auer. 3. phy. com. 60. q geometra & naturalis conueniunt quãtum ad hãc ꝑpositionem, quòd continuum est minuibile in infinitũ. nõ autem augmentabile, quia si esset augmentabile ĩ ĩfinitum aliquãdo esset auctum. non autẽ sit diminuibile aliquãdo diminutum, vt dicit ibidem. com. 69. Istæ sunt maximæ difficul-
Qualia dicta propria. tates, & tactæ a me in. 3. physi. & alibi, & semper in re hac fui ambiguus & varia scripsi, quemadmodum soleo in oĩbus rebus meis. In philosophia. n. nihil certi habeo, quod non possit esse probabile ꝑ vtraq; parte. Pro solone horum igi-
Solu. primum suppositum. tur quæ nunc occurrunt, dicã cum protestatione dicẽdi aliter si aliter contingeret. Et primo aĩaduerte quod augeri ẽ ire ad esse, & ad formã apud Auer. per totum illum tertiũ. cã est quia esse forma & perfectio idem sunt. per augmentum. n. res crescit in perfectione, quia in maiori quanto est maior virtus cæteris partibus. ꝑfectio est forma & esse siue
Corollarium. actus igiẽ ꝑ augmentum res currit ad formam. Ex quo sequitur quòd quantamcunque contingit esse magnitudinem in potentia in mundo tantam contingit esse in actu. Nã mundus est perfectus, & constat ex oĩ materia totoq; possibili secundum perfectionem, nulla. n. esse potest ꝑfectio, quæ nõ sit in mundo. igitur si potest magnitudo augeri in ĩfinitum potest esse qñdoq; aucta immo ab æterno fuisset aucta.

Accipio secundo quòd diminui est ire ad imperfectionẽ,
Secundum. quia sicut in maiore quanto est maior virtus (vt dicitur) cæteris partibus, sic in minore minor. Imperfectio est non esse priuatio, & quasi materia, vt Auer. dicit. quare ire ad minus
Corollarium. est ire ad priuationem & imperfectionem. Ex hoc sequitur contra. quod non quantum contingit minui magnitudinẽ, tantam contingit esse minutam, quia siue hoc ponatur, siue non mundus est semper æque perfectus. & sic non oportet esse in acto, cum nihil ad vniuersum. Tertio accipio quod tã
Tertium. mathematicus, q̃ physicus concedere debent hanc, magnitudo corporea potest diminui in infinitum, non tamen eodem modo. nam physicus concedit hãc per accidens, quia ꝑ habitum atq; rationem mathematicam. at mathematicus ꝑ se, quia propria ratione, quæ est continuitas. continuum. n. & a physico, & a mathematico consideratur. 1. cœli. com. 2. verum a naturali vt accidens corporum naturalium, a mathematico vt continuum, & sic a physico per accidens, & ab ipso mathematico per se. Ex hoc sequitur quod licet natu-
Corollarium. ralis philosophus concedat illam, non propter hoc oportet negare minima naturalia, quia per se minima naturalia, vt corpora naturalia dantur per accidens, vt quanta non dãt. igitur physicus per se habet illa ponere, sed per accidens negare & hoc pauci ante me norunt. Quarto accipio quod na-
Quartum. turalis philosophus nec ꝑ se, nec per accidens debet concedere corpus continuum posse crescere in ĩfinitum, quia tũc oportet concedere ipsum esse auctum qñdoq;. at mathematicus potest illud concedere, ratione ipsi⁹ quãtitatis, quæ vt sic nullã dicit perfectionẽ, cũ non sit de principiis actiuis. His habitis verificatur positio Egidij. Et ad rationes Ad primã iã patet solutio. Augeri. n. & minui sunt opposita, & ideo potentia est vna vtriusque, sed augeri in ĩfinitum & diminui in infinitum, non sunt contraria, quia non sunt eiusdem generis cum crescere in infinitũ sit impoße, quod nullo ẽi genere. Ad secundũ dici põt, q ratione materiæ quantæ. & cum dr, tunc rõne formæ, nego consequentiã, per se. n. ratione materiæ quantæ minuitur in infinitũ, & concedo q forma põt minui ĩ ĩfinitũ, non per se ratione formæ, sed ꝑ accidens ratione materiæ quantæ. Ad tertium iam patet solutio ex tertio accepto. Et sic patet determinatio qõnis, quæ non mihi leuis fuerit. Secundo quærunt, vtrũ corpus sit di-
uisibile supra oẽ signum vel ẽm quodcũq; signum, & vĩ q Secunda q.
non. Primo, quia tunc fieret ex punctis probaẽ consequentia in textu, quia possibili posito in esse, nullum sequit impossibile ponatur igitur in esse, & quæritur quid restat, non res diuisibiles. igitur. indiuidua. igitur puncta. Secundo, corpus non est diuisibile vbiq; sui. igitur non diuisibile super omne signum. añs patet, quia non est diuisibile supra puncto extremo vel illi proximo, cum vbiq; sui sit punctus & non vbiq; diuisibile. Tertio, hæc propõ, corpus diuiditur super omne signum, est impossibilis. igitur impossibile ẽ corpus diuidi super omne signũ. añs patet consequentia declaratur per regulã logicã, ab impoßitate ꝑpõnis de inesse ad impossibilitatem propositionis de possibili. seruatis eodem ꝑdicato & subiecto. Quarto corpus potest diuidi ẽm omnẽ signum. igitur istud corpus diuiditur aliqñ supra omne signum tenet consequentia a propõne possibili de termino communi particulariter tento ad propositionem de inesse de eodem subiecto discreto tento temporali. consequens
est impossibile. quare & antecedens etiam. Circa hanc qõ- Prima positio
nem Sorticolæ concedunt super omne signum corpus est diuisibile, quia supra singnum corpus est diuisibile, & nullum est signũ. quin supra illud corpus sit diuisible, igitur supra omne signum corpus est diuisibile. negant vero corp⁹ esse diuisibile super omne signum, quia nullum est vel potest esse tale corpus, quod diuidatur supra omne signum. causa vero est quia in prima corpus stare dicunt confuse tã-
tum in secunda determinate. Capitunculatores vero aliam Secunda positio.
fingunt responsionem concedunt. n. corpus diuisibile esse supra omne signum & hanc etiam. corpus diuisibile esse supra omne signum, & hanc etiam corpus potest esse diuisum supra omne signum. probant per verba Auer. quia corpus est diuisibile super quodlibet signum indifferenter hoc est non magis super vnum quã super aliud, vel igitur est diuisibile super quodcunq; signum, vel super nullum. non super nullum. igitur est diuisibile super oẽ signum. Siẽr corpus potest esse diuisum indifferenter super quodlibet, hoc est non magis super vnum, quã super aliud. igitur vel supra oẽ vel supra nullum, vt supra Secundo aiunt hãc non esse veram, poße est corpus diuidi super omne signum: vel istã, poße est corpus esse diuisum super omne signum, quia hæc est ĩpossibilis. corpus diuiditur, vel est diuisum supra omne signum igitur & illa. & ita sequitur impoße corpus diuidi vel esse diuisum super omne signum. Causa est, quia in primis propõnibus poße facit sensum diuisum, & non debent poni inesse In secondis sensus compositum, & debent poni inesse. & sic volunt Arist. & Auer. intellexisse. Sed quolibet proferente contrarium stultum est sollicitum esse. 1. topi. Istas captiunculas nos debemus spernere, qm̃ colorem non habent, cum nec rationem naturalem, nec possunt fundari primis principiis, immo videntur & sunt contra Arist. & omnes græcos. Arist. enim in litera voluit continuum esse diuisibile, omne signum esse multiplex secundum actum & potentiã. Nam diuisibile est verbum notans potentiam igitur potest resolui. Vno mõ est diuisibile, hoc est potest diuidi, & hoc vocat diuisibile secundum potentiam, quia cum diuidi sit motus quidam, & motus sit actus imperfectus semper videtur potentia quædam ad vlterius. Alio modo est diuisibile hoc est potest esse diuisum qua rõne intelligitur sub diuiso esse. veluti differunt & moueri & motum esse. 6. Physico. Nam post omne moueri est motus, non autem post omne motum esse est motus. Si igitur est vt dicunt, vel Sorticulæ vel captiulatores. Aristote. illud non dixisset multiplex secundum actum & potentiam, sed vel secundum confusum & determinatum vt primi dicunt, vel secundum sensum compositum & diuisum, vt secundi. Amplius, apud Aristot. videtur esse possibile debet poni in esse. 1. Prio. & hoc est rationabile. nam vel ad sensum diuisum inesse positum sequitur impossibile vel non. si non igitur potest poni inesse. si sic igitur in ipso possibili includetur impossibile. omne enim sequens ad aliud includitur in illo, vt bene Egid. Multa alia dici possunt, quæ. 1.

Priorum

Priorum notauimus, propter hæc tenet Egid. quòd omne posse, eo modo quo posse pôt poni inesse, continuum est diuisibile super omne signum, vt ille terminus diuisibile dicit actum, illa est falsa, quia esset sensus, continuum potest esse diuisum supra omne signum, vt dicit potentiam, est vera quia sensus est continuũ pôt diuidi super omne signum modo sic ponendo inesse illam, nihil impossibile sequitur.

Dubitationes

Vt vero hæc pô intelligatur, dubitatur contra eam primo quia quæro quæ propô de inesse correspondet illi, continuum potest diuidi super omne signum. si est vera, certũ ẽ q̃ nõ nisi hæc continuum diuiditur super oẽ signum. Sed hæc videtur falsa, quia sua contradictoria est vera, nullum continuum diuitur super oẽ signum. igitur propô possibilis illi correspondens erit falsa. Amplius si ponamus inesse q̃ corpus diuiditur super, oẽ signum. igi pôt esse diuisum super omne signum, quia ẽm quodcunque signum corpus modo diuiditur, ipsum potest esse mõ diuisum super illud, quare si ponamus in esse q̃ nunc corpus diuitur super oẽ signum dari tõne potest poni inesse q̃ supra omne signum sit diuisum, & sic idem quod prius. Tertio posse est continuum esse diuisum ẽm a, & secundũ b, & sic de singulis igitur secundum oẽ signum potest esse diuisum, ab oĩbus singularibus acceptis sufficienter ad vlẽm 2. topi. Cõfirmatur quia omnes singulares hæ sunt possibiles & inter se non incompossib les igitur inferunt vlẽm.

Sol. Auerro. & Philoponi.

Animaduertendum itaq; primo quòd Auer. in 9 huius primi paraphrasi, licet nihil ad textum dicat, vĩ tamẽ ad rẽm nostram sic responsionem Arist intelligere, quòd illud signum quodcunq; potest capi composite, & diuise composite cum capitur, est sensus quod continuum potest esse diuisum secundũ quodcunq; signũ in vno instante, ita q̃ nunc sit diuisum & secundũ nihil diuidendũ, vel pôt intelligi diuise, & est sensus q̃ pôt diuidi secundũ a signũ in hoc instante, & secundũ b. in alio, & non pro vno. Quare cõcedet ipse continuũ est diuisibile, et pôt esse diuisum secundum quodcunq; signum diuisiue, & nõ secundũ quodcunq: cõpositiue, vt non sequit. homo est receptiuus oĩum sciarum igitur recipiet eas q̃nq. insimul. quod n. dicitur de aliquo diuisim, non sequit vt cõiunctim dicatur. Causa autẽ quare facta diuisione supra vnũ signum, nõ possit supra oẽ fieri, est q̃ cum fit supra aliquod punctũ: cessat potentia ad diuidi supra aliud ad illud consequens.

Sed dices cõtra. quia facta diuisione supra a. puncto, potest fieri supra b. remoto & non proximo igitur non cessat potentia diuisionis in alio. quidã aiunt q̃ verbum Auer sic intelligitur, q̃ facta diuisione supra a puncto cessat potentia diuisionis in puncto qui nõ distat ab illo plus vno minimo naturali, quia secundum Auer minimũ naturale est dare in natura, quare facta diuisione in a. nõ pôt diuidi ĩ ipso b. nisi b distet plus vno minimo ab a. quia tunc dareĩ minus minimo. Sed hæc expô stare non pôt, Primo, quia tunc p̃ hoc Auer. non haberet rõnem suæ distõnis, quã p̃bare enitebatur. Secundo, minimum naturale pôt diuidi, non in partes potentes per se existere, sed facta diuisione resoluitur in cõtinens. igitur non cessat potentia diuisionis. pôt. n. diuidi, quia pôt conuerti in continens. Vĩ igitur mihi esse dicendũ quòd Auer. vult q̃ facta diuisione supra a. puncto, non possit fieri supra alio, quia diuisum esse est in instante, & vnum diuisum esse in vno instante, igitur si vnius signi est vnum diuisum esse in hoc instante, non potest eodem instante effici diuisio in alio igitur cessat potẽtia ad diuisum esse pro illo instante. licet adhuc diuidi possit pro alio, & propterea conceditur illa in sensu diuisiue & non compositiue, hoc ẽ pro diuersis instantibus, & non pro vno. Sed dices contra hæc potest continuum esse diuisum secundũ a in aliquo instante & secundum b. pro eodem instante, & secundum. c. ĩ eodẽ, & sic de singulis igitur secundum oẽ in eodẽ instante. Aĩaduerte igitur quòd ad hoc vt ex singularibus de possibili inferatur vlis de possibili pro eodẽ instante, requirĩt primo quòd oẽs singulares sint posses in eodem nunc, & q̃ nõ repugnent simul esse in illo, nec illis repugnet vna indeterminata accepta vel acceptabilis exẽplũ Socrates pôt portare 9 lapides & non 10. hæc est falsa. pôt Socrates portare omnẽ lapidem, quia non decimum, & non quia singolares sint possibiles vel incompossibiles, sed quia vna singularis indeterminata illis repugnant. nam nouem determinatæ sunt compossibiles decima indeterminata impossibilis, & sic pô pôt intelligi q̃ cessat potentia diuisionis supra aliud, nõ quidẽ determinatũ, sed indeterminatũ. hæc itaq; possũt stare ad Auer. mentẽ. Verùm pro solutione ad argumenta contra Egid. facile per hæc pôt responderi. Ad primum concedere illam esse de inesse illi correspondẽtem, & cum dĩ illa est impossibilis, negatur, & contradictoria etiam negatur, quia aliquod continuum diuiditur super omne signũ. Ad secundum concedo, q̃ si diuidiĩ super aliquod modo signum, potest esse diuisum supra illud & sic de singulis nego quia vna indeterminata repugnat oĩbus determinatis pro vno illo nunc, vt dictum est. Ad tertium. Et ad confirmationem patet similiter. Ad rationes vero in principio patet solutio. Potest. n. illud poni inesse vno modo, & non poni inesse alio modo. Similiter etiã concedimus has, aliquod corpus diuitur secundũ oẽ signum. & illud corpus diuiditur secundum omne signum, licet nunquam erit diuisum secundum omne signum hæc mihi videntur de re hac.

Primus q̃õnis sensus.

Nõ est alienum ab eo, quod diximus in commentariis q̃ Arist. per hæc verba remoueat vnum dubium magnum. Et dubium (vt arbitror) est tale, nam magnitudo potest diuidi secundum hoc punctum, quod est in hac parte actu, diuisio. n. fit in puncto. ergo diuisio fit in puncto, quod actu est in parte quæ diuiditur. & simili ratione fieri potest diuisio in puncto alio, qui actu est in alia parte, & sic de oĩbus. ergo secundum quodcunq; punctum actu fieri potest diuisio.

Secũdus quæstionis sensus. Solu. q̃õ.

Vel q̃õ est hæc, famosum est diuisionem partis fieri per punctum, quod actu est in illa. ergo quot sunt partes diuisibiles tot sunt actu puncta, vt ex commentariis Philoponi potui percipere. Ad hanc dubitationem sic est r̃ndendum, q̃ punctũ esse omni in parte quæ diuidi potest, intelligitur dupl̃r. Vno modo q̃ sunt partes, quæ diuidi possunt, tot sunt actu, puncta, quæ per diuisionem relinquuntur Alio modo, intelligitur potentia, q̃ nulla sit pars, in qua non possit esse punct⁹ qui ex diuisione relinquitur primo modo negatur. secundo modo conceditur, & sic non sequitur actu magnitudinem esse ex punctis. Vel magis ad verba Arist. dicamus quòd punctum esse in omni parte, potest dupl̃r intelligi. Vno modo per proportionem rationis, vel per sĩlitudinẽ rõnis, & sic est vnus vbique, & oẽs puncti ĩ oĩbus partibus sunt vt vnusquisq;, hoc est quia qua ratione est in vna parte, & eadem ratione est in alia, non q̃ oẽs simul actu sint in oĩbus partibus. Sed quia vt in hac parte punctus esse potest vt fiat diuisio: ita & in singulis esse potest (vt Philopo. inquit) & hoc modo est punctum esse in potentia in singulis, quatenus ea ratione, qua in vna esse potest, & in singulis esse poterit. Alio modo intelligi potest, in tot partibus esse puncta actu, quot sunt diuisibiles, & hoc falsum est, quia tunc puncta essent contigua, vt dicetur. vnde dicit. Hoc aũt quòd punctus inest in omni parte est quia vnus vbiq, est & omnes vt vnusquisq; est, similitudine rationis ad hunc videlicet sensum, quód qua ratione potest diuidi hæc pars per diuisionem, ex qua derelinquitur punctus, eadem ratione, & oĩs pars. verum hoc pacto intelligẽdo non sunt plures actu vnde cũ nullus alius actus sit nisi ille, qui est magnitudinis terminus quo magnitudo est actu diuisa ab altera. cætera autem sunt similitudine rationis quatenus qua rõne magnitudo est actu diuisa per illum ab altera, eadem ratione quælibet pars potest esse actu diuisa ab altera per suum punctũ, qui derelinquetur ex diuisione. Quod autem actu non sint probat. quia non sunt consequẽter, hoc est actu diuisi, & immediati. Quare (vt recte infert) non in omni parte est actu punctus.

Propositio cõmunis super a puncto fit diuisio.

Debes scire quod diuulgata propositio est q̃ diuisio magnitudinis fiat in puncto, verum cõiter non intelligitur. Propterea debes scire quòd non intelligitur diuisionem magnitudinis fieri in puncto qui actu sit in ipsa magnitudine ante diuisionem, quia tunc puncta in magnitudine essent contigua: & magnitudo componeretur ex punctis vel punctum esset diuisibile. Sed dicitur diuisio magnitudinis fieri in puncto quia per diuisionem magnitudinis relinquitur punctus.

Declarat suppositio sæpe accepta.

Semper enim diuisione facta punctus remanet, vt terminus diuisorum. quare ante diuisionem non erat actu punctus in parte diuisibili. sed solũ potentia

tia. Deide sequunt illa verba{Si n secūdū mediū} vbi secundum Philop. vult ꝓbare. ꝙ nunq̃ magnitudo possit esse penitus diuisa, ita vt nihil relinquatur diuidendum. hoc autē facit, quia sæpe hoc assumpsit, & ipsum vel nō declarauit, vel nō ita dilucide vt in hac parte, & dicit. Si n. magnitudo secundū mediū, & mediū medij, & sic secundū totā sit actu diuisa, ita vt nihil diuidendū relinquatur, erit etiā diuisibilis actu ad cōtigua puncta cū totali diuisione facta, nihil nisi pūcta remaneāt, & sic erāt contigua Modo destruit consequens (& inquit.) Hoc aūt non est dicendū quia signum signo, hoc est punctum puncto, nō est cōtiguum, & exponit quid esset puncta esse cōtigua, & dicit. Sed hoc. s. pūcta vel signa esse cōtigua est diuisio vel cōpō magnitudinis, & ita nō

signum pūctū possunt puncta esse contigua. esset n. magnitudo nihil aliud quā hæc diuisa, vel cōposita. Quod vero ad verba attinet signū aliquādo accepimus pro parte ad sensū demōnstrabili, hic Arist. accipit pro puncto verū non refert ad ea quæ diximus, Deinde sequuntur illa verba{Quare est & cōgregatio} vbi, vt placet Philopono Arist. ex dictis cōcludit ꝙ cōgregatio & segregatio erunt, licet nō sint atoma corpora, & dicit. Quare est & cōgregatio, & segregatio. Sed neq; ad īpartibilia neq; ex impartibilib⁹ sunt, nā (vt inquit) Si ita esset, multa essent absurda. Præterea (vt inquit) neq; cōgregatio & segregatio ita sunt, vt in omni parte diuisio fiat. s. secundum oē punctum actuale. Si. n esset contignus punct⁹ puncto, hoc vtiq; esset, hoc est diuisio fieret secundum omne punctum actuale Demum subscribit ex quibus congregatio est, & ad quæ segregatio, & inquit, Sed segregatio ē ad pacua & ad minora, & ita magnitudines diuisibiles, & congregatio ex minorib⁹, & paruis, vnde (vt Philop. dicit) qui congregat procedit ex minoribus semp ad maiores magni-

RECO. tudines: qui vero disgregat contra procedit ex maioribus magnitudinibus semper ad minores, verum nec ex indiuisibilibus, nec ad indiuisibiles. In cōmentarijs quæsitum est de veritate istius, cōtinuum est indiuisibile secundum oē signum. vbi plura, & quidē acute diximus. Nunc vero aīaduerte ꝙ hæc propō pōt distingui primo, rōne illius termini cōtinuū, secundū sensum cōpositū, & secundū diuisum quatenus pōt accipi pro subiecto cōtinuitatis solum mō, & sic est sensus corpus naturale est diuisibile secundum oē signum, & hoc pacto est falsa, cum corpus naturale ammota cōtinuitate, nequaq̃ est diuisibile, cū diuisibilitas in partes proportionales proportione subdupla non cōpetat naturalibus corporibus, nisi rōne continuitatis, vel quatenus pōt sumi pro corpore naturali continuo, & sub hoc sensu de veritate illi⁹ quæritur in cōmentarijs. Secundo hæc propō pōt distingui rōne illius termini diuisibile. nā diuisibile idē est quod possibile secundum diuisionē mō possibile secundum diuisionē intelligi pōt dupl'r, vel secundum actū vel potētiā, secundū actū quidē, est sensus, continuū pōt esse diuisum secundū oē signum secundum potentiā vero, est sensus continuum est possibile diuidi secundum oē signum. Tertio hæc propō adhuc diuidi pōt multiplicitate illius termini signum, quatenus signum accipi pōt pro puncto, & pōt accipi pro parte ad sensum demonstrabili vt dictum est. Quarto pōt diuidi multiplicitate illius termini, oē quatenus oē pōt accipi cōposite, vt Auer. & Philoponus dixerunt, & diuerse; composite intelligitur simul in eodem instanti: diuise vero ꝙ possit diuidi vel esse diuisum secundum vnum signum in vno instāti, & secundū aliud signum in alio instāte hæc ergo ꝓpositio tot multiplicitates habere pōt. Secundo accipiamus ꝙ in nullo sensu cōtinuum est diuisibile secundum oē signū signo sumpto pro puncto in actu præcedēte diuisionē. hoc probatum est in textu, quia nullum punctum præcedit ante diuisionē cum puncta ante diuisionem non nisi potentia sint in continuo. Potest aūt esse vero ad sensum datum f. si multitudine rationis, quatenus ea rōne, qua potest diuidi hæc pars taliter, vt remaneat punctus terminans partem diuisam, eadē ratione diuidi potest alia pars taliter, vt remaneat punctus terminans eius partem diuisam Sin autem signum supponatur pro parte ad sensum demōstrabili, vt cōiter accipiunt Sorticolæ puncta negātes, tunc iuxta multiplicitatem illius termini diuisibile, aliqui concedunt illam continuum est possibile diuidi secundum omne signum: negāt tamen hanc, continuum possibile est esse diuisum secundum omne signum, sicut concedi solet, possibile est ludum cras fieri secūdum oēm partem, vt exēplificat Philoponus, et tamen nunq̃ possibile est esse ludum secundum omnem partem nā ad veritatem, vt Philoponus inquit, sufficit, vt hæc particularis nō sit impossibilis, ludus fit secundum partē a. nam si potest fieri secundum a. partem fieri pōt secundum oēm partē. Ad veritatem secundæ oportet vt hæc non sit īpossibilis ludus est secundum oēm eius partem Mō hæc est impossibilis: cum successiua nunq̃ possunt esse secundū oēs partes. At si eā distinguimus penes multiplicitatē illius termini oē, Auerr. concedit diuise sumendo illum terminum oē, vtranq;. s. continuum possibile est diuidi secundum oē signum & continuum possibile est esse diuisum secundum oē signum, quia in instanti a, potest diuidi & esse diuisum secundum a signum, et in instanti b, pōt diuidi & esse diuisum secundum b signum, & sic de cæteris semper diuersis instantib. acceptis. Cōposite vero negat Auer illā cōtinuum possibile est esse diuisum in a instanti secundum oē signum: cōcederet tamen hanc continuum est possibile diuidi in a. instāti secundum oē signum, quia ad varietatem huius (vt dixit

Philopon.) sufficit ꝙ particularis huic correspondens non sit impossibilis. Epilogando igitur dicamus, ꝙ diuidendo propositionem penes illum terminnm concretum continuum, propositio non est vera in sensu diuiso In sensu vero composito est dubitanda. quia rursus propōnem diuidendo, multiplicitate illius termini diuisibile dicendum est, eam esse verā exponēdo diuisibile pro possibili diuidi Hæc n. vera est continuum possibile diuidi secundum oē signū, quia si particularis ei correspondens est possibilis, illa erit vera Exponendo autem diuisibile pro eo quod est possibile esse diuisum secundum oē signum est iterum dubitanda, quia si rursus exposuerimus illum terminum signum pro puncto, nullatenus est vera, nisi ad sensum nouum, vt dictum est. Exponendo vero pro parte ad sensum demonstrabili, rursus est dubia, quia si exposuerimus illud syncategorema omne composite, est simpliciter falsa: nam hæc est impossibilis, continuum in eodem instanti potest esse diuisum secundum omnem eius partem. Sin autem diuise, illa ē vera, quia qua ratione continuum potest esse diuisum in d. instanti secundum a. partem: ita potest esse diuisum secundū b. partem in c. instanti, & sic de alijs. Patet ergo multiplex sensus propositionis. Hæc colliguntur partim ab Auer. partim ab Alexandro, & Philopono. Epilogus & dilucidatio q̄ onis.

Sed non simplex & perfecta generatio, congregatione & segregatione determinata est, vt quidam inquiunt. eam vero, quæ in continuo est, mutationem, alterationem. Sed hoc est in quo errāt secundum omnia. est. n. generatio simplex & corruptio non congregatione & segregatione, sed cum mutatur ex hoc in hoc. Alij autem putant alterationem esse omnem talem mutationē. Hoc aūt differt. nam in subiecto, hoc quidē est secundū rōnem, illud autē secundum materiam. Quando igitur in his fuerit mutatio, generatio. erit aut corruptio: quādo autem in passionibus, et secundū accidens, alteratio. Ant. c 37. Dilucida tex. cōm. eiusdem

Sed non simplex & perfecta generatio, congregatione et segregatione determinata est. vt quidā aiunt. In cōtinuo transmutationē alterationē esse. Sed hoc est in quo falluntur omnia. est. n. generatio simplex & corruptio, non congregatione & separatione, sed quādo trāsmutatur ex hoc in hoc, existimāt alterationem esse omnem talē transmutationem. hoc aūt refert. In subiecto. n. hoc quidem est secundum rationem, hoc autem secundum materiā. Quando quidem igitur in his est trāsmutatio, generatio erit, & corruptio: quando autem est in passionibus & secundum accidens est alteratio.

Verificat nūc Democriti pōnem quantū ad aliquid & nō respondet (vt latini fingunt) erat itaq; q̄ō vtrum generatio sit congregatio. Respōdet ꝙ generatio est duplex: simplex & secundū quid de quibus. mox dicet. Tunc vult ꝙ loquendo de Comm. 37

do de

de de gñatione ẽm qd, pōt dici ꝙ gñō est congregatio, quia in quanto & partibus alteratio, quæ generatio dici potest secundũ quid. inquit. Sed nō simplex & perfecta gñō, cōgregatione & segregatione determinata est (vt quidā aiūt) subaudi dicentes, in cōtinuo, hoc est in corpore existēte & per fecto transmutationē alterationē esse, at cōtinui euarationē in partibus & toto esse gñonē. Vbi animaduerte ꝙ generationē dixerūt partiū congregationē, alterationem vero cōgregati entis euarationē, & ita per continuũ cōgregatū ens intelligit. Addit. Sed hoc est in quo falluntur quidā subaudi corū dicta, quod declarat. i. est. n. gñō simplex & corruptio non congregatione & separatione, sed qñ trāsmutat ex hoc in hoc, i. ex quodam in quiddā, existimant sup. recte alterationē esse oēm talem trāsmutationē q.d. ꝙ vno mō errant: alio modo bene dicunt. Inquantũ quidē generationē simplicem volunt esse cōgregationē, male dicunt. Vt veru generationē ẽm qd, q. est de hoc, in hoc, hoc est de quodā in quiddā bene existimant, hoc autem refert & non parum, differunt. n. generatio simpliciter & generatio secundum quid. In subiecto enim hoc quidē est secundũ rōnē & formā. illud vero ẽm materiā subaudi & aliud secundũ passionem & accidens quādo quidē igitur in his, hoc est in materia & forma, est trāsmutatio generatio & corruptio simpliciter sunt, qñ aūt in passionibus, & ẽm accidens est alteratio. & sic concedi pōt generationem ẽm quid esse congregationem. Animaduerte ꝙ congregatione & segregatione fiunt formæ artificiales vt arca & nauis, & domus, & id genꝰ. formæ aūt artificiales (vt dictū est 2 physi.) sunt accidentia: accidentis aūt gñō nō est simpliciter, sed ẽm quid, iō in parte dixit bñ Democritus. Secundo animaduerte ꝙ recentiores decipiuntur circa illū textum, sed qñ transmutantur ex hoc in hoc, habentin. ex toto in totum, & laborant tunc quid Aristoteles velit, & nō possunt illum intelligere. qa quod nō est, non est intelligere, græca verba sonant vt nos transtulimus, quæ facilia sunt.

Et licet in trāslationibꝰ nostris, & antiquis sit aliqua diña, hoc est quia in græco codice non legunt eodem mō. Ideo cum Philopono dicamus, ꝙ siue Aristoteles rñdeat ad aliud Democriti argumētum (vt placet expositori) siue verificet positionē Democriti in parte. Arist. ostendit, ꝙ ēt in positione errauerunt. Cum igit demōstrauit ꝙ Democritus est deceptus in syllo, in parte ista ostendit, ꝙ ēt in positione deceptus est, & dicit. Sed nō simplex, & perfecta generatio est determinata, hoc est definita cōgregatione & segregatione, cōgregatione vnius s. & segregatione alterius (vt qdā aiūt) ꝗ dixerūt hoc, & dixerunt alterationē esse mutationē in continuo. Democritici. n. duo dixerunt. primū, ꝙ gñō fit congregatione vnius, & segregatione alterius, & ita fit solutione cōtinui. Inquārū. n. vnum cōtinuum erat solutum, & ex illius particulis cōgregat alterū, dixit generationē fieri, alteratione vero dixit mutationē esse sine solutione continui & sine congregatione cōtinui. Sed dixit esse mutationē eius, quod iā cōgregatum est, & manet cōtinum, vt sæpius dictum est: narrata positione, eā reprehēdit, & dicit. Sed hoc est, in quo errant ẽm omnia, hoc est secundum vtraq; dicta, quia (vt Philoponꝰ inquit) nec generatio est (vt dixerūt) nec alteratio est (vt dixerunt) & hoc dicit, est enim generatio simplex & corruptio nō cōgregatione & segregatione. Sed tunc est simplex & pfecta gñatio, cū mutat hoc in hoc, nullo sensibili remanente, vt dicemus. Hoc autē pbat authoritate aliorū, dicētiū talē mutationē, q determinat cōgregatione & segregatione, esse alterationē quali alteratione artificialia fiunt, vt domus, quæ nō simpliciter, ac in substātia fit. sed congregatione partium: modo vt dicit, hoc quod dicunt alij differt ab eo quod dixerunt Democritici. Democritici enim dixerunt eam mutationem, quæ congregatione perficitur, esse gñonē perfectā & simplicē. Alij vero dixerūt eā esse alterationē, & solum gñonē ẽm qd & artificialē. Philoponus autē p exēpla hæc eadē declarat, & dicit ꝙ nō est verū eā mutationē quæ fit sine solōne continui, esse alterationē semp, quia aqua in aerē, & plumbū in cerusā mutat sine solōne cōtinui, hoc est sine cōgregatione, vel segregatione. Præterea (vt dicit) nec congregatione partium semp fit generatio: nā si quis plumbū in minima diuiserit, & postea oēs particulæ eliquescant, rursus plumbū cōgregatur, & tñ nō fit de nouo. ergo nec mutatio sine cōtinui solutione semper est alteratio: nec cōgregatio semper est generatio. Deinde exponit quæ proprie & naturalis generatio est, & q alteratio, & dicit. nā in subiecto, hoc est in ipso cōposito natural, ꝙ est subiectū accidētium sunt duæ partes substātiales. altera quidem ẽm rōnē, q est forma: altera pars est ẽm materiā, ex quibus subiectū cōpositum fit. Tūc exponit diñā & dicit, qñ igit in his. s. forma & materia fuerit mutatio hoc pacto s. ꝙ materia priorē formā relinquat, & nouā recipiat, gñō erit nouæ formæ, & corruptio prioris: qñ autē mutatio est in passionibus, & ẽm accidens, erit alteratio. Hæc est vera differentia.

Quæ autem segregantur & congregātur, leuiter & difficulter corruptibilia sunt. Si.n. in minores aquas, aqua diuisa sit, citius aer generatur. si autem congregata sit, tardius. magis autem erit manifestum in sequentibus. Nunc autem tantum determinatum sit, quod impoßibile est generationē esse congregationē, qualē quidā inquiūt. Antici. co 28.

Segregata autem & congregata facile fiunt. si quidē enim in paruissimas aquas aqua diuiditur. citius aer generatur. si uero congregatur, tardius. magis autem hoc erit manifestum in posterioribus. at nunc tantum determinatum sit, quod impoßibile est generationem esse congregationem, qualem quidam aiunt. Dilucida. te c eiusdem.

Cōmē 28

Secundo bene dicunt quantum ad disponendum ad talia. nā rarum & in minima scissum facile corrumpitur, vt de aqua patet. at densum & vnitum tardius transmutatur. Si igitur velit Democritus segregationem esse corruptionem dispositiue, bene ait: at si vult illam esse corruptionem principaliter, errauit. Sed de hoc remittit se in posterum, colligit tamen in tantum esse dictum ꝙ generatio simplex non est congregatio, vt voluit Democritus hæc satis de positione Democriti. dubitationes & quæstiones circa hæc satis dictæ sunt, nūc autē ad positionē Aristotelis trāseamus.

Pulchre verba hæc sunt exposita in cōmentariis. verum dicamus, ꝙ cum Aristoteles declarauit congregationem, & segregationem non esse generationem nec corruptionem, vult declarare, quod aliquando conferunt generationi, & aliquando impediunt, & dicit. Quæ autem segregantur, & congregātur leuiter, & difficulter corruptibilia sunt, & hoc exponit, & dicit. Si enim in minores aquas. s. in paruas particulas aqua diuisa sit, vtpote in mensa tempore æstiuo, vt Philoponus dicit. Citius aer ex illa sic disseminata generatur. at si eadem aqua congregata sit in ciatho etiam in æstate, tardius ex ea aer fit, & tardius in vapores conuertetur. Quod exemplum Aristoteles in libris meteororū apposuit. propterea dicit esse hoc magis manifestum in sequentibus, scilicet in libris meteororum. Vel in sequentibus, hoc est in hoc libro, at nūc manifestum esse dicit in tantum, quod impossibile est generationem esse congregationem, qualem quidam aiunt, vt Democritici, qui eam dixerunt esse congregationem ex atomis.

Determinatis autem his: primo speculari oportet vtrum generetur quippiam simpliciter & corrumpatur: an proprie quidem nihil, semper autem ex aliquo, & quid. Dico autem vt ex laborante, sanum, & laborās ex sano aut paruum, ex magno, & magnum, ex paruo. & omnia alia, hoc modo. Anti c.29

Determinatis autem his; primo speculandum est vtrum generatur aliquid simpliciter; & corrumpitur? aut proprie quidē nihil, sed semper ex aliquo & aliquid, dico autem vt ex laborante sanum, & laborans ex sano aut paruum ex magno, & magnum ex paruo, & cetera omnia hoc modo. Dilucida tex. eiusdem.

Expeditis positionibus veterum: trāsit ad ppriā pōnem & mouet quæstionem. vtrum videlicet cōtingat aliquid simpliciter generari & corrumpi, an cōtra, omnis generatio fit secūdum quid ex aliquo ẽm partem in aliquod secundum partem. hæc quæstio est multipliciter vtilis. Primo, qa exhu- Cōmē. 40

hui solutione patebit subiectum generationis. Secundo, patebunt termini a quo & ad quem. Tertio, patebit differentia inter generationem & alterationem, quæ omnia a principio erant expedita.

Philoponus vir doctissimus atq; laboriosissimus, cōtinuat textum, primo, & dicit, cum redarguisset Democriti rationem, per quam esse corpora atomia concludebat, & etiam ostendisset, q̃d non necessarium generationem & corruptionem fieri cōcretione, & segregatione, & etiam ostendisset, quod hoc remoto, non idem erit alteratio & generatio, de his enim omnibus quærere propositum erat: nunc consequenter quærendum esse dicit. Si omnino sit simplex generatio, hoc est, num possibile sit substantiæ generationem esse, necne. Appellat enim (vt inquit) eam generationem simpliciter, quæ proprie dicitur generatio & absque vllo additamēto. An solum quæ substantiis accidūt generentur, quibus nihil simpliciter fieri dicitur, sed cum additamento. non enim (vt Philoponus inquit) sine additione pronunciamus accidentium generationem. Cum enim (si contingat) hominem terrestrem secundum colorem, non dicimus hominem simpliciter genitum esse, sed dicimus ipsum factum esse secundum quid, vt pote, aut album, aut nigrum, nec valet, homo fit albus: ergo homo fit dicit. Determinatis autem his primo speculari oportet vtrum generetur quippiā simpliciter & corrumpatur, scilicet substantia: An proprie ac simpliciter nihil hoc est, nulla substantia generetur, sed semper aliquid secundum additionem ex aliquo, vt cum animal ex laborante ac ægroto fit sanum, & econtra laborans ex sano: vbi licet animal ex ægroto fiat sanum, tamen animal nō fit simpliciter: dat secundum exemplum, aut cum aliquid fit paruū ex magno, vel contra magnum ex paruo, & omnia alia, quæ generantur, fiant semper hoc modo per additionem. & nunquā simpliciter. Hæc est quæstio ergo nū generatio & corruptio solum sit accidētium, substātiæ vero nullo pacto. huius ordinis causā assignat Philoponus, quia quæstio an est, est prima omnium quæstionum. Modo (vt inquit) fatuum est priori ignorato, posterioris doctrinam cōcedere, velut si quis vtique nostrum corpus immortale construere voluerit. oportet prius ostendere an sit immortalitatis susceptiuum.

Anti.c 40 *Si enim simpliciter erit generatio simpliciter vtique fiet ex non ente. Quare uerum erit dicere, quod inest quibusdam ipsum non ens. quædam enim generatio, ex non ente aliquo. vt ex non albo, aut ex non bono. Simplex autem, ex simpliciter non ente.*

Dilucidate.c. eiusdem. *Si enim simpliciter erit generatio, simpliciter vtique generabitur ex non ente, quare uerum erit vtique dicere non ens quibusdam præesse: quædam quidem enim generatio ex nō ente quodam vt ex non albo, aut ex non bono simpliciter vtique ex simpliciter non ente.*

Cōmē 40 Arguit nunc ad partem quæstionis negatiuam sic. si generatio simpliciter esset, tūc ē nihilo aliquid generaretur, q̄ tanquā manifeste falsum probat dicens quod tunc non ens præesset vt subiectum quibusdam, immo omnibus, nam sicut quod fit ex materia, præsupponit materiā vt subiectum suæ generationis, ita quod fit ex non ente, præsupponit nō ens tanquam subiectum suæ generationis. Primū enthymema deducit per simile sic, generatio secundum quid fit ex nō ente secundum quid igitur generatio simpliciter ex non ente simpliciter. argumentum est a loco a simili.

Argumentatur ad quæstionē, & primo probat, quod nō sit generatio simpliciter, & proponit secundū Philoponū & alios, hanc consequentiā, si generatio simpliciter est, aliquod ens fiet simpliciter ex nō ente, cui⁹ primo destruit cōsequēs. Quare verum erit dicere, quod inest qbusdā ipsum nō ens, hoc est, verum erit dicere, q̄ ipsum non ens præest quibusdam scilicet omnibus substantiis, quæ fiunt ex nō ente, hæc est vna expositio. Vel aliter secūdum Philoponū, verū erit dicere, q̄ inest quibusdam ipsum non ens i. q̄ ipsum nō ens existet, q̄ā est inesse ad esse, recipit esse, & sic existet. et nō potest non ens existere, nisi insit quibusdam, modo quo animal inest homini. quicquid enim est existens dicitur de aliquibus vt animal dicitur de homine. & inest homini. Animaduertē dum q̄ si nō ens existit, tūc vt fiat ens nō existit vnū, sed quid commune pluribus, cum multa fieri oportet ex non ente. Deinde destruit consequentiam, & dicit, quemadmodum .n. generatio secundum quid est ex non ente aliquo, vt ex non albo, aut ex non bono sic generatio simpliciter erit simpliciter nō ente. Hanc consequentiam clarius ostendit etiā Philoponus ex eo, quia vnumquodq; generatur ex propria negatione vt album ex nō albo, & nigrum ex non nigro. quare cum generatur aliquid simpliciter, generabitur ex non ente simpliciter Hæc enim illi est propria negatio.

Ipsum autem simpliciter, aut primum significat, secundum vnumquodque prædicamentorum ipsius entis, aut vniuersale & omnia comprehendens. Si igitur primum, substantiæ erit generatio ex non substantia. cui.n. non inest substantia, manifestum est quod neque aliorū vllum prædicamentorum. vt neq; quātū, neq; quale neq; ipsum vbi. separabiles .n. essent passiones, a substantiis. si autem non ens omnino, negatio erit vniuersaliter omnium; quare ex nihilo, necesse est id generari quod generat̄. Anti.c.41

Simpliciter autem quæ primum significat secundum vnumquod que prædicamentorum entis. aut vniuersale & omnia comprehendes. Si quidem igitur primum: substantiæ generatio erit ex non substātia. at non substātiæ nō existit; neque hoc; patet quę neque cæterorum vllum prædicamentorum, vt pote, neque quale, neque quantum, neque ubi separata enim essent vtique passiones a substantiis. si autem non ens vniuersaliter negatio vniuersaliter erit omnium: quapropter ex nihilo necesse erit generari generatum. Dilucidate.c. eiusdem.

Secundo arguit, et primo accipit q̄ simpliciter ens potest dupliciter accipi, vel simpliciter pro perfectissimo, & primo inter decem prædicamenta. vel simpliciter pro cōi & transcendente ac omnibus decem prædicamentis cōi. Tunc arguit. si quid generatur simpliciter, oportet vt fiat ex nō ente vel ex non ente simpliciter primo modo vel secundo modo. Si primo modo substantiæ generatio erit ex nō substantia: at cum substantia nō præexistit, neque hoc aliquid quod sit subiectum, patet quod cæterorum vllum prædicamētorū. vt pote, neque quale, neque quantum, neque vbi: separatæ .n. essent vtiq; passiones à substātijs. quare si ante generationem simpliciter, nulla præfuit substantia, nullum præfuit accidens igitur nihil, quare erit generatio ex nihilo. Hæc quantum ad primum mēbrum: quantum ad secundum (inquit) si aūt non ens vniuersaliter. subaudi præsupponitur, quod secundo modo acceptum est, negatio vniuersaliter erit omnium, quapropter ex nihilo necesse erit gñari generatū, hæc sunt duo argumenta, quibus solet destrui gñatio simpliciter. Cōmē 41

Siue hic ponat secūdam rationem (vt in cōmētarijs diximus) siue excludat quādā solutionē ad rōnē factam, vt placet expositori textus, vno modo intelligi potest, quod simpliciter ens potest dupliciter intelligi, aut pro substantia, quæ est ens simpliciter, quatenus est primū omniū prædicamentorū, aut pro ente communiter sumpto ad omnia prædicamenta: sic dici potest ens simpliciter dupliciter, vno modo, vt est negatio correspondens substantiæ prædicamētali. Alio modo, vt est negatio totius entis vniuersaliter sumpti. dicit ergo aduersarius, q̄ substātia generari potest ex nō ente simpliciter, vt nō ens simpliciter sumit pro negatione substātiæ quæ est ens simpliciter: & sic nō est inconueniēs, q̄a oē q̄ fit, ex eius propria negatione fit. Alio modo, vt nō ens simpliciter, sumitur pro negatione entis totius vniuersaliter, sic substantia non generatur ex non ente simpliciter. Excludit hāc solutionē Arist. q̄a si substātia fit ex nō ente, quod est ppria sua negatio, etiā fit ex nō ente, q̄d est negatio cōmunis entis, cū negatio substātiæ sit negatio omniū entium, cum alia entia non nisi in substantia sint. Philoponus intelligit hūc locum alio modo, sed sua expositio est obscura, & difficilis, ideo legas verba, iuxta hanc expositionem & dicit, ipsum autem ens simpliciter, dupliciter intelligi potest, aut simpliciter primitate, aut simpliciter in vniuersalitate. vnde dicit, aut primum significat secūdū vnumquodque

que prædicamentorum ipsius entis, hoc est quod ante omnia prædicamenta, non singula singulis reddendo (vt exponit Philoponus) scilicet quod antecedit cetera prædicamenta quibus diuiditur ens, aut intelligitur ens quod est vniuersale ens, & omnia prædicamenta compræhendens. Sic igitur ens simpliciter vno modo potest accipi pro ente simpliciter primitate scilicet pro substantia, & pro ente simpliciter vniuersalitate, vt pro ente transcendenter sumpto, ex hac distinctione innuit tacitã solutionẽ, quod. s. nõ ens simpliciter possit accipi dupliciter, pro negatione propria substantiæ, & pro negatione propria entis vniuersaliter. Qua rõne dici posset substantiã simpliciter fieri ens ex nõ ente simpliciter, quod est propria negatio, & nõ ex nõ ente simpliciter quod est negatio entis vniuersaliter. Cõtra obiicit, quia si subã fit ex nõ ente simpliciter quod est propria subæ negatio, etiã fit ex non ente simpliciter, quod est negatio entis vniuersaliter, & dicit. Si igitur primũ, hoc est, si ens accipii pro eo quod est simpliciter primitate, subæ erit gñatio ex non substantia, & ita ex nõ ente simpliciter, quod est propriæ substãtiæ negatio. Quod aũt sequatur gñationẽ esse ex nõ ente simpliciter vniuersalitate, probat Cum.n. nõ in est substãtia, hoc est, quia si substãtia nõ est, manifestũ est, quod neq; aliquid aliorũ prædicamẽtorũ est, vt neq; quale neq; quantũ, neq; ipsum vbi, quia (vt inquit) huiusmodi passiones prædicamẽtales essent separabiles a substantiis sup. si esse possent substãtia nõ existente, tũc colligit argumẽtũ, & dicit. Si aũt nõ ens simpliciter & omnino, tunc substantia fiet ex negatione vniuersaliter omniũ entiũ, quare ex nihilo necesse est id generari, quod generatur. Hæc est exclusio obiectionis.

Anti. c 42

De his igitur & in aliis dubitatum est atque determinatum sermonibus amplius; breuiter autem & nunc dicendum est, quod aliquo quidem modo ex non ente simpliciter, generatur modo autem alio ex ente semper. ipsum enim potentia ens, actu autẽ non ens necesse est præexistere dictum vtroque modo.

Dilucidatio c. eiusdem.

De his quidem igitur & in aliis dictũ est & determinatum sermonibus in pluribus. Amplius autem & breuiter nunc dicendum. Quoniam modo quidem aliquo ex non ente simpliciter generatur, modo autem alio ex ente semper, potestate enim ens, actu autem non ens necesse est (quod dicitur) præexistere vtroque modo.

Cõmẽ 41

Nunc soluit. & quoniã solutio hæc tacta est in libro physicæ auscultationis, & in libro cœli, & in libro metaphysicæ, & verba hæc patent: satis sit verba sic posuisse.

1 quæstio si ex non ente simpliciter aliquid generetur

Quærũt hic vtrũ aliquid ex non ente simpliciter possit gñari, & videtur quod sic, quia forma fit, & non ex forma. igit ex nihilo. Circa hãc q̃stionẽ fuerũt duo extrema & mediũ.

Prima positio de generatione

Anaxagoras Clazomenius generationem posuit totaliter ad intra, cum generationem dicat latentis formæ manifestationem. Et tunc iuxta hanc positionem generatio est ex ente simpliciter tali quale fit.

Secunda.

Alexãder, Themistius, Auicenna a Platone accipientes & plerique græci dicunt generationẽ esse ex toto ad extra, vt quod formæ omni ex parte in materia ab agente reponãtur: efficiuntur enim formæ ab agente, quod in materia reponuntur.

Tertia.

Aristoteles vero (vt. 12. meta. cõm. 18. Auer. narrat) mediauit voluit enim compositum per se effici, at formam & materiam per accidens, id circo productũ s̃m partẽ præsupponitur, vtpote s̃m materiã & quantũ ad hoc cũ latitatione cõuenit s̃m partẽ aduenit, vt s̃m formã, & quantũ ad hoc cum positione & creatione concordat, ab vtrisque vero differt, quia partes per accidens, cõpositum per per se fiunt.

Quod ex nihilo nihil.

Qua de re patet nihil generari ex nihilo, quod Egidius tribus rationibus declarat. Verum petit pro nunc sibi fore concedendum omnem generationem esse ab agente particulari extrahente formam de potentia materiæ. nam pro nunc vult esse supponendum a primo agente simpliciter nihil effici immediate: prima itaque ratio accipitur ex ordine agentium. Nam ars & natura sunt duo agentes, ars supponit cõpositum. igitur natura præsupponit ma etiam tãtum. Secunda est accepta ex motu. Nam generatio vel est motus vel finis motus. Sed in omni motu oportet intelligere subiectum. vt. 2. meta. & primo & 3. physi. igitur omnis generatio præsupponit subiectũ. Tertia ex mõ agendi. nã agẽs naturale agit per virtutẽ, quæ est alia ab eius essentia. talis aũt est accidẽs igit pri^o sibi ipsi passum assimilabit in accidentibus, q̃ in substãtia & per consẽs pẽalterabit subiectũ, & ita oportet subiectũ præsupponi.

Quale pro ex nihilo nihil.

Animaduerte quod hæc propositio. gño fit ex ente, est prima, & non põt demonstrari. Cuius signũ est primo, qa Aris. eã accepit per consensum omniũ, quo mõ accipiuntur cões animi cõceptiones. Secũdo, quia in illa cõcordãt oẽs sensus, vt visu patet albũ ex nigro fieri, & gustu amarũ ex dulci, & in cæteris id genus. Tertio, quia rationes Egidii petunt. prima quidem nihil valet. nam si agens artificiale plura supponit. quia compositũ naturale minus, quia materiã tm̃, tunc agens cœleste vt intelligentia nihil supponeret, qa est sup. arte & natura. Secũda petit. accipit. n. oẽm gñationem esse vel motum, vel motus finem, quod non pot est probari. Tertia magis friuola est. Tum primo, quia multi & præclari volunt formam esse immediatum principium actionis per eius essentiam. Tũ quia virtus ab essentia non differt vt accidens a subiecto. Sic igitur Egidius bene dixit ex suppositis, ex simpliciter vero nihil valet quod dicit. Tunc ad rationem in principio patet solutio.

Vtrum in nihil sit redigere.

Secundo quærunt vtrum agens possit redigere aliquid in nihil, & videtur quod sic, quia potest corrumpere compositũ aliquid, vel igitur post illius corruptionem manet aliquid illius, vel nihil, nõ manet aliquid, quia vel in potentia vel in actu. Si in actu, non esset iam corruptum Si in potẽtia igitur posset redire, & si nihil manet, igitur est redactum in nihil quod erat propositũ. Circa hanc quæstionem Egidius multa dicit primo enim accipit de mẽte Aristot. quod primum vt deus sit causa & agens nullo supposito.

Quæ Egi. supponit

declarat, quia ipse 2 meta. concedit esse aliquod primũ agens, quod est causa entis & totius esse in quantum ens. igitur agens nullo præsupposito, quia si quid præsupponeret, tunc non esset agens primum, & vniuersale. nã esset aliquid in effectu, ad quod eius causalitas non se extenderet. Secundo ait quod Ari. non concederet deũ posse ex nihilo aliquid facere, vel in nihil redigere aliqd quia vult ab æterno immobili & inuariabili nihil noui effici nisi secundis causis mediãtibus. Modo cũ secundæ causæ agant mediate motu, & omnis motus sit actus mobilis, oportet vt in agendo supponant subiectum, & mobile. & sic nec ex nihilo agere possunt, nec in nihil redigere, & per consequens nec deus, cũ nihil agat, nisi illis mediantibus. Tertio dicit, quod Arist. Vno modo non peccauit. Alio modo peccauit. Non peccauit quidem non ponendo aliquid produci ex nihilo, quia hoc transcẽdit principia sciẽtiæ naturalis. at peccauit, pro quanto negauit hoc, quia licet non spectet ad scientiam ponere omnem veritatem spectet, tamen ad omnẽ scientiam non ponere aliquam falsitatẽ, nec sequitur hoc nõ ponitur. ergo negatur, stat enim aliquid non poni, quod non negatur.

Quod in nihil redigitur.

Quod vero causæ secundæ & agentes naturales, quibus mediantibus deus agit, nõ possint aliquid redigere in nihil, tribus rationibus probat, prima est ex parte formæ, quia corruptio vnius est generatio alterius. sed nihil generatur. nisi aliquo supposito vt diximus. igitur nihil corrũpitur nisi aliquo remanẽte. Secundo, ex parte materiæ, quia materia est incorruptibilis, & nõ põt manere absq; forma igitur si vna forma desinit alia remanet. igitur nõ in nihil, quia semper materia remanet cum forma. Tertio ex parte motus, qa corruptio formæ vel est motus, vel nõ sine motu. sed omnis motus est ad formam. igitur non potest corruptio esse ad nihil.

Positio Maurorũ.

Mauri vt Auerro. 12. metaphysi. commen. 13. dicit. volut quod quãquã aliqd agẽs possit ex nihilo aliqd facere vt deus: nõ tamen in nihil redigere. & hoc quia omne agens agit agẽdo & omnis actio est ad aliquid. igitur nõ põt redigere in nihil.

Declaratio propria

Animaduertendũ tamẽ quod per nihil possumus intelligere vel nihil in transcendente, vt si quid ita esset redactum in nihil, vt nec illius aliquid relinqueretur in transcendente. vel in genere, vt si aliquid ita dicatur redimi in nihil, vt nec aliquid sui generis remaneret, vel in specie. vt si quid esset reductum taliter ad nihil, vt suæ speciei nihil remaneret, vel in indiuiduo, vt ita esset ad nihil, vt nec quicquam indiuidui restet. Tunc dicerem quod non est possibile vt aliquid reducatur ad nihil primo modo, nec vt theologus, nec vt Philosophus. patet, quia Deus apud theologos non potest ita reddere rem nihil, vt nihil suæ transcendentiæ maneat, quia nec ipse

manebit. Dicerem secundo apud Aristote. quod nec secũdo modo, quia genera sunt æterna, & æternum non potest secundum se & quodlibet sui desitere. Per idem dicerem tertio quod nec tertio modo, quia etiã species sunt æternæ. Restat igitur videre si potest agens naturale reddere rem ad nihil secundum indiuiduum. Apparuit Egidio quod non, quia semper materia restat, quæ est aliquid indiuidui, quia pars cõpositi, & vna numero oĩum. 12. Meta cõmẽ 24. Vĩ aũt mihi ꝙ hoc nõ sit bene dictum primo, quia materia nullum habet esse apud Auer. nisi a forma. igitur ablata forma indiuidui, perdit esse indiuiduale illius cuius erat igitur non manet vt pars indiuidui, sed vt pars gñris & hoc decepit Egidium. Secundo, si manet vt pars: indiuidui. igitur manet forma eiusdem, quia materia vt pars ad formam refertur vt pars, & relatiua simul sunt & non sunt. propter hæc videtur mihi quod agens naturale possit aliquid ad nihil reddere secundum indiuiduum. patet, quia nihil indiuidui restat sub ratione qua erat illius, vt nec materia, qa nec forma, nec potẽtia, quia posset idem numero redire igitur est redactũ ad nihil simpliciter indiuidui. Cũ .n. desinit esse indiuiduũ, desinit esse forma (loquor de his indiuiduis quorũ formæ corrũpunt) eũ desinit esse forma, desinit eẽ materia,
De 2. Egidius an deus ex nihilo. quo erat illius formæ, cum desinit esse materia, quo erat illius formæ, desinit esse quo erat illius indiuidui. ergo nihil illius quo illius erat remanet. Hæc de primo. Vlterius aĩaduerte, ꝙ hæc videntur inuicẽ contradicere, ꝙ videlicet deus agat nihilo præsupposito, & tñ ex nihilo nihil facit. Primo, quia dũ deus agit simul cũ causis scẽdis, vel agit vt primũ vel vt secũdũ. Si vt primũ, igitur agit nullo præsupposito, igitur ex nihilo agit, quod negat Egidius. Si vt secundum. igitur aliud aget vt primũ, & sic de illo, vt prius dicetur. Se
Propria potest cundo agere ex nihilo & agere nullo præsupposito idẽ sunt apud omnes igitur si agit nullo præsupposito aget ex nihilo Propterea dici potest dupliciter. Vno modo quod deus apud Aristotelem est agens primum, & tamen agit aliquo præsupposito, quia dicitur agens primum, quia agit virtute propria & independenter at cætera agunt virtute illius & dependenter, & tunc quæ dicit Egidius nulla sunt. Alio modo dici potest quod dũ ignis fit, dicitur effici & vt ignis, & vt ens. vt ignis, quia nũc est ignis, & prius non erat ignis. vt ens nũc, & prius non erat, & quia ens est communius igne, ideo debet ad causam communiorem reduci iuxta propositionem libri de causis effectus vniuersalis ad causas vniuersales debet reduci. & quoniam est effectus communissimus, ideo soli deo ascribitur. Tunc dicerem apud Aristoteles quod ignis sub ratione ignis ab igne fit, at sub ratione entis a deo. & quia ante ens non est ens: igitur deus est causa ignis vt est ens nullo præsupposito, non tamen creat, quia creare est agere nullo præsupposito rem per se & seorsum existentem, qualiter non est hic. nam deus non facit esse in igne absque igne, ideo non creat. Potest igitur ad mentem Aristo. concedi deum concurrere ad effectus secundum rationem, quæ nihil præsupponit, attamen nunquam per se & immediate ex nihilo facere, quia est agens primum, quod mediantibus causis secundis agit, & sic bene dixit Egi-
De tertio dius noster.

Tertio debes scire quod Aristoteles. non debet ponere aliquid effici ex nihilo, & debet negare aliquid effici ex nihilo. non debet ponere, quia non est ponendum quod transcẽdit principia suæ philosophiæ, vt Egidius dicit debet negare, quia eius oppositum colligit ex concordia omnium sensuum, vt diximus: simpliciter tamen male dicit, quia ex nihilo aliquid fieri, licet non sit secundum suam philosophiam neque secundum sensus, est supra sensus, & supra suam phi-
Vtrũ materia possit esse absque forma losophiam & sic licet non sit physicum, non est contra physicum, sed supra physicum. Ad rationem in principio patet solutio. Tertio quærunt verum materia possit esse absque forma, quod sic potest esse absque hac & absq; illa, & sic de singulis. igitur sine forma. Secundo, forma potest esse absque materia, igitur materia sine forma. tenet consequentia:
S suppositio. quia sunt causæ primæ inuicem independentes. Respondet Egidius & petit primo quod actũ est triplex vt forma, & esse, & agere, forma est actus oĩno primus agere omnino secũdus. esse medius actus, quia supponit formam actũ est secundus, quia supponitur ab agere ipsi est actus primus.

Petit secundo, quod separari est dupliciter aut secundum esse. quomodo vinum separatur a dolio, aut secundum intellectum, quomodo sapor a pomo. Tunc dicit quod materia *Secunda.* a forma separari non potest, nec secundũ esse, nec secundum intellectum: ab ipso agere, & secundum esse, & intellectum. ab ipso esse potest separari ratione & intellectu, non autem secundum esse. Secundum patet, quia materia ipsa non agit nisi per formam & esse, & in passo præsente. modo potest passum non esse præsens: Tertiũ patet, quia vbi separaretur ab esse. ipsa non esset, & per consequens non esset separata. potest tamen intelligi absque esse, quia esse non est de quidditate essentiæ cum sit accidens: ab forma vero nec esse intellectu separari potest. intellectu quidẽ non, quia est pura potentia, quæ intelligi non potest absq; forma. esse vero minime, quia cum non possit separari ab esse, nec a forma, cum esse sit a forma & hoc modo Auer. 2. physi comm. 12. dicit, ꝙ materia nõ potest denudari a forma, quia tunc ꝙ non esset in actu, esset in actu. Nã vbi separata esset a forma, ipsa esset igitur esset in actu & cũ esse actu sit a forma, quæ non est, igitur nõ esset actu, & sic esset in actu, & non esset in actu. Itẽq; .3 cœli. comm. 29. idem declarat, quod de ratione materiæ est vt sit pars compositi, quare vbi esset absque forma esset. igiť pars cõpositi. & sic ĩ actu. & qm̃ sine forma tũc nõ esset. igitur esset. & non esset. & tota causa est, quia omne ens in actu est forma vel habens formam, & omne esse est a forma *Declaratio propria.* vt a calore calidum. Animaduerte primo quod Egidius quãtum ad duo bene dicit. Quod enim materia possit esse absq; actione, omnes cõcedunt, quia agere supponit passum, quod non semper præsens adest quod vero materia possit intelligi absque esse, nõ tamen existere absque esse, etiã bene dicit, quia omne prius potest intelligi absq; suo posteriori: itemque esse est veluti accidens materiæ essentiæ. Et hoc ꝑ Auer. ẽt oportet cõcedere. at ꝙ materia non possit esse absque forma nec intelligi, non acceptamus: quia licet apud Auerr. non possit esse, potest intelligi, absque forma. patet. 12. Meta cõm. 14. materia vt intelligitur vna, intelligiť absque forma. Secundo põt per te intelligi absq; esse. igiť absq; forma, quia si nõ, tũc põt intelligi habere, formã & nõ habere esse, ꝙ nõ capio. nõ .n. põt intelligi habere calorẽ, & non esse calidũ nisi quodã in casu calculatorũ, quẽ nũc omitto. Tertio materia est causa formæ. igiť prior forma & oẽ prius, potest intelligi absque posteriori. Dico igitur quod potest intelligi absque forma, & non esse absque forma, vt tenet Auerroes. Tunc ac rationes Egidii. Ad primam dicerem quod materia sub ratione essentiæ est intelligibilis absque forma, quamquam nunquam, intelligatur nisi præintellecta forma, at præintellecta, tunc intellectus dispositus cõceptione formæ potest ferri ad materiæ essentiam, vt absolutum quoddam & substantia quædam. Ad secundum dicendum, quod intelligitur propter formam dispositiuè & quietatiuè, tamen potest intelligi imperfecte actu simplici absque forma. Vel forte melius & magis ad verba Auer. *Optima solutio* materiã intelligi per formam est dupliciter: Vno modo vt non possit intelligi quin in ea simul in esse intelligatur forma & hoc modo, falsum est, quia cum materia possit intelligi vt priuata, tunc potest intelligi quod sibi non insit forma. Alio modo quod non possit intelligi nisi aliqua ratione intellecta forma, & sic bene dicit Egidius, quia quomodocũque materia intelligatur, semper forma intelligitur, quamquam possit intelligi non inesse materiæ Si enim intelligitur materia vt priuata, forma intelligitur, vt id, quo priuatur. Si vt subiectũ, forma intelligitur vt id, cui subijcitur. ergo materia proprio cõceptu intelligi non potest nisi aliqua rationẽ forma intelligatur: potest tamẽ intelligi sine forma, quia potest intelligi non intelligendo formam ipsi inhærere. Secundo animaduerte quod quidam recentiores qui habentur acuti, tenent quod materia sit res distincta à forma realiter, & sic ꝙ materia sit res & quoniã de rõne rei est essentia & existẽtia, ideo dicunt materiã habere essentiam & existentiam aliam a forma & non propter formam & sic volũt ꝙ esse non sit actus formæ, sed actus entis. Quare tenent quod materia põt esse & intelligi absq; forma, qa habet propriam essentiam & existentiã. igitur potest termi-
nare

nare per se actum intellectus & esse, quia primum indepẽdens potest esse absque eo à quo in suo ordine non depẽdet. dicit tamen quod Aristo. diceret materiam nunquam esse absque forma, propter actionẽ agentis naturalis, quæ semper est ad formã, & quia Deus semper agit mediante actione agentis naturalis, ideo nunquam erit absque forma. Et si dicis contra, quia possibili posito in actu nullum sequitur impossibile. sed hoc non põt poni in esse, quare non est possibile, dicunt ꝙ hoc est possibile. nec oportet vt ponat in actu secundum te & quodlibet sui, sed secundum aliquid sui, vt secundum vnam formam nunc. & cras secundum aliam, & hoc satis, hæc tamen positio alibi pertractetur, nunc autem satis sit dictum in tantum. Ad rationes in principio. Ad primam dicendum quod materia non potest esse sine forma. & cum dicitur potest esse sine hac. concedo in hoc instante, & sine hac in illo eodem. igitur & sine forma. negatur, quia debent sumi omnes singulares copulatæ ad idem instans vt diximus. Ad secundum patet solutio quod nulla est forma sine materia, nisi æquiuoce dicta.

Aristo. respondet, & primo pmittit excusationẽ, & dicit. De his igitur, & in alijs est dubitatum, & determinatum sermonibus amplius. Hæc est excusatio, nam in .1. physico diligenter est dictum. Tunc tãgit solutionem breuibus, & dicit. Breuiter autem & nunc dicendũ est quod aliquo quidem modo ex non ente simpliciter aliquid generatur, vt ex materia, quæ ratione priuationis est simpliciter non ens. Modo autem aliquo ex ente semper, vt ex materia, quæ semper est ens potentia, & hoc declarat, & dicit. Ipsum enim potentia ens (materiam, quod actu est non ens, necesse est generationi substãtiæ præexistere, tanquam id quod dicitur vtroq; modo f. ens semper, & non ens simpliciter in actu. est enim materia simpliciter non ens actu ratione priuationis (vt Philoponus inquit) & ens semper ratione suæ permanẽtiæ, qua semper permanet ens potentia. Circa quæsita in commentarijs magna quæstio occurrit in determinatione primæ quæstionis, vtrum aliquid agens naturale possit aliquã formam ex nihilo generare, vel saltem producere, & illud quod quæstionem facit est sol, qui lumen generat, & non supponit ens in potentia, ex quo ipsum educat. Rursus sensibile generat in phantastica virtute phatasma, & non supponit ens in potentia, ex quo ipsum extrahat. Tertio phantasma producit in intellectu speciem, & non præsupponit ens potentia, ex quo illam extrahat. ergo omnes istæ productiones uidẽtur, ens creationes, aut generationes ex nihilo. Quidam philosophiæ ignari dixerunt non esse absurdũ agens naturale producere ex nihilo accidens, & ita creare, maxime quando, accidens est intentionale pendens in esse, & conseruatione ab eo, vt lumen a sole, & phantasma a sensibili, & species a phantasmate Sed quod agens naturale possit producere ex nihilo substantiam, hoc negant. Sed hæc positio non placet, quia creatio ex nihilo est actus infinitæ potentiæ secundum veritatem, & hoc tam respectu substantiæ quam accidentis, quia sicut creans substantiam ex nihilo transit in finitam distãtiam quæ est inter ens & non ens: ita creans accidens ex nihilo pertransit infinitã distantiam, quæ est inter nihil & ens. Præterea vĩ ꝙ minus accidẽs sit creabile q̃ substãtia quia accidẽs nõ habet esse nisi in alio, substãtia p se. ergo minus accidens põt creari. Alii vero dixerũt, ꝙ hæc accidẽtia nõ creantur. sed gñant quia psupponũt subiectũ in potentia, in quo recipiunt, nõ autem præsupponunt subiectum in potentia, de qua extrahuntur. Sed nec hæc positio mihi placet, quia tunc anima intellectiua generaretur, quia non potest fieri nisi supponatur corpus hom anum in potentia in quo recipitur, licet non extrahatur de eius potentia. & sic anima humana generaret. Ego vero solitus sũ dicere, quod hæc accidentia generantur, quia supponunt subiectum in potentia accidentali, de qua extrahũtur accidentaliter, vt Auer. annuit in. 8. physico. vbi asserit graue mouert deorsum de potentia accidentali. sursum vero de potentia essentiali: & sic sol supponit medium, quod est subiectũ in potentia. de qua accidentaliter extrahit lumen: & sensibile supponit organum phantasticum in potentia, de qua accidentaliter extrahit phantasma. & phãtasma suppõnit intellectum in potẽtia, de qua extrahit accidentaliter speciẽ intelligibilẽ

Dubio an agens naturale ex nihilo possit aliquid producere

Cõmẽ.4.

& sic euitatur creatio Sed hic quæres vtrum sit differentia inter generationem albedinis, & luminis. vtraque enim supponit subiectum in potentia, de qua accidentaliter extrahit ab agente. Dicendum, quod accidentia materialia magis dependẽt a subiectis, quam ab eorum agentibus, accidentia vero intentionalia contra magis ab agentibus ideo materialia accidentia præsupponunt subiecta in potẽtiis, de quibus extrahuntur accidentaliter materialius, quia cum maiori dependentia ab illis. Intentionalia vero supponunt subiecta in potentus de quibus extrahuntur accidentaliter, minus materialiter, quia cum minori dependentia. Et propterea tenẽdo dimẽsiones interminatas in materia (vt Aue. tenet) possumus dicere accidentia materialia supponere potentiam in subiectis accidentalem, sed dimentionalem, de qua accidentaliter extrahuntur Accidentia vero intentionalia non, nisi valde per accidens. species enim intelligibiles supponunt potentiam in intellectu, de qua accidentaliter extrahũtur: nõ tamen est dimentionalis, & causa differentiæ est, quia materialia accidentia magis a subiectis, quam ab agentibus dependẽt. intentionalia vero cõtra magis ab agentibus. At substantiales formæ supponunt potentiam in subiectis essentialem, de qua essentialiter extrahuntur. Materiales quidem materialiter, ac dimentionaliter secundum. Auer. anima vero intellectiua non, quia nec potentiam essentialem de qua extrahitur præsupponit, nec dimẽtionalem, sed solum supponit materiã in qua extrinsecus inducitur, vt alibi dictũ est

Quod autem & his determinatis, mirabilem habet dubitationem, rursus repetendum, quomodo est simplex generatio, siue ex potentia ente, siue etiã quomodo aliter. Dubitabit enim aliquis, an sit substantiæ generatio & huius, sed non qualis, aut quanti, aut ipsius vbi. Eodem autem modo, & de corruptione.

Anti.c.43

Illud autem quod & his determinatis dictum est, habet mirabilem quæstionem rursus repetendam, quomodo est substentiæ simplex generatio siue ex potentia ente siue & quomodo libet. Quæret enim vtique quis an est substantiæ generatio & huius, sed non quanti, & qualis & vbi, eodem autem modo & de corruptione:

Dilucida. tex.c. eiusdem.

Contra determinatam responsionem videtur mouere duas ambigoitates. Prima, vtrum substantiæ sit generatio simpliciter dicta, siue quod generatio fiat ex ente potentia, siue ex ente quo modolibet aliter. Secunda quæstio est, vtrũ generatio sit tantum substantiæ & huius & non cæterorom prædicamentorum, vt neque quanti, nec qualis, nec vbi, nec alterius eorũ, & vt de generatione hæ duæ quæstiones quæri possunt, etiam & de corruptione quærantur. vel forte ꝙ est vna quæstio, sed textus non debet transferri vt iacet, sed sic quæret enim vtique an est ex substantia generatio & hac, & non ex quanto, & quali, & vbi. Nam in græcis codicibus hæc omnia in genitiuo leguntur, quæ possunt ad ablatiuum conuerti, & tunc est sensus, vtrum generatio simpliciter dicta sit substantiæ videlicet ex substantia & hac, non autem ex quãto, & quali, & vbi, quomodo quæstio est vna, & quomodocunque legatur paruum refert, tamen Auerroes videtur intelligere illam secundo modo in commen. 12.

Cõmẽ.43

Mouit primam quæstionem, nunc mouet secundam, quæ reuera est prima, sed (vt Philoponus inquit) dicitur secũda quia nouo argumẽto componitur, vnde dicit. ad aũt supple ꝙ & his determinatis f. in proxima solutione, mirabilẽ habet dubitationẽ. Rursus est repetẽdũ, repetendũ dico, quomodo est simplex generatio, dico quomodo est simplex generatio siue sit ex potentia ente, vt in proxima solutione dictum est, siue etiã quo modo aliter, vt antiqui dixerũt ex ente actu, siue ex nihilo. Et exponit quæstionẽ, quæ reuera cum prima concidit. & dicit. Dubitabit enim aliquis an simplex generatio sit substantiæ, & huius: hoc est an simplex generatio sit indiuiduæ substantiæ, vt Socratis, vel Platonis, & non qualitatis, aut quanti, aut vbi. Eodem autẽ modo & de corruptione quæstio est, an sit indiuiduæ substantiæ, an indiuidui alterius prædicamenti. ergo quæstio est an generatio simplex sit indiuiduæ substãtiæ Sed dices hæc q̃stio est eadẽ cũ prima & principali quæstione. ergo Ari. superfluit & iã sola

tio est, quod licet quæstio sit eadem vel parum differens (vt Philoponus introducit) tamen emergit propter nouum ar-
Anti.c.44 gumentũ, quod põt fieri contra solutionẽ assignatã ad illã.

Si enim quid generatur, manifestum est quod erit potentia substantia aliqua, actu autẽ non, ex qua generatio erit, & ĩ quã necesse est id trãsmutari quod corrũpitur

Dilucida. te c. eiusdem. *Si enim aliquid generabitur manifestum est quod erit aliqua substãtia potẽtia, nõ aũt actu, ex qua generatio erit, & in quã necesse est trãsmutari, quod corrũpit.*

Arguit nũc ad quæstionẽ sic, si gñatio est, oportet vt aliqd pẽsit, vel illud est ĩ potẽtia vel in actu nõ. est suba in actu quia tunc fieret quod erat. igitur substantia in potentia. vltra, si
Cõmẽ.44 præest substantia in potentia, vel in ea præest aliquod decem prædicamẽtorum in actu, vel solum in potentia, & nihil potest dici horum, quare non potest præesse substantia in potẽtia. Circa hanc rationem primo ostendit quod non potest præesse substantia in actu. & inquit. Si enim aliquid generabitur hoc est substantia, manifestum est quod præerit aliqua substantia potentia non autem actu. ex qua generatio erit, & in quam necesse est transmutari, quod corrumpitur. substantia igitur quæ præest, non potest esse in actu, quia vt dixit, tunc esset antequam fieret.

Argumentatur nunc ad quæstionem, & supponit quod in solutione proxima dictum est scilicet quod si substantia generatur, oportet præesse substantiam in potentia, ex qua generatur, vt est materia, hoc ex solutione proxima patet vnde dicit. Si enim quid hoc est, substãtia indiuidua generatur generatione simpliciter. Manifestum est ex solutione ꝓxima, quod erit aliqua substantia in potentia. scilicet materia prima, ex qua generatur, & in quam id quod corrumpitur, necesse est transmutari quæ substantia non est in actu. hæc suppositio patet ex solutione ꝓxima, nec eã aliter probat.

Vtrum igitur aliquid huic aliorum actu? dico autem vt nunquid erit quantum, aut quale, aut vbi, id quod po-
Anti.c.45 *tentia solum, est hoc. et ens, simpliciter autem non hoc neque ens? si n. nihil, sed omnia potentia, & separabile accidet id esse quod sic est non ens, & insuper (quod maxime timentes erant, qui primi philosophati sunt) ex nullo generari præexistente.*

Vtrum igitur existit huic aliquid aliorum actu. dico
Dilucida te.c. eiusdem. *autem vtrum erit quantum, aut quale, aut vbi, quod potentia solũ est hoc & ens, simpliciter aũt neque hoc neq; ens. Si n. nihil, sed omnia potentia quod & sic non ens cõtingit separari. Amplius quod maxime timuerũt primi philosophantes, ex nihilo præexistẽte erit aliquid gñari.*

Ostendit nunc quod illa substantia præexistens non potentia aliquid nouem prædicamentorum. & primo proponit. h. d. vtrum igitur existit huic aliquid aliorum actu. dico
Cõmẽ.45 autẽ, vtrum erit quantum, aut quale, aut vbi quod potentia solum est hoc & ens, simpliciter autem neque hoc neque ens. hoc est materia, quæ est solum potentia hoc & ens, sed simpliciter neque est hoc neque ens. vtrum nũquã materia sic dicta sit actu aliquod prædicamentorum, an potentia tm̃. Arguit modo quod non sit potentia illa nouẽ prædicamenta. d. si. n. nihil actu est, sed omnia potentia, illud quod est sic non ens hoc est materiam ipsam contingit separari. hoc est esse nec substantiam, nec aliquod accidentium. Sed esse quoddã diuersum & separatũ ab his oĩbus. & sic illa non essent prima rerũ gña. Secundo idẽ probat, quia tunc ex nihilo aliquid esset probat, quia ex materia esset substãtia ipsa, quæ materia nec est substantia nec aliquod nouem prædicamẽtorum. igitur nihil, & sic ex nihilo fieret substantia.

Illa suppositione stante, Aris. argumentatur, & quæstio secundum Philoponũ sic componitur, cum præsit substantia in potentia, vt suppositum est, vtrum hæc substantia in potentia, quæ generationi præexistit, participet actu aliquo aliorum prædicamẽtorum, an nullo penitus. Si nullo participet, erit aliquid subsistens. quod non existit secundum actũ hoc est esset materia informis, quæ per se subsisteret, quod quidẽ absurdũ est. Sin aũt participat aliquo nouẽ ꝓdicamẽtorũ, tũc passiones, hoc est aliqđ accidens erit seorsum hoc est, posset actu esse, & non in substãtia actu. Hoc pacto Philoponus exponit. de hac rõne primo accipit, & destruit primam partẽ, & dicit. Vtrũ igiť huic ꝙ potẽtia solũ est hoc & ens. i. substãtia. simpliciter aũt nec hoc neq; ens. i. suba insit aliqd aliorũ ꝓdicamentorũ nouẽ, quæ sunt actu ꝓdicamẽta. q d. dato ꝙ ꝓsit materia, ꝙ est substãtia potẽtia. vtrũ aliquod aliorũ prædicamentorum, quæ actu sunt prædicamenta huic insit, dico autem, vt nunquid erit quantũ, aut quale, aut vbi, quæ sunt ꝓdicamenta actu {Et per hoc & ens} vt Philoponus inqt, substãtiã intellexit, quæ p̱ excellẽtiã est hoc aliqd. Tũc destruit primam partẽ, & dicit. Si enim illi substãtiæ in potẽtia, quæ generationi ꝓexistit, nihil, hoc est nullum ꝓdicamentorũ nouẽ actu inexistit. Sed oĩa potentia, & pro tunc id qđ sic est non ens. s. materia prima, quæ est non ens. sic hoc est quæ non est aliquod nouẽ ꝓdicamentorum, separabile & p̱ se subsistens erit, quod est absurdum Nõ. n. põt esse materia ens p̱ se subsistens, cũ nullũ prædicamentorum actu ei insit. Sed fortasse dicet quis, ꝙ materia nõ subsistit p̱ se, nec aliquo modo ꝓest generationi. Contra obiicit, ꝙ tunc substãtia ex nullo ente præexistente fieret, quia nec ex ente actu præexistente nec ex ente potẽtia Hoc aũt timuerũt oẽs Philosophãtes, non ergo dici potest, ꝙ illi substãtiæ in potentia nullum aliorũ prædicamẽtorũ insit actu, quod est primũ membrũ.

Si autem hoc quidem esse hoc aliquid aut substantiam non existit, sed aliorum quippiam prędicamentorũ erũt, quẽadmodũ diximus, separabiles passiones a substantiis.

Si autem hoc quidem, neque hoc aliquid, neque substã- Anti.c.46
tia existit, sed aliorũ prædicamentorũ aliquod fit (quemadmodũ diximus) passiones a substantia separatæ erũt.
Quod materia non sit sub aliquo prædicamentorũ, hoc est Dilucida. tex. cõm. eiusdem.
ꝙ nullũ prædicamentorũ actu sibi insit ꝓbat, quia tunc passiones, hoc est prædicamenta nouem essent separata a substantiis. patet, quia materia illa non est substantia, & accidentia insunt materiæ, quare erunt & non in substantiis.

Destruit secundũ membrũ quæstionis hoc pacto secundũ
Philoponum. Si autem hoc. s. materia prima, non existit esse Cõmẽ.46.
hoc aliquid & substantiã hoc est, non est actu substãtia, quæ est hoc aliqd sed existit quippiã aliorũ ꝓdicamentorũ erũt, (vt diximus.) Passiones hoc est accidentia separabilia a substãtiis s. in actu, hoc est erunt accidẽtia, & nõ in indiuiduis substantiæ, quod est absurdius. Omne. n. accidens fundať in substantia actuali. hæc est quæstio ſm Philoponũ. Quæstio ergo hæc cadit in solutione assignata principaliter. quia Arist. quærit de illa substãtia in potentia, ex qua præsupposita fit generatio indiuiduæ substãtiæ remotæ vero cadit in prima quæstione verũ. s. generatione simpliciter possit substãtia indiuidua generari. vel posset cõponi. quæstio tota supra prima dubitatione, hoc mõ, vtrũ substãtia indiuidua possit simpliciter generari, & videť ꝙ non, quia si posset simpliciter generari, hoc est, quia generationi eius ꝓest materia quæ est substantiam potẽtia. sed hæc nõ ꝓest, quia vel ꝓ est participãs aliquo aliorũ ꝓdicamẽtorũ vel nullo, & fiat rõ, vt supra. Hoc pacto hæc dubitatio est prima dubitatio (vt Philoponus autumat) verũ diciť noua, qa noua forma est cõfecta. Et sic exponẽdo, textus isti tres nõ sunt diuidẽdi, sed simul legẽdi. In cõmẽtariis vero aliter q̃stio induciť. verũ modꝰ iste est Philoponi, & verbis Arist consonus, vt omnibus perspicuũ est.

Et de his igitur quantum fieri potest, tractandum est & quæ causa sit vt generatio semper sit. & quæ simplici-
ter & quæ secundum partem. Anti.c.47

Et de his, igitur quantum contingit, tractandum est, & quæ causa est quare generatio semper sit, & quę Dilucida te.c. eiusdem.
simplex. & quæ secundum partem.

Ad solutionem quæstionis tactæ præponit aliã quæstio- Anti.c.25
nem. ex cuius solutione patebit solutio ad quæsitam a princi- Cõmẽ.47
pio. (& inquit) Et de his igitur quantũ cõtingit, deficit tractandum est Attico, & quæ causa est quare generatio semp sit, & quæ simplex sit generatio & quæ secũdum partem & secũdum quid nam his solutis patebit solutio ad principalẽ quæstionem. Alii ex ignorantia literarum græcarum aliter exponunt, quod non est dignum nunc narratione.

Mouet rursus duas alias dubitationes}, prima est de causa nunquam deficiat generatio. secũda vero quæ est generatio simpliciter

simpliciter, & quæ secundum partem. ratio primæ quæstionis est vt postea dicetur, quia vel quod corrumpitur ad nihil redigit, vel ad ens, si ad ens, non corrumpererur, si ad nihil corrumpitur, cum entia genita sint finita, tandem omnia desinent ex toto, & sic desinet generatio & corruptio penitus. Intellectus vero secundæ quæstionis est, quia per generationē simpliciter intelligit generationem substantiæ præstantioris, & per generationem secundum partem intelligit generationē substantiæ ignobilioris (vt Philoponus autumat) quærit ergo verū omnes generationes sint æque nobiles, an aliqua sit alia nobilior. Mouit autem has quæstiones, quia ex solutione harum patet solutio cæterarum priorum, vt dicemus.

Antici. co 42. *Cum autem sit causa, vna quidem vnde principium motus esse dicimus, vna autem materia, talem causam dicere oportet de illa enim dictum est prius in de motu sermonibus, quod est hoc quidem immobile per omne tēpus, illud vero quod mouetur semper. horum autem, de immobili quidem principio distinguere, prioris est philosophiæ. De eo autem quod propterea quod continue mouetur alia mouet, posterius assignandum est, quid talis eorum que singularia dicuntur, causa est. Nunc autem eam quæ vt in materiæ specie ponitur causam, dicamus ob quam semper generatio & corruptio non deficiunt secundum naturam simul enim forsitan hoc fiet manifestum, & de eo quod nunc dubitatum est, quo nā pacto oporteat dicere de simplici generatione & corruptiōe.*

Dilucida. tex. eiusdem *Existente autem causa vna quidem, vnde principiū motus dicimus esse: vna vera materia de tali causa dicendum. de illa quidē enim dictum est prius in de motu sermonibus, quod sit hoc quidem immobile per omne tēpus. hoc autem mouetur semper. horum autem de immobili principio primo quidem diiudicare alterius philosophiæ est opus, de eo autem quod inquantum continuo mouetur alia mouet. post hac dicendum quæ talium singularium dictorum causa sit. At nunc vt in materiæ specie positam causam dicamus, propter quam semper corruptio & generatio non deserunt naturam. simul enim forsitan fiet hoc manifestum, & de nunc quæsito quo modo oportet dicere de simplici corruptione & generatione.*

Nunc accipit ad quæstionis solutionē de qua causa oportet loqui, & vult ꝙ cum duplex sit causa. vna quidem, vnde dicimus esse principium motus, quæ agens dr̄, vna vero vt materia, de tali causa hoc est materia dicendum, cuius rationem subscribit. d. de illa quidē enim dictum est prius in de motu sermonibus, quod sit hoc immobile per omne tempus vt deus. hoc autem mouetur semper vt cœlum & sol, horum autem de immobili principio primo quidem diiudicare alterius philosophiæ est opus de eo autem quod in quantum continuo mouetur, alia mouet, hoc est cœlo & sole: post hæc in. a. dicēdum quæ & quomodo causa sit dictorū taliū singulariū. at nunc pro satisfactione quæstionis, vt in materiæ spē positam causam dicemus, propter quam semper corruptio & generatio non deserunt naturam, sed semper sunt, cuius causam ait. d. Simul enim forsitam fiet hoc manifestum & de nunc quæsito, quo videlicet oportet dicere de simplici corruptione & gñatione. igitur de materia ipsa est dicēdum, quia ea declarata, quæstio ad principalis mox tolletur, at de agēte, partim est dictū partim dicem⁹.

Quia proposuit se velle quærere causam, cur ea quæ generantur, non deficiant, & eorum quæ generantur. plures sunt causæ proponit non omnes velle nunc quærere, sed solum quæ sunt causæ eorum, quæ generantur magis vtiles. & cum sint duæ, exponit, quæ nunc dicenda est, & dicit. Cum generationis. supp. duplex causa sit, vna quidem, vnum principium motus dicimus. s. effectiua, quæ per excellentia, & proprissime dicitur principium vnde de motus semper ab Arist vna autem est materia. Sed dices nonne generationis causæ et sunt finis & forma. cur has duas solum generationis cās esse dixit, Respondet Philoponus & pulchre Ari has solas generationis causas dixisse tanquam magis vtiles ad generationē cum generationi præexistant. at forma, & finis generationi superueniunt. Et cum duæ sint causæ, generationis magis vtiles, quæ nunc dicenda est. exponit, & inquit. Talē causā. s. quæ est materia dicere oportet nunc. d. de illa vero cau a gñonis, quæ est effectiua, & vt principiū vñ mot⁹ dictū prius in sermonibus de motu s in bro physi. vbi dictum est talē causam esse duplicē, qm̄ est hoc quidem immobile per omne tempus vt primus motor. Illud vero quod mouetur semper scilicet cœlum, quod circulariter fertur, tunc ordinat se ad sequentia, & diuidit cōsiderationem, & inquit Horū autem s effectiuorum principiorum, de immobili quidem principio s de eo distinguere, & definere opus est primæ philosophiæ, quæ theologia est de eo autem, quod ppt̄ea ꝙ continuo mouetur alia mouet s de cœlo quod mouet hæc inferiora, quia mouetur, posterius. s. secundo huius assignandum est, quid sit talis causa eorum, quæ singularia dicūtur. s. generabiliū & corruptibilium, vbi dicetur ꝙ erit sol ppt̄ eius varium motum accessus, & recessus elicit nunc harum duarum causarum, quæ vtiles sunt ad generationem. & quas nunc intendimus, quæ sit dicenda, & inquit. Nunc aut eam cām, quæ ponitur vt in specie, hoc est in genere materiæ dicamus ob quam videlicet semper generatio & corruptio sunt, & non deficiunt secundum naturam, addit vtilitatem huius & dicit. Simul enim forsitā hoc fiet manifestum, & de eo quod nūc dubitatum est, quo nam pacto oportet dicere de simplici generatione & corruptione, vbi soluitur dubitatio mota an substantiæ potentia inerit aliquid aliorū actu nec ne. Hæc de intentione & ordine & considerationum diuisione.

Habet autem dubitationem sufficientem, & quæ causa sit vt connectatur generatio, si quod corrumpitur, ad nō ens abit, non ens aūt nihil est. neq; .n. quippiā est, aut quale, aut quātū aut vbi, ipsū nō ens. Si igit semper aliquid eorum quæ sunt abit, cur non consumptum est iam dudum, & inane ipsum vniuersum. si quidem finitum est id ex quo fit eorum quæ generantur vnumquodque. Antic. c. 49

Habet autem quæstionem sufficientem, & quæ causa est quod perpetuetur generatio, si quidem quod corrūpitur, ad nō ens secedit. non ens autē nihil est. neque enim quid. neque quale, neque quantum, neque vbi, quod ens. Siquidem igitur semper aliquod entium secedit, quare non consumptum est aliquando retro et vacuum omne si finitum erat ex quo fit generatorum vnūquodque. Dilucida tex. eiusdem.

Hæc Aris. quomodo sic, categorice componitur. omne infinitum quod per resecationem ad non ens secedit, tandē deficiunt, quæcunq; gñant vel genita fuerūt ex mā quæ nec est substātia, nec q̄ta, nec qualis nec aliquid aliorū sunt finita. igit tandē deficient. Aris formati rōne sub mō quæstionis. d. Habet aūt qōnē sufficiētem. & quæ cā est ꝙ perpetuet gñō, verbum ppetuet græce est syneizo, hoc est congrego vel cōplico, vel continuo, placet mihi ad propositū magis sic est transferre, quia eum sensum græca constructio expostulat. Deinde reddit quæstionis causam. d. si quidē quod corrūpit ad nō ens secedit vt ad materiam, quæ est non ens, vel ad priuationē, iō dicit nō ens aūt nihil est, neq; .n. quid. i. substātia, neq; quale neq; q̄tū, neq; vbi ē qđ nō ens, hoc est mā vel priuatio, tūc resumit qōnis vim d siquidē igit semp aliquod entium secedit, quare non consumptum est aliquādo retro, & vacuū oē hoc est mundus totus cur tādē nisi deficit, si finitū erat subiectū & materia, ex quo fit vnūquodq; gñatorū, hæc est qō, & eius forma, & quasi ppt̄ duo vr̄ gñ & totus pūdus cōsumptus. primo qa in dies corrūpitur vnuquodq; ad nō ens secūdo. quia materia ex qua pullulāt gñata est finita.

Cū mouit qōnē, secundum Philop. nunc argumentatur ad illam, & probat, nec gñonē, nec corruptionē esse ppetuas Imo nec mūdū. & inquit Habet aūt dubitationē sufficiētē, & quæ cā sit, vt cōnectat, hoc est, vt ppetuet, gñō sup. & corruptio, si qđ corrūpit, corrūpitur ad non ens & non ens sit nihil, hoc est neque quale, neque quantum, autem vbi. Assignat causam, ꝙ ita sequatur, & inquit. Si igitur semper aliquid

eorum, que sunt, abit, cur non consumptum est iam dudum totū in non ens, ita vt inane sit ipsum vniuersum, si quidam id ex quo fit vnum quod eorūm quæ gñanť, sit finitum, hoc est si mā ex qua res fiunt, sit actu finita: & non chaos infinitū, vt Anaxagoras dixit. Nā tūc multitudo entiū, q̃ sunt in vniuerso finita sunt, & ita tādē essent cōsumpta ꝑ corruptionē ad nō ens & ad priuationem, quæ nihil est, qua ratione, deficit corruptio, & deficit generatio, & deficit vniuersum, & omnia sunt vacua.

Anti.c.30 *Nō.n. propterea quod infinitū id sit ex quo generatur, nō deficit. Hoc.n. est ĩpossibile. actu.n nullū infinitū*

Dilucidate.c. eiusdem. *Nō.n. vtiq; quia infinitū est id ex quo gñať nō deficit hoc n. ĩpossibile est. ẜm actū quadē.n. nihil est ĩfinitū.*

Cōm.. 30 Anaxagorici & Millisei fingunt, ideo non deficere generationem & genita ipsa, quoniam materia est infinita ex qua genita effluūt. constat aūt infinitū nō posse ꝑ resecationē cōsumi, quia infinitū est, q̄ quantūcūq; accipientibus sp̄ restat aliquid accipere. Cōtra obiicit Arist. quia vel est infinita in actu vel in potentia. nō in actu, quia infinitū in actu nihil est. nec in potentia, vt dicetur. igitur non valet hæc solutio.

Refellit respōsionē, quæ dari posset, q̄ ideo non deficit generatio, quia chaos, ex quo res extrahuntur, est infinitum. Contra obiicit, quia tale chaos non potest esse actu infinitū, quia. 3. physi. probatum est tale esse impossibile, nec pōt esse potentia infinitum, quia quod est potentia infinitum solum est secundum diuisum in partes minores proportione sub dupla, vt dictū est in his quæ Democriti sunt: ergo tale chaos non est in finitū. De hac rōne primo refellit primum membrum, & inquit. Non enim proprerea quod id chaos, ex quo generatur id quod generatur, sit infinitum, generatio nō deficit Hoc.n. est impossibile, actu enim nullū est infinitū. vt. 3 physico. probatū est, hoc est primū mēbrū.

Anti.c.52 *Potentia autem in diuisionē. Quare oportebat hāc esse solam causā, nō deficiendi, quoniam generatur quid dā semper minus. nunc autem hoc non videmus.*

Dilucidate.c. eiusdem. *Potentia autem est vt in diuisione, quapropter oportebat hanc esse solam non deficiendi quod generetur sē per quidem minus; Sed nunc non videmus huiusmodi.*

. Cōm. 52 Quod vero non sit infinita in potentia arguit, quia quā nis sic dicēdo posset aliquātulū satisfieri ad quæstionē imaginādo q̄ corruptio fiat, vt diuisio, in qua semp min⁹ restet: tñ hoc est contra sensum, q̄a nos videmus aliq̄d deficere in magis & min⁹ & æquale & restare magis & minus & æquale vel semp æquale inq̄t. Potētia aūt est vt in diuisione ipsū infinitū, quapropter oportebat hāc esse solā nō deficiēdi q̄ gñetur semper quidē minus. Cōtra obiicit.d. nūc non videmus huiusmodi, quia semper videmus æqualitatē & rerū & mūdi. Tota igiť rō est, vel materia, est actu infinita vel potētia, nō actu vt ꝓbatū est, nec potētia, q̄a tūc gñatio fieret ꝑ diuisionē illi⁹, sed hoc ē cōtra sēsū, quare cōtra philosophiā.

Reprobat secundum, & inquit. Potentia autē. s. infinitū solum est secūdū diuisionem in partes minores proportione subdupla. vt enim Philoponus inquit, numerus ꝑ appositionem potētia infinitus est, magnitudo vero per diuisionē potētia est infinita: Propterea inquit. Quare oportebat hāc esse solam causam non deficiendi generationem, quoniā generatur quoddā semper minus, ex illo chaos resecatū, hoc autem (vt inquit) est contra sensum, cum non videamus semper genitum esse minus eo, ex quo fit.

Anti c.52 *Quo circa propterea quod huius corruptio alterius est generatio, & huius generatio alterius est corruptio, inquietam necesse est transmutationem esse. De eo igitur quod est generationem & corruptionem similiter semper esse circa vnūquodque entium, hāc existimandum est sufficientem omnibus causam.*

Dilucidate.c. eiusdem. *Quo circa quoniā huius corruptio alterius est generatio, & huius generatio alterius est corruptio, indefectibilem esse necesse est transmutationem. quod quidem igitur generatio & corruptio, similiter fit circa vnumquodque entium, hanc existimamus esse sufficientem causam in omnibus.*

Soluit nūc ad quæstionē q̄ ideo semprr est generatio & nunquā deficit, similiter & corruptio, quia generatio vnius est corruptio alterius & econtra: & tunc quasi se excusans inquit q̄ quidē igitur generatio & corruptio, similiter hoc est continuo fit circa vnumquodque entium, subaudi semper & indeficiēter, hanc existimamus esse sufficientem causam in omnibus, videlicet q̄ generatio vnius est corruptio alterius & econtra. verbum indefectibilē apayston scribitur græce, quod sonat inquietum & continuum. idcirco sic transtuli, vt vides, quia græcus sensus ille est. Sed circa dicta quæ sunt vtrum corruptio vnius sit generatio alterius, & cōtra. Argūt quidā sic, gñatio nō est corruptio igiť gñatio vni⁹ nō est corruptio alterius Secundo, tūc sp̄ esset æqualis entiū multitudo. Tertio, generatio qui est vnius generatio & nullius corrruptio Quarto, corruptio bonis nō est generatio alterius, quia eadem forma corporis manet in vtroq; Quinto, in nutritione hominis aliquid corrūpitur, & tamē nihil generatur. Sexto, in corruptione hominis nihil corrūpitur, & tñ aliquid generatur, vt forma cadaueris. Vlterius septimo arguunt alii de colore genito per diuisionem corporis, vbi nulla opposita qualitas corrumpitur Octauo, de luminis generatione, vbi nihil corrumpitur. Alii nono, sic arguunt. augmentatio vnius nō est alterius diminutio, nec econtra. igitur nec generatio vnius erit alterius corruptio. Decimo, Auerroes in libro de substantia orbis cap. 2. ponit mūdū esse factū a prima cā, vbi nullus fuit corruptio. Alij. 11 arguūt gñatio est forma, corruptio est priuatio. sed nulla forma est priuatio. igiť generatio vnius nō potest esse alteri⁹ corruptio. 12. in generatione mixti ex elemētis fit generatio mixti & non corruptio elementorum apud Auerro. 3. cœli. commen. 67. hæc sunt Iuniorum præcipua argumenta in hac re. Circa quæstionem hanc primo de substantiis, deinde de accidentibus esset dicendum. Sed quia bene de accidētibus aiunt, de substantiis solū transigamus recentiores soluūt q̄ō. de rigore logico, deinde de rigore physico.

Quantum ad primum supponunt quatuor, quorū duo tantum accipiantur, quia in illis stat tota rei difficultas. prima, q̄ generatio aliquando accipitur pro subiecto generationis, quomodo videtur loqui Auer. primo physi. cōmen. 60. aliquando pro forma q̄ generatur, vt generatio ignis dicitur forma ignis q̄ generetur. eodē modo & de corruptione dici potest. petit secundo, quod in successiuis idem est esse generari & corrūpi, vt motu & tēpore & id genus. probant, quia motus localis quandoq; generať, vel q̄ñ est, vel q̄ñ non est, non q̄ñ non est, quia tunc generatio motus esset absq; motu. itēq; tunc mobile gñatur, quando mobile mouetur. igitur tunc generatur quando motus est. eodem modo de corruptione. Tūc dicūt primo q̄ generatio vni⁹ est corruptio alterius. probatur, quia materia est vna amborum Secundo in successiuis generatio est corruptio & ecōtra ꝓbant expositoriè. nam hoc demonstrato motu, est generatio, & hoc est corruptio. igitur generatio est corruptio. Tertio, in permanentibus, generatio non est corruptio probāt, q̄ generatio est forma genita, & illa nō est corruptio. addunt tamen q̄ bene de futuro, omnis generatio erit corruptio, quia omnis forma genita corrumpetur primo cœli. Vltimo dicunt q̄ de rigore sermonis hæc est falsa. generatio vnius est corruptio alterius, quia generatio est forma quæ generatur, & corruptio est forma quæ corrumpitur, modo forma genita nō est forma quæ corrūpiť.

Sed pace dixerim omnia hæc falsa sunt, & friuola, & textum Aristo non sapiunt. Prima quidem conclusio falsa est. Cū primo quia à pari, hæc esset vera, albedo est nigredo itaque calefactio est infrigidatio, auctio est imminutio, & cæteræ id genus probatur, quia sicut generatio apud eos pōt accipi pro subiecto: ita & vnumquodq; horū. igitur vt conceditur illa pro subiecto generatio est corruptio: sic hæ pro subiecto, erunt concedendæ. constat autē tales a nullo fuisse concessas, ideo nec illa est concedenda. Secundo, si generatio potest accipi pro materia: tunc materia esset generatio tenet cōsequentia per rōnem eius. nam hoc est materia & hæc est generatio igitur materia est generatio. hæc a nullo concessa est. Tertio, Tunc generatio generatur. probat. nam materia generatur per Auer. quem tenet, & generatio

Cōm. 52 (right margin, beside "Soluit nūc")

Potest recentiorum (right margin, beside "Quantum ad primum")

Confutatio. 1. Confutatio. cōclusion[is] (right margin, beside "Sed pace dixerim")

est materia: igitur generatio generatur. hæc nullus doctus & sani capitis diceret.

Confutatio secunda.

Secunda vero etiam falsa est. nam generatio est de non esse ad esse. quinto physicorum, & corruptio de esse ad non esse. Tunc si motus generatur dum est, igitur simul est, & non est. probatur. generatur, igitur non est, quia hæc est definitio generationis, & est, igitur est & non est. Secundo, si motus generatur quando est, igitur generatio est ex ente in actu, quod Arist. vbique negat. Tertio, si hæc est vera, motus generatur quando est, hæc erit vera, motus incipit esse quando est. consequentia patet quia generatio est de non esse, igitur quod generatur nūc primo est & sic motus incipit esse, quando est.

Confutatio tertiæ.

Tertia autem falsa etiam & sibi contradictiua. Primo, quia si hæc erit vera de futuro in permanentibus: generatio erit corruptio. igitur aliquando erit hæc vera de præsenti, generatio est corruptio. nā cuilibet propositioni de futuro correspondet vna de præsenti quandoque vera, & ipse ait nunquam illam de præsenti esse concedendam. Secūdo, omne possibile potest poni in esse, illa est vera de futuro, igitur possibilis. possibilis igitur potest poni in esse, omne quod ponitur in esse, est concedendum. igitur illa propositio de præsēti est cōcedenda, non tantum in successiuis, sed in permanentibus.

Declaratio vltimæ conclusionis.

Vltimæ vero dico quod illa Arist. propositio est vera de rigore sermonis. vbi aīaduertendū quod aliud est in relatiuis, & aliud in absolutis. In relatiuis potest vnum oppositū de altero prædicari sub rationibus diuersis, vt Plato est pater ad Gaium, & filius ad Socratem igitur pater vnius est filius alterius hæc enim est vera de virtute sermonis, & per se, quoniā in relatiuis. Vlterius, generatio & corruptio sūt relationes siue relatiua inuicem se respicientes, vt nunc pero, quia alias declarabitur de mente Auero. 5. physica. commen. 9. Tunc sequitur in prima figura, quod de virtute sermonis hæc est vera. generatio vnius est corruptio alterius, sicut illa pater vnius est filius alterius, & sicut nō sequitur in hac, igitur pater est filius, quia esset processus ad absoluta, ita nec debet inferri, quod generatio sit corruptio aut econtra, & hoc ignorarunt.

Quid de prima suppositione.

Tunc ad suppositiones eorum. Ad primam dicetem quod nullibi Auer. dixit, quod generatio potest capi pro materia sed bene quod materia vere gñet. quādo lignū vere. modū sit album, non propterea albedo pōt capi pro ligno, vel supponere pro ligno: sic licet hæc sit vera. materia generatur non propterea generatio poterit pro materia capi, & miror hanc certe stultitiam tantam.

Quid de secunda.

Ad secundam Auicenna in philosophia nō paruæ auctoritatis vir vult quod motus & tēpus & talia non generantur, quia in his quæ sunt talia denominatiue & participatiue est venire ad talia per essentiam, & per se. 2. physi. & quoniam quod generatur motū generatur et generatione etiā. igitur motus non generatur nec generatio generatur, sicut nec albedo est alba. Sed bene sequitur quod motus sit per se gñatio, & generatio per se, generatio per essentiam, vt albedo per essentiā albedo. Sed dices, motus est ens de nouo igitur generatur. potest dici quod generat vel est quo aliud generat ad hoc enim quod aliquid sit de nouo, sufficit quod vel generet vel sit quo alia generētur. ratio vero eorum etiam reducitur in permanentibus sic, quia vel quando est vel quādo non est generatur res permanens, quare soluat pro me & se. Et ad hūc errorem labebantur ob ignorantiam metaphysi.

De rigore physico. Sententia recentiorum.

Nunc de rigore physico transigamus. Recentiores supponunt duo: at prima suppositio est quod plures formæ specificæ non possunt stare in eodem subiecto, ac in eodem puncto materiæ probant. quia tunc vnum indiuiduū esset in pluribus speciebus, quia a forma, species sumitur, & quælibet forma constituit speciē, quare constituent indiuiduum in diuersis speciebus. Secunda eorū suppositio omittitur, quia vera.

Intellect. propositio ait physica.

Tunc volunt quod ad generationem vnius compositi sequitur corruptio alterius, & econtra, nō tamen ad generationem vnius formæ sequitur corruptio alterius formæ, hoc patet. nam vbi corrumpitur homo, generatur cadauer: at ad generationem formæ cadaueris non sequitur corruptio humanæ formæ, quia rationalis anima est perpetua. Propter quæ dicunt quod hominis generatio, & hominis corruptio, & eius nutritio sunt miraculosæ. quia non sunt propter causam naturalem.

Confutatio positionis.

Siue Aristotelis intellectus physicus sit iste, siue alius. nō curo, at videtur quod suppositio eorum sit falsa, & ratio nō concludat. Secundo, videtur quod conclusio non sit in toto vera, vt credunt. Tertio, illud quod addunt de generatione hominis est omnino dubium.

Suppositionis confutatio.

Suppositio quidem est falsa. nam Auicenna & Auero. 3. cœli. commen. 67. & vltimo commēto huius primi. volunt in misto esse quatuor formas substātiales elemētorū. Auer. tamen ait, illas esse in misto sub esse remisso. Auicenna vero ibi sub esse reducto & non libero, de quo alias. Nec valet quod tunc mistum esset in pluribus speciebus. est. n. tm̄ in specie vltimæ formæ, quæ sola reponit in specie, & sola constituit. Cætera vero disponunt, non enim omnis forma recepta in materia constituit in specie, sed interdum disponit, quia non principaliter insunt materiæ propter se sed propter aliud vltimum, quod vltimo constituit.

Conclusionis expositio.

Conclusio vero non videt ex toto vera, quia quando dicit non ad quamlibet formæ generationem sequi alterius corruptionem propter formam humanam, vel intelligit alterius in numero, vel alterius in specie, vel alterius in genere. si alterius in numero, eiusdem tamen in specie, bene dicit, sed non ad Arist. mentem: & breuiter Aristo. (vt mihi videtur) vult ad cuiuslibet formæ generationem sequi alterius formæ corruptionem, siue illa sit eiusdem speciei, siue alterius, propter quod intellectus Arist. potius est iste. non est alicuius generatio sine alicuius corruptione, nec alicuius corruptio sine alicuius generatione. modo vbi generatur forma cadaueris corrūpūtur formæ siue dispositiones quibus rationalis anima conseruatur in materia, & ita est alicuius corruptio.

De generatione hominis.

Quod vero addunt de gñatione hoīs, vt̄ falsissimū, primo: ex parte materiæ & formæ, nā miraculū est effectus supra naturam. Si igitur gñatio hoīs est miraculosa, erit supra naturam, hoc autem stare non potest quia vel supra naturam formæ & hoc non, quia rationalis anima per se est actus corporis, propter quod perficit in specie, & per se inclinatur ad vnionem corporis tanquam ad eius perfectibile, vel supra naturam materiæ, & hoc minime, quia materia naturaliter appetit formam, & naturalius perfectiorē formam passibilem esse in illa. Secundo, ex parte vtriusque, dicitur enim. 8. metaphy. circa finem, causa quare ex aliquib' efficitur vnum: naturaliter est, quia hoc actus per se, illud potentia per se. Sed rationalis anima est per se actus, & materia per se potentia, igitur vnio est naturalis, & non miraculosa. Tertio ex parte corruptionis, corruptio & generatio sunt contrariæ respectu eiusdem, & contraria sunt naturaliter nata fieri circa idem, propter quod si vnum contrariū est alicui naturale & alterum. sed corruptio hominis est naturalis quia a principio intrinseco. igitur & generatio fuit naturalis. multæ aliæ rationes factæ sunt in libro de intellectu, quas nūc omitto. Quomodo vero generatio hominis sit naturalis, lege librum de intellectu. trac. primo. libro primo. ca. 28. & 29 vbi dictum est quod generatio est naturalis pro quanto hoc inducit summam dispositionem, qua rōnalis anima mox a primo effunditur in corp', & tu ibi. Tūc ad rationes. Ad primam solutio patet. quia in relatiuis diuersis rationibus conceditur, non tamen in absolutis. Ad secundam dicitur quod illud non sequitur, quia per se ex vnius corruptione plura generantur. Ad tertiam dicunt quod in generatione equi forma substātialis embrionis corrumpit, licet forte restent dispositiones quædam, de quibus postmodum Ad quartam solutio patet. non enim vnamet forma cadaueris manet licet similis videtur. Ad quintam in nutritione hoīs generatur cōpositum ex materia & aīa rationali, non propter nouam formæ generationem sed propter nouam formæ vnionem in materia nutrimenti. & tu in libro de intellectu Ad sextam dicatur quod in generatione cadaueris corrumpitur homo, non propter animæ corruptionem, sed propter dispositionem, qua anima conseruabitur, vt diximus, qua videlicet corrupta desinit informare. Ad septimam dicendum quod ibi corrumpitur vnitas continui & generatur non quidem color in actu

sed

sed de nouo incipit apparere. Ad octauam dicendum quod in accidentibus dictum Philosophi nō est vniuersale, nisi qñ accidens habet contrarium & tale, q̄ materia non possit esse sine altero illorum. Ad nonam, iam diximus illud Aristote. verbum non vniuersale in accidentibus, & sic non in quantitatibus. Ad decimam. Aristote. loquitur in generatione quæ fit per obiectionem contrarij. quomodo non est illa mundi genitura. Ad vndecimam dicendum quod forma potest esse priuatio non ad idem, sed ad diuersa, similiter & priuatio habitus ad diuersa. Ad duodecimam, apud Auer. dicendum quod in generatione prima misti ex elementis elementa corrumpuntur, non quidem corruptione tollente formæ essentiam, sed tollente informationem & denominationem concretam, in misto enim restant elementariæ formæ apud Auerroem, & inhærent materiæ misti. nō tamen principaliter informant nec denominant denominatione specifica, quia nulla est pars misti, quæ sit ignis vel aqua, licet in qualibet parte misti sit ignis & aqua, eodem modo & de corruptione misti in elementa, non q̄ formæ illorum incipiant esse, sed quia nunc primo incipiūt esse formæ actu denominantes elementa sub propriis & specificis denominationibus, vel dicas q̄d in prima mistione in primo instanti generationis misti formæ elementariæ desinunt, & aliæ consimiles generantur, quia primæ fuerūt dispositiones pro fieri. Posteriores vero p̄ cōseruatione in facto. Dici etiam potest, quod, fuerunt corruptæ secundum partē, & remanentes secūdum partem, quia præcessit actio & reactio earum inuicem quarto metheoro. commen. 10. hoc latius dicemus in de mistione Hæc de quæstione.

RECO. Soluit dubitationem tertiam, in qua dixit consistere totam vim, & dicit. Quocirca, propterea quod huius corruptio alterius est gñatio, & huius gñatio, alteri⁹ est corruptio in quietā, hoc est sempiternā necesse est transmutationē eē. Ad formā aut soluit Philoponus. nā cū dicebatur, aliud q̄ corrumpitur, in quid corrūpitur. Respondet q̄ illud quod corrumpitur, nō corrumpitur in non ens, sed in aliud ens quia corruptio vnius est alterius generatio. In eodem enim momento est non esse formæ præcedentis, & esse formæ sequentis, non enim est dare vltimum momentum primæ, & primum momentum secundæ. Sed quod est primum non esse primæ, hoc est primum secūdæ. Cum vero dicebaē nacum aliquid generatur, ex quo generatur, verum ex ente vel non ente. Respondet Philoponus, quod omne quod generatur ex aliquo ente generatur actu & specificato, verum generatur ex ipso, non quatenus actu est, sed quaten⁹ est potentia id quod generatur. nec oportet quod potentia est actu subsistere seorsum ab omnibus, quoniam semper est cum actu, & simul in pōtentia ad aliud. Est enim actu per formam priorem, potentia vero per materiam. Tunc concludit & dicit. De eo igitur quod est generationem & corruptionem similiter, hoc est semper esse circa vnumquodque entium, hoc est circa vnamquamque substantiam, tum simpliciter, tum particulatim (vt Philoponus dicit) hanc. s. materiam quæ est sub priori forma, existimandum est sufficientem omnibus generationibus causam, vel ab omnibus qui dubitant, existimandum causam. Quod vero ad verba attinet, cum Arist. dicit circa vnū quodque entium, non intendit q̄ vnaquæque substantia semper generet, ac semper corrūpatur. Sed vult dicere, quod generatio & corruptio numquā deficiat ab vnoquoque ente. Hæc est causa, hoc est quod semper aliquod ens generetur & corrumpatur aliud hæc est causa. Verbum illud similiter Philoponus pro semper legit, quamquam in nonullis codicibus verbum semper legitur, sed non refert.

Anti. c. 53 *Propter quid autem tandē, hæc quidem simpliciter dicuntur generari & corrumpi, illa autem nō simpliciter rursus tractandum si idem est generatio quidem huius, corruptio autem huius, & corruptio quidem huius, generatio autem huius. quærit enim, aliquam rationem.*

Dilucidat tex. com. eusdem. *Propter quid autem aliquando hæc quidem simpliciter generari dicuntur & corrumpi. hæc vero non simpliciter rursus pertractandum. Si quidem idem est generatio quidem huius, corruptio vero huius: & corruptio quidem huius. generatio vero huius quæret enim super hoc aliquis rationem.*

Cōm̄. 53 Soluta quæstione accessoria. videlicet verum generatio sit semper cur non consumptum est omne: repetit primam quæstionem, & inquit. Propter quid autem aliquando, hæc quidem simpliciter generari dicuntur & corrumpi, hæc vero non simpliciter rursus pertractandum. ratiocinantur ad quæstionē sic. omnis generatio quæ est huius ex corruptione huius generatio est secundum quid, & corruptio quidem hui⁹ ex generatione huius corruptio est secūdum quid. Sed per solutionem quæstionis accessoriæ omnis generatio est huius in quantum est corruptio huius & econtra. igitur omnis generatio est secundum quid, & corruptio similiter.

Secundum Philoponum non principalem quæstionē hic Arist. pertractat, vt in commentarijs asserebamus, sed pot⁹ vltimam quæstionem, verum omnes generationes substantiales sunt æquales, & si nō æquales, propter quid (vt inqt.) Hæc quidem scilicet de numero substantiarum, simpliciter dicuntur generari, & corrumpi. Illa autem non simpliciter, & cur generationum substantialium aliæ sunt simplices aliæ quædam. Asserit Aristotel. hanc quæstionem esse rursus tractandam. Cuius causam dicit; quia generatio vnius est corruptio alterius & econtra. tunc generatio ignis erit corruptio aquæ & generatio aquæ corruptio ignis. ergo nulla est præstantior altera. Generatio enim ignis cū sit corruptio aquæ, non pōt esse nobilior corruptione aquæ Generatio vero esse cum sit corruptio ignis, non potest esse nobilior corruptione ignis. ergo tanta est generatio aquæ respectu corruptionis aquæ. Et sic omnes generationes sunt æquales. Ideo Arist. inquit. quod hæc quæstio quærit aliquam rationē, Philoponus vero dicit, quod quia generationes istæ videntur similes in modo se habēdi, quia vt gñatio ignis est corruptio aquæ, sic generatio aquæ est corruptio ignis. ideo altera non videtur præferenda alteri, & non potest dici altera simpliciter, altera secundum quid.

Anti c. 54 *Dicimus .n. quod corrumpitur nunc simpliciter, & non solum hoc. & hæc quidem, est generatio simpliciter, hæc autem corruptio. hoc autem generatur quidem aliquid. simpliciter autem generatur. dicimus enim dicentem, fieri quidem scientem: fieri autem simpliciter, non.*

Dilucidate c eiusdem. *Dicimus enim quod corrumpitur quidem simpliciter & non solum hoc, & quod hæc quidem generatio est simpliciter. Illa vero corruptio. hoc autem fit quidem aliquid simpliciter vero non fit. dicimus enim discentem fieri quidem scientem simpliciter autem fieri non.*

Cōm̄. 54 Videtur aliquibus quod Arist. hic soluat, quod stare potest. nam verbum enim quod græce est gar, reddit causam quare videtur quod reddat causam maioris. & hoc per differentiam inter generationem simpliciter & generationē secundum quid, quæ in hoc consistit. quod propter generationem simpliciter verificatur ens sine addito de aliquo, de quo prius verificabitur non ens sine addito. verbi causa. cū equus generatur dicimus quod equus nunc primo est ens simpliciter, & equus prius non erat ens, per oppositū corruptio simpliciter: at propter generationem secundū quid verificatur ens cum aliquo addito, de quo prius non verificabatur num dicimus discentem fieri quidem sciens. simpliciter autem fieri non dicimur, similiter propter corruptionem fit. ex hac differētia patet maior, quod omnis generatio huius, hoc est qua aliquid fit ens. hoc ex ente non hoc, fit generatio secundum quid, quæ erat maior. & hoc modo Auero. textum hunc paraphrizare videtur.

Quod istæ generationes & corruptiones sint similes in modo se habendi, probat, quia in corruptio aquæ, vt in corruptione ignis dicimus quod aqua corrumpitur nunc simpliciter, & nō solū corrūpitur hoc hoc est, & nō solū desinit esse, hoc. s. calida vel frigida, & dicimus etiam aqua sicut in

igne

igne, quod hæc quidem est generatio simpliciter, cum corrũpitur ignis. hæc autẽ corruptio simpliciter, cum generatur ignis simpliciter nec corruptio ignis dicitur simpliciter corruptio, magis quam generatio aquæ simpliciter generatio. ergo generationes & corruptiones istorum omnes sũt æquales, & sic omnes dicuntur simpliciter. exponit autẽ quæ sit generatio vel corruptio secundum quid. & dicit. Verum hoc quidem generatur aliquid, vt grãmaticum vel musicum simpliciter autem non generatur. dicimus enim qui discit, fieri scientem. Fieri autem simpliciter non dicamus, at cum aqua fit, vel ignis, vterque simpliciter fieri dicitur. ergo omnes generationes sunt æquales in substantiis.

Anti. c. 55

Quemadmodum igitur determinauimus sæpe, dicentes quod hoc quidem significat hoc aliquid, hoc autem non, propter hoc contingit quod quæritur.

Dilucida tex. eiusdem.

Quemadmodum igitur determinauimus pluries dicentes, quod hæc quidem hoc aliquid significant, hæc vero non, propter hoc contingit quod quæritur.

Comm. 55

Respondet ad dubitationem quod eorum quæ sunt quædam sunt hoc aliquid, quædã vero non, quæ hoc aliquid significant vel sunt hoc aliquid, simpliciter esse vel significare dicuntur at quæ non hoc aliquid, sed quale, vel quantum & id genus signum vel esse dicuntur, secundum quid sunt vel significant. Ex quo patet solutio quod substantiæ est generatio simpliciter, quoniam significat vel est hoc aliquid at accidentis est generatio secundum quid, quia est ens secundũ quid, & propter hanc differentiam ait contingere quod quæritur, & solui problema dictum.

RECO.

Epilogat nũc quæstionẽ, & vim quæstionis, & dicit. Quẽadmodum igitur determinauimus sæpe, dicentes quod eorum quæ sunt, hoc quidem significat hoc aliquid. scilicet substantia, quæ significat ens simpliciter. hoc autem non significat hoc aliquid scilicet ens simpliciter, sed quale, vel quantũ: propter hanc diuisionem contingit quod quæritur. nam cũ significans hoc aliquid, significat ens simpliciter, omnis substantia videtur ens simpliciter: & ita omnes generationes erunt æquales in substantijs, cum omnes sint ad substantias, quæ sunt simpliciter ens hic est (vt mihi videt) sensus quæstionis. in commentarijs vero aliter hos textus exposuimus. Verum hæc expositio magis est ad mentem Philoponi.

Antici. c. 56.

Differũt enim, in qua transmutetur id quod transmutatur. puta forte quæ in ignem est via, generatio simplex, corruptio autem alicuius est, puta terræ. terræ autem generatio, aliqua generatio, generatio autem non simpliciter, corruptio autem simpliciter, puta ignis. sicut Parmenides dicit, duo, ipsum ens & non ens, inquiẽs ignem & terram. Hæc autem, aut alia talia supponere, nihil differt. modum enim quærimus, sed non subiectum.

Dilucida tex. eiusdem.

Differunt enim ea in qua transmutat transmutans, veluti fortasse quæ in ignem via, generatio quidem simplex est. corruptio vero alicuius vtpote terræ, quæ vero terræ generatio quædam est generatio. sed non simpliciter generatio. corruptio vero simpliciter vtpote ignis, quemadmodum Parmenides ait. duo ens & non ens esse inquiens, ignem & terram. hæc iam vel talia alia supponere differt nihil. modũ enim quærimus sed nõ subiectũ.

Comm. 56

Verificauit quæstionem videlicet quomodo sit generatio simpliciter & quomodo secundum quid, volens quod generatio simpliciter fit ad ens simpliciter, quod est hoc aliquid. generatio secundum quid, ad ens secundum quid quod est ens quale vel quantum, & id genus Assignat nunc rationẽ solutionis. Et hoc primo quo ad formas ignis & aquæ. secũdo quo ad materias & inquit. Differunt enim ea in quæ trãsmutans transmutat, hoc est. differunt termini ad quos, igitur & transmutationes, sed ea in quæ transmutat transmutans differunt penes simpliciter & secundum quid. igitur & transmutationes, & hoc declarat exemplo Parmenidis. dicẽs. Veluti fortasse quæ in ignẽ via, gñatio quidẽ simplex est qa ad ens simpliciter. corruptio vero alicuius vtpote terræ, quæ vero terræ, gñatio, quædã gñatio quia ad ens secũdũ, quid, sed non simpliciter generatio. corruptio vero simpliciter, quia entis simpliciter. vt pote ignis, quod auctoritate Parmen. probat. d. Quemadmodum Parmen. ait duo ens & non ens esse inquiens, ignem & terram, volens per ignem ens, & per terram non ens, & quia vsus est exemplo falso Parme. quasi se excusans. inquit. Hæc iam falsa vel alia talia supponere, differt nihil. modum enim quærimus quo discimus, sed non subiectum, quod discimus hoc est hæc indicimus vt discamus. non autem vt ita sentiamus. Sic igitur patet generationem simpliciter esse ad ens simpliciter, quod est ens perfectum hoc aliquid, generationem secundum qd esse ad ens secundum quid, quod est tale vel quantum. Colligit hic Auerro. paraphrasticans, quod generatio secundum quid, & generatio simpliciter tam in substantia & accidente sunt, quam in substantiis solis, vt patet de ignis & aquæ vel terræ generationibus & corruptionibus, quod hac ratione patet, quia eiusmodi generationes differũt penes differẽtiã terminorum ad quos, sed ignis & terra ita differunt, quod ignis respectu terræ, dicitur esse simpliciter & terra secundũ quid, quare & generationes etiam ita differunt.

RECO.

Hic soluit quæstionem secundum Philosophum, & vult quod tribus modis generatio simpliciter in substantijs differt a gñatione ẽm quid, & tribus a corruptione, corruptio, & oẽs istę differentiæ sumuntur a differentia terminorum ad quos, vnde litera sic continuetur, propter hoc cõtingit, quod quæritur, sed non est ita. Cuius causam dicit. & inquit. Differũt enim ea in quæ trãsmutatur id, quod transmutatur. & sic licet omnes generationes sint ad substantias, tamẽ termini ad quos differunt. sed quæ sit prima differẽtia difficultas est. Aliqui enim dixerunt, quod differunt penes formale & materiale nã licet omnes termini ad quos sint substantiæ, aliqua substãtia est formalior vt ignis, & aliqua materialior vt terra, & tũc generatio ignis dicetur simpliciter, & nobilior, quia entis nobilioris ac formalioris, generatio vero terræ ignobilior, qa est entis materialioris. Reprobat hanc expositionem Philoponus, & bene, quia Aristote. in p̃senti textu de formaliori & materialiori nihil meminit. Aliter ergo Alexander & Philoponus volunt quod prima differentia sumatur ex eo quod in substantijs aliquis terminus ad quem se habet vt ens, veluti ignis, & aliquis vt non ens, vt terra in opinione Parme. generatio ergo ignis ex terra dicetur simpliciter, quia ignis, & corruptio secundum quid, quia terræ. Contra generatio terræ ex igne dicitur secundum quid, quia terra quæ est vt non ens, & corruptio simpliciter, quia ignis, qui est vt ens. & sic differunt. vnde dicit. Differunt enim ea, in quæ transmutatur id quod trãsmutatur, & sic substantiales generationes non sunt æquales, qa termini ad quos differunt, & exponit primam differentiam ex eo, quia aliquis terminus ad quem, vt ens, aliquis vt non ens habetur. & dicit. Puta forte quæ in ignem est via generatio simplex est. quia ad substãtiam, quæ se habet vt ens, hæc eadem est corruptio alicuius, & secundum quod, puta terræ, quæ se habet vt non ens, & sic de terra, nam terræ generatio est aliqua generatio & non generatio simpliciter, quo terra est vt non ens. Corruptio autem est simpliciter, puta ignis, qui se habet vt ens, & sic vnamet transmutatio est generatio simpliciter, & corruptio secundum quid. Similiter vnamet transmutatio est corruptio simpliciter, & generatio secũdum quid. exponit hanc differẽtiam exemplo sumpto ab opinione Parmenidis. & inquit. Sicut Parme dicit duo rerum principia, ipsum ens ignem, & non ens terrã videlicet. Vbi patet bene dictum esse generationem terræ esse secundum quid, quia est eius quod est, vt non ens, generationem ignis esse simpliciter, quia est eius, quod est vt ens, quia quis posset dicere. Hæc Parme non dixisse, ideo excusat se. d. Hæc autem, aut alia talia supponere, nihil differt, hoc est siue hæc dicat Parme. siue non dicat, nihil refert, quia nos quærimus differentiam terminorũ ad quos, sed nõ subiectũ hoc est non aũt ipsos terminos, qui differunt, quos hic subiecta appellat. Hæc est expositio Philoponi, ea vero quam dedimus

Prima expo.

Reprobatio primæ expõ. per Philoponum.

Secunda expõ. Alexan.

dedimus in commentarijs, non est mala.

Anti. c. 57 *In non ens igitur simpliciter, est corruptio simplex, in simpliciter autem ens generatio simplex. Quibus igitur determinata sunt, siue igne & terra, siue alijs quibusdã horum erit hoc quidem ens, hoc autem non ens. Vno igitur modo differt in hoc, simpliciter generari & corrumpi, a non simpliciter.*

Dilucidare c. eiusdem *Quæ quidem igitur in non ens simpliciter via, corruptio simplex est, vero in simpliciter ens, generatio simplex. quibus igitur determinatum est, siue igni & terræ, siue alijs quibusdam. horum erit hoc quidem ens: hoc vero non ens: vno quidem igitur modo hoc differt simpliciter fieri & corrumpi a non simpliciter.*

Cõmẽ. 57 Tunc quasi concludens recolligit definitiones. & inquit. Quæ quidem igitur in non ens simpliciter via corruptio simplex est, quæ uero in simpliciter ens, generatio simplex, hæ sunt descriptiones. Tunc addit ea subaudi quibus determinatum est siue igni & terræ, siue alijs quibusdam subaudi esse, & non esse, hoc modo sunt quod eorum erit hoc quidem ens, hoc vero non ens. nam cui competit esse, est simpliciter ens: cui non esse simpliciter non ens. forte hoc adijcit, quia ad librum hunc determinare talem rem non spectat, sed ad metaphysicam. Sed hoc vnum tantum accipiatur quod cui esse competit, eidem & ens competere dicimus. cui non esse idem & non ens. Aut forsitan adicit hoc propter antiquorũ positiones nam quidam dixerunt terram rerum principiũ, vt Hesiodus quidem ignem, & alij alia. qui ponit terram, dicere cogitur illi competere esse & ens simpliciter. qui vero ignem, illi esse & ens q. d. nunc omittatur, sed accipiatur quod siue sic siue aliter, apud omnes vnum ens dicitur simpliciter, aliud non ens. Tunc quasi epilogans, inquit. Vno quidem igitur modo hoc differt simpliciter fieri & corrumpi a non simpliciter in elementis & ipsis substantijs, hoc est penes terminos ad quos.

Concludit differentiam primam. Deinde remouet dubiũ & dicit de prima parte, via igitur quæ est in non ens simpliciter est corruptio: vt cum corrumpitur ignis, quia desinit esse illud, quod se habet vt ens. Via vero in ens simpliciter, vt ad ignem, est generatio simplex. ergo prima differentia est ex eo, quia alius terminus ad quem est se habens, vt ens, & alius, vt non ens. Deinde remouet dubiũ, quia posset aliqs dicere, quod ens & non ens nõ sunt determinata igne & terra. Solum enim hoc esset verum in opinione Parme. nam in opinione aliorum ens determinatur raro, non ens determinatur denso. Respondet, & inquit. Quibus igitur rationibus determinata sunt ens & non ens, siue igne & terra secundũ Parme. siue alijs quibusdam, vt raro, & denso, horum ad quæ generationes sunt, erit hoc quidem ens vel vt ens, hoc autem non ens siue vt non ens. Tunc epilogat differentiam primam. & dicit. Vno igitur modo differt in hoc. scilicet penes ens, & non ens simpliciter generari & corrumpi a non simpliciter generari & corrumpi. Hæc de prima differentia.

Anti. c. 58

Alio autem modo materia, qualiscunque quædam vtique sit. Cuius enim magis differentiæ hoc aliquid significant, magis substantia est. cuius autem priuationem; nõ ens. puta, calidum prædicamentum aliquod & species, frigiditas autem priuatio. differunt autem ignis & terra, his differentijs.

Dilucidare c. eiusdem. *Alio vero materia qualiscunque vtique sit, cuius quidem enim differentiæ magis hoc aliquid significant, magis substantia, cuius vero priuationem non ens, vt calidum quidem prędicamentum quoddam est & species; frigus vero priuatio. differunt terra & ignis ijs differentijs.*

Cmẽ. 58 Dictum est quod generationes ignis & terræ differunt penes terminos. Vno modo, eo quia ignis vt ignis est ens & perfectius ipsa terra. Secundo differunt penes materias ex quibus sunt. nam ignis ex calido constat. terra ex frigido. at calidum magis videtur simile substantiæ, quia est vniuersale quoddam & species siue forma. frigidum vero magis videtur priuatio, & tunc syllogismus Aristotel. est iste Omne illud cuius materia siue differentiæ materiales magis significant hoc aliquid, magis est substantia. sed differentiæ siue materia e quibus constat ignis magis significat hoc aliquid: igitur magis substantia inquit. Vno quidem modo generationes ignis & terræ differunt quo ad terminos quo ad simpliciter & secũdum quid. Alio vero differunt materia, & hoc qualiscunque vtique sit materia, hoc est qualitercunque materia accipiatur, siue pro differentijs quibus constat aliquid, quomodo calidum & siccum dicunt materiam ignis, frigidum & humidum materiam aquæ, siue accipiatur materia pro subiecto q. d. loquor de materia large. Tunc accipit maiorem d Cuius quidem enim differentiæ magis hoc aliquid significant, est magis substantia. cuius vero differentiæ significant priuationem, est magis non ens & minus substantia, vt calidum quidem prædicamentum quoddam est, hoc est forma & species, frigus vero priuatio Deinde addit minorem dicens. differunt vero terra & ignis his differentijs tanquam materiis. igitur ignis magis est substantia quam terra. Nota.

Debes scire quod ignis & terra possunt considerari dupliciter & quo ad formas, quibus ignis, est ignis, & terra est terra. & sic dictum est quod generatio ignis est generatio simpliciter, & generatio terræ est generatio secundum quid, nam generatio ignis est ad formam quæ est simpliciter ens, & generatio terræ ad formam quæ est non ens respectu ignis, & hic est vnus modus Secundo modo possunt considerari quo ad materias, quibus constant, vt quo ad qualitates siue differentias. & sic secundo modo etiam generatio ignis est simpliciter, quia ignis constat calido, quod respectu frigidi perfectius est: generatio terræ secundum quid, quia constat frigido, quod est magis vt priuatio. Et hoc modo declarauit nunc. quibus patet quod non sunt tres modi, quibus differt generatio secundum quid a generatione simpliciter: vt recentiores credunt ex malo intellectu literæ. Nota. 2.

Secundo animaduerte quod Aue. in paraphrasi. 28. reddit causam quare ignis vt ignis sit forma perfectior terra, quia in diuidua in quorũ mistione vincit ignis, perfectiora sunt inesse, quam ea in quorum compositione vincit terra. Secundo reddit causam cur calidum sit perfectius frigido, quia actio ignis, quæ est calor propinquior est ad esse, quam actio aquæ vel terræ quæ frigus, frigus enim quidam est defectus caloris. Dubitationes cõtra Auerr.

Sed hæc Auerro. dicta falsa videntur. Primũ quidẽ quia omnium mistorum perfectissimus homo, vt etiã medici dicunt. & tamen in homine terra plus exuperat. Secundo sequeretur quod cholericus esset perfectior temperato, quia in eo super excedit ignis. Secundo vero, quia sicut calor est actio ignis, sic frigus aquæ igitur sicut calor igni est esse, sic frigus aquæ vel terræ, igitur æquales ambo propter quod nõ magis frigus caloris, quam calor frigoris priuatio est. Dici potest primo quod forte Auer. loquitur in mistis in animatis, vbi patet calidiora & magis ignea perfectiora. Secundo dici potest quod comparat distẽperata inter se, vbi vult quod vbi ignis excedit perfectius sit, quam vbi terra, & tunc forte diceret quod homo quantum ad hoc sit imperfectius alijs vbi ignis exuperat, licet in alio excedat vel forte in homine excedit ignis quo ad actiua, terra vero quo ad motiua. Ad secũdum diceret quod calefacere est magis ad esse, quia vitæ & naturæ opus est. at frigore cum sit opus mortis, non ad esse facit, propter quod priuatio videtur magis.

Secunda differentia sumitur ex eo: quia aliqua substantia est melior & magis substantia videtur, alia minus & deterior generatio ergo, quæ est ad substantiam meliorem, erit generatio simpliciter: quæ ad deteriorem erit generatio secundum quid. Simili modo corruptio, quæ est substantiæ melioris, simplex dicitur, quæ vero est deterioris, dicitur secundum quid. vnde dicit. Alio autem modo generari simpliciter & corrumpi simpliciter a non simpliciter generari & corrumpi differunt in materia qualiscunque quædam vtique sit. Et per materiam, materialem differentiam intelleximus in commentarijs. Philoponus autem per materiam intelligit

tem per materiam intelligit ipsa elementa, quæ sunt materia mistorum corporum q.d. alio modo simpliciter generari & simpliciter corrumpi differunt à nō simpliciter generari & corumpi in ipsis elementis, que generantur & in corrūpuntur. Et exponit quomodo & dicit nā elementum, cuius differentiæ magis significāt hoc aliquid, magis substātia est, elementum vero cuius differentiæ significant magis priuationem, & non ens est minus substantia, cuius exemplum ponit, & dicit Puta calidum prædicamentum aliquid est, & species, & sic videtur magis substātia. Frigiditas vero est magis priuatio, & sic est minus substantia. Differunt aūr ignis & terra his differentias. ergo ignis est magis substātia q̄ terra quare gñatio ignis & eius corruptio dicent̄ simpliciter. Generatio vero & corruptio terræ dicentur secundū quid: sunt qui dixerunt secunda differentiam accipi penes simplicius, & cōpositius, vt dicatur illa simpliciter generatio vel corruptio, cuius terminus ad quem est substantia simplicior illa vero secundum quid, cuius terminus ad quem est substātia compositior. Quam expositionem non laudat Philoponus, cum non posit nec verbis Aristot. nec eius exemplo accommodari, vt intelligenti patet.

Anti.c.59 *Videtur autem multis, magis sensato & non sensato differre. quando enim in sensatum transmutantur materiam generari inquiūt. quādo autem in non manifestā, corrumpi. Ens enim & non ens, in sentire & non sentire determinant. quem admodum scibile quidem ens, ignotum autem non ens. sensus enim scientia habet virtutem. Quemadmodum igitur illi in sentire vel posse & viuere & esse existimant. ita & res modo quodam sequentes veritatem. id autem dicentes non verum.*

Dilucidatio eiusdem. *Multis vero videtur magis, ea per sensatum & non sensatum differre. quādo quidem enim in sensibilem mutatur materiam generari aiunt: quando vero in non sensibilem corrumpi. ens enim & non ens sensibilitate & non sensibilitate determinant, quemadmodum scibile quidem ens, non scibile non ens, sensus enim scientia vim habet. quemadmodum igitur ipsi in sentire vel posse, & viuere & esse existimant: sic & res, modo quodam veritatem prosequentes in modo alio non verum dicentes.*

Hactenus inter generationes veras differentias designa-
Cōm. 59 uit nunc quid alij senserint, adijcit. nam eorum improbatio erit suæ veritatis affirmatio & illius manifestatio. Herculei vero, & qui apparentias veras esse autumant, dicunt generationem sic ab ipsa corruptione differre, quod gñatio est via in sensibile ens, corruptio vero ad in sensibile. q̄ ideo aiūt, quia omne ens volunt esse sensibile, & quod non sensibile non ens, quemadmodum etiam scibile ens aiunt, & non scibile non ens. reputant enim sensum vim ac vicem exercere in rebus quales & scientia. quod scientia sit sensus & sensus scientia, & quod non sensus non sit scientia quibus addit fundamentum eorum.d. Quemadmodum igitur ipsi in sensu vel posse sentire dicunt animal & viuere & esse aīal, nam animal est viuens animal propter sensum & sentire, sic & res dicunt esse, quia sentiuntur, & quæ non sentiuntur non esse, vt quæ non sentiunt non animal. addit quod sic, dicentes modo quodam sint veritatem prosequentes. scilicet quantum ad animal ipsum, quod nō est nisi sentiat vel potest sentire sed quod res non sit, quæ non sentitur vel nec possit sentiri erant. Secundo bene dicunt quantum ad hoc quòd omne quod est, est intelligibile, & quod non est intelligibile, non est, vt dicit Auerro. sed male aiunt, inquantum sensum autumant scientiam esse.

RECO. Hæc est tertia litera, quæ sumitur secundum opinionem, quod in substantijs simplex generatio sit, quæ est ad magis substantiale. Generatio vero quædā ad minus substantiale, Simili modo simplex corruptio est eius quod est magis substantiale. quædam vero corruptio, quæ est eius quod minus substantiale At videtur multis id esse magis substantiale, qđ est magis ens, id vero minus substantiale, quod est minus ens. Tunc his duobus stātibus, quidam dicebant generationem terræ esse simplicem, generationem vero aeris esse secūdū quid: quia terram existimabant magis substantiale aerē vero minus. Causa vero erat apud eos, quia terra est ens aer non ens. existimabāt enim omne sensibile esse ens, & omne insensibile non ens. Et hoc ideo, quia virtus sensus apud eos est virtus sciæ. Hæc est tertia differentia, quæ licet sit vera sumitur ab opinione falsa, propterea dicitur a Philopono differentia, quæ sumitur secundum opinionem. Vnde inquit Videtur autem multis ea entia, ad quæ substantiales transmutationes sunt magis sensato & non sensato differre & hoc est secundum opinionem, quā exponit, & dicit. Quādo enim aliquid ad sensatam materiam trāsmutatur generari inquit. Quando autem ad non manifestam, corrumpi, Cuius causam iterum assignat, cum dicit. Ens enim & non ens per sentire & non sentire determinant. quia dicunt insensibile esse non ens: sensibile vero ens, quemadmodum etiam determinant ens & non ens, scibili, & ignoto, dicentes scibile ens, ignotum non ens. & hæc ideo dicūt, quia apud eos sensus habet virtutem scientiæ, ita vt non scibile & non sensibile sint idē & scibile & sensibile ēt idem, veluti sciētia est sensus. Deinde assignat secūdā cām eorū ad dicendū sensibile esse ens insensibile esse nō ens, argumento sumpto ab ipsis, quia tunc suspicantur viuere, & esse, cū sentiunt aut possunt sentire ergo veluti sentientibus, viuere & esse determinant, sic in sensibilibus Dicunt illa esse, cum sensum mouet, aut mouere possunt. Argumentum est quasi ab actiua ad passiuam, nam si sentire vel posse sentire est viuere, & esse actiue, sentiri vel posse sentiri est esse & viuere pasiue, si in ipsis actio & passio esse possint. vnde dicit. Quemadmodum igitur illi in sentire vel posse sentire existimant, & viuere & esse actiuē, ita & res existimāt & esse & viuere passiue, vt ita loquar. quasi dicat sicut nos sumus, quia possumus sentire res, ita res sunt, quia possunt sentiri a nobis. ergo sensibile est ens, & in sensibile non ens. Addit hos, modo quodam prosequi veritatem, modo quodam non veritatem. In duobus enim veritatem dicunt, vt Philoponus animaduerti. Primo quo dicunt magis scibile esse magis ens & min⁹ scibile esse minus ens. Secūdo quo dicūt scientiā simpliciter, & ignorantiā simpliciter, & terminare ens & non ens Nō secundum veritatem non scibile simpliciter est non ens, scibile simpliciter est ens. Ar errauerunt de sensibili & insensibili, non enim oportet insensibilia omnia esse nō entia, licet omnia sensibilia sunt entia, aliter possunt hæc intelligi, vt patet in commentarijs, sed non curo.

Contingit itaque, secundum opinionem & secundum veritatem aliter & generari simpliciter et corrumpi, spiritus enim & aer secundum sensum quidem, minus sunt, ideo & quæ corrūpuntur simpliciter, in hac transmutatione corrumpi. dicuntur generari autem, quando in tangibile & in terram transmutantur secundum veritatem autem, magis hoc aliquid & species & hæc sunt, quam terra. Anti c.60

Accidit enim secundum apparentiam & secundum veritatem aliter simpliciter & generari et corrumpi. Spiritus enim & aer secundum quidem, sensum, minus est. ideo & quæcunque corrumpuntur simpliciter, quæ in hæc transmutatur, corrumpi dicuntur: fieri vero quādo in maius et in terram transmutantur. Secundum veritatem vero quæcunque magis hoc aliquid & species quam terra. Dilucidatio cōm. eiusdem

Cōm. 60 Moderat quasi eorum opinionem per talem distinctionem, quod aliquid generari & corrumpi est dupliciter. Vno modo secundum apparentiam, quæ græce doxa dicitur. interdum latine opinio, quomodo non dicitur nūc. Alio modo secundum veritatem. Spiritus enim & aer, secundum quidem sensum minus est, ideo & quæcunque in ipsum corrumpuntur, simpliciter corrumpi dicuntur. Ecōtra quando in maius vt in terram, generari. Hæc secundum apparentiam. secundum veritatem vero, quæcunque magis

magis hoc aliquid & species sunt, quam terra propter quod aer & ignis secundum veritatem magis sunt. Tunc patet cōtra eos quod non valet. hoc est magis tale ad apparentiam, igitur magis tale ad veritatem. Animaduerte quod verum maius, græce est apton, quod proprie tactile sonat, à verbo optomæ, latine tango. Verum sensus Arist. est vt dixi. Vel forte melius potest hæc litera continuari ad præcedentem sic, modo quodam veritatē prosequentes, modo alio nō verum dicentes. & tunc declarat quomodo verum dicunt, & & quomodo falsum. Nam secundum apparentiam verum dicunt. Secundum autem existentiam, non verum. & hæc declarat. sermo patet.

RECO. Propterea quod non eodem modo reperiuntur scripta verba Ari. in cōmentatijs diuersimode, nos verba accōmodauimus. At s̄m Philoponū Ari. hoc ostendit q̄ de generatione & corruptione simpliciter, & secundum quid aliter secundum veritatem, aliter secundum opinionem sit dicendum, immo quæ de illis dicenda sunt secundum veritatem aduersantur eis, quæ sunt dicenda secundum opinionem. Consonat autem huic expositioni verbum illud {itaque} quod in libro Philoponi legitur, nam denotat illationem quasi corollariam ex dictis vnde dicit. Contingit itaque secundum opinionem, & secundum veritatem aliter, supple esse dicendum de ipsis simpliciter generari & corrumpi, immo sunt admodum pugnandi. & hoc exponit: nam spiritus hoc est vētus & aer s̄m sensum quidē, minus sunt, & minus entia, & minus substantialia, & ideo quæ corrūpūtur in hæc simpliciter corrumpi. & corruptione simpliciter dicta, dicūtur corrumpi dicuntur vero simpliciter generari, quando transmutantur ad tangibile, & ad terram, quæ est palpabilis hæc secundum opinionem. At secundum veritatem accidit totum oppositum, & hoc exponit. & inquit. Secundum veritatem autem, aer & spiritus sunt magis hoc aliquid, & species siue formaliora quam terra. Primo, quia terræ est circuitius. Secundo, quia calidior, vt Philoponus addit. Patet ergo quomodo quæ secundum opinionem dicenda sunt, contraria sunt his, quæ dicuntur secundum veritatem.

Essendi igitur simplicem generationem corruptionē existentem alicuius, corruptionem autem simplicem generationem existentem alicuius, dicta est causa propter enim materiam differre, aut eo quod substantia est, aut non, aut quod hæc magis hæc vero non, aut quod hæc quidem magis sensata est materia ex qua & in quam, hæc vero minus dicuntur, hæc quidem simpliciter generari, hæc autem aliquid solum, non ex ad inuicem generatione. sed secūdum quem diximus nunc modum, nunc enim tantum determinatum est, quare omni generatione existente corruptione alterius, & omni corruptione existente alicuius alterius generatione. non similiter attribuimus generari & corrumpi his quæ adinuicem transmutantur.

Anti. c. 16

Aliter in codice philoponi. Quæ vero hæc quidē simpliciter generari hæc vero secūdū quid non, ex inuicē generatione solū secūdū quē nunc diximus modum sed vniuersaliter querēdum est. Dilucidare. c. eiusdem.

Propter quid quidem igitur sit: hæc quidem simplex generatio alicuius existens corruptio. Corruptio vero simplex generatio existens alicuius: dicta est causa. Cū enim materia differunt, vel hoc substantia est, illud vero non. Vel hoc magis illum vero non. Vel hoc magis sensibile est propter materiam ex qua & in vnam. Illud vero minus alio. hæc generari simpliciter dicuntur. hæc vero secundum quid solum, non inuicem generatione secundum quem modum nunc supponimus. Nunc quidem enim tātum determinatum sit, propter quid vtique cum omnis generatio sit alterius corruptio: & omnis corruptio sit alterius cuiusdem generatio, nō similiter determinamus inuicem transmutabilia & generari & corrumpi.

Videtur mihi quod textus hic totus sit epilogus. & quia sensus patet, lege literam (inquit.) Propter quid quidem igitur sit. hæc quidem simplex generatio alicuius existens corruptio, vt ignis generatio est quidem simplex, at terræ secundum quid. Corruptio vero simplex vt ignis, generatio existens alicuius vt terræ, dicta est causa, quā replicat. d. Cum enim materia differunt, hoc est differētijs materialibus. hæc fuit vna causa. Vel hoc substantia est illud vero non, hæc fuit secunda causa. Vel hoc magis Illud vero non. hæc fuit tertia. Vel hoc magis est sensibile, propter materiam ex qua generatur, & in quam corrumpitur. Illud vero minus alio. hæc fuit quarta causa apud antiquos. cum hæ tres causæ sint, hæc generari simpliciter dicūtur. hæc s̄m quid solum, non inuicem generatione eiusdem rationis existente, ita vt ambæ sint simpliciter dictæ, secundum quem modum nūc supponimus. propter quod breuibus epilogās (inquit.) Nunc quidem enim tantum determinatum sit. propter quid vtiq; cum omnis gñatio alterius corruptio & oīs corruptio sit alterius cuiusdam generatio. non similiter & eodem modo secundum quia & simpliciter non determinamus trāsmutabilia & generari, & corrumpi. sed dicimus generationem simplicē vnius esse corruptionem secundum quid alterius & ecōtra. Hic est epilogus omnium quæ dixit. Cōm. 18

Sed circa hæc quærunt. Primo, vtrum substantia suscipiat magis & minus. vt dixit Aristo. Et videtur quod non. Tū quia Arist. in prædicamentis ait, quod substantia non suscipit magis & minus. Tum quia esset ei aliquod contrarium. Tū vel maxime quod eius generatio esset motus, quia successiua transmutatio. Contrarium vt vidistis Aristote. ait. Hæc quæstio melius tractabitur alias in isto libro. Verum quia Egidius & Albertus quædam dicunt, & nos etiam aliqua dicemus. Egidius, Albertus, & omnes conueniunt quod nulla substātia suscipiat magis & minus seruata vnitate speciei, hoc est, gradualiter hoc est nulla substātia pōt esse intēsior vel remissior altera eiusdē spēi. Qd Egidius vnica rōne ꝓbat, quia vel illa gradualis intentio & remissio essent s̄m essentiā vel s̄m esse s̄m gradus essentiæ non nam cū essentia pertineat ad definitionem per variationem cuiuslibet talis gradus variabitur definitio, ita natura & species eius. vt octauo metaphy. tex. commen. 10. nec secundum gradum ipsius esse. nam cum nos loquamur de esse specifico, tunc mox tolletur esse specificum, Arguo sic. Variato esse variatur species. variata specie, variatur esse specificum igitur non erit in eadem specie, nec seruato esse specifico Sed ad saluandum verbum Arist. Egidius dicit duo. Primo quod secundum formam generis, & analogiam quādā reperitur magis & minus in substantijs. probat. quia quæcūq; in eodē gñe magis & minus distant à primo illius gñis, suscipiunt magis & minus in illo gñe Sed oēs substātiæ in gñe eodē gñe magis & minus distāt a primo ente, nā quædā magis adeo distāt, quædā minus per mēsurā suæ substantiæ. igitur in gñe & analogia substantiæ est magis & minus. Secundo idem probatur in genere substantiæ prædicamentali, nam forma est potior substantia quam materia. Secundo dicit quod in substantia reperitur magis & minus in genere capiendo pro perfectiori & imperfectiori, quod tripliciter probat. Tum ex intentione naturæ, quia animal perfectius est embrione. Tū ex victoria formæ, quando forma magis rarefacit materiā, quomodo ignis magis est terra. Tū perfectione speciei, & sic animal magis à leone, quam a formica participabitur. Verum omnia hæc reducantur sic. cum quæritur. vtrum substantia suscipiat magis & minus. hoc potest intelligi vel gradualiter, vel perfectionaliter. gradualiter nulla substantia suscipit magis neque minus. perfectionaliter potest primo in analogo. secundo in genere. Et per secundum saluare vult verbum Aristotel. Albertus vero cum Egidio conuenit. quantum ad primum. tenet enim cum Egidio vbique, quod nulla substantia suscipit magis neque minus gradualiter. Sed ad saluandum Aristotelem. verbum videtur distinguere, quia substantiam recipere magis & minus potest esse vel quantum ad esse quod est actus formæ in materia, & hoc modo terra est æqualiter substantia sicut ignis. Alio mō vt forma p potētias naturales principium est operationum. & hoc modo ignis magis substantia est ipsa terra, quia in ea propter potētias vincit magis ratio formæ quam

Quæstio an substantia suscipiat magis & minus.

Communis positio.

Argumentum Egid.

De verbis Aristo.

Reductio omnium.

quam terra, vbi forma est magis oppressa a materia. Quod etiam Egidius accepit in sua secunda rōne ad secundū dictū: & adijcit duas alias rationes. Sed quia hæc res non potest bene perpendi, nisi quæratur de accidētibus, ideo quærit Egid. vtrum magis & minus possunt esse in accidentibus. Et videtur quod non per argumentum suum, quia vel secūdum gradum essentiæ, vel gradum esse. non secundum gradum essentiæ, quia tunc variaretur species nec secundum gradum ipsius esse. Tum primo, quia esse fluit ab essentia immediate, igitur si essentia non variatur secundum gradus, nec esse. Tum secundo, quia esse principaliter est a forma, sed forma est invariabilis essentiæ igitur esse. Respōdet Egi. quod formæ accidentales ex natura earum non recipiunt gradualem intensionem vel remissionem sed ex natura subiecti, quod esse potest dupliciter, vel quia recipiuntur in subiecto mediante aliqua forma, quæ remittitur, aut quia recipiuntur mediantibus formis pluribus, cum quarum vna habent maiorem cōuenientiam quam cum alia. igitur semper est intensio & remissio formæ mediante maiori vel minori dispositione materiæ: propter quod non oportet dare processum in infinitum, vt arguit ipse. Contra hanc positionem arguunt omnes Calculatores; & multa aiunt. verum quia res hæc raptim tangitur, adducamus quædam quæ Iuniorum quidam contra Egidium referunt. Et primo videtur quod Egidi. contradicat sibi. Nam in solutione primi dubij voluit quod nulla substantialis forma gradualiter recipit magis & minus. At nūc vult q accidētalis recipit propter dispositionum euariationem. Contra arguunt, quia vt forma accidentalis propter dispositiones in subiecto intenditur; & remittitur sic substantialis. Secūdo, tunc in omni elemento essent omnes qualitates in summo: & quod semper æqualiter intenderentur, vel remitterentur, cum non habeant dispositiones præcedentes, quibus euariari possint. Tertio, sequitur quod nullum agens naturale in eodem medio vniformi per totum, posset difformiter agere, cuius contrarium patet de lumine, & calido.

Quarto, tūc agens naturale non posset aliquā qualitatem p aliquod tps vniformiter generare, quia si in prima medietate horæ producit calidum, vt quatuor in secunda medietate necessario agit secūdam medietatem, vt quatuor in minori tempore, quia subiectum est melius dispositum. Mihi autē videtur primo esse tenendum aliquam substantiam gradualiter remitti & intendi, vt formæ substantiales elementorū, vt tenet Auerr. tertio coeli, commen. 67. & hoc non secundū essentias, nec secundum esse comparatum essentiæ, sed secundum esse, quod habent in materia, prout enim materia magis vel minus disponitur per qualitates primas; sic forma secundum esse magis vel minus intenditur. Et per hoc non cogit argumentum suum. diceremus enim quod secundum esse recipiunt magis & minus gradualiter, nec esse dat speciem sed essentia. Dico secundo, quod in analogo substantiæ aliqua est perfectior aliqua imperfectior. Et non propter rōnē Egidij, quia inæqualiter recedunt a primo, quia cum primū apud eum sit infinitum, omnes a primo recederēt æqualiter quia quicquid cadit ab infinito, per infinitum distat: & vnum infinitum non est altero maius vel minus. Sed hoc dico propter recessum à nō gradu entium, vt à materia, ipsa. n. materia est non gradus entium: cuius elongatione vel appropinquatione cætera mensurātur. Dico tertio q accidentia intensibilia & remissibilia sunt in duplici dña, quædam magis cāæ & prima vt simplices, & primæ qualitates videlicet calidum frigidum, & id genus. quædam sunt magis causata & secunda, vt album, nigrum, & cætera id genus. Tunc dico quod loquendo de accidentibus, quæ sunt causæ, & prima sui natura, & non à parte subiecti, recipiūt magis & minus gradualiter non quidem secundum essentiam sed secundum esse, quod est modus essentiæ. Nam quemadmodum dimensio siue in subiecto, siue non in subiecto, haberet extensionem, sic calidum, tensionem. Cōcurrit tamen subiectum, non vt causa formalis intensionis sed tanquam causa sine qua non: itemque cōcurrit actiuitas agentis, vt dispositio sine qua nō. Verum forma illa prima accidentalis sua inclinatione apta est intendi & remitti, loquendo igitur de primis & causis, dicerem ea sua inclinatione esse talia. Vlterius, dicerem quod loquendo de secundis & causatis, illa non recipiunt magis & minus gradualiter, nisi propter maiorem aut conuenientiorem dispositionem factam in materia & subiecto a primis, à quibus dependent. & quantū ad hæc vt puto Egidius intelligit. hoc declaratur, quia prima & secunda ita differunt quod primo in aliquo genere sunt talia seipsis, at secunda sunt talia propter prima. cum igitur prima accidentia sint talia propter eorum inclinationes & naturas. ipsa secunda vt album & id genus propter illa prima erunt talia. Et hæc (vt mihi videtur) est mens omnium sapientum.

Rationes Iuniorum contra hoc non cogunt: Ad primā cōcedo quod primæ qualitates per suas naturas remittūtur sed secundæ per naturam punctarum. Ad secundam dicendum quod potest difformiter agere in primis nulla dispositione supposita, nisi sola approximatione. at in secūdis oportet vt prædisponat materiam in primis lumen quoque magis habet rationem primæ qualitatis, quam secundæ vt patet secundo de anima.

Ad tertiam patet similiter. Rationes in principio quæstionum factæ facile delentur. Ad primam Auerroes respondet illud esse intelligendum de substantijs perfectis. Ad secundā patet quod non propterea sibi erit contrarium, quia contraria recipiūtur in subiecto ente actu, quo modo nō recipiuntur formæ elementariæ. Ad tertiam patet solutio, quia non omnis successiua transmutatio est motus, sed q in subiecto in actu: nec omnis subita mutatio est generatio, nisi quæ in ente in potentia. Ad argumentum secundæ quæstionis solutio patet per quæstionis solutionem.

Epilogat, & dicit. Essendi igitur simplicem generationem existere corruptionē alterius sm quid, & corruptionē simplicem generationem existentem alicuius, hoc est, quod generatio simplex sit alterius corruptio secundum quid: & corruptio simplex sit alterius generatio secundum quid, est dicta causa. Quam epilogat, dicens. Propter enim materiam, hoc est propter terminos ad quos, quā materiam appellat, diximus differre, aut eo quod substantia aut non, vt dicit prima differentia, quæ est ipsum ens, & non ens, aut quod hæc materia est magis: illa vero minus, hoc est nobilior, & ignobilior, vt fuit secunda differentia aut hæc quidē magis sensata est materia. & magis quid substantiale, ex qua materia fit, & in quam corrumpitur. Hæc vero minus est sensata & minus substantiale quid vt fuit tertia differentia. Ex his tribus differentijs factum est, quod generatio vna est simpliciter altera secundum quid. & hoc ait, dicitur hæc quidem simpliciter: hæc autem secūdum aliquid solum generari vel corrumpi. Deinde sequuntur illa verba. {Qua vero, hæc quidem} quæ non habentur in codice græco nostro, sed bene in codice Philoponi: vbi secundum eum Aristoteles mouet hanc eandem quæstionem in omnibus vniuersaliter, & non tantum in substantijs quæ fiunt ex inuicē. Quærit enim vniuersaliter in ipsis entibus quid simpliciter generetur, quid secundum quid. Hæc. n. quæstio amplaest cū quærat in entibus quæstio disputata fuit pressa, quia solum in substantijs. Vnde in codice Philoponi, inquit, qua vero causa hæc quidem simpliciter generari dicantur, hæc vero secundum quid, non in his, quæ ex generatione inuicem solum fiunt, quemamodum nūc diximus in substantijs. sed vniuersaliter quærendum est, cuius causam dicit. nunc enim tantum determinatum est, quare omni generatione existente corruptione alterius, & omni corruptione existēte alicuius alterius generatione, non similiter attribuimus generari & corrumpi his, quæ adinuicem transmutantur: & sic quæstio fuit pressa solum in substantijs. At nunc quærendum est vniuersaliter in omnibus quæ generantur, quæ simpliciter, quæ vero secundum quid generari & corrumpi dicantur. hoc pacto Philoponus intelligit, quoniam textus eius erat pfectus In codice vero nostro textus est imperfectus, & ideo non erat intelligibilis. In commentarijs quæsitum est, vtrum aliqua substantia suscipiat magis & minus. Vbi tentibus resumpta est positio Egidij & Alberti, quod magis minus possunt sumi, aut gradualiter, aut pfectionaliter. Gradualiter, nulla substantia suscipit magis vel minus, quia nō secūdū eius essentiā, cū illa pertineat ad definitionē quæ nec magis nec minus suscipit: nec secundum esse, q a esse pertinet

De accidentibus.

Argumentum contra Egid.

Alia pō.

RECO.

Hæc quæstio & tangitur 11. 7. met. disputa. 4.

pertinet ad speciem, quæ nō suscipit magis & minus. Perfectionaliter vero, in trāscendenti, aliqua substantia est magis altera, vt illa quæ magis deo appropinquat. In genere analogo etiam forma est magis substantia quam materia: in genere vniuoco vero, homo est animal perfectius quā bos. Quærit postea de accidentibus, & asserit, quod accidentia secundum eorum essentias non recipiunt magis & minus gradualiter, sed solum ratione subiecti. Et hoc dupliciter, vel quia recipiuntur in subiecto mediante aliqua qualitate gradualiter suscipiente magis ac minus, vel quia recipiuntur mediantibus pluribus dispositionibus, cum quarum vna habent maiorē conuenientiā quam cum alia. quare suscipiunt magis & minus ratione dispositionum materiæ. Secūdum vero Auer. dicendum est primo de substantijs, quod substantiæ elementorum, siue eorum, formæ non tantum perfectionaliter in transcendenti, & in genere analogo, & genere vniuoco suscipiunt magis & minus, sed suscipiunt gradualiter magis & minus, & ēm essentiā. verū essentia est duplex altera, quæ resultat ex partibus essentialibus alterius rōnis, & hanc significat definitio, & secondū hanc nec substantia, nec accidens suscipit magis & minus, cum hæc sit quidditas, quæ est sicut numerus. altera est essentia, quæ resultat ex partibus essentialibus eiusdem rationis Cum enim partes caliditatis sunt in eodem puncto subiecti, ex ijs resultat essentia caliditatis maior, quam sit essentia partis, quæ in eodem subiecto præcessit. Ex his patet quod sicut essentia caliditatis fit per additionem partis caliditatis in eodem puncto subiecti vtraque remanente: ex qua vtraque resultat essentia quædam caliditatis maior essentia partis præcedentis, & partis sequentis: sic intensio formæ ignis fit vniformiter per intensionem caliditatis & per additionem partis ad partem vtraque remanente. hæc de substantijs. Accidentia vero duplicia sunt prima & quasi causæ, vt quatuor qualitates, & quæ ex his sequuntur. Prima suscipiunt magis & minus non solum perfectionaliter in trāscendenti. & in genere analogo, & in genere vniuoco: sed gradualiter in eadem specie per se, & secūdum resultantem ex partibus essentialibus eiusdem rationis. Accidentia vero secunda, vt album nigrum & id genus suscipiūt magis & minus ad susceptionem horum, & de his intelligit Egid. Penes quid autem formæ dicantur intensiores vel remissiores alijs vtrum per accessum ad summum, vel per recessum a non gradu, de his libro metaph. octauo dictum est. Nunc vero dicas aliquam formam esse altera intensiorem, quia in eodem puncto subiecti plures gradus habet: eam vero habere plures gradus scitur ex suppositione, non simpliciter. Nam scitur quia ex illa proficiscitur perfectior operatio, quæ est perfectior ex iudicio sensus. Nec Aristoteles. aut alius peripateticus sciuit aliam causā, cum uero quæritur de perfectione operationis penes quid scitur, dico quod hæc habetur ex suppositione & iudicio sensitiuo, vel existimatiuo, nec est alia uia. Aristoteles. enim vbique formam perfectiorem probauit, quia maiorē operationem producere potest. Mensorat enim potentias penes vltima, in quæ possunt, nec aliam viam dedit, alijmodi calculatorum aut penes recessum a non gradu. aut penes accessum a summo sunt commētitij: & petitur principium, quia eadem quæstio erit propter quid hæc magis recedit vel accedit ad non gradum, vel ad summū: & non potest assignari alia cā nisi ex affectu, qui supponitur ad sensum esse maiorem. Medici enim regulant medicinas in ordine ad iudicium tactiuum, supponunt enim tactum corporis temperati esse calidum vt quatuor, & dicunt medicinam esse calidam vt vnum, supra scilicet tactum, siue per vnum gradum supra illum tactum, quia alterat & non sentitur eius alteratio. Hoc enim asserunt esse calidum, per vnum supra temperatum. cum vero medicina alterat, & sentitur eius alteratio, de consensu dicunt eam esse calidam per duos gradus supra temperatum cum lædit, & nō sentitur eius læsio, dicitur calida per tres gradus supra tactum. Cum vero medicinā lædit sensibiliter mortificando tactum dicitur calida, per quatuor gradus supra tactum. & quoniam tactus temperatus supponebatur calidus, vt quatuor, & medicina supra illum per iudicium est calida vt quatuor: relinquitur quod medicina sit, vt octo calida, quia supra quatuor gradus temperantiæ addit quatuor. Scimus autem ignem esse calidum, vt octo & plus. quia applicatus tactui statim lædit corruptiue. ergo supra tactum temperatum erit calidus, vt quatuor. Sed calidum, vt quatuor respecto tactus tēperati est secundum naturam simpliciter calidum, vt octo, ergo ignis est, vt octo calidus. & si scimus caliditatem esse caliditate altera intensiorem non penes recessum vel accessum ad non gradum vel ad summum: sed quia de ea in eodem subiecto adæquato plures gradus sunt eius, scimus autem plures gradus esse, quia operatio eius, quæ est calefactio est plurium graduum. Hoc autem habetur ex sensus iudicio, vt dictū est. Non .n. possumus scire hanc caliditatē plus vel minus recedere vel accedere ad summō vel ad imum, nisi per eius effectum vltimum. Hoc pacto peripatetici sciuerunt quod vnus motus sit altero velocior Dixerunt enim vnum motum localem esse altero velociorem, quia spatium pertransitum per vnum est maius spacio pertransito per alterum. vnde quia pertrāsitio, quæ est effectus vnius, est maior pertransitione, quæ est effectus alterius, vt sexto physi. habetur: ideo motus est velocior motu, & tota hæc scientia habetur penes effectus motuum. Penes causam vero sciuerunt quod motus equi est velocior motu tortucæ, quia potentia motiua equi est maior potentia motiua tortucæ. at potentiam motiuam equi esse maiorem potentia motiua tortucæ sciuerunt, quia maximum, quod potest potentia motiua equi est maius maximo, quod potest potentia motiua tortucæ. & sic tam excessus motuū q̄ excessus potētiarū sciuerunt solū ex effectuū excessibus, vt primo de cælo patuit: nec penes causam potuerunt scire in quanto alter motus, sit altero velocior, quia siue penes excessus potentiarum, siue penes excessus proportionum, cum proportiones, & excessus sint diminuibiles, & augmentabiles in infinitum aliquis motus posset altero motu fieri velocior, & tardior in infinitum, quod naturalis Philosophus abhorret, cum in natura sit velocissimum, & tardissimum. ergo omnes regulæ assignatæ penes causam in velocitatum cognitione sunt commentitiæ, & nō veræ nec peripateticæ. Similimodo in qualitatibus scimus penes causam vnam esse altera intensiorem quia in eodem subiecto adæquato de ea sunt plures gradus, quam in subiecto alterius. Scimus vero postea de vna esse plures gradus in eodem subiecto adæquato per effectus, quos per iudicium sensitiuum existimamus esse tot graduum, vt dictum est. Calculatores autem, cum sint ignari peripateticæ philosophiæ traducuntur ad aniles fabellas, & de his fecerunt commenta, quæ desiderant perpetuum silentium, quia detinuerunt multis annis multa ac præclara ingenia in magna philosophiæ ignorantia.

Quod autē post dicitur. non quærit hoc: sed quare discens quidem, non dicitur simpliciter generari, sed generari sciens, planta autem generari.

Quod autem postea dicetur, non hoc quæret. sed quare aliquando discens non dicitur simpliciter generari, sed generari sciens Nascens uero generari.

His epilogatis, quærit circa dicta propter quid nascens generari dicitur simpliciter: vt planta, vel animal. At discens aliquando non dicitur generari simpliciter: sed effici sciens. Quæsiuit in p̄cedentibus quare generatio vnius est alterius sit corruptio, & non eodem modo, quia vnius per se, alterius secondum quid: nūc quærit propter quid substantia simpliciter generari dicitur, accidens secundum quid. Et hoc ait. Quod autem postea dicetur non hoc quæret videlicet vtrum generatio vnius sit corruptio alterius, & reliqua. sed quæret vtique quare discens, aliquando quidem non dicitur simpliciter generari sed generari sciens, Et in cæteris accidentibus similiter. Nascens vero generari absolute & simpliciter dixit aliquādo, quod græce est pote, quia etiam in accidentibus aliquid generari potest simpliciter comparatione facta ad se. vt calidum respectu frigidi.

Mouit quæstionem nunc ponit differentiam inter quæstionem factam, & eam quam posterius mouit, & exponit quæstionem posterius motam, & dicit. Quod autem post dicit non quærit hoc. s. vtrum in transmutationibus substantialibus sic

Marginal notes: De intensione formarum. — Penes quid attenditur intēsio formæ secundum peripateticos. — Regula, q̄ sciturintēsio formæ. — Anti. c. 66 — Dilucidatio tex. eiusdem. — Cōmē 62

bus ſic aliqua ſimpliciter, aliqua ſecũdum quid, vt in proxima quæſtione fuit quæſitum. Sed quærit quare diſcens, cum fit ſciens, non dicitur ſimpliciter generari: aliquid autem cum fit planta, dicitur ſimpliciter fieri. patet igitur differentia quæſtionum, quia illa fuit preſſa, & ſolum in ſubſtãtialib⁹ transmutationibus, hæc eſt fuſa in omnibus entibus. Patet etiam expoſitio quæſtionis, quæ eſt. cur, cum, aliquid fit ſubſtantia, dicit ſimpliciter fieri: cum aliquid fit ſciens, nõ dicitur ſimpliciter fieri, ſed fieri aliquid ſ. ſciens. hæc eſt expoſitio quæſtionis, & ita ſimul expoſuit quæſtionem, & poſuit

Anti c. 63 differentiam inter quæſtiones.

Hæc autem, determinata ſunt prædicamentis. hæc enim, hoc aliquid ſignificant, hæc autem quale, hæc autem quantum. Quæcunque igitur non ſubſtantiam ſignificant, non dicuntur ſimpliciter generari, ſed ſecundum quid fieri. Sed tamẽ ſimiliter fieri in omnibus generatio quidem, ſecundum ea quæ in alio ordine, dicitur puta in ſubſtantia quidem, ſi ignis, ſed non, ſi terra. in qualitate autem, ſi ſciens, ſed non ſi neſciens.

Delucidatę c. eiuſdem. *Hæc autem determinata ſunt in prædicamentis. Nã hæc quidem hoc aliquid ſignificant. illa, vero quale, alia autem quantum. quæcunque igitur non ſubſtantiam ſignificant, non dicuntur ſimpliciter. ſed ſecundum quid generari. Verum non ſimiliter omnibus generatio quidem eſt ſecundum ea quæ in ordine altero dicuntur. vt in ſubſtantia quidem, ſi ignis. non autem ſi terra. in quali vero ſi ſciens, non autem aliquando ſi neſciens.*

Cõmẽ. 63

Soluit. q. per ea quæ in prædicamẽtis dicta ſunt. Ibi enim dixit eorum quæ ſunt, alia hoc aliquid ſignificare, alia vero quale, aut quantum, & id genus. Tunc ſoluit quod quæcunque hoc aliquid ſunt, ſimpliciter generari dicuntur, & hæc ſunt indiuidua ſubſtãtiæ vt dixit Auerroes hic paraphraſi. 20. Cætera autem ſecundum quid generari nuncupantur. Sed contra replicabis, tunc omnis ſubſtantia ſimpliciter generaretur, & ſic terra, cuius contrarium diximus. Itemque omne accidens ſecundum quid generabitur, quod etiam nõ eſt ita. Propter hæc ſubſcribit. verum non ſimiliter omnibus generatio quidem eſt, ſecundum ea quæ in altera coordinatione ſunt, hoc eſt nõ omnia inter ſe vnius coordinationis ſimpliciter gñantur. nã in ſubſtãna ignis ſimpliciter gñatur, non terra. In quali vero ſciens non aũt neſciẽs. quaſi velit ꝙ comparando ſubſtantiarum coordinationem ad illam accidentium, quodlibet coordinationis ſubſtantiæ ſimpliciter generatur reſpectu cuiuſlibet coordinationis accidentium. ſed comparãdo ea inter ſe vt ſubſtantias inter ſe, non quodlibet dicitur ſimpliciter generari. Nam in quali ipſum ſciens di-

RECO. citur ſimpliciter generari reſpectu neſcientis, quod valde ſecundum quid fit.

Soluit, & reperit ſolutionem, quam aſſignauit in prædicamentis, poſtea dicit quoddam commune vtriſque generationibus. Soluendo ergo dicit, quod in prædicamentis hæc quæſtio determinata eſt, vbi eſt dictum, quod quæ ſecũdum ſubſtantiam generantur, ſimpliciter generantur: quæ vero generantur ſecundum aliquod aliorum prædicamentorum, generãtur ſecundum quid vnde dicit. Hæc autem determinata ſunt prædicamentis, hoc eſt differentia prædicamentorum. nam prædicamentorum hæc ſignificant hoc aliquid ſcilicet. indiuidua ſubſtantiæ, & tunc illud quod dicitur fieri aliquid iſtorum, dicitur ſimpliciter fieri, quoniã ſubſtantia eſt hoc aliquid, hoc eſt ſimpliciter ens. Hæc autem prædicamentorum ſignificant quale, hæc autem quantum, quorum nullum eſt ens ſimpliciter, & ideo concludit. Quæconque igitur non ſubſtantiam ſignificant, non dicuntur ſimpliciter generari, ſed ſupple. ſi dicuntur generari, dicuntur ſecundum quid generari, & ita illud quod fit album, dicitur fieri album, non autem dicitur fieri: quod autem dicitur fieri homo, vel planta, dicitur fieri ſimpliciter. Deinde ſequuntur illa verba {Sed tamen ſimiliter fieri in omnibus} vbi ſecundum Alexandrum, & Philoponum ponit vnũ commune in omnibus prædicamentis, ſiue generentur ſimpliciter. ſiue ſecundum quid, & commune eſt, quod ea transmutatio quæ eſt ad terminum honoratiorem, ac nobiliorem per excellentiam dicitur generatio: quæ vero eſt ad terminum ignobiliorem, non generatio, dicitur ſed corruptio prioris formæ, & mutatio, vel tranſmutatio. verbi gratia. cum fit ignis ex terra, generatio dicitur ignis: cum vero ex igne fit terra, hæc tranſmutatio dicitur corruptio ignis non tamen dicitur generatio terræ, ſed dicitur mutatio, vel tranſmutatio ignis in terram. Similiter cum ex nigro fit mutatio in album, hæc dicitur mutatio, & dicitur generatio albi. Mutatio vero albi in nigrum, non dicitur nigri generatio, ſed albi corruptio, & mutatio albi in nigrum, hoc ergo eſt commune in omnibus prædicamentis, & hoc inquit. Sed tamen ſimiliter in omnibus ſ. tam in ſubſtãnjs, quam in accidentibus ipſum fieri ſecundum ea, vel comparata ad ea, quæ ſunt in alio ordine, ſcilicet eorum quæ ſunt ignobiliora, dicitur generatio. hoc eſt ipſum fieri rerum nobilium comparatione eorum, quæ ſunt in alio ordine ſcilicet ignobilium, dicitur generatio, vtpote in ſubſtãtia ſi generetur ignis ex terra, hæc tranſmutatio ſiue hoc fieri dicitur generatio: ſed nõ dicitur generatio, ſi ex igne fit terra: ſed dicitur corruptio ignis, & tranſmutatio ignis in terram. Similiter in accidentibus hoc eſt, vt in qualitate. Si ex inſcio fit ſciens, quod fit ſciens dicitur generari ſciens ſed ſi de ſciente fit neſciens, non dicitur fieri, ſed corrumpi ipſum ſciens, & mutari in neſciens. Simili ratione in cæteris generibus, & ſpeciebus. Hæc eſt expoſitio Alexandri, & Philoponi. Et ſi aliquando Ariſto. vtitur contratio, hoc eſt de licentia vtentium, proprie tamẽ ſemꝑ eſt dicendum, vt dictum eſt. Ex his patet. quod tranſlationes noſtræ, & codex græcus ſint corrupti. In quibus legitur {verum non ſimpliciter} & reliqua, quia textus eſt affirmatiuus apud codicem Alexandri & Philoponi.

De eo igitur quod eſt hæc ſimplicitur generari, hæc autem ſecundum quid, & vniuerſaliter in ſubſtantijs ipſis dictum eſt. & quod vt generatio continue ſit, cauſa vt materia, ſubiectum eſt, quoniam tranſmutatur in contraria. & eſt alterius generatio ſemper in ſubſtantijs, alterius corruptio, & alterius corruptio, alterius generatio. Anti.c.64

Dilucidatę.c. eiuſdem. *Propter quid quidẽ igitur hę quidẽ ſimpliciter generãtur. Illa vero non. & vniuerſaliter in ſubſtantijs ipſis, dictũ eſt propter quid gñationis eiuſmodi cõtinuo cauſa vt materia ſit ſubiectum, quoniam trãſmutabile in contraria. Et propter quid ſemper alterius generatio in ſubſtantijs eſt alterius corruptio, & corruptio alterius, generatio alterius.*

Epilogat omnia & inquit. Propter qd quidẽ igitur hæc quidem ſimpliciter generantur. Illa vero nõ. & vniuerſaliter in ſubſtantiis ſimpliciter generatio ſit, dictũ eſt Et propter qd generationis cõtinuo cauſa vt materia ſit ſubiectũ, ſubaudi dictum eſt: quoniã tranſmutabile in contraria, Et propter quid ſemꝑ alterius generatio in ſubſtãtiis eſt alterius corrupeio, & ecõtra. dictũ eſt. Hæc igitur ſunt q̃ dixit. Cõmẽ. 64

Epilogat omnia declarata breuibus, & primo quod dictũ ſit ꝙ aliqua ſimpliciter generãtur, & aliqua ſm qd, hoc eſt primum. Secundo eſt dictũ, vniuerſaliter in ſubſtãtiis, ꝙ cauſa vt materia vt generatio ſit cõtinue, & ſemꝑ eſt ſubiectum generationis, quoniam tale ſubiecto ſemper trãſmutaſ in contraria. ergo dicta eſt cauſa vt materia cur generatio eſt continua, & eſt hæc cauſa, quia ſubiectũ generationis ſemper tranſmutatur de vno cõtrario in aliud. Cum enim tranſmutatur de vno cõtrario in alterum, ideo ſemꝑ generatio alterius eſt, cum corrũpitur alterum. Secunda ratio fuit, quod in ſubſtãtiis ſemꝑ generatio vnius eſt corruptio alterius, & ecõtrario. corruptio vni⁹ eſt generatio alteri⁹. His duabus de cauſis non põt eſſe generatio ſine corruptione, nec corruptio ſine generatione, & ita generatio nũquã poteſt deficere penitus. Addit autem Ariſt. {in ſubſtantiis} quia (vt Philopon⁹ inquit) In accidẽtibus nõ oportet generationẽ vni⁹ eſſe corruptionẽ alteri⁹. nã generaſ ſciẽs, & nihil corrũpitur: generaſ aer luminoſus, & nihil corrũpiſ. RECO.

Anti.c.65 *At vero neque quærere oportet, quare generatur aliquid ſemper corruptis alijs. Quemadmodum enim & corrumpi hoc ſimpliciter inquiunt quando ad inſenſibile venit & non ens, ſimiliter & generari ex non ente inquiunt, quando ex inſenſibili. Siue igitur exiſtente aliquo ſubiecto, ſiue non, generatur ex non ente. quare ſimiliter, & generatur ex non ente, & corrũpitur in nõ ens.*

Dilucidate.c.eiuſdem *Verumtamen non quærere oportet quare peremptis ſemper quodpiam fit. Nam quemadmodum & corrumpi ſimpliciter dicunt quando ad inſenſibile itur & non ens, ſic & generari aiunt ex non ente, quando ex inſenſibili, ſiue igitur ſubiecto exiſtente aliquo, ſiue non, fit ex non ente. quare ſimiliter fit & ex non ente, & corrumpitur ad non ens.*

Cõmẽ.5 Nunc oſtendit quæ quæſtio non ſit quærenda apud veteres & inquit. Veruntamen non quærere oportet, quare peremptis ſemper quodpiam fit. hæc quæſtio non eſt quærenda apud veteres cuius cauſam ſubſcribit.d. Nam quemadmodum & corrumpi ſimpliciter dicunt. quando ad inſenſile itur & non ens, ſic & generari aiunt, ex non ente, quando ex inſenſibili. ſiue igitur ſubiecto exiſtente aliquo ente actu, ſiue non, fit omne quod fit ex non ente. Et ſic concludit ad mentem antiquorum, quare ſimiliter fit ex non ente, & corrumpitur ad non ens. Et ſic quæſtio quare aliquid ſimpliciter generatur & aliquid ſimpliciter corrumpitur, eſt nulla apud antiquos, quia apud eos tunc generari eſt ſimpliciter quando ad ſenſibile itur: corrumpi, quando ad inſenſibile.

RECO. Obſcure Philoponus exponit hunc locum, & nos in cõmentariis non acceſſimus ad verba, ex his tamen, quæ Philoponus dicit. Ariſto. ſoluit ad formam quæſtionis. Arguebatur enim, corruptio tranſit ad non ens. igitur cum generatio fiat ex corruptis, tandem corrupta deſinent, & ita generatio etiam tandem deſinet. Reſpondet, quod generatio fit ex corruptis, non tamen deficit, quia illa corrupta, ex quibus fit generatio, non penitus deficiunt quia nec corruptio fit ad non ens ſimpliciter, nec generatio fit ex non ente ſimpliciter. & ſic generatio non deficit, quia corrupta ex quibus fit, non ſimpliciter deſinunt, ſed deſinunt ad illa, quæ generantur, ex quibus poſſunt iterũ in ſpecie redire. & hoc dicit. At vero his materiam propoſitis, neque quærere oportet, quare generatur aliquid ſemper corruptis aliis: nam illa corrupta non ſimpliciter corrumpuntur. Confirmat hanc ſuã reſponſionem ex vſu multorum, qui ens & non ens ſenſibili & inſenſibili definiunt ergo ſicut illi concedunt generationem fieri ex non ente, quia ex inſenſibili, & corruptionem in non ens, quia ad inſenſibile. ita nos. ergo ſicut apud illos generatio nunquam deficit, licet fiat ex non ente, ſic apud nos nunquam deficit, licet fiat ex corruptis. vnde dicit. Quẽadmodum enim & corrumpi hoc ſimpliciter inquiunt, quando ad inſenſibile venit, & non ens, ſimiliter & generari ex non ente inquiunt, quando venit ex inſenſibili, & hoc dicunt, ſiue ſubiectum aliquid ſit ex quo fit generatio, ſiue nullum ſit ſubiectum, quare ſimiliter & nos dicimus quod aliquid generatur ex non ente, & corrumpitur in non ens. ergo ſicut apud eos hæc non ſunt abſurda, ita apud nos dixit, ſiue ſubiectum ſit, ſiue non ſit, quia nihil differt ad rationem, quia ſemper vniuerſum concedet ad æquale, nam ſecundum eos inſenſibile mutatur ad ſenſibile. & econtra, & ita nec generatio, nec corruptio deficit.

Anti.c.66 *Merito igitur, non deficit. generatio enim entis, eſt corruptio non entis: corruptio autem entis, generatio non entis.*

Dilucidate c.eiuſdem. *Merito igitur non deficit. Nam generatio corruptio non entis eſt. at corruptio generatio non entis.*

Cõmẽ.66 Ex his ab antiquis dictis concludit etiam veritatem ſuæ ſolutionis. & inquit. Merito igitur non deficit. ſubaudi generatio. Nam generatio corruptio non entis eſt. At corruptio generatio non entis. & ſic etiam apud antiquos veritas ſuæ ſolutionis patet.

Quia dixit non differre quoad rerum æqualitatem an ſubiectum ex quo fit, ſit ens, an non ens ſecundum opinionem eorum. ideo concludit. Merito igitur generatio non deficit. Cuius cauſam aſsignat ſecundum eos, quia generatio entis, eſt corruptio non entis & corruptio entis eſt generatio non entis. & ita licet quod generatur, generetur ex eo, quod corrumpitur ad non ens, quia tamen ex corruptione illius poteſt aliquid generari, quod iterum poteſt corrumpi, & econtrario, hac ratione nunquam deficit generatio neque corruptio. Tunc deficeret, quando aliquid corrumperetur ad nõ ens, & ex illo nihil poſſet generari, at vero quia aliquid ex illo corrupto generatur, ideo nunquam deficit generatio. RECO.

Sed hoc non ens ſimpliciter, quæret aliquis vtrum alterum contrariorum eſt. puta terra & graue non ens, ignis autem & leue ens, an non, ſed eſt, & terra ens, non ens autem materia terræ & ignis ſimiliter? Anti.c.67

Sed hoc non ens ſimpliciter, quæret aliquis. vtrum alterum ſit contrariorum? vt terra & graue, non ens. Ignis autem & leue ens? An non, ſed eſt & terra ens. non ens autem materia terræ; & ignis ſimiliter. Dilucidate.c.eiuſdem.

Quærit in opinione antiquorum ſecundum veritatem, nequis credat ipſum velle illam ſed hoc non ens ſimpliciter, quod antiqui vocitant inſenſibile. vtrum alterum ſit cõtrariorũ? vt terra & graue non ens. Ignis autem & leue ens Reſpondet an non, ſed eſt & terra ens, vt etiam ignis ipſe, non ens autem quod ſubaudi materia eſt ſecundum veritatem, eſt materia terræ & materia ignis ſimiliter. igitur illud non ens ex quo fit generatio eſt non ens in actu, quia nullum elementorum eſt. Cõmẽ.67

Cum dixit quod generatio fit ex non ente, & corruptio ex ente, & hoc dixit ſoluendo dubitationem, nunc quærit de ſimpliciter non ente ſecundum Philoponum quid ſignificat, & quid ſignificat ſimpliciter ens, vt vtrum dicamus terram non ens eſſe, ignem vero ens, ita vt ſemper alterũ contrariorum ſit ens, alterum non ens. Reſpondet, ſed eſt & terra ens, non ens autem materia terræ, in qua eſt priuatio formæ terræ, & quæ eſt terra in potentia & ignis ſimiliter eſt ens, & materia ignis, in qua eſt priuatio ignis, eſt non ens ſimpliciter, & ens in potentia ex non ente: ergo fit generatio, quatenus ex materia fit, quæ non eſt ens actu, ſed ens potentia. Sed dices, nunquam materia per ſe ſubſiſtit abſque forma. ergo ſemper quod generatur, generatur ex ente in actu. Reſpondet Philoponus, quod materia ſemper eſt in actu per aliquam formam, quia nunquam materia poteſt eſſe per ſe ſubſiſtens abſque forma, attamen quod fit, fit ex ente in actu, nõ quo eſt ens, in actu, ſed quo in eo eſt materia, quæ eſt potentia illud quod fit. Cum enim ignis fit ex terra, terra non mutatur in ignem, ſed ignis fit ex terra, in quantum in terra eſt materia quæ eſt potentia ignis. Huius exemplum ponit Alexander. ſi ſtatuæ mutentur abinuicẽ, & vna ex alia fieret, non diceretur alteram fieri ex altera, niſi quo in altera eſſet æs, ex quo per ſe fieret. nam licet non fieret ex ære per ſe ſubſiſtẽte, quia non datur, diceretur fieri ex ære, quo fit ſtatua, in qua eſt æs. ita in ꝑpoſito, licet q generatur, non generetur ex materia per ſe ſubſiſtente, qa non datur, cum ſemper ſit cum forma: tamen dicitur fieri ex materia, quatenus quod generatur, fit ex ente in quo eſt materia, & ſic quod fit, ſemper fit ex materia cum aliquo exiſtente. ergo quod generatur fit ex materia. quia vero non datur materia ſine forma, dicitur fieri ex ente in actu. Hæc Alexander, & Philoponus. RECO.

Et an alia vtriuſque materia an non vtique fierent ex ſeinuicem, neque ex contrarijs (his enim exiſtunt cõtraria, igni, terræ, aquæ, & aeri) an eſt quidem aliquo modo eadem, & aliquo modo alia? quod enim quandoq; exiſtens ſubijcitur, id idem eſt, eſſe autem non idem. De his igitur, in tantum dictum ſit. Anti.c.68

Et vtiq; altera vtriuſq; materia? aut nõ generatẽ ex Dilucidate c.eiuſdem.

inuicem

inuicē neq; ex cōtrarijs; nā hæc existunt contraria ignis & terra, aqua & aer. An est quidem ut eadem. est aūt ut altera. Inquantum enim quod subijcitur est ens, eadē est secundum esse uero, non eadem de his quidem igitur in tantum sit dictum.

Cōmē 61

Petit secundo si secūdum ueritatem materia est ens in potentia & non in actu utrum sit una contrariorum vt terræ, & ignis, aut non est vna, quia non generantur ex inuicem, nec ex cōtrarijs: nam hæc existunt contraria ignis & terra aqua & aer. Est igitur quæstio. si materia sit alia ab vtrisque, vtrum sit vna omnium, vel altera, & si altera, tunc generatio non erit ex inuicem, nec vnum contrarium ex altero, quia vnum contrarium non recipit alterum. Respondet an est quidam vt eadem, est autem vt altera Inquantum enim subijcitur ens, est vna & eadem. secundū vero esse est altera.

De causis perpetuæ generationis.

Quod Auerr. sic intelligit materiam esse vnam subiecto, plures tamen potentijs & habilitatibus. epilogat, & patet. Sed circa hæc quærunt. vtrum principium perpetuæ generationis sit materia. Respondent quidam quod sic sed vnde materia habeat illud, assignant duas causas. Prima est, quia essentiale est materiæ esse in potentia igitur semper ex ea possunt formæ educi, sed generatio continuatur per eductionem formarum. quare materia est causa perpetuæ generationis vt est essentialiter in potentia. Secunda est, quia materia est ingenerabilis & incorruptibilis igitur cum nunquam deficiat, potest continuare generationem.

Sed cōtra hæc obijcit Egidius. Primo contra primā, quia quodlibet vt videtur, separari potest ab eo quod non est de ratione eius quare cum esse in potentia sit essentiale materiæ, & esse in actu sit accidentale, potest materia separari a forma & sic remanere nuda, & ita non esse causa generationis. Secundo contra secundam, quia dato quod materia esset corruptibilis adhuc saluaretur perpetua generatio, quia si materia generaretur, haberet materiam, & illa materia aliam, materiam, & sic in infinitum nunquā generatio deficeret. Ambæ itaque videntur oppositum concludere. propter hæc aliter ipse breuibus probat, quæ omitto. Videtur tamē mihi rationes hasce valere. Vbi animaduertendum primo vt ab Arist. colligimus supra, esse in potentia intelligi quando secundō quid acto est, secundum quid restat haberi, quomodo diximus continuum esse diuisibile secundum omne signum in potentia, quia semper diuidendum, quod est diuisum. Et causa est quia esse in potentia non est nisi propter actum, quando quidem actus est essendi principium Ex hoc valet prima ratio, quia enim materia est essentialiter in potentia, semper est partim in actu, & partim in potentia. igitur nunquam deficit generatio. Tunc ad rationem dicerem, omne prius separari posse a suo posteriori, quando illud prius esset in actu, sed in priori secundum potentiam falsum est, quando quidē ens in potentia sit secundum quid in actu, secundum quid in potentia Secundo animaduerte quod vtroque modo materia existente, generatio nō deficit. vbi enim materia esset corruptibilis, proculdubio generatio erit semper ad bonum sensum. Vt argumentum Egidij ostendit. vbi est incorruptibilis, cum non possit esse absque forma, iterum semper generatio erit. Verum potius ex materiæ perpetuitate concludit generationis perpetuitas. quam ex illius corruptibilitate, quia materiam esse perpetuam causam esse dicimus ostensiuam, sed ipsum esse corruptibilem est causa per impossibile, quod fortasse non ab omnibus eodem modo diceretur, forrassis dicerent materiam desinere per annihilationem At vbi perpetua sit, nihil dici potest. vnde sit generatio perpetua, & quo modo, posterius dicetur.

Vtrū quod generatur fiat ex ente in Potētia.

Quærunt secūdo. vtrum omne quod generatur, ex ente in potētia fiat. quidam & subtiliter dicunt generationem vt prouentum ex ente in potentia fieri, vt motū ex ente in actu. Sed contra hæc arguit Egidius quia in omni motu oportet præesse ens in potentia. igitur etiam inquantū motus, est ex ente in potentia Secundo Auerro in primo de substātia orbis. tex. com. mei. 9. inquit. Similiter aūt inuenitur posse præcedere esse & reliqua Propter hæc tenet Egidius aliter, & dicit primo quod de ratione motus est habere subiectum aliquo modo in actu, aliquo modo in potētia. In actu quidē, in quantum est accidēs, quando quidem omne accidens fundatur in ente in actu secundo de anima commen 4. In potētia vero, inquantum motus. Dicit secundo, quod licet hæc ambo sint de ratione motus. primo & principaliter de ratione eius est habere subiectum in potentia, vt patet per definitionem eius 3. physico. commen. 6. motus est actus entis in potentia in eo quod in potentia. Hinc patet quod generatio vt motus est, etiam requirit ens in potentia. & sic vtroq; modo generatio est ex ente in potentia, tam vt generatio, quam vt motus. Dicit tertio, quod generatio vt forma generata est, nec est ex priuatione per se, nec ex ente in actu per se. Ex priuatione quidem non, quia priuatio non manet. Ex ente vero in actu non, quia nec illud manet. fit igitur per se ex ente in potentia. per accidens vero ex ente in actu, & nō ente siue priuatione, nec valet. igitur potest non fieri ex illis quia vt dicit Auerroes primo physico. commen. 68. aliquod est per accidens necessario. Hæc tenet. Egidius, & multi alij cum eo: Sed contra hæc dubitarem. primo contra duo dicta nam Auer. primū physico. commen 63. inter transmutationem essentialem & accidentalem talem designat differentiā quod substantialis est entis in potentia. accidentalis entis in actu. idem & in libro primo de substantiā orbis. textu mei. commen. 12 Hæc contra primum. Contra secundū vero, quia illud vr̄ magis de ratione alicuius, quod magis essentiale est, sed essentiale est motui in esse corpori, & corpus est ens in actu. igit essentialius est motui habere subiectō in actu.

Secundo illud videtur essentialius alicui, quod est prius, sed esse in actu & esse in potentia sic se habent, quod esse in actu est prius quam esse in potentia. vt. 9. metaphysi. igit essentialius erit motui esse entis in actu Tertio essentialius, est, per quod differt ab alio non ipso, vt dicit Porphyrius. sed motus differt a generatione, quia est entis in actu. igitur illud est sibi essentialius Contra tertium autem. Primo, quia termini sunt de ratione motus vel transmutationis, nō minus quam subiectum 5. physic. Secundo, illud est de ratione alicuius, sine quo illud intelligi nō potest, sed sine priuatione generatio minime intelligitur. igitur priuatio est de rōne generationis Propter hæc animaduertendum primo quod motus & generatio requirunt ens in actu, & requirunt ens in potentia. generatio quidem requirit ens in potentia primo & per se formaliter tāquam de eius ratione, ens in actu concomitanter, tanquam de extrinseca ratione illius Motus vero ens in acto requirit, vt de ratione eius intrinseca & formali. At ens in potentia vt concomitans & tanquam de ratione extrinseca. Hæc ex Auerroe colligi possunt. 5. physico commen. 8. & hoc modo intelligunt illi, quos incusauit Egidius. Et nunc ad argumenta Egidij. Ad primum soluitur quod in omni motu præest subiectum in potentia, vt concomitans ratioque extrinseca, & similiter ad secundū. Ad aliud dico quod licet motus definiatur per ens in potentia, definitur etiam per ens in actu. nam est actus entis in actu secundū quod in potentia non vt illa particula secundum quod etiā dicit rationem formalem, sed cōcomitantem, quo modo dicimus, homo inquantū currit, mouetur, vbi nec cursus, nec motus sunt de ratione hominis. Vlterius animaduerte. quod motus & generatio possunt considerari vt viæ, & vt formæ 5. physico. commen. 9. Si generatio consideratur vt via, est ex priuatione per se ad formam per se. cōcomitanter vero ex ente in actu, quod desinit. & motus vt via de positiuo in positiuum primo, per accidens & concomitanter de priuatione, vt formæ vero sic primo sunt ex subiecto, generatio quidem ente in potentia. Motus vero, ente in actu. Et per hæc soluuntur rationes Egidij. vt patet. Hæc mihi videntur magis ad rationem Aristotelis.

Quia dixit ignem fieri ex terra, quatenus fit ex materia, quæ non est sine forma terræ, & terram fieri ex igne, quatenus fit ea materia, quæ nō est sine forma ignis, quærit subsequēter nūc, si vtriusque illorum scilicet terræ & ignis, quorū meminit, altera sit materia, ita vt altera sit terræ, altera ignis Respondet ad partem negatiuam. & dicit. Si esset supple altera alterius, ad non vtique fierent ex se inuicē, neque ex contrarijs aliquid fieri posset, modo cum his scilicet igni terræ, aquæ, & aeri insint cōtraria, hæc non possent ex inuicem

uicem fieri. Causa autem est, quia contraria fieri non possunt ab inuicem nisi vtriusque sit vnum & idem commune subiectum, vt ex definitione contrariorum patet. Et quia superius dixit materiam alterius esse quodam modo alteram, & quodam modo eandem, exponit nunc quo modo materia contrariorum sit eadem, & quomodo altera & dicit. An est aliquo modo quidem eadem, & aliquo modo alia, quia (vt inquit) quod quandoque existens subijcitur, id idem est, & sic vtriusque materia est eadem subiecto, esse autem & ratione non idem. Vt enim Philoponus exponit, materia est eadem & vna omnium secundum ipsius naturam, quia ad omnia similem aptitudinem habet. cum vero esse & subsistētia ipsi semper cum aliqua sit forma, hac ratione non eadem erit materia omnibus secundum formam & subsistentiam. & sic secundum subiectum est eadem omnibus, secundum rationem altera. sed quia de his alibi dixit (inquit) De his igitur in tantum dictum sit.

Anti.c.69 *De generatione autem & alteratione, quid differūt, dicamus. dicimus enim has esse alteras transmutationes abinuicem.*

Dilucidatæ c. eiusdem. *De generatione vero & alteratione dicamus propter quid differūt. Dicim^9 .n. has alteras esse trāsmutationes.*

Cōmē 69. Nunc secundum promissum absoluit, quo modo videlicet differat alteratio a generatione. hinc patebit alteratio qd sit. Causa autem intentionis est. Primo, quia alteratio ordinatur in generationē tāquam in finem. Secūdo, quia generatio est in formam. forma autem est vti qualitas, vt dicitur. 5. meta modo ad qualitatem est alteratio, quare maiorē habet alteratio cum generatione conuenientiam quam alij motus Tertio, quia veteres generationem & alterationem fecerunt idem, proponit intentionem. & inquit. De generatione vero & alteratione, dicamus propter quid differunt. Sed dices. nō potest quæri propter quid, nisi soluto ipso qa. Respondet. dicimus enim has alteras esse transmutationes, RECO. quare cū ipsas differre per se pareat, consequens est, vt quæramus propter quid Et in quibus differunt.

Vt Philoponus inquit quo differat generatio ab alteratione, breuibus ab Arist. ante dictum est: verum nunc resumēs iterum in ordine de ipsis dicit. Cum enim dixisset quæcūq; de generatione oportebat inquirere, & quid sit, & si est omnino, & ex quib, & vnde generentur, quę generantur, & cur nō deficiat generatio: facile nunc querit quo differat ab alijs mutationibus, & primo ab alteratione, propter causas assignatas in commentarijs.

Anti.c.70 *Quoniam igitur est aliquid subiectum, & aliud passio, quæ de subiecto nata est dici, & est transmutatio vtriusque horum.*

Dilucidatea. cōm. eiusdem. *Cum igitur subiectū sit aliquid: alterumque passio, quæ de subiecto ipso dici apta est. erit & horum vtriusque transmutatio.*

Cōmē. 70 Ad intentū exequēdū præmittit tam subiecti, quā passionis transmutationem esse, licet modo alio, quia subiecti vt illius in quo. passionis vt in quod. inquit. Cum igitur subiectū sit aliquid, alterūque passio, quæ de subiecto ipso dici apta est RECO. erit & horum vtriusque transmutatio. Hæc est suppositio.

Aristoteles ergo nūc exequit, & præmittit duas suppositiones. Quarum prima est, q̃ subiectū sit aliquid i significās substantiam, & aliud passio, que de subiecto est nata dici, hoc est, quæ est accidens, nec probat hanc suppositionem. Sed tā quam sensibus manifestam accipit. Secunda vero suppositio est, quod trāsmutatio vt termini ad quem, sit vtriusque horum, vt exponit Alexander. nā contingit subiectum transmutari de non esse ad esse: & de esse, ad non esse & contingit etiam eius accidēs transmutari de esse ad non esse, & de Anti.c.71 non esse ad esse. Hæc secunda suppositio minime probatur, sed, vt per se notam supponit.

Alteratio quidem igitur est, quando manente subiecto sensibili existente, transmutatur in eius passionibus, aut contrarijs, aut medijs. vt corpus sanum est, & rursus laborat manēs idem, & æs, quandoque rotundum, quandoque autem angulare, idem existens.

Alteratio quidem igitur est; quando subiectum manens sensibile ens, in ipsius passionibus, aut cōtrarijs existentibus aut medijs transmutatur. vtpote quando corpus conualescit atque manens idem iterum dolet. Et æs rotundum, quando idem manens acuitur. Dilucidatæ c. eiusdem. Cōmē. 71

Nunc alterationem ipsam definit, & vult quod alteratio sit transmutatio in passionibus vel contrarijs, vel medijs subiecto ipso manente eodem ad sensum In passionibus, vt aliquando aliquod corpus de sanitate in dolorem ipsum trāsmutatur. In contrarijs vt si lignum de calido transmutatur in frigidum. In medijs vt si paries de viridi rubeus fit. In omnibus autē his subiecta eadem manēt ad sensum. Sed dices, mutato sensibili, mutatur & sensus. igitur si subiectū mutatur in his, erit non manens idem sensibile. Auerroes intelligit subiectum manere idem in actu, hoc est secundum formam. Et sic per sensibile intelligit ens in actu & essentiale. Hoc autem saltem per accidēs sensibile est, quia omne cōpositū certas detinet qualitates sensibiles, licet in alijs alteret quibus sentiatur. Subiectum vero generationis, nec per se, nec per accidens est sensibile vt materia prima vt dicemus.

His duabus suppositionibus stantibus, concludit differen- RECO. tiam. nam cū transmutatio sit subiecti, & passionis vtriusq;, vt termini, ea mutatio quæ est subiecti de non esse ad esse generatio est, quæ vero est passionis, est alteratio & hoc inqt. Alteratio quidē igitur est, quando manente subiecto sensibili, ipsum subiectū trāsmutatur in eius passionibus, dico passionibus, aut contrarijs, aut medijs Cuius exempla ponit, cū dicit, vt corpus sanū est, & rursus mutatur ad laborās siue ad ægrum, manens idē, hoc dicitur alterari. & æs, quandoq; rotundum, quandoq; autem angulare, idē existēs, etiā alterari dicitur. Quod vero ad verba attinet, Aristote. addidit {Manente subiecto sensibili} quia vt Philoponus inquit, & est notatum in commentarijs Aristo. per sensibile subiectū, intelligit subiectum in actu, quod additum est ad differentiā materiæ, quæ licet maneat eadem in generatione, tamen nō manet eadem secundum actum specificatū, vt dicit Philoponus. dixit etiam {in eius passionibus} hoc est in his passionibus, quæ cōtinentur in subiecto absolute (vt Philoponus dicit) & hoc ad differentiam eius variationis, quæ est in passionibus, quæ sunt ad aliud. Colūna enim si mutetur de dextro in sinistrum, hæc quidem mutatio est: non tamen alteratio. nō enim fuit mutatio in passionibus, que sunt in ipso. vnde cum seruus fit dominus, non alteratur, nec cū dominus fit seruus. vel vt Philoponus dicit. Arist. dixit hoc, propter passiones communes generato, & corrupto. Cum enim mutatur aer in aquam, remanet diaphanum, quæ est passio cōmunis vtriusq; dato ergo q̃ non mutetur in his, modo mutetur in ꝓprijs passionibus, alteratio est. ideo dixit in eius passionibus: quia siue subiectum mutetur in communibus passionibus, siue non, alteratio esse potest. Cum vero dixit {in cōtrarijs aut medijs} intelligit in contrarijs passionibus alterationē fieri p se: in medijs vero, quaten^9 in eis est ratio contrarij. Fuscū enim q̃ participat albo & nigro, cū mutatur in nigrum, mutatur non quatenus participat nigrum, sed quatenus albo participat. Hæc ex Philoponi commentarijs. Anti.c.70

Quando autē totū transmutatur, non manente aliquo sensibili, vt subiecto eodem, sed quasi ex semine toto sanguis, aut ex aqua aer, aut ex aere toto aqua, generatio iam hoc tale, huius autem corruptio.

Cum vero totū transmutatur, nullo sensibili manente tanquam subiectę eodem, sed veluti ex stirpe tota sanguis, vel ex aqua aer, vel ex aere toto aqua: eiusmodi generatio erit vtique. Illius vero corruptio. Dilucidatæ c. eiusdem.

Nunc quid generatio sit quasi per locū a contrario adijcit. dicens. Cū vero totū transmutatur, nullo sensibili manē- Cōmē. 71 te, tanquam subiecto codē Sed veluti ex stirpe tota sanguis vel ex aqua aer, vel ex aere toto aqua, eiusmodi generatio erit vtique. Illius vero corruptio, quia generatio corruptio circa idē sunt. Animaduerte quod stirps græce est gone, qd etiā latine fætus, siue semen humanū est. sed qm ex sanguine fit semē, ex stirpe & herba sanguis. trāstuli ex stirpe. Qūo hæc definitio intelligenda sit, in dubitationibus tractabitur.

Dixi

RECO. Dixit transmutationem esse tam subiecti, quam passionis. In secunda suppositione, ideo conclusit, quod cum trãsmutatio est passionis tantum, est alteratio: nunc dicit, quod cum transmutatio fuerit subiecti, erit huius generatio alterius corruptio. vnde dicit. Quando autem totum scilicet subiectum transmutatur non manente aliquo sensibili, vt eodem subiecto sed mutetur adeo quod ex semine toto fiat sanguis, aut ex aqua tota fiat aer, aut ex aere toto fiat aqua. hæc transmutatio siue hoc tale mutari erit generatio: huius autem corruptio. Quod vero ad verba attinet Philoponus per totum, intelligit aliquid secundum substantiã, ideo generatio fit, cum nihil substantiæ permanet in actu tãquã subiectum. per totum siue omne intelligit vniuersaliter secundum substantiam. Ergo est sensus, cum totum, hoc est, cum vniuersaliter substantia, & hoc aliquid mutatur, nullo sensibili, hoc est nulla substantia in actu remanente, vt eodem subiecto, tunc hæc mutatio est vnius generatio, alterius corruptio. Et per semen intelligit genitutam animalem, quæ primo in vtero mutatur in sanguinem, quam in fætum, vel in animal.

Anti. c. 73 *Maxime autem, si transmutatio fiat ex insensibili in sensibile aut tactu. aut omnibus sensibus. puta quando aqua generatur, aut corrumpitur in aerem, aer enim valde insensibilis est.*

Dilucidate c. eiusdem *Maxime autem iam mutatio fit, ex insensibili ad sensile, aut tactu, aut sensibus omnibus. Vtpote quãdo aqua fit, aut corrumpitur in aerem. Aer enim mitis, insensibilis est.*

Cõmẽ. 73 Docet ex dictis quæ generatio maxima sit, & ab omnibus accepta. & inquit: Maxime autem iam mutatio fit ex insensili ad sensile. dico sensile, aut tactu, aut sensibus omnibus. vtpote quando aqua fit. aut corrumpitur in aerem. Aer. n. mitis subaudi manẽs, insensilis est propter eius mites ac lenes qualitates, quare dum aqua ex aere fit, generatio erit maxima. At cõtra ex aqua aer dum fit, generatio erit latẽs. Verbum mitis græce est epieices, latine, tum mitis, tum æquus, tum mansuetus qualis aer est, propter qualitates non in excessu actiuas, maxime ad nos, quia in illis assueuimus.

RECO. Docet nunc cõsequenter, quid maxime videatur gñari, nõ (vt Phil. inquit) ꝙ gñatio tunc potissimũ sit, cum vẽ, sed ꝙ videatur, multis ipsa esse generatio. & dicit. Maxime aũt est huius generatio, illius vero corruptio, si transmutatio fiat ex insensibili ad sensibile, dico sensibile, aut tactu, sicut sunt solida, vt terra, aut sicut sunt maximã tactui passionem inferentia, vt ignis, aut omnibus sensibus quibuscunque vt visu, veluti solida colorata. Cum enim aqua corrumpitur in aerem maxima transmutatio est, quia aqua est valde sensibilis tactu: aer vero quasi nobis assuetus, vix sentitur. intelligit ergo hanc maximam esse secundũ apparẽtiã & quia multis maxima videntur.

Anti. c. 74 *In his autem si aliqua manet passio eadem contrarietatis in generato & corrupto, puta quando ex aere aqua, si ambo transparentia aut frigida, non oportet huius alteram passionen esse in quam transmutatur.*

Dilucidate c. eiusdem. *In his vero, si qua manet passio eadem in contrarietate quæ est inter generatum & corruptum, veluti dũ ex aere aqua, Si ambo transparentes vel humecti sint, non oportet talis alteram esse passionem ab ea in quam transmutatur.*

Cõmẽ 74 Recentiores videntur velle Arist. nunc petere an vna met qualitas in generato & corrupto permaneat. Et volũt quod saluat in aliquibus quod sic, vt illæ manent quæ greece symbolæ dicuntur. veluti trãsparentia, quæ græce diaphaneitas dicitur, & humor. Mihi autẽ pace horum videtur expositionem hanc græcis verbis non facere. Propterea videtur Aristot. probare quod nulla eadem numero affectio manet sub vtroque termino generationis. Immo net ipsæ symbolæ, vt nec diaphaneitas, nec humor. Et arguit sic. Si manerent eædem, tunc illa passio ex qua trãsmutatur, & illa in quam, essent vna. & sic transmutatio esset de eodem in idem inquit. In his vero. si qua manet passio eadem in contrarietate quæ est inter generatum & corruptũ veluti dum ex aere aqua fit. si ambo transparentes vel humecti sint, dat inconueniẽs d. non oportet talis corporis geniti vt aquæ alteram esse passionem ab ea in quam transmutatur. & sic transmutatio esset ab eodem in idem. sed vtrum hoc sit verum, posterius disputabimus. Ecce quomodo textus est syllogisticus, & non responsiuus.

Aristo. (vt placet Philopono) soluit dubitationem, vbi supponit in corruptione aeris, cum corrumpitur in aquã, diaphanum remanere idem specificatum in materia sub vtroque termino, tunc dubitat si mutatio, quæ circa idem subiectum specificatum est alteratio, vt dictum est, & in mutatione, quæ fit ex aere in aquam manet idem diaphanum spetificatum. Mutatio vero secundum calidum & frigidum fit ergo mutatio aeris in aquam erit alteratio, quoniam fit circa subiectum specificatum, scilicet circa diaphanum in actu, quod remanet in materia sub vtroque termino. Respondet Aristo. quod ea inter quæ fit mutatio, oportet vt sint ipsius diaphani specificati vt subiecti per se. vnde oportet, vt frigidum siue forma aquæ remaneat illius diaphani, vt per se subiecti, & forma præcedens fuerit illius, vt subiecti specificati etiam per se. Non sic est in casu. nam forma aquæ remanet cum diaphano per accidens, pro quãtoꝗ eidẽ accidunt, vt caluum & album in Socrate. Ad formam ergo dico, quod non sufficit vt permaneat aliquid specificatũ sed oportet, vt permaneat idem specificatum, vt per se subiectum, cuius est mutatio. Modo diaphanum specificatum quod permanet, non manet, vt subiectum pars frigidi, ꝙ accipitur vt forma aquæ. Dicit ergo Arist. in his autem si aliqua passio, manet eadem sub contrarietate, quæ est in generato & corrupto. verbi causa. quãdo ex aere fit aqua, si ambo sint diaphana, siue transparencia, aut si ambo sint humida maneat dico idẽ diaphanum specificatum, vel idem humidum specificatum sub eadem contrarietate, vtpote sub frigido, postquam fuit calidum, dico quod non oportet huius. s. diaphani specificati, vt subiecti per se esse alterã passionẽ. s. frigidum, in q̃ passionẽ trãsmutatᷓ siue fit trãsmutatio. ergo non est alteratio, quia ad hoc vt sit alteratio requiritur, vt idem subiectum specificatum maneat, ut per se subiectum eius, cuius est transmutatio. Quod vero ad verba attinet, Aristo. penutia nominum vtitur frigido pro forma aquæ, & calido pro forma aeris. tamẽ reuera hæc sunt accidentia, sed per se ipsa nominamus substantias Cum vero dixit, trãsparentia aut frigida, græcus codex est corruptus, vel vt Philoponꝰ dicit, vtitur, vt exẽplo. Vel fortasse verbum illud transparentia accipitur, vt cõe aeri & aquæ. verbum frigida accipitur, vt commune aliis elementis scilicet, terræ & aquæ. tutius autẽ dico. ꝙ legi debet humida.

Si autem non, erit alteratio. v. g. musicus homo, corruptus est, homo autem immusicus generatus est, homo autem manet idem. Si igitur huius passio non esset secundũ se musica & immusica, huius quidem esset generatio, huius autem corruptio, nunc autem passio, hęc manentis. Ideo hominis quidem hæc est alteratio hominis autem musici & hominis immusici generatio & corruptio. ideo est alteratio secundum talia. Ant. c 75. & 76.

Si vero non erit alteratio, vt si musicus homo corrũpatur, generetur autem immusicus homo, homo subiectum erit idem, Si quidem igitur huius non passio per se sit musica & immusica, huius quidem generatio vtiq; erit. illius vero corruptio Verum quia hominis hæ passiones sunt, hominis musici, & immusici hominis, generatio & corruptio erunt. Nunc vero cum passio hæc subiecti sit manẽtis, propterea alteratio secũdũ talia est. Dilucidate c. eiusdem.

Arguit ad oppositum, si non manet eadem passio in generatione. tũc gñatio erit alteratio, quia alteratio, est mutatio de affectione in affectionẽ. Tota igitur dubitatio sic cõponitur vel manet eadẽ passio aliqua vel non. Si sic, tunc esset transmutatio de eadem in idem. Si non manet eadẽ. tunc erit mutatio de affectione inaffectionem igitur alteratio inquit. vero non. subaudi manet eadem passio, tunc alteratio erit gñatio ipsa, vt si musicus hõ corrũpatᷓ: getur Cõmẽ. 75

aut etiā homo immusicus, homo subiectū erit idem. igitur alteratio. Nec hæc latini intelligere possunt.

Soluit quæstionem Arist. & eius solutio consistit in hoc, quod alteratio & generatio sola differentia subiecti differunt. nam quando subiectum manet sub vtroque termino alteratio est. quando subiectum non manet in actu, est generatio. Tunc patet quod siue qualitas aliqua maneat, siue non, non propterea generatio tollitur, quia non propter terminos est principalis differentia: sed propter subiectum. inquit. Siquidem igitur huius non passio per se sit, sed forma substantialis musica & immusica. huius quidem generatio vtique erit: Illius vero corruptio, quia in isto casu propter formæ substantialis euariationem subiectum variaretur de esse in esse. verum quia hominis hæ passiones & accidentia sunt, generatio & corruptio erunt, nō hominis simpliciter, sed musici & immusici hominis, & sic ẽm quid, subiecto ipso manente eodem. Concludit solutionem ad materiam. & inquit. Nunc vero cum passio hæc sit manentis. subaudi subiecti, propterea alteratio secundum talia est. Siue igitur maneat eadem qualitas, siue non, patet generationem differre ab alteratione. Et sic potest concedi generationem effici qualitate manēte vna in vtroque & qualitate nō manente, quoniam non penes effectiones, sed subiecta differunt primo & principaliter. Ecce quomodo recentiores textum hunc non perceperunt.

RECO. In commentarijs legimus hos textus diuisos, verūtamē possunt legi seorsum ẽm Philoponum ideo, cui placet prima expositio, legat hos diuisos, cui placet expositio Philoponi, legat insimul Probat ergo solutionē, & dicit: Si aūt nō sic (vt dictum est) sed diaphanum manet, vt subiectum per se & frigidum acquiritur vt passio illius, tunc manebit vt subiectum per se illius passionis, cuius est transmutatio. ergo illa generatio aquæ ex aere erit alteratio. Exponit hoc per exēplū, & ponit per casum ꝙ homo musicus corrumpatur, & homo immusicus fiat de nouo, certum est in hac mutatione ꝙ homo manet idem. Tūc argumentatur, si igitur huius hominis permanentis musica & immusica non essent passiones. Tunc sequeretur ꝙ quando homo musicus fieret homo immusicus, esset simpliciter generatio vnius & corruptio alterius; quia generatio immusicæ & corruptio musicæ, quæ immusica non acquireretur vt passio hominis subiecti remanentis, quod est absurdum. Non enim transitus de accidente ad accidens est generatio vnius & corruptio alterius: at quia hæc scilicet immusica est passio manentis scilicet hominis, ideo hominis quidem hæc est alteratio, hominis autē musici. & immusici generatio & corruptio secundum quid. ideo est alteratio secundū talia & tota causa est, quia subiectum manet idē vt illius passionis per se subiectum, & illa passio acquiritur vt passio illius subiecti. transitus ergo de musica ad immusicā est generatio & corruptio secūdū quid, & simpliciter alteratur, quia manet idem subiectum, vt per se subiectum eius passionis, quæ fit, quia vero in transmutatione aquæ ex aere non manet diaphanum, vt per se subiectum frigidi, quod est forma aquæ. ideo hæc non est alteratio, sed simpliciter corruptio aeris, & generatio aquæ. Quod vero ad verba attinet, debes scire verba illa { Nunc autem passio hæc manentis } leguntur in codice græco transpositē, sed debent legi, vt nos scripsimus. & sic verba videntur clariora, licet textus isti fuerunt mihi penitus obscuri verbū illud { passio } cum dicitur ideo hominis quidē hæc est passio, corrupte legitur, & sic bene legitur, intelligatur pro alteratione, vt patet. Animaduerte quod Philoponus respōdet primo ad hanc dubitationem, quod non sufficit alterationi, vt manet idem specificatum, sed est necessarium vt illud, cuius est trāsmutatio sit passio subiecti, in quo est trāsmutatio, tuodo frigidum cuius est transmutatio, nō est passio diaphani, sed frigidū & diaphanum eidem subiecto accidunt. s. materiæ, & ideo coniunguntur per accidēs. Secūdo dicit, ꝙ non est verū ꝙ idem diaphanū præcise ꝑmaneat sub vtraq; cōtrarietate, nec eadem humiditas, nam in aere humidū erat intensius, in aqua remissius, & sic nō manet ꝑcise idem subiectum eodem modo specificatū Tertio dicit, ꝙ tota humiditas aeris numero corrumpitur, & alia de nouo generatur, manet tamen eadem specie. Quarto dicit, ꝙ non manet eadem humiditas specie in aere & aqua, sed genere, quia differunt illæ specie. nec manet eadem diaphanitas specie, & sic multiplex est solutio.

Antix.c.77

Quando igitur secundum quantum est transmutatio contrarietatis augmentatio est & diminutio. quando autem secundum locum, latio. quando vero secundum passionem & quale, alteratio quando autem nihil manet cuius altera passio est & accidens, vniuersaliter generatio, huius autem corruptio.

Dilucida te.c. eiusdem.

Quando quidem igitur secundum quantum inter cōtraria est mutatio. auctio, & imminutio sunt. Quando vero secundum locum, latio. quando secundum passionē & quale, alteratio. quando vero nihil manet eius, cuius alterum passio sit, aut accidens omnino, generatio est hæc. illa autem corruptio.

Nunc vero quasi exemplariter differentiam tactam declarat Et eius sermo perspicuus est. Cōmē. 77

Secūdum Philoponum Arist. remouet vnam tacitā dubitationē, quis posset dubitare, vtrū omnis mutatio, quæ est secundum accidens sit alteratio, ideo respondet. d. Quādo vero ẽm quantum est transmutatio contrarietatis, augmentatio est & diminutio, contrarietas in quanto est magnum & paruum, vt patet in prædicamentis. Quādo aūt mutatio contrarietatis est secundū locum, est latio, siue motus localis est autem contrarietas in loco sursum & deorsū Quando vero secundum passionem & qualē, est cōtrarietatis mutatio, est alteratio. Quando autē nihil, hoc est nullū subiectum specificatum manet, cuius altera passio sit & accidens, nunc omnino est generatio vnius huius autem corruptio patet ergo non omnem mutationem, quæ secundū accidens est, esse alterationem. RECO.

Anti.c.78

Est autem materia, maxime quidem & proprie subiectum generationis & corruptionis susceptibile. modo autem aliquo, & idem alijs transmutationibus quoniam omnia subiecta, susceptiua sunt contrarietatum aliquarum. De generatione igitur siue est, siue non, & quomodo est, & de alteratione, determinatū sit hoc mō.

Dilucida te.c. eiusdem.

Est autē materia maxime quidē & principaliter subiectū generationis & corruptionis susceptiuum. Modo aūt quodam & aliarum trāsmutationū; Quoniam omnia susceptiua subiecta contrarietatum aliquarum sunt. De generatione quidem igitur & corruptione, siue sit, siue non: & quo modo sit & de alteratione determinatum sit modo hoc.

Fortasse conuenientiam tradit inter generationem & alterationem hoc modo videlicet quod materia est subiectum generationis & hæc est subiectum alterationis, & cæterorum motuum, sed non eodem modo. Nam generationis subiectum est proximum. Cæterorum vero motuū pro quanto est subiectum subiectorum, vt alterabilis augmentabilis, & mobilis, secundum locum Et hoc subdit. Modo autem quodam & aliarum transmutationum, quoniam omnia susceptiua subiecta, sunt subiecta contrarietatum, quarum videlicet subiectum est materia ipsa. & sic commune subiectum est materia. quæ dicit patent. Cōmē.78

Quæsti. de pluralitate formarum

Circa præsens caput multa quærunt recētiores. quærūt enim primo, vtrum in generatione simpliciter dicta, fiat ex parte formarum substantialium, resoluēdo vsque ad materiam primā, hoc est vtrum nulla forma substantialis quæ fuit in generato remaneat in corrupto, vel econtra. ita ꝙ solum ex parte substantiarum non remaneat nisi materia. Et arguunt quod nō. Tum primo, quia aliquādo staret materia sine forma. qa sumus in instante medio, cū tūc nō magis sub vna q̃ sub altera, stabit sub neutra. Tum secundo, qa elementariæ formæ manēt in generato, quæ ꝑerāt in corrupto, maxime apud Auer. vbiq;. Tū tertio, quia in generatione cadaueris eadem forma corporeitatis remanet Tū quarto,

Pro parte negatiua quæstionis

quarto, quia eadem forma carnis in met, & ossis. & cæterorum similarium. Tum quia in fœtu primo forma introducit vegetatiua, q primo vita viuit plātæ. secūdo sensitiua, quia, secūdo vita aialis. tertio vita hominis. igiť oēs manēt. Hæc sunt quinque argumenta, quæ pro exercitatione sat sint. Hanc quæstionē prolixe tractauimus in. 12. meta. & in primo de substantia orbis & alibi: Nunc vero alijs positionibus pterimissis, tātū duas positiones de pluralitate formarū dicimus vtiles, & probabiles videlicet, qđ detur forma corporis, eadē numero in generato & corrupto. Et q dētur plures formæ partiales similariū. Ideo primo primā secundo secūdā ptractare fas erit, nec expecta a me lōgas ptractationes, quādo quidē qui me vbiq; vider me vbiq; intelliget. Quidā itaq; recētiores paucitioces, qui in libro isto

Quod nō detur corporeitas.

scribunt corporeitatem communē sic refellūt. Primō per Auer. 1. physic. cōmen. 63. & 69 Secundo per Arist. 7. metaphy. tex. cōmen. octaui. vbi materiam, nec quid, nec quale & id genus asserit. Tertio, quia idem est in equo esse equum corpus, & substātiā, sed vltima forma dat esse equū. igitur & dabit esse corpus, & substātiā. Quarto, non est aliqua forma distincta correspondens cæteris prædicatis. igiť nec aliqua correspondens corpori. cōsequētia videtur tenere, qa nulla est maior ratio de vna quā alijs. Et forte argueres p illas met rationes sic, quia duæ immo plures essent in vno mixto formæ corporis. probatur datur prima a qua accipitur hoc prædicatū cōmune corpus. Sed in corporeitate nō æqualiter omnia conueniunt, quia terra & aqua magis quā terra & aer. Igitur oportet dare vnā aliā, in qua proxime terra & aqua conueniunt. Secūdo & fortius datur prima forma corporis, in qua oīa corpora cōueniunt. Et cō quahbet forma vltima corpulentat. nā vltima equi forma corpulētat equum igitur erunt plures formæ corporeæ. Quinto videtur q sit frustra & ad nihil necessaria, quando quidem quæcūq; p formā corporis saluātur & p vltimā saluari possunt.

Prima positio de corporeitate.

Vt vero hæc positio intelligatur. Animaduerte q per formā corporis quidā intellexerūt formā mixtionis. Imaginantur enim q qñ elementa veniunt, vel stant in mistura, ipsis vel remisis & compactis, vel ipsis corruptis, aduenire formam quandam in qua saluatur omnis elementaria virtus, e qua quidē mixta reponuntur in genere corporis mixti. Vltra hanc aduēnire aiunt specificā & vltimā formā verbi causa in equo forma corporis est per quā equus est corpus mixtū virtualiter igneū terreū, & id genus. Forma vero vltima est p quā equus est equus. Sed pace horū. mihi

Cōfutatio

vř hanc superfluere. Primo, quia non ponitur propter cōuenientiam in genere corporis, quia simili ratione, elemēta sunt corpora, & sic in elementis deberet esse cōmunis. Nec vt euitetur creatio quonia a saltem elementariæ formæ crearent, qa nihil formæ præsupponerēt. Nec vt in illa & per illam disponatur materia qualitatiue, & quantitatiue, quia materia sufficit recipere formā vltimam per elemēta & eorum dispositiones medias. Nec vt ipsum compositū sit virtualiter igneum aereū, & id genus, qa forma specifica satis est. quare ad nihil ponitur. Secundo, tunc duæ formæ perfectæ essent in eodē puncto materiæ, quod oēs reputant falsum. Tertio, tunc mixtum esset tripliciter mixtum, formaliter quidem propter elemēta quæ permanēt formaliter: q si nō manent, erit dupliciter mixtū virtualiter per formam corporis semel, & per formā vltimam, & semper virtualiter.

Alia positio & propria.

Propter hæc & alia alibi dicta. videtur mihi p babiliter esse dicēdum q forma corporis potest accipi secūdo modo, pro forma generis remoti. Vbi animaduertēdū q de compositis loqui possumus dupliciter, vel simplicibus elementis, vel mixtis. Si in elementis, erūt concedēde duæ formæ substātiales. Altera quidem corporis de genere substantiæ, quam sequuntur dimensiones in potentia saltē natura. Hæc .n. est materiæ coæua, ingenita, & incorruptibilis vti materia ipsa. cum nec in se, nec suis in qualitatibus cōtrarium habear, qa dispositionibus certis nō eget ad hoc vt sit in materia. Potest enim stare cum dispositionibus omnium generabilium, propter eius differentiam & communitatem, inde vna cum materia constituit indiuiduū generis remoti. quod est corpus. Propter q̄ a græcis quibusdā symbola, hoc est cōmunis forma dicta est. Altera vero est forma specifica, per quam elementum ipsum in specie reponitur. veluti ignis per propriā, aer similirer, & reliquæ eodē modo. At si in mixtis loquimur, cōcedēdæ sunt sex formæ apud Auerr. Prima est illa corporis, quæ omnib⁹ symbola hoc est communis existit. Secūda est elementaria, quæ sunt quatuor sub esse remisso. Tertia est specifica, per quam in specie ipsa reponitur prædicamentali.

Necessitas corporeitatis.

Necessitas vero talis formæ corporeitatis, est primo vt euitetur creatio. Ipsa enim est vt semen materiæ, quod inchoationem vocant gñalē, confusam, potēnalē, quæ continet in potentia oēs formas specifitas. Illæ. n. extrahunť per agētia ex tali habitu cōfuso. per hoc q agentia diuersa diuersimode materiam disponunt. Vbi nanque hæc non præsupponeretur specificæ formæ nihil formæ supponerent. & sic crearentur. Nec valet dicere q cōpositum fit, & sic aliquid supponitur vt materia: nam saltem ipsa forma fit vt quo, & vt pars, qua ratione & via ex nihilo formæ fieret, quod perterreret oēs naturales. vt igitur omni mō saluetur generatio & quo & q, talis corporeitas materiæ coæua erit vtilis, & necessaria. Secundo ponitur vt disponat materiam, ac vt materia ipsa appetat formas est enim materia valde remota a formis, & nullatenus seipsa apperens. qua ē re eas recipere non potest, nisi sit apta recipere, & appetens: aptitudo autem & appetitus sunt propter formam. Tertio propter dimensiones, nam dimensio est materiæ æterna vna numero omnibus, non potest accidens vnum numero esse æternum nisi propter formam, quare ob has necessitates hæc posita est. Hanc sentit Auerro. in tertio cœli. commen. 61. Ait enim Aristo in textu. Oportet autem forte sensibilium quidem. sensibilia, sempiternorum sempiterna, corruptibilium vero corruptibilia esse principia. supra quibus verbis Auerr. ita suppler. & intelligendum est propinqua & nō remota, quia principia rerū sensibiliū remota, non sunt sensibilia. vt prima forma & prima materia. mō nō pōt p primā formā intelligere, nisi formam corporis, quia non dimensionem, quia est accidens, & non principium substantiæ. Itemque est sensibile commune Et ipse ait, primam formam esse insensibilem. Et secundo ausculationis physicæ. commen. 15. inquit Et forte intendit quod forma dicitur duobus modis de habitu & priuatione existente in prima materia Ista enim priuatio quodā mō nō est priuatio simplex, imo est sicut forma materiæ. Vbi patet eum nō loqui de priuatione pro carentia tantū, sed de ea quæ est habitus, & quasi forma materiæ, quod intelligi nō videtur, nisi de corporeitate substantiali Hæc enim quædam est generalis priuatio, de qua oēs formæ educuntur. Hāc & Albertus magnus & asserit, & contendit. vt quinto metaphysi. trac. secundo ca. secūdo: & 3. Itēq, & nono metaphyciæ. trac. primo, capi. 8. & alibi. Hāc quæstionē Grossaresta Lincoñ. & primo phy. & in libro de luce & lumine, & alij plures. hanc vocāt formā primā, qua corpus siue indiuiduū corporis corroptiui cōstituitur, non q forma ipsa corporis corruptiua sit, sed vel quia disponit. tū ad gñationē tū ad corruptionē, vt diximus. iō cælestibus corporibus, & genitis non cōis est.

Auerroes

De intermedijs formis.

Intermediæ vero formæ ut elementariæ, quæ sunt, elementis specificæ ac propriæ, in mixtis sunt, sed vicem habentes formæ vnius generis, quia ab eis mixtum constituitur, quod est indiuiduū corporis mixti, q supra aiatū corpus est, & infra corpus corruptiuū, q est genus generum. vt dicit Auerro. in paraphasi Porphyrij. Et has actu esse in mixto concedit Aue.. & ab eis intermediæ (vt in homine uegetatiua & sensitiua usque ad specificam) apud Auerroē non sunt aliæ a rōnali, quia vegetatiua cōtinetur in sensitiua, vt in suo toto virtuali. sensitiua aūt pars est animæ rationalis, nam intellectus accedēs ab extra, copulať Parti sensitiuæ nobilissimæ, quæ græce dianoea dicit, apud Auerrem cogitatiua, latine tamen discursiua, & inde rationalis anima redundat. In brutis uero uegatiua & sensitiua unā faciunt tātū, eo quod uegetatiua uirtute cōtinetur in sensitiua. Hanc rem Auerr. vult. primo de anima. cōmen. 89. & 91. & 92. cor & Auice. 6. naturaliū consentit. parte ultima. cap penu. Itēq; & Alber. & Tho. & Egidius & oēs fere.

Not. quæstionem.

Sed dices. cur uegetatiua continetur uirtualiter in sensitiua, & corporietas, & elumentariæ formæ nō sed vtrasque

actu esse oportet. Dici pōt hoc esse. Primo, quia corporeitas & cæteræ formæ in cōnexæ sunt. Secūdo, qa diuersi ordinis. Diuersi quidem ordinis, quia operatio corporeitatis est æterna. Illæ sensitiuæ & vegetatiuæ corruptiuæ. In cōnexæ vero, quia operationes inconnexæ dimensio enim & cæterarum operationes inconnexæ sunt. Est enim dimēsio operatio corporeitatis, vt sensus sensitiuæ, & nutrire vegetatiuæ. similiter se habet vegetatiua cū elementaris formis. Vtrum vero hæc positio sit vera, & ad mentem Auer. in libro de substantia orbis satis diximus. Nunc ad rationes recentiorum. Ad primam. diximus quod intentio. Auer. est, quod forma corporeitatis ponatur materiæ coæterna, vt posuit Auicē. videlicet tanquam subiectum vel id propter quod materia est materia, quia tunc omnes aliæ essent accidens. Esset enim illa tunc specifica.

Ad secundum Aristo. verbum intelligitur quod materia non sit quid, nec quantum, & id genus per eius essentiam. at per formas esse aliquid horum, nihil prohibet. Ad tertiū dixi quod esse equum, & esse corpus, & esse substantiā, sont idem in subiecto. & differunt re, quia equus corpus est a forma corporis, & equus a forma equi. vt diximus. Ad quartū patet solutio. in aliis enim non oportet, quia nulla est necessitas. sed hanc præesse oportet propter causas dictas. Nec valet qđ tunc esset equus bis corpus. nam licet forma equi contineat formā corporis virtute. non propter hoc superfluit illa. sicut licet aurum contineat argentum virtute, nō, propterea superfluit. Et sic concedo equum esse semel corpus formaliter, & semel virtualiter. nec in corporeitate aliqua magis vel minus cōuenisit, sed in accidētibus corporis. Ad quintum patet solutio. hæc de prima. De secunda positione hoc est de formis similarium recentiores quidam tenent quod forma carnis non differt a forma ossis, nec illa nerui a forma cartilaginis, imo omnes partes similares vna forma specie sunt, vt vna forma specie os, est os. caro vero caro, & in cæteris id genus. Hanc probant tribus suppositionibus, & ratione sic. Si forma carnis differret specie a forma ossis. tunc proportio dispositionum qualitatiua, qua educitur forma in carne, differret specie ab educēte in osse, vt per primam suppositionem quam ponunt, dicunt patere. Falsitas consequentis declaratur, quia tunc pars animæ, quæ educta est in carne. deberet etiam differre specie a parte animæ educta in osse, consequentia tenet, quia propter variam dispositionem differentes formæ inducūtur. Præterea Solitus sum arguere, quia tunc digitus mortuus non esset æquiuoce digitus, vt. 7. metap dicitur. com. 35. & 39. Tertio, Ioannes sic arguit, cor generat alia mēbra, vt in libro de morte dicitur. Et hæc generatio est vniuoca videlicet similis ex simili, quia omnis generatio perfecta est vniuoca. 7. metaphysicor commen. 22. & . 23. & 27. & . 12. meta. cō 18 & . 13. Igitur omnia membra sunt vnius speciei cū corde & ita vnius formæ. Quarto Diuus Thomas in paruis suis sic arguit. pfectior forma virtute cōtinet imperfectā. Sed forma totius, vt aia est perfectior forma partis. Igitur virtute continet ille in formā partis quare sola sufficit sine illa constituere totum mixtum. Quinto supponit quod omnes formæ substantiales sint eiusdē generis physici, probat. Tū primo q; oēs formæ inter quas est trāsmutatio sunt eiusdē gnis physici. Cōstat oēs formas inuicē trāsmutari. Tū qa generatio vnius est corruptio alterius. Tum qa oēs tandē desinunt p putrefactionem, vt patet. 4. meteor. Tum secūdo videntur eiusdē physici generis, q; diuersa genere sunt quæ nō habēt idē susceptiuum. 5. meta. igitur genere eadem illa erunt, quæ cōueniunt in subiecto. Tum tertio, quia formæ eiusdē generis sic se habent quod vna est perfectior aliis, penes cuius recessum & accessum cæteræ mensorātur. In omni enim genere est dare vnū q; est metrum cæterorum. Sed ita sunt formæ substantiales vnius mixti. nam vna est aliis perfectior vt patet. Petit secūdo q; duæ formæ eiusdē gnis physici non possunt pficere eundē materiæ punctū. Patet primo, quia aliter non essent eiusdē generis physica, quia sic diximus esse eiusdē generis physici formas, quia mutuum possunt in eodem subiecto trāsmutari. Secundo, si perficerent eundem materiæ punctum, vel æque primo, vel una mediante alia: non æque primo, quia ambæ essent æque vltimæ, & sic mixtū reponeret æque primo in diuersis speciebus. Si vero una mediante alia, tō materia nō esset immediatum subiectum omnium formarum substantialium. Tertio, non potest idem subiectū supponam & eandem partem recipere album & nigrū, qa sunt formæ eiusdem generis igitur nec duas formas substātiales eiusdem generis. Quarto, formæ contrariæ ut colores & sapores sunt incōpossibiles, uel ut intensibiles & remissibiles, uel vt eiusdem generis non ut intēsæ uel remissæ, qa ut sic compatiuntur in tertio colore medio. igitur vt eiusdem generis. Quare omnes formæ eiusdem generis erunt incompossibiles.

Quinto, vnum subiectum non potest simul habere priuationem & habitum. Sed forma perfecta est habitus, impfecta priuatio. Igitur non pōt recipere formas eiusdē generis. Sexto, omnis actus quandiu suam potētiam perficit, totaliter eam perficit, & occupat, & cōtinet. De ratione enim actus est perficere, terminare, & complere suam potentiā, sed susceptiuum occupatō, & completū, nihil suscipit quousq; euacuetur. igitur formæ eiusdem generis in eodē recipi non possunt, nisi priore abiecta. Vltimo inter formas eiusdem generis physici est transmutatio. Igitur vna tantū forma est in vno subiecto. Ex his componitur ratio sic formæ eiusdem generis physici, non recipiuntur in eodē subiecto per secūdam. Sed forma totalis & formæ similares sunt eiusdem generis physici. quare nō possunt esse in eodē.

Sexto principaliter arguit, quia omne adueniens enti in actu est accidens, vt Auerro. secūdo de anima. cōm. quarto et primo physicorum. commen 63. & . 69. Et multas facit rationes p & cōtra, quæ omittūtur causa breuitatis. Septimo, ex pluribus existentibus in actu non fit vnum, secūdo de anima. commen. septimo. quare non possunt esse plures formæ in cōposito. Hæc sunt argumenta pro recētiorib⁹.

Alii & fere omnes medici tenent contrariū videlicet q; similares partes specie differunt, & per consequens differūt forma. & ita tot erunt in vno mixto formæ, quot partes dissimilares. Vltra quas erit vna cōis, & totalis reponēs totum in specie. Huic videtur Auerro. 12. metaphy. comm. secundo & sexto physicorum. commen. 59. Plures inducūtur rationes pro hac parte, quas alibi recitaui. Nunc vero sciendum quod omnis forma substantialis est immediate recepta in nuda essentia materiæ. Verum ob perfectionē quadā dispositiones possunt præcedere tanq̄ nō quidē media receptiua, vt quātitas est medium receptiuum colorū, qa color recipitur in substantia mediante quantitate recipiente. Sed præcedunt tanquā medium dispositiuum, quia sunt medium determinationis. nō autem receptionis. sum me. n. materia apta est recipere omnem forma. ar hanc vel illā determinare ob has vel illas dispositiones. Vlterius accipiendum ex complexionibus omnium partium dissimilarium resultare vnam communē dispositionem ita proportionatam animæ ad recipiendū vnam formam. quod non aliam. Mediante enim illa dispositione communi forma totius recipitur in subiecto. non autē mediante aliqua illarum particulari cuiusque partis. Propter quod illa est medium dispositiuum receptionis, & non receptiuum.

Tunc ad rationes. Ad primam patet solutio, q; licet oēs dispositiones specie differant, tū ex oibus resultat vna communis propria, Propter quod non oportet vt partes animæ differant quia nō recipiūtur partes in partibus per se, sed totum in toto per se, & partes in partibus per accidēs, vbi anima sit partibilis, vel tota in qualibet parte, vbi sit impartibilis. Sont qui dicunt animam primo recipi in corde, & in partibus cæteris non esse formaliter, sed potestatiue, de quo alibi. Ad secundum respondet Auer. 7. metaph. cō. 39 q; digitus mortuus dicit æquiuoce penes actum secundū. & nō penes actū primū penes ſm quidē, qa nō amplius operatur operatione totius. Penes primū vero non, q; adhuc detinet ppriā partialē formā, donec putrescat. Ad tertiū. dicēdū q; in libro de morte nō habet plus nisi q; cor est primū q; viuit & vltimū q; moritur, nō ppter hoc habetur quod generet alia membra. sed quod virtus genitiua mediāte eo cætera membra generet. Ad quartum, aurum virtute continet omne metallum, & tamen cætera metalla non

De formis partium.

Prima positio.

Quinta ca tio

5. suppositio

Secunda positio.

Ad rationes.

non superfluunt. Sic in propoſito, licet tota aīa contineat partiales formas illæ non ſupfluūt. Et cauſa eſt, quia operationes partiales non prouenirent ab anima totali ob ſuam perfectionem niſi adeſſent partiales formæ determinantes & minuentes actionem totalis animæ, veluti apud Philoſophos deus virtute ꝑhabeat cæteras intelligentias, & tū nō ſuperfluunt, qa ſunt neceſſariæ ad effectū determinationes.

Ad quintum, cōcederem omnes illas formas eſſe euſdē generis phyſici, quia in eodem ſubiecto recipiuntur, & tamē poſſunt eſſe in eodem puncto materiæ ordine & ratione diuerſa videlicet quia formæ partiales vt diſpoſitiones totales vt habitus & perfectio prima materiæ, & ſic primam ſuppoſitionem cōcederem Ad rationes pro ſecunda reſpō detur quatenus ſunt contra hanc poſitionem Ad primam dicendum, quod ſunt euſdem generis phyſici, vel quia ordine quodam in eodem recipiuntur, vel quia poſſunt inuicem ſtantur ari, non quod vna ſit terminus alterius, ſed diſpoſitio. Ad ſecundam dicendum, quod non æquè primo, quia materia recipit totale formam mediantibus partialibus, & tamen materia eſt immediatum ſubiectum receptionis, non tamen diſpoſitionis.

Ad tertiam, ſimilitudo negatur, quia album & nigrum non ſunt formæ ſubordinatæ inuicem. Ad quartam, dico ꝙ ſunt incōpoſſibiles, nec ſic nec ſic, ſed quia nō inuicè per naturas ſubordinatæ. Neutra.n. ad neutrā ordinatur. Sūt qui dicūt quod idem pōt eſſe calidum & frigidū, dummodo ex ambobus non reſultat pluſquam ſit latitudo alteri⁹, quod omitto calculantibus. Ad quintam, vno modo priuatio eſt pura carētia, alio modo imperfectio quædam, primo modo non poſſunt eſſe in eodem reſpectu euſdē, ſed ſecundo modo bene poſſunt eſſe in eodem vna ordinetur in aliam, Ad ſextam vbi illa valeret, tunc idem ſubiectum non poteſt quando recipit formam ſubſtantialem, recipere accidentalem. propter quod dico quod totum occupat, nec illa recipitur per ſe, vt perfectio, ſed vt diſpoſitio, vt etiā accidētales recipiuntur, & ſic occupat totū receptiue, non tamen totum diſpoſitiuè. Ad ſeptimam dicendum quod non ſemper inter illas oportet eſſe reciprocam tranſmutationem, ſed hoc modo poteſt eſſe tranſmutatio, quia mediante vna materia tranſmutatur in reliquam. Ad ſextam principalem dicerem, quod forma vltima non aduenit enti in actu, ſed materiæ, licet præcedat aliqua diſpoſitio, vt medium diſpoſitiuum, & non receptionis. Ad ſeptimam patet ſolutio, propoſitio enim Auerrois intelligitur quando illæ formæ eſſent æquales, & vna non eſſet alterius diſpoſitio. ex pluribus enim exiſtentibus in actu eodē modo, & non inuicem ordinatis, non fit vnum. Hæc poſitio itaque mihi videtur ſatis probabilis, & maxime quia medici teſtantur, & obſeruatum eſt digitum abſciſſum a radice, mox applicatū reconſici, & conualeſcere. Vbi autem nulla eſſet in digito forma præter animam totius cum primū fuiſſet amputatus, anima deſiſſet informare, quare eſſet digitus ſimpliciter mortuus, & ſic non potuiſſet reſumi. At nos dicimus digitum amputatum non eſſe mortuum ſimpliciter, quia adhuc detinet propriam & particularem formam, & ſic eſt mortuus ſecundum quid, tale ſecundū quid mortuum poteſt reuiuiſcere vt patet in ſpaſmis, & id genus. Sic igitur conſtat in generatione & corruptione non fieri reſulutionē vſque ad primam materiam. Tum quia manet forma corporis perpetua. Tum vel maxime, quia poſt mortem per plura tempora manent formæ diſſimilares, nec obſtat Ariſt. verbum. In generatione enim & corruptione nihil reſtat, ꝙ ſit vti ſubiectum receptiuum, niſi ſola materia, quæ ſola recipit cætera, reſtantia diſponunt. Propterea adijcit tanquam ſubiecto eodem, quia aliquid reſtat, ſed nihil tanquam ſubiectum idem.

Ad rationes principales vna reſpōſio ſatis eſt, quod omnes faciunt pro me, præter quintam ad quam dicerem vegetatiuam corrumpi & generari ſenſitiuam. cui poſtmodum intus accedit, & efficitur rationalis, vel quæ iterum deſinit, & efficitur rationalis Animaduerte quod ſcriptores de hac re innumera ſcribunt quæ eſſet perdifficile enarrare. Nunc vero hæc ſatis ſint ad excitamentum. In diuerſis meis ſcriptis & lectionibus multa inuenies. hæc &

Conſequenter quærunt, vtrum aliquod accidens vnum numero maneat in generato & corrupto,

Hic erunt primo vidēdæ poſitiones extraneæ cum ſuis rationibus. Secundo dicemus propriam poſitionem. Quantum ad primum vna poſitio eſt quod nullum accidens manet idem numero in generato & corrupto, vt nec dimenſio, nec qualitas, nec aliud tale. Secunda poſitio eſt ꝙ omnia accidentia ſaltem ſymbola, hoc eſt communia manent eadem numero in vtroq;. Recentiores decem rōnes faciunt pro prima ratione. decem quoque pro ſecunda & omnes ſoluunt & probabiliter, defendunt vtraſque. Pro prima tamen arguo. omnia alia a primis ſubſtantijs, aut ſunt in primis ſubſtantijs aut prædicantur de primis, vnde in prædicamentis concludit. deſtructis primis, ſubſtantijs, impoſſibile eſt aliquod aliorum remanere. Sed deſtructa forma deſtructa eſt ſubſtantia prima, igitur & omne accidens deſtruetur. Secundo, accidentis eſſe eſt ineſſe. Igitur ea inhærentia non manente, non manebit idem accidens, ſed corrupta forma ſubſtantiali, non manet eadem inhærētia. igitur & accidens corrumpetur. Tertio, corrupto ſubiecto per ſe accidentis corrūpitur & accidens, ſed ſubiectū per ſe accidentium eſt compoſitum, & materia eſt ſubiectum remotum, vnde Ariſt. in hoc rextu att. materiam eſſe ſubiectum cæterarum tranſmutationum, quia eſt ſubiectum ſubiectorum: Igitur materia eſt ſubiectum remotum. Hæc argumēta ſunt principalia pro prima poſitione.

Queſtio vtrum aliquid accidens maneat

Poſitio prima

Secūda poſitio

Argumēta pro prima poſitione,

Pro ſecunda adducam rationes recentiorum, quibus approbant eorum poſitionem. Vbi primo probant, quod ſubiectum primarum qualitatum eſt prima materia hoc eſt ſubiectum receptionis, at ſubiectum denominationis eſt cōpoſitum ex materia & forma. Hæc probant. primo, caliditas in aqua ſoli materiæ aquæ inhæret igitur immediatum receptiuum illius eſt materia, antecedens probatur, quia ſi aquæ inhæret, & non materiæ, tunc calor ageret de per ſe ad corruptionem cauſæ, ſine qua eſſe non poteſt Nam ageret ad corruptionem aquæ, ſine qua eſſe non poteſt. Secundo, tunc aliquid ageret ad corruptionem ſui, ageret enim ad corruptionem aquæ, ſine qua nō poſſet eſſe. Tertio, illi inhæret calor de cuius potentia educit formam ſubſtantialem. Conſtat autem formam ſubſtantialem educi de prima materia. igitur hæret materiæ. Quarto ſi calor aquæ inhęret, tunc amoto calefaciente non deberet aqua calorem corrumpere, eſſet enim idem agens & paſſum. Secunda pars concluſionis patet apud vulgares, loquendum enim eſt vt plures, ſentiendum vt pauci, modo vulgares per eiuſmodi accidentia denominant ſubiecta & compoſita. his patet quod qualiter ſymbola manēt eadem numero in generato & corrupto. probāt dupliciter. primo, quia eiuſmodi primæ qualitates cū ſymbolæ ſunt, non corrumpuntur ad corruptionem ſubiecti, quia materia prima eſt earū ſubiectum, nec propter ſucceſſum contrarij, quia ſunt ſymbolæ. Secundo, ſi deſinerent in aduentu formæ, tunc forma educeretur a materia ſine agente, quia nullum eſt agens præſens. Secundo patet ꝙ dimenſio etiam manet eadē numero in generato & corrupto, nā ſubiectū dimēſionis eſt materia, quæ manet eadem Sed (vt mihi videtur) iſti veram forte cōcluſionē ꝑ falſa principia perſuadent, acceperunt enim primas qualitates immediate & ꝑ ſe fundari in materia prima. Qd ſtare nō poteſt. Primo, quod de ſe non poteſt immediate terminare dependentiā accidentis, non videtur eſſe immediatū ſubiectum accidentis, ſed materia non poteſt terminare depēdētiā accidentis quia non eſt in actu, quod primū eſt, & principale independens, igitur non poteſt eſſe immediatū ſubiectum accidentis. Secundo quæro, vtrum ex qualitate illa ꝑcepta in materia, & ipſa materia fiat vnū. per ſe, vel vnū ꝑ accidens, nō vnū per ſe, igitur vnū per accidens. ſed omne tale per accidēs præſupponit tale per ſe igitur aliquod vnū per ſe erit prius illo vno per accidēs. Tertio, tunc qualitates illæ eſſent ſubſtantiæ, vt deducit Auer. declaratur. qa vel ſunt actus, vel potētia, ſi potentia, igitur non agent: ſi actus vel a ſe, vel ab alio, non a materia, quia non ens in actu, non erit cauſa eſſendi in actu: ſi per ſe, igitur erunt ſubſtātiæ, nam ſubſtan

Argumenta pro ſecunda poſitione

Confutatio.

substantia est illa quæ per se est in actu. Quarto, si primæ qualitates essent in prima materia, & formæ substantiales in materia, vel æque primo, vel ordine quodam. si æque primo, tunc ambæ essent æquales, & nulla esset prior altera si ordine quodã, vel substantia prima, & habetur intentum, vel qualitas prima: & tunc nulla esset via, quare magis forma esset substantia, quam qualitas. Propter hæc videtur mihi suas rationes non simpliciter concludere. Ad primam dico quod calor aquæ soli aquæ hæret vt in subiecto, & concedo quod per se agit ad corruptionem suæ causæ, non inquantum sua causa naturalis: sed vt causa violenta, cum qua non stat naturaliter, sed violenter, propter præsentiam agentis Præterea. Non est absurdum, vt corrumpat eius causam, vt instrumentum alterius. Ad secundum concederem aliquid agere ad corruptionẽ sui p accidẽs, vt de flãma satis patet. Similiter de calore naturali, aĩalis, qui agit resoluendo, humidũ. per se q̃dem agit resoluendo humectum: per accidens contra se. Ad tertium, ratio illa potest reduci quia nulla forma agit in subiecto in quo est, quare vbi calor in ipsa materia est ab ea nihil educet melius igitur dici potest quod est in aqua, & à materia aquæ educit: & sic potest concedi aliquod accidens educere à subiecto in quo non est primo & per se. Ad quartum concedo, quod amoto calefaciente aqua reducit se, vbi & a quo disputabitur.

De opinio ne Auer. Tũc ad rõnẽ prima pro prima cõclusione patet solutio. Ad secundam vero dicerem quod in instante medio forma est educta, vnum enim est instans corruptionis, & generationis, & propterea non educitur absque agente. Superest modo de opinione nostra aliqua dicere, nã in libro de substantia orbis copiose diximus; nunc vero breuibus perstringemus. Accidentia itaque sunt in multiplici differentia quædam enim sunt communia omnibus generatim tam videlicet mistis, quam simplicibus, vt dimensiones quæ possunt cõsiderari vt interminata, vel vt terminata, vt quidem interminata insunt quidem compositis, sed ratione materiæ, ideo sunt coæterna materiæ, a quibus nunquam materia expoliatur, quoniam sunt omnibus symbola, hoc est communia. vt vero termenata insunt compositis, sed ratione formæ, Propter q̃ hac ratione nõ sunt materiæ coæterna, quædam sunt commonia tantum mistis, vt albedo & nigredo, & id genus. quæ quidem vt interminata, sunt quidem in misto, sed ratione elementariæ materiæ: vt vero terminata, sunt in misto, sed ratione formæ misti, quæ non sunt simpliciter materiæ coæternæ, sed tandiu permanẽt, quandiu eorum fundamentũ perdurat vt mistio, & proportio elementaria, qua resoluta, mox corrumpuntur: quædã vero communia sunt tãtum simplicibus siue omnibus vt forte raritas, siue pluribus vt diaphaneitas, siue duob⁹ vt caliditas aeri & igni, quæ vt interminatas elementis quidem insunt sed ratione materiæ primæ, vt vero terminata insunt elementis, & ratione formæ elementariæ hæc tamdiu permanent, quamdiu symbolum, siue communio subiectorũ permanet. Si. n. ex igne aer fieret caliditas permaneret. & diaphaneitas, quia restat symbolum. at vbi ex igne terra fieret, pculdubio omnino caliditas & diaphaneitas corrumperentur, quia non symbolũ succederet, sed cõtrarium: quædam vero sunt propria vni speciei, & cuilibet indiuiduo eiusdem tantum, vt risibile homini, & id genus: hæc omnino insunt compositis, & ratione formæ. De accidentibus igitur simpliciter symbolis siue communibus omnibus tam mistis quam simplicibus, non est dubitãdum, q̃ illa vt interminata manẽt eadẽ in gñato & corupto: immo (vt dixi) sunt æterna materiæ. qm̃ vt sic non habent contrarium Similiter vbi essent aliqua accidentia symbola omnibus simplicibus tantum, illa essent similiter materiæ coæterna: & remanerent eadẽ in generato & corrupto, a quibus materia nunquã denudaretur, si de accidentibus cõmunibus solũ mistis Ioãnes dubitauit, an eadẽ numero maneant in generato & corrupto. Verum apud Auerr. quãdo generatum & corruptũ sunt symbola, hoc est q̃ cõueniant in eadem mistura, quæ est fundamentũ accidentis, illa manent eadem numero in generato & corrupto, vt quando ex viuo fit cadauer. Apud eum eũ remanet eadẽ mistio, nõ punctualis, quia adhuc staret vita, ideo albedo eadem manet & id genus. At quãdo mistũ resolueretur in simplicia, tunc talia non permanerẽt, quia ablatum esset iam fundamentum eorum. ideo eiusmodi accidentia non sunt materiæ coæterna, nisi tamdiu quamdiu durat mistio sub tanta proportione sub quanta potest esse fundamentum illorum. Hæc concedit Auicenna primo suæ sufficientiæ. capitul 7. de cicatrice, quam restare ait in cadauere. Vbi tamen accidentia sunt propria, illa desinunt desinẽte forma incipiuntque ea incipiente. Sed de termino tam qualitatis interminatæ, quam dimensionis, esset magna dubitatio. verũ qarẽ hanc in libro de substãtia orbis plene declarauimus nũc pro exẽplo sufficiat scire terminũ quãtitatis significari certo extensionis numero, vt extẽsio lõgitudinaliter tripoda, latitudinaliter tripoda, altitudinaliter tripoda, terminus est dimensionis: quãtitas vero terminata est quantitas tripodaliter longa, lata, & profunda. Terminus vero qualitatis significat certo numero intẽsionis, velut intensio vt quatuor. Verũ nunc satis, qui n. vult intelligere positionẽ meã, legat totũ me vbique. Sed contra hæc maxime de dimensionibus interminatis arguit Thomas in libro de natura materiæ, & dimensionibus interminatis, primo quia eiusdem dimensiones interminatæ vel sunt eductæ de potentia materiæ, vel non, si eductæ igitur non materiæ coæternæ vt satis patet. Si non eductæ, tunc non erunt tantum duo principia in constitutione rerum naturalium, materia videlicet & forma: sed etiam tertium videlicet dimensiones. omne enim quod manet & non fit ex aliquo necesse est esse principium primo physicorum. Itemque accidentia haberent aliqua principia alia a principijs substantiæ, dimensiones scilicet quod etiam concedit Auerroe dum dicit terminatas dimensiones ex interminatis fieri Secundo, illæ dimensiones vel diuidunt materiæ partes adinuicem, aut non. si diuidunt, cum omnis diuisio sit ab aliquo actu, materia haberet distinctas partes actu, & nõ haberet illas ab aliqua forma substãtiali, q̃ est impossibile, cũ materia non habeat esse, nisi a forma substãtiali. si vero nõ diuidũt, nisi in potẽtia ad nihil ponũtur in materia, quia in materia nuda est potentia ad diuisionem partium, quã acquirit introducta forma. Tertio, impossibile est dimensionũ essentiam intelligere sine esse, esse. n. est primũ oĩum actuũ, igit sine actu non est intelligere dimẽsiones in materia Quarto, cũ ex materia & dimensione vnũ fiat, vel per se, vel per accidẽs. non per se, quia tũc ex subiecto & accidẽte esset vnum per se, si per accidens cum omne per accidẽs reducatur ad per se, oportet vt præsit aliqua alia compositio per se ante dimensiones, & illa non potest esse nisi ex forma. Quinto, omne quod pertinet ad genus aliquod, aut cõtinetur illo in genere vt species, aut vt indiuiduum, aut genus, vel est reducibile ad genus illud, vt principium reducitur ad genus principiati, & priuatio ad genus habitus sui; & pars ad genus sui totius. dimensiones illæ non sunt in genere quantitatis vt species, vel indiuiduum, aut genus. cum omnis species sit determinata respectu generis, & omne indiuiduum respectu speciei, & omne genus respectu generalissimi, nec vt principium, quia principium dimensionũ non est dimensio. Prima enim dimensio est linea, cuius principium est punctus, nec vt priuationes, quia priuatio non habet essentiam: illæ dicuntur essentiæ quædam, nec vt partes ad totum. totum enim in quantitate habet partes determinatas per certas dimensiones, modo dimensiones interminatæ non sunt partes alicuius terminatæ. Sexto, si dimensiones in materia essentiam habent, poterunt definiri, & non nisi per subiectum in quo sunt, & sic oportet definire illas per esse materiæ. sed materia nullũ habet esse, nisi propter formam. igitur oportet dimensiones materiæ inesse propter formas. Septimo, interminatum & incertum non spectat ad rationem naturalem, quia vltra certum non se extendit physicus. Octauo. sicut animal simpliciter fit ex non simpliciter animali, ita dimensio simpliciter, qualis est terminata, fiet ex non dimensione simpliciter. Hæc autẽ nihil est, igitur dimẽsio interminata nihil erit. Nono cuiuslibet longitudinis termini sunt puncta igitur non potest poni dimensio.

sio interminata, nisi ponantur puncta, sed punctus interminatus non est igitur nec dimensio interminata erit. Hæc sunt potiora argumenta diui Thomæ, & licet aliqua horũ persoluerim in libro de substantia orbis, nunc iterum persoluemus.

Ad primum diceret Auer. eiusmodi dimensiones non esse eductas de potentia materiæ, sed esse materiæ, coæternas, & concederet quod non tantum duo sunt principia cõstitutionis, immo ait dimẽsionem esse principium. & substantiarum & accidentium & licet Aristo enumerauit duo tantum, vt formam & materiam, dedit intelligere dimensiones, quia sunt proprium propriorum materiæ, sicut qui dicit hominem, dicit risibile. Similiter principia accidentiũ sunt illamet quæ sunt substantiæ, & dimensiones sunt principia substantiarum vt dicit, & secundo accidentium. Ad secundum tenendo formam corporeitatis, argumentum solutum est quia materia habet aliquem actum confusum & potentialem, & sic diuiditur. Sed non tenendo, diceret Auer quod dimensiones illæ diuidunt partes materiæ non terminata diuisione, quia licet per illas materia sit in loco, non tamen in certo dato loco & diuisio hæc sit interminata, non est ab aliquo actu, nisi interminato & cõfuso, cuiusmodi est illa dimensio. Ad tertium concederet Auerro. si datur forma corporis vt diximus, quod illæ sunt in materia cum esse, quia propter formam corporis vbi nõ datur illa forma, diceret quod illa dimensio est ibi secundum esse & essentiam quales esse & essentia competunt dimensioni, vt q̃titas est extra suas causas, & tale esse nõ est a forma substantiali, sed potest esse a forma accidentali vna cum materia ipsa Ad quartũ, vbi datur forma corporis, dubitatio soluta est, quoniam præcedit compositio ex materia & corporeitate, vbi non datur, tunc diceret quod illa compositio est per se vno modo, & per accidens alio modo, vt ex risibili & homine. sed siue sic siue sic, nõ ante oẽ compositum per accidẽs oportet semper præcedat compositum per se, sed sat est vt præcedat aliquod. quod est ens seipso, vt materia, quæ vt materia est ens seipsa, quamquam esse actuale habeat a forma. Ad quintũ, teneri potest quodlibet illorum, tamen videtur mihi verius quod dimensio sit per se in genere vt species & indiuiduum speciei. & concederet quod est terminata essentialiter vt in genere, sed accidentaliter interminata, veluti color, vt color est essentialiter terminatus: at vt respectu latitudinis gradualis quæ non est de eius essentia, interminatus est: & sic concederem illas dimẽsiones in genere terminatas esse, quia nihil deest, quod pertinet ad rationem generis. qua ratione diceret quod dimensio terminata non est per se in genere, quia superaddit terminum, qui est vt accidens. linea enim est in genere, sed nõ vt bicubita, vel tricubita, sed vt linea. Ad sextum, fortasse concederet quod illæ sunt definibiles per materiam, & per formam, nõ quidem quæ est actu in materia ante illas, sed post illas non enim oportet vt omne definiens sit prius tẽpore re definita, sed sat sit, vt sit prius quo ad nos: & sic in definitione illarum ponetur materia vt subiectum, forma vero vt terminus. Ad septimum, ratio friuola est, quia sunt interminatæ respectu dimensionũ actualiũ, sed forte terminatæ secundum cognitionẽ, & hoc põt pertinere ad physicum. Ad octauam, diceret. Auer. nõ esse simile, quia non tãtum propter generationem ponuntur, sed vt materia ꝓdisponatur, insuper corpus ex non corpore fieri est impossibile: at animal ex non animali est necessarium. Ad nonũ diceret, ꝙ cuiuslibet lõgitudinis terminatæ termini sunt pũcta, de hoc enim loquũtur mathematici. Sed longitudinis ꝓdicamentalis abstrahit a punctis, sed sicut est in potentia ad terminum, sic ad puncta. Vnde apud Auerroẽ puncta non sunt de ratione lineæ vt linea est in genere, sed vt linea est terminata quæ nõ est in genere. Hæc Auerr. Verũ animaduerte ꝙ vbi daretur forma corporis de qua disputatũ est, rationes hæ friuolæ essent, at vbi nõ daretur, oportet laborare, vt diximus. De mente enim Auer. certũ habemus dimensiones esse, non tamen formam illã præesse. Sed vtrũ dimẽsio interminata præsit in materia vt in actu, an vt in potẽtia, & si in potẽtia quõ, & ꝑ quid terminet & reducatur ad actũ, nõ parua est ambiguitas. verum hæc omnia diximus in libro de substantia orbis, & tu quære illic, vbi si hæc illis, & illa his copulabis, nihil tibi incerti relinquetur. Restat nũc soluere argumẽta pro prima positione. Ad primũ dicerẽ, ꝙ destructis primis substãtijs, ẽm se & quolibet sui, nihil restat, immo nec materia, cum illa sit aliquid primæ substantiæ, ex hoc non habes, nisi quod accidentia sũt in primis principaliter, vel ratione materiæ. Ad secundum dicerẽ, ꝙ in accidẽte interminato restat eadem inhærentia quia restat ratio inhærẽdi, vtpote materia In ipso vero terminato non restat ideo nec ipsum vt sic restat Ad tertium solutio patet. subiectum accidentis interminati denominationis est compositum, & sic Arist intelligit, at accidentis vt interminati, est prima materia, quæ restat in vtroque. Ex his patet in accidentibus non fieri resolutionem vsque ad materiam primam. Verba Aristo. ab omnibus glossantur, quare hæc satis pro nunc.

Quæstio pulchra

Cõsequenter quæritur, vtrum idẽ effectus numero possit a quolibet plurium agentium generari, vt idem Caius a Platone & Socrate: & argunt recentiores multis rationibus quod sic. Ego tamẽ arguo vnica ratione quod sic, quia agens non est aliquid actu ipsius effectus, igitur propter differentiam agentium non differunt effectus. Sed cõtra hoc est Arist. & Auerro. 12. meta commen. 11. Ab agente vno in passum vnum non exit nisi effectus vnus.

Ordo quæstionis

In ista quæstione primo videndum est de causis intrinsecis, secundo de extrinsecis.

Positio Drusiani

Quantum ad primum quidam antiqui tenent quod idẽ numero effectus potest esse à diuersis materiis numero. Cuius positionis fuit Drusianus monachus. Verum distinguit de composito, quia vel eius forma est perpetua, vel corruptibilis educta de potentia materiæ, tunc vult quod idem homo numero simpliciter, potest esse a diuersis numero materiis nam continuo materia fluit, & rationalis anima eadem numero existit. Modo tenet ipse quod principium indiuiduationis est forma, quare omnino idem homo numero esse potest vbi materia sit alterata: at si forma est corruptibilis, cum ipsa simul fluat cum materia. etiam sicut materia alia atq; alia, est, sic forma alia, quare non potest idem effectus numero esse, vbi forma sit corruptibilis & materia altera sit.

Ad rationẽ.

Tunc ad rationem horum patet solutio, potest enim cõpositum esse idem altera essentiali parte euariata, quia cõpositum est propter formam, & nõ propter materiam & sic patet quod idem homo potest esse a diuersis hominibus licet idem equus non a diuersis equis Nam hõ habet formã inuariabilem omnino: equus vero variabilem. Secundo patet idem esse compositum numero variata materia, & hoc quia compositum formam habet inuariabilem potest.n tunc materia fluere, & refluere forma ipsa existente eadem.

Positio

Mihi tamẽ videtur quod licet hæc positio sit probabilis, tamen videtur contra Arist. & rationem. Contra Arist quidem, quia compositum non est aliud, nisi propter materiam. 7. meta. tex. cõ. 28 & ibidem tex. comm. 20. 21. & 8. metaphy. tex. comen. 8. & 12. Meta. t. c. 49. & primo cœli. tex. commen. 92. igitur vbi materia altera est, compositum ipsum alterum erit, & ita euariata materia, & forma, & cõpositum variabuntur. Contra rationem vero, primo, q̃a materia est essentiale indiuiduo sicut forma igitur sicut indiuiduum non est idem, forma ipsa euariata, ita & ipsa materia euariata, erit compositum alterum. Secũdo. Socrates senex differt a seipsius puero, vel propter formam, & hoc non, quia anima rationalis est eadem: vel propter materiã & habeo propositum. Tertio, compositum congregatum non est aliquid quam suæ partes simul iunctæ. primo physicorum commen. 17. igitur vna parte alterata, totum nõ erit idem. Sed quæres vtrum vna forma numero possit in diuersis materiis numero totalibus inesse. Respõdẽt recentiores quod non. Tum primo, quia forma non est aliud quam materiæ formatio. sed diuersæ materiæ non est vna formatio. igitur nec vna forma. Tum secundo, quia vna figura numero non potest esse in diuersis materiis. igitur nec vna forma. Tum tertio, quia tunc vna forma posset bis generari, vt deducunt, quare patet si anima vnius equi non fuisset genita in materia illius, nunquam amplius

Dubium Responsio recentiorum

generari posset. Sed hæc res sic simpliciter audita, non sonat omnibus. primo non sonat Auerr. qui vnum intelle-

Propria positio. ctum materialem numero ponit formã omnium hominum specificam & vltimam, vt declaraui in libro de beatitudine: Constat autem homines esse materia totaliter diuersas. Secundo vna intentio numero coloris est in oculo, & sensibus interioribus. Propter hæc videtur mihi esse dicendum cum Peripateticis primo, quod forma æterna est vna numero, & esse potest in diuersis materiis totalibus vt deus est forma omnium orbium prima. 2. cœli com. 71. & &. 42 & 12. metaphysi. commen. 41. Itemque rationalis anima vna numero est in sene, quæ præfuit in iuuene, vbi materiæ sunt oĩno & totaliter diuersæ apud Monachum. Dico secundo quod in formis intentionalibus vna forma numero potest esse in diuersis subiectis, vt vna numero coloris intẽtio est in diuersis oculis diuersorum hominum, & hoc quia intentionalis & illimitata. sed loquendo de forma reali & generabili, vna forma numero non potest esse, nisi in eadem materia, & ad hoc valent rationes recentiorum, quia forma illa non est aliud, quam formatio materiæ, & ita vt materiæ differunt, sic formæ. Hæc de primo.

De secũdo De secundo vero inueniuntur plures modi dicendi, ambo tamen reducuntur ad idem. Nã agens influens est agẽs per se, & p propriã naturam. agens non influens. est agens per accidens. Et propterea ambo modi sunt vnus modus, & ita quicquid est contra primum modum, est contra secundum. Tunc dicunt quod idem numero effectus potest effici à pluribus agẽtibus per accidẽs vt idem numero bos potest a pluribus interfici. Secundo dicunt quod idem numero effectus nõ potest produci a pluribus agentibus per se. probant: quia tunc idem bis fieret, & hoc tenet Auerroes. 12. metaphysicæ. commenta. 11.

Impugnatio. Sed hic modus deficit. primo, quia Socrates à Platone fit, & non per accidens, nec per se. igitur illa disiunctio est insufficiẽs. Secundo, quia per hanc responsionem non patet si idem homo numero possit esse a pluribus patribus. Propterea animaduerte primo quod agens est duplex. per se, & per accidens. per se est quod per naturam agit, & sic Socrates pater est agens. per se respectu Platonis filij. per accidẽs quod non agit per naturam, sed est remouens prohibens, vel applicans actiua passiuis. Iterum per se agentium aliud per se ordinatur in effectum. vt cœlum. Aliud per accides vt auus ad patrem, & pater ad filium.

Fo. magno. Tunc quidam magni Theologi tenent. Primo quidem effectus numero potest esse à pluribus causis per accidẽs, vt patet de boue interfecto. Tenent secondo, quod idem filius quo ad materiam & formã potest esse a diuersis patribus. probant quia corpus hominis vel fit solũ a menstruo, mulieris, vel etiam à menstruo & semine viri, cum ambo generentur ex superfluo alimenti, vbi idem sit alimentum & cibus, idem superfluet, & ideo potest esse idem filius numero à patribus diuersis, quia potest idem alimentum superesse. Tenent tertio quod idem effectus numero non po-

Impugnatio. test effici à diuersis agentibus per se & essentialiter ordinatis, & hoc concedunt recentiores.

Sed pace horum dixerim, hoc stare non potest Primo, quia si idem numero filius potest esse a diuersis patribus, tunc idem numero potest redire declaratur, quia idem alimentum potest superfluere ante & post mortem. igitur potest redire post mortem. Secundo. tunc generatio naturalis non esset ordinata. declaratur, quoniam primum principium vnde motus est contingens, igitur & motus ab illo erit contingens, & sic generatio erit contingens, & inordinata.

Propria positio. Propter hæc videtur mihi quod solum ab agentibus p accidens possit idem numero effici, quoniam talia non agunt, sed magis remouent impedimenta, quibus actio non erat. Argumentum totum iam est solutum. nam licet idem alimentum numero possit esse, non tamen idem nutrimentum actu, quia calores decoquentes differunt. ad sunt aliæ rationes, quibus differunt semina. Tunc ad rationem in principio quæstionis patet solutio. Vlterius quærunt, vtrum in quolibet pluriũ instantium idem numero generabile datum possit generari. vt si Socrates sit genitus in. a. instante, verum ipsum potest vel potuisset esse genitum in b. instante. Omissis argumentis. primo videbimus de motu. secundo de re mobili.

Quãtum ad primum quidam recentiores tenent quod non, vbi primo petunt tẽpus præteritũ non posse nõ esse præteritum quia aliter præteritum esset futurum, quod est simpliciter impossibile. Petunt secundo motum esse tempus, vel saltem consignificare tempus. quarto physicæ auscultationis tex. commen. 99 Petunt tertio motum esse aliud a mobili, quia motus successionem, mobile permanentiam importat. Tunc tenent tria Primum quod, motus cœli factus in vno tempore non potuit esse alio in tempore. probant, quia motus, vel est tempus, vel importat tempus, sed tempus factum non potest non fuisse. igitur motus factus in a. tempore, non potest non fuisse in a. tempore. ex hoc sequitur quod impossibile est motum cœli factum in vno tempore, esse in alio. vel fuisse in alio.

Secunda conclusio Nullus motus inferior potest esse in alio tẽpore, quam in eo in quo est. Primo, quia omnes alij dependent a primo. 8. physicorum ad principium. Secũdo, quia remotio principalis causæ remouet effectum, modo motus cœli est principalior causa omnium motuum. Ex quo inferunt quod eundem cursum numero, quem Socrates hodie facit, nõ potuisset fecisse alio tempore. Item sequitur quod si Socrates mouetur aliquo motu hora vigesima, si expectasset vsque ad horam vigesimam primam, nõ potuisset istomet motu fuisse motus, licet potuisset alio.

Tertia conclusio. illud quod acquiritur per motum aliquem totalem, tanquam eius proprius terminus, extrinsecus, sit possibile est acquirere per aliud. probant, quia alius terminus est alterius motus, vnde motus vel ipse terminus est, vel numeratur ob terminum. 5. physic commenmenta 9 quare vnus terminus non potest esse, nisi per vnum motum tantum.

Alij & famosi Theologi dicunt quædam contraria his. Primo enim petunt tempus non esse motum, patet quia tempus est mensura & motus mensuratum, mensura est alia a mensurato. Ex hoc inferunt quod plures motus possunt esse in vno tempore, quia plura possunt mensurari vna mensura. Secundo, inferunt quod vnus motus potest mensurari diuersis mensuris vicibus diuersis, vt idem pannus potest mensurari bis vlna. Secundo, petunt quod hi motus non dependent per se a motu cœli, sed quod hæ causæ sunt subordinatæ illi, non tamen dependentes. Ex hoc sequitur quod in diuersis motibus cœli potest esse vnus & idem motus inferior. Tertio, petunt quod motus diuersi possunt esse ad vnum terminum numero, patet de locali recto & circulari. Tunc dicunt primo quod a. motus qui nunc est, potest vel potuit esse in alio tempore. probant, quia vnum mensuratum potest bis eadem mensura vel di-

uersis æqualibus mensurari, vt accepi. Tunc ad rationes *Prima cõclsio.* contra hoc respondent quod bene aliquis effectus potest bis generari, immo infinities, nunquam tamen erit bis genitus. Ad 2m dicẽdũ quod suppositio est falsa, nam motus differt a tempore, & sic idem motus potest esse in diuersis temporibus Secundo tenent, quod resolutio cœli quæ est *Secunda* hodie inquantum motus. potuit fuisse fieri: sed inquantum motus cœli, non potuit, quia vt sic est necessaria ab intellectu necessario mouente qui mouet inuariabiliter. Tertio *Tertia* tenent, quod motus inferior qui est hodie potuit fuisse alias. probatur. quia iste non dependet ab illo cœli, nisi secundũ ordinem Et per hoc ad argumenta contra hoc.

Ad primum patet solutio, quia cæteri motus non depẽdent a motu cœli. Ad secundum etiam patet quia motus est causa principalior non secundum influentiam, sed secundum ordinem.

Tenent quarto quod illud quod acquiritur per vnã mutationẽ potuit acquiri per aliam Primo, quia vnus termin' *Quarta* esse potest plurium. Secundo, quia diuersitas posterioris non arguit differẽtiã prioris, sed motus est posterior termino, saltem secundum intẽtionem igitur variato motu, potest idem terminus esse. Tunc ad rationẽ contra hoc patet solutio

lutio, motus enim differt a termino motos. non enim capit esse a termino secundum numerum. sed secundum speciem.

De generabilis. Hæc de primo De secundo recentiores tenent quod generabile datum non potest idem numero vel impossibile est in quolibet plurium instantium produci, Primo, quia mutatio qoæ producitur non potest fuisse in alio tempore. Secondo, quia motos cœli continoo est actus qui est per se caula reru. Tertio, quia omnes causæ non possunt in diuersis instãtibus esse eædem numero. Quarto tunc idem numero posset redire. dicunt secundo idem numero non posse redire. Animaduertre quod famosi viri tenent oppositum, quod videlicet si aliquod generabile sit genitum in aliquo instante, idem numero potuit fuisse in alio. quod probar. Primo, quia tempus & instans non est de essentia, sic essentiale productio igitur genitum indifferenter potest esse in quolibet tempore. Secondo idem numero corpus potest esse in omni loco. Igitur idẽ numero effectus põt esse in quolibet tpe sibi æquali.

Tunc ad primum dicunt quod vna mutatio numero potuisset produci in diuersis tempotibus, vel posito quod non adhuc vnus terminus numero potest esse plurium mutationum. Ad secundum dicendum, quod motus cœli nõ est causa eorum quæ hic aguntur, sed hæ causæ vna cum cœlo sũt causæ sub ordinaræ ad vnum, & nõ per influentiam nec per aspectum, quicquid dicat Ptolomæus, cuius nunc auctoritas non recipitor. Ad tertium dicendum quod omnes causæ possunt concurrere in diuersis temporibus, quia causa particularis & cœlum, nam cœlum per naturam est causa, quæ semper est eadem.

Ad quartum nego consequẽtiam, quia licet remanear eadem materia, & idem agens, non manet eadem potentia respectiua, quia illa desinit in aduento formæ secũdum Auer. & sic in hac re nulla videtur necessitas. verõ tenendo mentẽ Ptolomæi, & cæterorũ astronomoru qui volunt cœlum agere motu & lumine, tũc oportet dicere q̃ sicut continuo est aliud & aliud lumen, alius, & alius motus. & planetarum configuratio, sic concursus concorsarum nunquam potest esse nisi in vno tempore, to vero in his considera.

RECO. Et quoniam materia dicitur multiplex, nam subiectũ alterationis materia dicitur, & subiectum lationis materia dicitur, & subiectũ augmentationis materia dicitur: ideo nunc exponit proprium & principale significatum materiæ secũdum Philoponum & dicit Est autem materia maxime quidem & proprie subiectũ generationis, & corruptionis susceptibile, modo autem aliquo scilicet. non proprie & maxime est idem subiectum & aliis transmutationibus ergo materia proprie & maxime subiectum est generationis & corruptionis, aliarũ vero transmutationũ subiectũ est aliquo, modo non proprie nec maxime. Cuius causam affert. & inquit. Quoniam omnia subiecta, quæ sunt susceptiua aliarũ transmutationum sunt susceptiua aliquarum contrarietatũ (vt visum est) at materia est commune subiectũ saltem remotum omnium contrarietatum, & sic quatenus est subiectum cõmune ac remotum omnium contrariorum, est subiectum omnium aliarum transmutionum, & sic patet significatum principale ipsius materiæ secundum Arist. In cõmentariis multa disputauimus, in quibus recognoscenda sunt aliqua.

De corporeitate. & primo de illa forma mistionis quam aliqui appellant corporeitatem, circa quam sunt plura videnda. primo quid sit, ad quod respondet quidam, quod sit corporeitas de genere substantiæ, per quam homo est corpus alij dixerunt quod est forma mistionis, per quam homo est corpus mistum virtualiter continens elementa. Nõ enim hæc forma est elementa, vel formæ elementariæ collectiuè, sed quadam forma alia ab illis virtualiter illas omnes continens per quam homo est corpus mistum substantialiter. Secundo vtrum hæc forma corporeitatis differt secundum rẽ ab anima intellectiua Respondẽt quod sic, & probãt primo, quia actio diuersorum agentium, quæ agunt diuersis actionibus impossibile est terminum esse vnum & eundem numero, vt quinto physi. patet, sed homo in generatione hominis agit propria mutatione, & deus in creando animam agit alia actione igitur alia & alia forma terminat hincinde.

Tex. c. 10. Præterea. Sumus in eo inconstanti in quo corrũpit pcedẽs forma sensitiua in embrione, aut ergo per agẽs naturale inducitur in eodem signo durationis alia forma in materia sic disposita, aut non. non est dicendum quod non, quia agens naturale nunquam agit corrumpendo aliquã formã vnam quin generet secũdũ aliam. Est enim corruptio vniꝰ generatio alterius. Sin autem dicamus quod sic, cum pro eodẽ signo durationis, quãdo materia est vltimate disposita, inducitur intellectiua. igitur simul in materia erunt duæ formæ substantiales anima intellectiua & corporeitas distinctæ secundum rem. Tertio, cum anima intellectiua adueniat materiæ prius natura saltem, & si non prius tẽpore, quomodo saluatur generatio. Dictum est enim quod omnis mutatio adueniens enti in actu est alteratio, vel non est generatio. Respõdent quod saluatur generatio, quia corporeitas non aduenit materiæ prius tempore, sed simul tempore cum anima intellectiua eandem materiæ potentiam perficiens, quam perficit anima intellectiua. Non enim est credendum secundum istos, quod materia alio instanti temporis recipiat corporeitatẽ & alio animam intellectiuam; sed eodem instanti temporis a deo recipit intellectiuam animam, & ab agente naturali recipit corporeitatem, nec est credendũ q̃ alia potentia recipiat corporeitatem, & alia intellectiuam animam. sic enim non esset vna generatio homini: sed eadẽ potentia ab agente naturali recipit coporeitatem per extractionem factam ab illa potentia, & a deo recipit animam intellectiuam per creationem, & sic saluatur ratio generationis cum anima intellectiua non adueniat enti in actu prius existenti tpe Quarto si hõ habet duas formas, q̃uo hõ est vnũ cõpositũ, & per se vnum. Respondent, quod ideo homo est per se vnum, quia materia recipit illas duas, formas simul tẽpore, & vna & eadem potentia Ea enim potẽtia qua ab agẽte naturali recipit corporeitatem, eadem a deo per creationẽ recipit intellectiuã aiam. & eo instãti quo ab agẽte naturali recipit corporeitate, à deo recipit aĩam intellectiuã. & sic hõ est vnũ per se, quia recipit illas vnica potentia, & vnico signo durationis. est & alia ratio, quia licet simul tẽpore recipiantur, tñ corporeitas priꝰ natura recipitur, vt dispositio ad intellectiuam aĩam. & sic homo est vnum per se quia recipit illa vnica potẽtia, & vnico signo durationis est & alia ratio, quia licet simul tpe recipiantur, tñ corporeitas prius natura recipiatur, vt dispositio est intellectiuam animam. & sic homo est vnum per se ab vltima forma, quæ est intellectiua anima. Quinto, vtrum in alijs ponẽda est hæc corporeitas, an in solo homine, dicunt quod in solo homine ponẽda est. Causa est, quia nisi poneretur in homine agens naturale corrumperet aliquam formam, & nõ generaret aliam Hæc n est dĩa inter agẽs naturale, & agens diuinum, quod agens diuinũ potest agere aliquam formã non corrũpendo priorẽ: agens naturale non põt agere formam, nisi corrumpat priorem & nõ põt corrũpere priorẽ nisi aliam gñaret. & sic oportet ponere corporeitatem vt saluetur corruptio sensitiuæ prioris, quæ præcessit in embrione. In alijs mistis non oportet quia vltima forma inducitur ab agente naturali, & omnes præcedentes corrumpuntur. ex quibus sequitur quod corporeitas, quæ est forma hominis, est propria hoi, & in ea non conueniunt alia mista, cũ sit vltima dispositio, que ita facit pro inductione intellectiuæ animæ, q̃ non pro alijs. iterum patet corporeitatẽ vltimo induci vt dispositionem vltimã, quæ facit pro anima intellectiua, quæ simul tempore recipitur in materia cum illa, prius tñ natura, patet vlterius, quid pater & mater, dant in generatione. nam dant vltimam dispositionem, quæ est ista corporeitas, & alia & alia quæ faciunt ad hanc, & hac ratione homo generatur ab homine, quia generatur omne requisitum ad inductionẽ animæ Hæc positio est refutata in commentarijs quæ nuperrime edidimus in libris de anima. ideo hæc sufficiant Sed circa secondam positionẽ animaduerte quod Auic. & Auer. differunt in positione corporeitatis, nam Auicen. supponit corporeitatem, & corpus ipsum, vt per se subiectum generationis ac corruptionis. & propterea contra Auic. sequitur generationem esse alterationem, quia ad ipsum sequitur generationem esse transmutationem alicuius subiecto permanente in actu, quatenus est subiectũ illius, in quod fit transmutatio. At secũdũ Auerr corpus non supponitur, vt subiectum per se eius, in quo est transmutatio: sed supponitur corporeitas,

poreitas, vt quoddam simul susceptum in materia cum ea forma, cuius est generatio, quod susceptum præsupponitur vt dispositiuum eius, cuius est generatio, vt dictum est. Hoc enim remanete sub vtraque contrarietate, nec Aristo. nec Philoponus, nec Auerr. negaret, cum concedat de diaphano & de humido, & sic patet differentia inter Auic. & Auer. quā

De formis particularibus. non animaduertentes quidam Iuniorum blacterizant cōtra ea, quæ nos scripsimus. De formis vero particularibus, licet positio, quam scripsimus, posit esse satis probabilis, tamen dicerem nunc quod opposita positio videtur magis peripatetico. Primo, quia est quasi principiū in philosophia peripatetica quod agens naturale non potest attingere essentiam materiæ puræ, nisi corrumpat formam substantialem, quæ, præcessit. igitur in alijs ab homine, cum agens inducit vltimam formā, oportet vt corrūpat omnes priores, alioquin generatio vnius non esset corruptio alterius. Antecedens licèt sit manifestum, etiam patet ex differentia agentis naturalis, & agentis diuini, nam agens diuinum potest agere priorem formam in materia conseruando. Agens vero naturale non potest agere nouam formam priorem conseruādo, sed illam penitus corrumpendo. Ex hac ratione videtur, quod tales formæ non sunt composibiles cum forma vltimo inducta. Secundo, ratio quare duæ formæ simul possunt induci in eadem materia, est quando inducuntur e diuersis agentibus, quorum alterum conseruat actionem alterius. Modo formæ illæ, & forma vltima non sunt inductæ diuersis, agentibus, sed ab eodem naturaliter agente, quod non generat nisi corrumpit. Tertio, ratio quare duæ formæ possunt simul esse in eadem materia, est quando materia recipit illas per eandem potentiā Diuersæ enim potentiæ non possunt

Cōmē. 18 esse eiusdem formæ (vt Auer. inquit. 12. libro meta.) Vna tamen potest esse diuersarum formarum, quando sunt a diuersis agentibus, quorum alterum non destruit actionem alterius, sed materia non respicit vltimam formam, & formas partiales eadem potentia respectiua. ergo non potest simul stare in materia. Quod non respiciat illas eadem potentia respectiua, patet. quia oporteret, vt per illam potentiam respiceret diuersa agentia, quorum alterum non destruit actionē alterius, at talia diuersa agētia non sunt, nō possunt esse simul in materia. Sed qm̄ contra positionē hanc peripateticā nulla ratio vr̄ efficax, nisi illa experiētia de digito amputato, ego crederē, quod si digitus aliquis esset totaliter amputatus, nunquam posset parti priori continuari. Bene tamē obseruatum est digitum reuniri, quando totaliter fuisset, amputatus, nam adhuc anima in illo residere poterit, & sic virtute illius reuniri poterit, Tu vero scias in his nullam esse necessitatē pro altera parte, nam quod dicunt medici de membris, & de formis eorum, medice est intelligendum. Medice enim intelligendo complexio est forma membri, quia merito huius operationem prouenire autumant, merito huius lædi, & iuuari credunt quæ sufficiunt ad opera medici. Omnia enim dirigunt medici ad opus vel conseruatiuum, vel reductiuum, vel præseruatiuum, vel curatiuum, pro omnibus vero his satis est eius complexionis aut conseruatio, aut curatio, aut quid tale. Cum enim conseruat complexionem, membrum secundum substantiam iudicat conseruare cum præseruat complexionem præseruat membrū cum reducit complexionem, reducit membrum: cum curat cōplexionem, curat membrum ergo si pro omni actu medici circa substantiam membri Medicus iudicat sufficere respicere ad complexionem. Ergo medice loquendo dicendū est complexionem esse totam substantiam membri. At Philosophus naturalis, qui prospicit rerum naturas, cum cōplexionem sciat resultare ex qualitatibus, cogetur dicere complexionem esse qualitatem. Patet ergo apud medicos membra esse diuersarum formarum substantialium, quæ sunt eorum complexiones. apud Philosophum vero, omnium mēbrorum est vna forma totalis plures tamē qualitates, vt dictum est. Quæritur in commentatijs etiā vtrum idem effectus nunc, vt Niphus antequam sit, posit esse a diuersis generantibus: & determinauimus quod non, quia generatio naturalis est determinata & sic oportet, vt determinatus effectus proficiscatur a determinato agente, alioquin non esset determinata. Sed cōtra accidit dubitatio. primo, quia a. effectus antequam fiat, contingit fieri a.b. causa. Igitur ad oppositum qualitatem a. contingit non fieri a b. causa cōtingit non fieri a.b. causa. ergo contingit fieri ab alia, causa quam a. b. quia si contingit non fieri a b causa, & contingit fieri tūc contingit fieri ab alia causa. Præterea. Inter b. causam & a. effectum, qui nondum est, & potest esse, ordo est per accidēs atque contingens igitur a. contingit fieri a.b. & fieri nō a.b. & sic videtur quod posit fieri ab alio quam a.b. Hæc argumenta sunt difficilia. Propterea dixerunt vnum effectum nondum existentem fieri posse a diuersis agentibus inter se, & cum effectu accidentaliter ordinatis. verum potest defendi positio in commentarijs posita. Et sic dico ad primum q a. effectus, qui nondum factus est, contingit fieri. a.b. causa, & concedo quod contingit non fieri. a.b. causa, quia potest impediri, & nunquam fieri, ex quo contingit fieri. Nego tamē, quod contingit fieri ab alia causa q̄ a.b. qm̄ si contingit fieri, non nisi a b. contingit fieri. Dr̄. n. contingens fieri nō q̄a cōtingat fieri ab alia causa quam a.b. sed quia contingit fieri, & non fieri a.b. quoniam contingit impediri. Per idem ad secū dum concedo quod inter a. & b. est ordo contingens, & per accidens, quoniam a potest fieri, & potest non fieri a.b. Præterea. Potest esse. b. & potest nunquam esse. a. ergo est ordo per accidens, non tamen est ordo per accidens ex eo, quia posit esse ab alio quam a b quoniam si potest esse, non potest esse nisi a.b. tamen est ordo per accidens inter. b. & a. quia contingit b. esse, & nunquam esse. a. Hæc sunt dicenda, (vt mihi videtur) pro defensione positionis peripateticæ. Vtrum vero hæc positio sit simpliciter vera nunc non determino, sed remitto rem ad veriores, & sapientiores. Quæritur etiam in commentarijs vtrum aliquis effectus productus in aliquo instanti, potuit esse productus in alio, vt in priori, vel posteriori. Pro dilucidatione animaduertēdum, quod hæc propositio est multiplex pro quanto subiectum potest intelligi secundum compositionem, & secundum diuisionem. Si enim intelligitur secundum compositionem, sensus eius est de præterito, quia est sensus. Vtrum aliquis effectus productus in aliquo instanti, vt productus in illo instanti, potuit esse productus in alio. & sic de quæstione nulla prorsus est dubitatio, quia nec res successiua nec res permanēs producta in aliquo instanti, vt producta in illo potuit esse producta in alio. Sin autem intelligitur subiectum secundum diuisionem, eius sensus est de foturo, vel de præterito per implicationem de futuro. Est enim sensus, vtrum effectus productus in aliquo instanti antequam esset productus in illo instati, potuisset esse productus in quocūq; alio ab illo. Et tunc de hoc aliqui dicunt quod non, aliqui quod sic, & habent bonas rationes Ego vero arbitror quod tempus (vt Alexander dicit primo meteo.) potest accipi dupliciter. Vno modo pro mensura siue quantitate simpliciter nihil aliud intelligendo & sic dicerent talem effectum productum in vno tempore vel instanti antequam productus esset, potuisse esse productum in quocūque alio, qnoniam nec tempus sic sumptum est causa rei, nec res est causa temporis Sed solum eius quantitatiua mensura, modo idem mensuratum potest diuersis mensuris mensurati, modo sint æquales & sic illa productio potuit esse in quocunque alio instanti. Alio modo potest accipi tempus, prout est fato affectū, hoc cœlesti constitutione dispositum, ita vt sit dicere tempus cū nexu omnium causarum quæ sunt cum illo tempore. & sic dicerem quod effectus productus in vna instanti vel in vno tempore, non potuit esse productus in alio, quia cum illud tempus dicat nexum omnium causarū, a quibus est ille effectus, non potest effectus esse ab alio nexu quam ab illo, vt proxima dilucidatione patuit, & hoc est verum in successiuis, & permanentibus. Dicebamus enim effectum contingēter esse a sua totali causa, quia potest impediri. non tamen potest esse ab alia causa, quā ab illa totali: ergo effectus productus in aliquo tempore antequam esset productus, non potuit esse productus in alio tempore, sumendo tempus pro tēpore affecto nexu omnium causarum, de quibus ille producitur. Hæc dilucidatio (vt arbitror) est peripatetica.

De augmentatione autem reliquum est dicere, & quid differt a generatione & alteratione, & quomodo augmentatur De aug. Ant. c. 19

mentatur

mentatur vnũquodque quod augmentatur & diminuitur quodcunque diminuitur.

Dilucida. tex. eiusdem. *De augmentatione vero reliquum est dicere, & quo differt à generatione, alteratione, & quomodo augetur eorum, quæ augentur, singulum, & minuitur, eorum quæ minuuntur, vnumquodque;*

Cõmẽ. 72 Perfecit hactenus declarare tam generationem, quam alterationem. Nunc de augmentatione proponit dicitur autẽ augmentatio græce auxesis, latine. tum augmẽtatio. tum auctio. tũ incrementũ minutio vero dicitur phthisis latine diminutio siue imminutio. De auxesi & phthisi, hoc est incremẽto, & imminutione nũc proponit. ꝓponit aũt duo videlicet quo differt a generatione. & alteratione, ac latione itẽq; & quomodo augeatur augmẽtabile, quomodoue imminuatur diminuibile. Hic perfectam colliget descriptionem, ab ipso enim augmentabili colliget genus ipsum, ab aliorum motuum differentia colliget differẽtiam, & inde perfectam cõgregat definitionem.

RECO. Quæ in commentarijs dicta sint, bene se habent, ad verba tamen Philoponus dicit quod Arist. duo proponit differere de augmentatione. scilicet quo differunt, & quomodo augeãtur, quæ augescunt. & hoc inquit De augmentatione autem reliquum est dicere, & exponit, quæ, & inquit, & quid differt a generatione & alteratione, vtrum secundum vnum, an secundum plura, & quomodo augmentetur vtrumquodque eorum, quæ augentur, & diminuitur vnumquodque eorũ, quæ diminuũtur Pro cuius intellectu (vt notat Philoponus) Diuisio artium Animaduerte quod artium quædam cõueniunt in materia & differunt in forma, vt tectonica, & nausfactiua nam vtrisque communis materia sunt ligna formam vero, hæc quidẽ nauigij: illa vero ianuæ vel abaci agit. Aliæ differunt materia, & conueniunt forma, vt argentaria & ætaria. nam ærariæ materia est æs. Argentariæ vero materia est argẽtum. at tamen vtraque eiusdem fere formæ est operatiua, vtraque enim vrceolum, vt ita dixerim, & patellam facit, & huiusmodi. Aliæ differunt materia & forma, quæ sunt penitus separatæ, vt tectonica & medicinalis, nam tectonica materiam habet ligna, hæc vero humana corpora. Tectonica est ianuæ vel sedis formam faciens. Medicinalis sanitatem nostrorum corporum. ergo cum omnis ars consideret materiam & formam, oportet qui vestigat de generatione, & augmentatione, sciat quod differant secundum vtraque scilicet materiam & formam, ideo proposuit duo, & quo differunt vt materia, & quo modo, vt forma.

Antiq. c. 10 *Scrutandum itaque primo, vtrum solum in ipso circa quod eorum adinuicem differentia est. verbi gratia, quod ex hoc in hoc transmutatio, vt ex potentia substãtia in actu substantiam, generatio est. quæ autem circa magnitudinem augmentatio & diminutio. quæ autem circa passiones alteratio. vtraque autem, ex potentia existentibus in actum transmutatio, dictarum est. An etiam modus differt transmutationis? videtur enim quod alteratur, non ex necessitate transmutari secundũ locum, neque quod generatur. quod autem augmentatur & diminuitur, alio autem modo ab eo quod fertur. quod enim fertur, vniuersum mutat locum. quod autem augmentatur quemadmodum quod deducitur. hoc enim manente, particulæ transmutantur secundum locum.*

Dilucidatio eiusdem. *Cõsiderandum itaque primo, vtrum eorum adinuicem differentia solum sit penes id ad quod sunt. verbi causa. quod hæc quidem transmutatio quæ est ex hoc in hoc, vt ex potentia substantia, in actu substantiam, generatio est. quæ vero ad magnitudinem, auctio, & imminutio: quæ autem ad affectiones, alteratio. Ambæ autem sunt ex entibus potentia in actum transmutatio eorum quæ dicta sunt. Aut etiam transmutationis refert motus. videtur enim quod quidem alteratur, nõ ex necessitate secundum locum transmutatum, neque quod generatur: sed quod augetur, & minuitur, uerum modo altero ab eo quod fertur. Quod quidem enim fertur, totum permutat locum, quod vero augetur, quemadmodum id quod extenditur, ipso enim permanente, partes secundum locum mouentur.*

Cõmẽ. 10 Transmutationes differunt trifariam, vel penes terminos ad quos, aut penes modos transmutandi, aut penes subiecta, de differentia subiecta, alibi dixit, & posterius quædã adijciet. Nunc proponit vtrum augmentatio ab alteratione & generatione differat, penes terminos, aut penes modos quibus transmutationes fiunt, penes quidem terminos, vt sit hæc quidem generatio ad substantiam. Illa alteratio ad passiones. Ista augmẽtatio ad q̃titatẽ penes vero modos, vt gñatio & corruptio & alteratio nõ sint in loco augmẽtatio sit in loco sed mõ alio a latione. nã latio maxime recta est in loco permutanter, quia locum deserit, & locum accipit. at augmentatio est in loco non permutanter, sed permanenter, quia est in loco, quemadmodum quod circũcirca rarefit ipso existente fixo. Hæc igitur est quæstio. inquit. Considerandum itaque primo, vtrum eorum adinuicem differentia solum sit penes id ad quod sunt, hoc est penes terminos ad quos verbi causa. quod hæc quidem transmutatio quæ est ex hoc in hoc, vt ex potentia substantia in actu substantiã generatio est. quæ vero ad magnitudinem, sit auctio, siue immutatio: quæ autem ad affectiones siue passiones, vt ad qualitates de tertia specie, sit alteratio. & ne sit contentio antiqua subdit, ambæ autem hæ videlicet auctio & alteratio sunt ex entibus in potentia in actu transmutationes, eorum que dicta sunt, videlicet alteratio qualitatis, auctio quãtitatis, hoc itaque adijcit, ne quis credat solam generationẽ esse ex ente in potentia ad ens in actu Hoc est primum mẽbrum quæstionis, deinde subscribit secundum. d. aut etiam transmutationis refert modus, ita vt non tantum penes terminos differant, sed penes modos, & hoc declarat. d. Videtur enim quod alteratur, non ex necessitate secundum locum transmutatum, neque quod generatur, sed quod augetur & minuitur, videntur secundum locum transmutari. verum modo altero ab eo quod fertur & loco mouetur. Quod quidẽ enim fertur, totum locum permutat, maxime in motu recto, quod vero augetur, mutat locum, quẽadmodum mutat id quod extenditur aut rarefit, elauno enim græce, extendo, siue duco siue rarefio latine, nam quod rarefit, hoc modo mouetur, quod ipso permanente secundum eundem locum partes eius secundum locum mouentur: est igitur quæstio, vtrum augmentatio differt a cæteris motibus penes terminos tantum, an penes modos, & sic litera est suspensiua.

RECO. Exequitur de problematibus, & primo secundum Philoponum quærit. secunda ibi {An etiam soluit} Cum enim ꝓposuit dicere de materia, & de forma, quærit vtrum solum differant in ipso circa quod, hoc est in sola materia, an etiam in forma, & in modo? soluit ergo quod in vtroque. & solutio est, quod Arist. sumit huiusmodi transmutationes differre materia, q̃a differunt prædicamento circa quod sunt. nã substantia est materia in qua sunt generatio, & corruptio, quale est materia in quam est alteratio Quantum vero materia, in qua sunt auctio & imminutio, differunt etiam forma, quia generatio fit sine eo quod ipsum genitum mutet locum, nec mutabiliter, nec permanenter. Alteratio similiter, motus vero localis est cũ mutatione loci mutabiliter auctio vero & diminutio facit mutare locum permanenter. Quod vero ad verba attinet, quæres cur dixit {Vtraque autem ex potentia existentibus} cum vtraque verbum non dicatur nisi de duobus, at Arist. enumerauit tres mutationes. Ergo debuit dicere omnibus autem, & non vtraque. Innuit Philoponus responsionem, quod respexit ad genus, nam secundum genus duæ mutationes sunt, scilicet secundum substantiam, & secundum accidens, & propterea dixit vtraque, quia tã ea transmutatio quæ est ad subiectũ, q̃ quæ est secũdum accidens, vtraque est de potentia ad actum. Primo du Dubitabis rursus, quia Arist. non proposuit dicere de motu locali. ergo male distinguit auctionẽ ob ipso modo locali. Innuit solu Philoponus, & bene, quod hoc non facit primaria intentione,

teutione,sed quasi obiter, & per accidens, quia cum motu locali ipsa auctio videtur valde conuenire ideo erat necessarium dicere de differentia inter ea Rursus dubitabis, quia in libro physic. dictum est, quod motus localis est primus motuum.ergo nihil potest alterari vel generari, quod non moueatur localiter innuit Philoponus solutionem, & rectam, quod motus localis est primus, quia nihil potest generari, quin præcedat motus saltem in alio, vt in ipso generante similiter nihil potest alterari, quin præcedat motus localis in alio, vt in ipso alterante, at aliquid potest generari, & non mutare locum. Non enim cerusa ex plumbo facta mutat locũ, neque lac ex sanguine factum mutat locum simili ratione de alterabili dicendum. quia potest lapis calefieri nullo penitus loco permutato.

Præterea. Dices cur Arist.non assignauit differentiam inter augmentationem & extensionem, innuit sol. Philoponus, quæ patet. nam extensio fit semper secundum vnam diametrum aut longum, aut latus, aut augmentatio simul
Anti.c.81 & semel fit secundum omnem diametrum.

Non quemadmodum quæ sphæræ.hæ enim, in æquali loco toto manente, transmutantur. quæ autem eius quod augetur, semper in ampliorem locum. in minorem au-
Dilucida. te.c. eiusdem. *tem, quæ eius quod diminuitur.*

Non quemadmodum quæ sphæræ.hæ quidem enim æquali in loco transmutantur toto ipso permanente. Sed quę sunt eius quod augetur, semper in ampliorem locũ:
Comẽ.81 *quæ vero eius quod minuitur, in minorem.*

Sed contra argues, quia si quod augetur mutat locum secundum partes, tunc non differt ab eo quod mouetur circulariter. Respondet.non.subaudi mouentur partes aucti, quemadmodum mouentur partes quæ sunt sphæræ. Hæ quidem enim æquali in loco transmutantur, toto ipso permanente, & sic mutat locum secundum partes, ipso loco semper existente æquali, sed partes quæ sunt eius, quod augetur semper transmutantur & rarefiunt in ampliorem
RECO. locum: quæ vero eius, quod minuitur, in minorem, & sic loci non seruatur æqualitas.

Intelligas etiam quod Arist.obiter, & non de primaria intentione ponit differentiam inter motum sphæricum, & augmentationem. ductus necessitate cõuenientiæ, quæ prima facie videtur esse inter eos. Demum epilogat. & inquit; Quod igitur auctio differat non solum in ipso circa quod
Anti c.82 hoc est materia, sed etiam sic, hoc est forma, & modo, manifestum est. tacuit autem differentiam inter auctionem, & extensionem, quia vt dictum est, patet.

Quod igitur differt non solum in ipso circa quod,
Dilucida. tex. cõm. eiusdem. *sed & sic, transmutatio eius quod generatur, & alteratur, & augmentatur manifestum est.*

Quoniam quidem igitur transmutatio eius quod
Cõmẽ.82. *generatur, & alteratur, & augetur non, tantum differt penes id ad quod: sed etiam sic, patet.*

Soluit quæstionem, & vult quod eiusmodi transmuta-
Anti c.83 tiones differunt penes terminos ad quos, & sic hoc penes modos.

Circa quod antem est transmutatio augmentationis & diminutionis (circa magnitudinem autem vide-
Dilucida. te c. eiusdem. *tur esse) quod est augeri & minui qualiter accipiendum est.*

Ad circa quid est transmutatio auctionis, & minu-
Cõmẽ.83 *tionis? (cum circa magnitudinem videatur esse) ipsum augeri & minui, qua nam ratione suscipiendum?*

Duo proposuit, quorum primum erat. quo auctio cæteris è transmutationibus discrepat, circa quod mouit, & soluit quæstionem. Secundum erat quomodo augendum augeatur, minuẽdum minuatur, perficit primum, nunc circa secundum mouet quæstiones Petit autem vnum ex nũc dictis, & aliud postulat. Petit quidem auctionem & minutionem circa magnitudinem fieri, at postulat quanam ratione ipsum augeri & minui circa magnitudinem fiant. inquit. At circa quid est transmutatio auctionis, & minutionis? quod erat secundum (cum circa magnitudinem videatur esse) ipsum augeri & minui, qua ratione suscipiendum? verbum qua ratione, græce est poteros. quod interrogat.

Tria, vt inquit Philoponus, quærũtur de augmentatione, & potest addi quartum, vt pote quæ sit augmentationis materia, quid factiua causa, & quid est quod augetur, & quid quod auget, & quomodo, quod augetur, augeatur. ideo quærit de materia. & inquit. Sed suppos. his solutis, quæritur, circa quod est transmutatio de specie augmentationis, & diminutionis. quasi respondens inquit. Circa magnitudinem autem videtur esse, tanquam circa materiam, tunc statim mouet quæstionem de modo quo augetur & dicit. Supple tu cum circa magnitudinem fit auctio, id quod est augeri & diminui qualiter accipiendũ est, quod sic quæstio est de modo: nam si materia circa quã fit auctio est magnitudo, siue quantum, quomodo ex illo quanto fit, & quid est illud quantum ex quo fit. Hæc est expositio Philoponi RECO.

Anti.c.84.

Vtrum ex potentia quidem magnitudine & corpore actu autem incorporeo & sine magnitudine generari corpus & magnitudinem. Dilucida. te.c. eiusd.

Vtrum ex potentia quidem magnitudine, & corpore, actu vero incorporeo, & indiuiduo fieri corpus, & magnitudinem. Cõmẽ.84

Explicat quæstionem propositam. q.d. vtrum suscipiendum sit fieri corpus & magnitudinem ex potentia quidem magnitudine & corpore: actu vero incorporeo & indiuiduo? an subauditu. ex actu corpore corpus, & ex actu magnitudine magnum fieri sit dicendum. Mouit autem quæstionem hanc propter physicos, qui dixerunt aliquod elementorum quatuor esse omnium materiam: qua ratione oportet dicere crementum effici ex actu quanto, & actu RECO. corpore cum elementum illud sit actu quantum.

Cum accepit ipsum quantum esse id, quod augmentationis materia efficiter, quærit. vtrum huiusmodi quantum sit potentia corpus, & magnitudo: actu autem incorporeum, an supple sit actu corpus, & magnitudo. & hoc inquit. vtrum generari corpus & magnitudinem, quod est ipsum augeri, sit ex potentia magnitudine, & corpore, actu autem incoeporeo, & sine magnitudine. hoc est vtrũ quantum quod est materia auctionis, sit potentia corpus, Cõmẽ.83 an actu corpus. Hæc est expositio Philoponi.

Et cum hoc dupliciter contingat dici, qualiter augmentatio sit? vtrum ex ipsa separata secundum se materia, an existente in alio corpore? Dilucida. te. c. eiusdẽ

Et hoc cum bifariam dici cõtingat, qua nam ratione auctio sit, vtrũ ex separata ipsa per se materia, aut existente aliquo in corpore? Cõmẽ.85

Omnes concedunt auctionem effici ipsa è materia, quæ quidem actu non est corpus, sed potentia. Sed ipsam non esse corpus dupliciter est, aut loco, aut esse, quæ res vt intelligatur, animaduerte quod aliquid separari ab aliquo pro nunc dupliciter contingit. aut loco: qua ratione vinum fusum e dolio ipso separari loco contingit, quomodo Pythagorei & forte Plato materiã separatam a corpore physico dixere: nam existimauerunt ipsam esse vacuum quoddam è physicis corporibus loco separatum. Aut esse, qua ratione vinum in dolio constitutum e dolio ipso re & esse siue definitione separatur, quia realiter differunt sicut accidens & subiectum: vel locatum & locm, quomodo Peripatetici materiam separari a corpore profitentur, cum ipsa non sit corpus, sed in potentia ad corpus, & re & diffinitione aliud quid a corpore ipso. Sunt qui addunt aliquid separari ab alio loco & re siue esse. nauta in portu ex naui sepàratur, cum nec sit nauis, secundum esse, nec in vno eodẽque loco cũ naue ipsa Nihil tamẽ separari potest ab alio loco, & non esse. nam vbi loco separatur, & esse necesse est disiũgi. Qua distinctione accepta, petit, dato quod

ex materia

cum materia bifariã dicatur non corpus, vtpote loco, & esse: qua nam ratione auctio fit, verum ex separata ipsa per se materia. subaudi a corporibus physicis loco tãtum: aut existente aliquo in corpore, & ita non loco, sed re & esse separata. Est igitur quæstio vtrum auctio fiat ex materia separata a physicis corporibus loco & subiecto, vt Pythagorei. an separata re & esse, non autem loco, more peripateticorum Recentiores petunt quomodo potest intelligi materiam separari à quãtitate, & esse partem corporis sensibilis. Respondet, quia potest indiuisibile esse pars rei diuisibilis, vt intellectus indiuiduus pars est hominis, immo præcipua pars, quoniam homo est res diuidua, res hæc sumit dubium in defensione certioris, an enim intellectus pars sit hominis, physici ambigunt. Adhuc nec quæstio est ad propositum, nec solutio, quando quidem Aristo. per separari secundum esse, intelligat separari secundum rem, non secundum subiectionem. dicas igitur, vt diximus.

RECO.

Quæsiuit de eo ex quo augetur, quod augetur, quid nã esset, an corpus actu, an corpus potestate. ideo probat primo quod non posit esse corpus potestate, nam postea concludet illud ex quo augetur qđ augetur, esse corpus actu. Verum supponens potestate corpus non posse esse nisi materiam, quærit vtrum quod augetur, augeatur ex ipsa materia secundum se separata, & per se subsistente: an ex ipsa materia existente in alio corpore. Et inquit. Et cum hoc dupliciter contingat dici, hoc est. & cum illud corpus potẽtia sit materia, & ex materia fieri auctionem dupliciter contingat dici, qualiter augmentatio fit, vtrum ꝙ augetur, augeatur ex ipsa materia ſm se separata ab omni naturali corpore: an ex ipsa materia existente in aliquo corpore naturali. Dupliciter enim contingit quod augetur augeri ex corpore in potẽtia. quod est materia: aut imaginãdo ipsam materiã esse ab omni corpore penitus abiũctã, ac per se subsistentem & in nullo naturali corpore existẽtẽ: aut imaginando materiam esse in aliquo corpore naturali.

Anti.c.30

An impossibile vtrumque? separata enim existens, aut nullũ possidebit locũ, aut velut pũctus aliquis, aut vacuũ erit & corpus non sensibile. Horũ autem hoc quidẽ non contingit hoc autẽ necesse est in aliquo esse, semper enim alicubi erit, quod generatur ex eo. Quapropter & illud, aut secundum se; aut secundum accidens.

Dilucida-e c. eius-em

Aut impossibile vtroque modo. Separata quidẽ enim existens, aut nullum posidebit locum, aut vt punctus quidã, aut vacuũ erit, aut corpus insensibile. Sed horũ hoc quidem non contingit. Illud vero necessarium esse in quodam. Semper enim alicubi erit, quod generatur ex ipsa, quare & ipsa, aut per se, aut per accidens.

Cõmẽ. 89

Confutat vtrunque datũ, primo quod materia nõ sit loco separata a corporibus physicis, quia hoc nõ põt esse nisi trib⁹ modis, vel ꝙ ipsa separata nullũ obtineat locũ vt pũctũ, aut obtineat locũ, verũ sit vacuũ ipsum, aut certo plenũ sed insẽsibile vt aer. igit̃ si materia est separata aut erit in loco, aut nullo modo in loco erit, inquit Arist. sed horũ, hoc quidẽ non contingit. s. vt materia, sit separata, & nõ in loco illud vero. s. ipsam esse in loco necessariũ est esse, sed nõ separata, sed existens in quodã, & hoc probat. omne ꝙ est pars alicuius, quod est in loco per se, est in loco ꝑ accidẽs ratione illius. Sed materia est pars eius quod generat̃, quod est in loco ꝑ se, igitur materia est in loco per accidẽs. de ratione tangit vim minoris d. Semp enim alicubi erit, quod generat̃ ex ipsa, hoc est genitũ cuius ipsa est pars, hæc fuit minor, dat conclusionem. d quare & ipsa, aut ꝑ se, aut ꝑ accidens, subaudi in loco erit & sic nullo modo põt loco separari a physicis corporibus. Essent hic dubitationes. primo, quia intellectus secundum veritatẽ est pars hominis, & nullo modo est in loco. Itẽq; pars cœli intelligentia est, & nullo modo in loco. Amplius, quod est in loco ꝑ accidens põt nõ esse. Hæc sunt alibi ad longũ tacta. Nunc vero sciendum ꝙ pars alicuius est duplex, dependens a toto, & indepẽdẽs, vt multis locis colligitur, intellect⁹ est pars hominis indepẽdens ab homine ideo indiuiduus, quia cũ nõ dependeat in esse ab homine, nec in accidentibus eius, quorũ vnũ est diuidi. Similiter & intelligentia cœli est, at materia est pars dependens ipso a toto, ideo potest accipere cõditiones totius quarum vna est diuisio: itẽque materia est in loco per accidens, sed necessario, nã est quoddã ꝑ accidens necessario, primo physicæ auscultationis. com. 56. & 4. phy. com. 20.

Destruit vtrunque membrum, & primo quod ipsa materia quæ ponitur corpus potestate, nõ sit per se subsistens ab oĩ physico corpore separata. Secundo, quod non est in aliquo corpore quod quidẽ non sit per se subsistens ab omni naturali corpore separata probat, quia cum non existat actu corpus, erit aut punctus, aut vacuum nullum obtinẽs locum, aut erit corpus insensibile. punctus esse nõ põt. Tum quia non contingit esse aliquem punctum separatũ ab aliquo corpore. Tum quia ex indiuisibili non fit maius, non ergo põt esse punctus, nec vacuum esse potest, quia ita se non datur. 4. physic. Quod non posit esse insensibile corpus, probatur, quia si esset insensibile corpus esset corpus non quale. tamen esset corpus trinæ dimensionatum. tale autem omne est in loco, non enim per qualitatem corpus est in loco, sed ratione trinæ dimensionis. Ratione enim trinæ dimensionis corpus est in loco, ratione vero qualitatis est in certa differentia loci, vt vel sursum, vel deorsum. ergo cum illud corpus insensibile sit corpus, erit in loco, cum totalis causa quare aliquid sit in loco sit trina dimensio, quia per illam est in loco sibi æquali, esse autem æquale quanti est. Quod si sit in loco, vel sursum, vel deorsum, & quicquid dicitur, erit in illo, vel naturaliter, vel præter naturaliter, & sequitur ipsum esse graue, aut leue & sic quod erat corpus non sensibile, sequitur esse sensibile. Hæc (vt Philoponus inquit) Ari. tanquã per se manifesta dereliquit. Patet ergo primum membrum esse impossibile. Sed quo legenda sint verba, non leue est, legatur ergo primo modo sic, an impossibile vtrunque scilicet dicere materiam esse separatã per se ab omni corpore, & dicere ipsam esse in aliquo corpore. Et ꝙ sit impossibile primum ostendit. & inquit. Separata enim existẽs, s. ab omni physico corpore, aut nullum posidebit locum. verbum {aut} affirmanter dixit. probat (& inquit) velut enim pũctus aliquis, aut vacuum erit, & hoc est, aut corpus non sensibile erit. Sic habebat verba Philoponus in quodã exemplari, in quo legit {&} pro aut. In alio codice non legitur .n. Sed sic legitur, aut velut pũctus aliquis, aut vacuũ erit, aut corpus non sensibile, & tunc ipse primum {aut} legit aduersatiue pro sed, hoc modo, nullum possidebit locum, sed velut pũctus aliquis, aut vacuum erit, aut corpus insensibile. Deinde secundũ vnã Philoponi expositionẽ destruit, hæc tria membra (& inquit) Horum autem trium scilicet. quod sit punctus vel vacuum, vel insensibile hoc quidem, hoc est illa duo prima scilicet ꝙ sit punctus vel vacuum, non contingit, hoc autem. s. si sit insensibile corpus necesse est in aliquo supple loco esse. Verum prima duo cõtraxit in vnum secundum hanc primam expositionem. nã cum dixit {Horum autem hoc quidem non contingit} innuit illa duo non contingere scilicet quod sit punctus, vel vacuum, quæ in vnum contraxit, quia quasi eadem impossibilitate sunt impossibilia. Quod autem si materia separata ponitur insensibile corpus, sequat̃ ipsam esse in aliquo loco, probat Arist. & inquit. Semper enim alicubi erit, quod generatur, hoc est, quod auget̃ ex eo insensibili corpore. Accepit enim generatur, pro augetur. nã per auctionẽ fit corpus vel magnitudo maior quã fuit. & sic augeri: videt̃ idẽ quod generari, probat ergo Arist. quod augetur ex illo insensibili corpore, alicubi est, omne enim qđ augetur, est in loco, quapropter & illud ex quo augetur, aut secũdũ se, aut secũdũ accidẽs erit in loco, & vtrunque est necessariũ, licet sub distinctione ꝓtulerit. Est. n. illud insensibile corpus in loco secundũ se, quia corpus trinæ dimẽsionatũ, est in loco ꝑ accidẽs, quia id quod auget̃ ex ipso, est in loco ꝑ se. Hæc est vna expositio Philoponi, quã cæpit ex eo, q̃a vr̃ subdiuisio aduersari ei, ꝙ per ipsam subdiuiditur. Cœpit enim probare, quod illud ex quo augetur, ꝙ augetur nõ sit corp⁹ potestate, q̃a esset materia, & quærebat, si materia vel separata vel in corpore existẽs. Si separa, aut punctus, aut vacuũ, aut corpus insensibile, modo ponere ipsam corpus insẽsibile vide

RECO.

tur ipsam ponere corpus actu, hoc autem contradicit ei, quod cœpit destruere, ideo aliter exponit Philoponus secundũ Alexandrum, & remouet inter subdiuisionẽ, & illud quod subdiuiditur contradictionẽ. & dicit. An impossibile vtrunq; scilicet tam quod sit separata per se ab omni corpore, quã quod sit in aliquo corpore: quod sit impossibile ipsam esse separatã per se probat. Separata enim existens, nullum possidebit locum, quã ipsa sit separata erit aut aliquis punctus aut vacuum aut corpus insensibile, quæ supponit esse impossibilia non n. est punctus, quia ipsum non contingit separari: nec vacuum, quia non contingit reperiri: non insẽsibile corpus, quia istud est solum corpus mathematicum in consideratione, & non actu existens in re. & sic intelligẽdo nullum horum contradicit ei, quod cœpit destruere. Deinde ponit differentiam inter illa duo prima membra, ostẽdens vtraque esse impossibilia scilicet. quod nec possit poni per se subsistens, nec in aliquo corpore. & dicit. Horũ autem duorum scilicet quod sit per se subsistens vel in aliquo corpore, hoc quidem non contingit. Non enim contingit ipsam poni per se separatam, propter causam assignatam, quia vel punctus erit, vel vacuum vel fictio mathematica. hoc autem necesse est scilicet. ipsam esse in aliquo corpore, & in aliquo loco, quia semper erit in loco saltem per accidens ratione eius, quod augetur ex ipsa. Hæc est Alexandri expositio, quæ differt a prima, quia hæc refert verba ista ad prima duo membra. Expositio Philoponi retulit ad illa tria membra. Et si dicatur, quod Aristo. textu proximo destruit secundum membrum. ergo videtur superfluus, dicendum quod ibi destruit principaliter illud, huic vero quasi obiter, vt ostendat differentiam membrorum. etiam potest prima expositio defendi, possum⁹ enim dicere quod non est absurdum accipere membrũ oppositũ ei, quod præcepit, quia arguit ad hominẽ ex datis ab illo.

Anti.c.87 *Sed si in aliquo existit, siquidẽ separatũ ita sit vt nõ illius secundũ se aut secũdũ accidens aliquid sit, contingẽt multa & impossibilia, Dico autem verbi gratia, si generabitur aer ex aqua, non aqua erit transmutata.*

Dilucidate.c. eiusdem. *At vero si in quadam sic, sed quidem separatum ita vt nullius per se aut per accidens aliquid sit, multa accidunt & impossibilia. Dico autem si aer ex aqua fiat, non ex aqua erit transmutata.*

Cõmẽ.87 Destruit secundum, & probat quod auctio siue generatio fieri nõ potest a materia separata secũdum esse a corpore ad intellectum datũ, & arguit. nam vbi materia esset separata a corpore secundum esse, ita quod esse materiæ non sit esse corporis, sicut esse vini nõ est esse dolij: tunc materia esset in acto in corpore, quia oẽ esse est a forma, & actu, quare materia habere actuale esse aliud ab eo corpore in quo ẽ si materia est actu in corpore vtpote in aqua, tunc potest ex aqua effici aer, non corrupta aqua probatur, quia aer fit ex materia aquæ, quæ est res in actu: igitur potest fieri ex materia eius, nulla facta variatione in aqua.

Dubitationes. Sed hic est locus cõsiderationis. Primo, quia apud Arist. omne q̃ gñatur, fit a materia, & materia distinguitur ẽm esse a forma, & composito. igitur contra ipsum sequetur idem inconueniens. Secundo, ex mixto fit elementum & constat elementum esse distinctum secundũ esse a mixto. & tamen fieri non potest nisi corrũpatur mixtũ: Dici põt quod tota ratio dirigitur ad antiquos, qui tenuere materiã esse aliquod elemẽtorũ, & actu ens, & perfectũ in specie, & quod generatio est alteratio, contra quos bene valet quod tunc posset generatio fieri ex materia ipsa, nulla facta corruptione essentiali in ipsa aqua, quandoquidem materia aq̃ est res actu & perfecta.

RECO. Nunc probat q̃ ex materia existente in aliquo corpore physico non potest augeri, q̃ augeẽ, q̃ erat ẽm membrum, & quærit, si ex materia existente in aliquo corpore augetur, quod augetur, vtrum ex ipsa existente in aliquo corpore, quæ non est illius aliqod, s. neq; pars, nec passio, neque illius aliquid penitus. an ex ipsa existente in aliquo tanquam illius parte vel passione augetur quod augetur. Circa hanc diuisionem sic procedit secũdum Philoponum, q̃ primo probat q̃, ex materia existente in corpore vt nihilo illius non potest aliquid fieri. Secundo probat q̃ ex materia existente in corpore, vt aliquo illius nihil fit. secunda ibi. § Amplius autem talis transmutatio }. Primum destruit sic ẽm Philoponum, nam si materia esset in corpore aliquo vtpote in aqua, & non vt illius pars vel passio, tunc esset in ea, vt vinum in dolio, vel aqua in vase, hoc est separata secundum distinctionem saltem, & si non secundũ locum. Sed qua ratione in aqua posset esse vna materia sic distincta, & non vt illius aliquid, eadem ratione posset in aqua esse alia secunda materia, & tertia, & infinitæ, cũ tales non facerent maiorem aquã. Quod si possunt esse infinitæ: tunc cum ex qualibet earum fieri posset generatio, tunc ex aqua possent infinita fieri ipsa aqua non corrupta: quod est impossibile, & contra sensum }. Hoc pacto exponit Philoponus. inquit. Sed si in aliquo existit ipsa materia, quæ ponitur corpus in potẽtia, ex quo augeẽ. quod augeẽ sup. erit in separata, hoc est, nec vt pars, nec vt passio, nec vt aliquid illius, hoc exponit d: Siquidem separatum in ipso corpore a sit, vt non illius secundum se, aut secundum accidens aliquid sit, hoc est ita separatum in corpore sit, vt nec sit illi⁹ pars, nec illius accidens, nec illius quicquam, sed vt vinum in dolio vel aqua in vase, quod non est nec eius accidens nec eius pars contingent multa & impossibilia, hoc est accidet ex vno corpore infinita generari illo non corrupto ergo per multa intelligit multas materias quæ sunt impossibiles. q. d. contingens multæ & impossibiles in eodẽ corpore, quia qua ratione vna in eodem est, eadem ratione duæ, & tres, & multæ immo infinitæ vt exponit Philoponus. Hoc autem non probauit Aristo. sed tanquam rationi consonum supposuit. Exponit autem absurdum. & inquit. Dico autẽ verbi gratia. si generabitur aer ex aqua generabitur ex materia existente in aqua, & aqua non erit transmutata. quia cum illa materia stet in aqua vt vinum in dolio, sicut ex vino põt aliquid fieri dolio nõ corrupto. ita ex materia existente in aqua fieri poterit aer ipsa aqua non corrupta. & hoc subdit, sed propterea quoniã vt in vase aqua inest materia eius. scilicet aquæ. q. d. sequitur ex illa materia existente in aqua fieri aerem illa non corrupta, sicut fieri potest aliquid ex aqua existẽte in vase vase nõ corrupto. quia accepis infinita fieri posse ex aqua ipsa aquã non corrupta probat ex eo quia nihil prohibet in aqua esse infinitas materias, quia qua rõne in ea potest esse vna non illius aliquid eadem ratione duæ, & tres, & infinitæ. ergo nihil prohibet ex illis infinitis materiis infinita generari actu. propterea inquit. Infinitas enim nihil prohibet esse materias in eadẽ aqua quapropter nihil prohibet ex illis infinita actu fieri aqua non corrupta. Quod in eadẽ aqua nihil prohibeat esse infinitas materias. Aristo. accepit, & non probauit Philoponus autem probat, quia cũ materia non sit actu corpus, nec perficit aquam in qua est, nec est pars illius, nec locum aliquem totius occupet, nihil prohibet in eadem aqua esse duas, & iterum tres, & sic in infinitum. Non enim possunt esse plura in eodem vase, quia illa sunt corpora, nec plura membra in eodem toto eiusdem rationis, quia sunt partes, nec possunt plures passiones esse in eodem subiecto, quia sunt accidentia eiusdem rationis, quare cũ materia in aqua sit, & nõ vt pars, nec vt corp⁹ occupãs locũ, nec, vt accidens occupans subiectũ, nihil prohibet in eadẽ aqua esse duas, & tres, & quatuor, & sic de infinitis. Anti.c.88

Sed propterea quod vt in vase aqua inest materia eius. Infinitas enim nihil prohibet materias esse, quapropter & generari actu.

Etiã quia tũc vt in vase, inerit ipsi aquæ materia. Infinitas enim nihil vetabit materias esse, quare & generari actu. Dilucidate.c. eiusdem.

Secundo arguit si materia ẽm esse separatæ a corpore, sicut aqua a vase, tunc esset indiuidua ẽm esse, igitur in vno corpore possunt esse infinitæ materiæ, nã in vno diuiduo possunt esse infinita indiuidua vt pũcta. Hoc aũt relinqt tã q̃ falsũ, qa tũc ex illis infinitas materiis possũt simul infinita gñari. Aĩ aduerte q̃ Ari. arguit ex possibili secundũ imaginationem ad impossibile ẽm imaginationẽ, hoc miõ vbi materia sic ita separata a corpore, vt aqua a vase, tunc esset Cõmẽ.88 Vis rationis Aristo.

quid

quid indiuisibile. igitur esset imaginabile esse infinitas materias in vno corpore, sicut imaginabile est esse infinita puncta in vno corpore, qua e re ex illis imaginabile esset fieri actu infinita genita, hoc autem est re & imaginatione impossibile, igitur & id ex quo sequitur.

Anti. c. 89 *Amplius neque sic videtur generari aer ex aqua, vt extens a manente.*

Dilucida. te. c. eiusdem. *Amplius vero nec sic videtur genitus aer ex aqua veluti exiens à manente.*

Anti. c. 89 Syllogizat hypothetice sic. si materia esset in corpore, vt aqua in vase, tunc aer esset genitus ex aqua, veluti extens a manente, generaretur enim aer ab aqua prout materia exiret ab illa, qua ratione esset gnatio exitus quidam a manēte. Destruit consequens. d Amplius vero nec sic videtur genitus aer ex aqua, veluti extens a manente, & sic vult habere oppositum antecedentis.

Hic secundum Philoponum ponitur secundū argumētum, per quod probat, quod materia non est in corpore physico vt nihil illius natura tunc ex aqua fieret aer vt exiens a manēte, deduco, quia fit aqua ex materia, quæ nihil est aquæ, ergo aer fieret ex ipsa, hoc est exiret ab ipsa aqua, aqua permanente, & sic generatio aeris esset exitus, veluti exitus vini a dolio. Modo hoc est contra sensum. Quod vero ad verba attinet. dicit Philoponus quod Aristo loquens de materia auctionis loquitur de ea, ac sic esset materia generationis, ostendens quod materia eius, quod generatur, non est in aliquo, ita vt nihil sit illius, in quo est. Verum dicemus de hoc postea.

Anti. c. 90 *Melius ergo est facere omnibus inseparatam esse materiam. vt existentem vnam & eandem numero, ratione autem non vnam.*

Dilucida. te. c. eiusdem. *Melius igitur est facere omnibus inseparatam esse materiam, veluti existentem vnam & numero eandem ratione vero non vnam.*

Cōmē. 90 Ex iis concludit veritatem, quod scilicet materia non sit separata secundum esse a corporibus, immo sic secundum subiectum vna & eadem numero. ratione vero non vna, quia ꝓpter formas multiplicatur, a quibus sumitur ratio.

Dubōnes Ambigunt Iuniores vtrum materia possit secundū esse separari magnitudinibus. Videtur quod sic. primo, quia omnis substantia prior est tempore accidente. igitur potest separari. Secundo, quia omne prius potest separari a suo posteriori. Tertio, quia accidens est quod potest inesse & abesse præter subiecti corruptionem.

Secūda du. Secundo ambigunt contra Aristo. quia videtur in eodē esse plures materias coextensas, quoniam quando mixtum generatur ex elementis, quælibet pars mixti est mixta, igitur coextenduntur sub eadem quantitate omnes formæ elementorum sed non separatur materia a sua forma, neque forma a sua materia. igitur etiam coextenduntur sub eadem forma mixti omnes materiæ elementorum. Ad idē fiat bipedale tripedale, per rarefactionem, tunc pedalitas acquiritur in aliqua materia, & non in prima materia, quæ præfuit, quia tunc penetratio, igitur in materia noua, & sic duæ materiæ simul in eodem.

Ad primam respondet Auerro 7. meta cō. 4 quod accidentia sunt in duplici differentia, quædā separabilia, & tūc subiectū est prius tēpore accidente. quædā inseparabilia, & tūc subiectū ꝓcedit illa tēpore quo ad eius materiā, & non quo ad totum: vt homo præcedit risibile secundum materiam, licet non vt homo. Sed ista responsio non satisfacit quæstioni immo est falsa, quia tunc materia præcederet tēpore dimensionem, & sic posset esse sine dimensione. Propterea aīaduerte apud Auer. esse propositionem verā cum reduplicatione, quæ est falsa absolute, vt omne animal pōt videre absolute est falsa, quæ tamē cum reduplicatione est vera. nā omne animal pōt videre inquantū animal, immo & talpa pōt videre inquantū animal, 5. meta com 27. Similiter in proposito, omnis substantia potest separari ab accidente in quantum substantia, absolute tamen substantia omnis non potest separari ab accidente, vt patuit. Similiter omne prius potest separari a posteriori inquantum prius; & tamen absolute non omne prius potest separari a posteriori, vt patet in multis. Et per hæc patet solutio ad duo prima, dictum vero Auer. 7. meta. intelligit tantum in accidentibus actu, & terminatis. Ad tertium quicquid vel intrecentiores definitio accidentis data a Porphyrio intelligitur, vt dicit Ari. 1. topic. c. 4. q̄ pōt adesse, & abesse præter subiecti corruptionem, hoc est q̄ est prædicatum non conuersim: & sic magnitudo est accidēs materiæ, & non potest separari. Ad secundam tenemus quod in vno vna est materia & omnium vna est materia secundum priuationem, nō autem in actum tunc apud Auer. in 3. cœli com. 67 oporter imaginari esse in mixto vnam materiam tantū omniū formarum, nam elementa cum veniunt ad mixturam in prima mixtione rerum, ne se penetrent, franguntur ad minima, quæ postea agunt & patiuntur inuicem, quousque in cuiuslibet elementi materia inducūtur per generationē formæ aliorum elemētorū, prima forma nō corrupta, ad quarum formarum generationē sequitur continuatio omniū materiarum elementorum, & non extensio, nec penetratio, qua rōne materia vnius elementi non ingreditur materiā, alterius nec forma vnius elementi migrat in materiā alterius elementi: sed bene generat formā cōsimilē in materia alterius, & econtra, qua generatione formarū mutuo facta, materia ipsa redditur vna omnium, & sub vna dimēsione sed hoc stare nō pōt, quia licet minimū ignis generet in minimo aquæ formā, non propterea sequetur continuatio materiæ, nam pōt bipedale ignis agere in lignū, & materiæ amborum non efficientur vna propterea melius esse dicendum quod ex illa reciproca generatione vnius formæ in minimo alterius, fit quædam dispositio præuia ad continuationem, quæ postea sequitur in instanti quo ipsa forma vltima mixtionis aduenit, tūc. n oēs materiæ efficiētur vna numero omniū formarū elemētorū, hæc est respōsio optima ad mentē Auer. Ad 3m diceret Auer. in lib. de substātia orbis, quod dū additur pedale supra bipedale, ibi nō additur q̄titas quantitati. ita vt sint duo pedalia, quorū vnū alteri adueniat. imo prima quātitas subito desinit esse, & continuo generatur alia & alia dimensio, quousque in fine sit inducta tripedalitas subito in eadem materia numero. Nec intellige quod dimensio prima desinat simpliciter, & noua generei simpliciter, eadē materia remanēte sub vtraque; sed quod prima quātitas desinat informare subiectum sub primo termino, & secunda incipiat informare sub alio termino. nam dimensiones vt longitudo, latitudo & profunditas sunt materiæ coæternæ. sed generantur & corrūpuntur secundum terminos pro quanto dimensio nunc informat materiam sub vno, nunc sub alio termino.

His disputatis, nunc dat illud quod consequitur ad ea, quæ dicta sunt. quæsiuit, n. vtrum corpus ex quo augetur quod augetur sit actu corpus, vel potentia corpus, & probauit, quod non potest esse potentia corpus, vt patuit, nūc concludit. & inquit. Melius ergo est facere omnibus inseparatam esse materiam, vt existentem vnam, & eandem numero, ratione autem vnam. Circa quæ vero quærit Philoponus de qua materia loquutus est Aristo. an de materia generationis, an de materia auctionis. Est enim duplex materia, generationis quæ est materia compositionis, & hæc est prima materia, quæ est altera pars compositi: & augmētationis, quæ est ipsum compositum vt cibus, est materia augmentationis, quæque dicitur materia alterationis. verbi gratia. in elementis aquæ est materia auctionis aeris. Materia vero compositionis aeris est altera pars, ex qua componitur aqua, & in qua expulsa forma aquæ introducitur forma aeris. Quærit ergo Philoponus de qua materia loquitur Arist. cum concludit illam esse inseparatam, & existētem vnam numero ratione vero non vnam. An de materia compositionis, an de materia alterationis. ex vna parte videtur quod loquatur de materia generationis, siue cōpositiones, quia de hac loquutus est in omnibus textibus præcedentibus, & huic expositioni fauere videntur verba hæc, vt patet intuenti: ex alia parte videtur quod debeat intelligi de materia augmentationis, quæ est materia alterationis, quia de illa cœpit disputare, an esset actu corpus, ad potētia corpus. Adaptat autem ipse hæc verba

De Propositione absoluta & reduplicatiua.

vtriq; materiæ, q̃ sint adaptabilia materiæ generationis, oibus patet. Q̃ sint adaptabilia materiæ auctionis patet. q̃a legit sic. Melius ergo omnibus supple qui de auctione disputãt, facere materiã auctionis inseparatã, hoc est eãdẽ cũ corpore, vt existentem in vnã & eãdem numero cũ corpore, q̃ est materia auctionis, rõne vero nõ vnã. Aqua.n. est actu corpus, & quatenus est materia auctionis, & aqua idẽ numero est, panis quatenus est materia auctionis, & panis idẽ numero est, ratione vero nõ vnũ, q̃a panis, vt panis differt rõne a seipso vt materia auctionis: & sic hæc vera possunt aptari ad materiã auctionis & si dicas in processu prius loquutus est de materia generationis. Dicendum q̃ loquutus est ad aduersarium, nam si aduersarius ponit materiam auctionis esse corpus potentia, mox sequitur illud esse materiã generationis, & sic secundũ eũ eadẽ erit auctionis, & generationis materia, & propterea ad eũ sic loquutus est. Hæc ex Philopono colligi possunt breuibus, quæ ipse multis verbis dixit. In cõmẽtarijs diximus pauca de mistione, vbi animaduerte, q̃ de mistione dicemus postea, nunc vero quæ dicimus in commentarijs intellige de prima & noua mistione elemẽtorũ, q̃ est immediate ab elemẽtis: nõ aũt de antiqua, cũ de antiqua nulla sit quæstio, cũ ibi elemẽta fuerãt simul iã. De noua vero intelligas. q̃ cũ elementa veniunt ad misturã ab aliqua cœlesti constitutione (vt credit Auer.) ibi fiũt duæ fractiones, prima est corporũ, qua corpora elemẽtorũ frãgũtur ad minima, vt fieri solet ab aromatarijs, q̃n duo simplicia triturãtur, & deinde miscentur: sic elemẽta triturãtur a virtute cœli, vel ab aliquo agente sublunari virtute cœli, & hæc est prima fractio. hac fractione & mistione præsupposita, minima agunt, & reagunt p̃ eorũ qualitates remittẽdo se in substãtijs & qualitatibus tandiu quãdiu p̃dominet vnũ in tota miscella: & tũc inducitur in oĩbus materijs omniũ illorũ minimorũ, vna dispositio faciẽs p̃gñatione formæ misti, & ĩ eo instãti in quo illa inducitur induciĩ forma misti, ita vt vnũ sit instans inductionis formæ & dispositionis, & cõtinuati esse omniũ materiarũ ad vnam materiã, & vnã quantitatem conuenientem formæ misti. Et si quæritur quid est illa dispositio. Medici dicũt eam esse cõplexionẽ, siue secundũ qualitatem resultantẽ ex primis: verũ de his postea iterum in commentarijs loquuti sumus de rarefactione, vbi debes scire, q̃ in rarefactione sunt tres motus. Primus est calefactio p̃ quã acquiritur caliditas, sine qua nõ põt fieri rarefactio Secundus est rarefactio, per quã acquiritur raritas, q̃ est qualitas in quanto: quæ consequitur caliditatẽ. Tertius est motus localis, qui fit ex eo quia prior q̃titas dr̃, maior q̃ motus dicitur ad imaginationẽ mathematicorũ motus consequens maiorẽ quantitatẽ. Et cum dicis, quid acquirit per motum hunc rarefactionis vtrum noua quantitas, dicendũ q̃ nõ, sed prima fit sub maiori extẽsione, & cũ dicit motus rarefactionis est motus realis, ergo per ipsam acquiritur terminus realis. concedo: sed non realiter distinctus a priori quantitate. acquirit.n. noua quantitas s̃m nouũ terminũ, nõ aũt noua simpliciter. Animaduerte q̃ non dico quantitatẽ maiorẽ acquiri p̃ motũ illũ localem: sed dico eã acquiri consecutiue acquisita raritate. Nã rarefactio per se primo est ad raritatem, quæ est qualitas in quantitate, per se. secundo est ad maiorem quantitatem, ad quã sequitur occupatio maioris loci. Illa enim quantitas maior non acquiritur p̃ se primo rarefactione, sed p̃ se secundo: Præterea. Non acquiritur motu locali, nã reuera illa occupatio maioris loci non est motus localis, sed accidẽs cõsequens acquisitionem maioris quanti & si est motus localis, nõ est de loco ad locum, sed est in loco, vt superius dictum est.

Anti.c.90

At vero neque punctos neque lineas ponendum corporis materiam, propter easdem causas.

Dilucidate c. eiusdem.

At vero neque puncta neque lineas materiam corporis ponendum est, dictas ob causas.

Cõmẽ.90

His exactis de materiæ separatione, ostẽdit q̃ esse nõ põt indiuiduũ simpliciter vt pũctũ respectu lineæ, nec vt linea respectu corporis, quod indiuisibile est omnino tale. & ait hoc probari posse iisdem rationibus, quibus impugnata est separatio, quia tunc nullibi esset. Tũ quia infinitæ possunt intelligi materiæ in vno mixto. Tũ etiam ob alias causas.

Alexãder hæc verba intelligit de materia generationis & eũ nota causæ, hoc pacto, melius est facere materiã generationis inseparatã: at vero, hoc est quia neq; punctos neq; lineas ponendũ est corporis materiã, hoc est generationis materiã, propter easdẽ causas, hoc est, quia nihil horũ per se subsistere potest, nec per se locũ occupare. Quod autẽ loquatur de materia generationis, Alexander probat, quia in toto processu loquutus est de ea. Philoponus vero dicit, q̃ hæc expositio est parum violẽta quo ad verborũ contextum. s. accipere verũtamẽ, pro enim, vel pro quia. ideo ipse exponit de materia augmentationis. quia de hac cœpit disputare, & tũc nõ corrumpit textum, sed legit sic, verumtamen neque punctos neque lineas ponendũ est augmentationis corporis materiã. q.d. veruntamẽ nõ mõ puncta nõ sunt ponenda augmentationis materia: sed neq, lineæ propter easdem causas. s. quia nullũ eorũ põt p̃ se subsistere, neque p̃ se locũ occupare. Addit q̃ appellatione linearũ & pũctorũ intelligit superficiẽ. quæ licet sit magnitudo, non tñ põt per se subsistere, neq; locũ occupare Cũ vero dicebatur q̃ in processu loquutus est de materia generatio. Respondet Philopon⁹ quod loquitur de ea. gratia exempli. vel dici potest quod loquutus est ad aduersarium vt dictum est.

Anti c.91.

Illud autẽ cuius hæc vltima, materia erat: quam neque sine passione possibile est esse; neque sine forma.

Dilucidate c. eiusdẽ

Illud præterea cuius hæc vltima sũt, materia est: quæ neq; sine passione aliquãdo poterit esse, neq; sine forma.

Cõmẽ 91

Secundo arguit in tertia figura sic linea & punctũ sunt terminus materiæ, materia non est terminus materiæ, igit̃ materia non est punctus. neque linea. apponit maiorẽ.d. Illud præterea cuius hæc vltima sunt, materia est. Deinde addit minorem d. quæ neq; sine passione. hoc dico materia, quæ neque sine passione aliquando potest esse, neque sine forma. quasi velit quod sit non terminus, sed semper terminata; verbum præterea, in græco est de. modo sic transtuli, vt sensus sit apertior.

RECO.

Cũ dixit q̃ impossibile est lineas aut pũcta esse materiã, nunc exponit. quidnam sit corporis materia, & potest exponi secundũ Alexãdrum de materia generationis, & s̃m Philoponum de materia augmentationis. secundum Alexandrum .d. Illud autem cuius hæc sunt vltima, materia erat generationis, hoc est illud, cui⁹ lineæ & pũcta sunt termini, est materia generationis. & quia quis posset credere, lineas & pũcta esse terminos materiæ gñationis, sine medio illi inhærẽtes d. quã gñationis materiã neq; sine passione possibile est esse, neque sine forma: ergo lineæ & pũcta sunt termini materiæ illi inhærẽter mediante forma & passione, sine quibus esse nõ potest materia: s̃m Philoponum vero (inquit) Illud autem, cuius hæc sunt vltima, materia erat augmentationis, quæ est corpus in actu: cuius termini sunt puncta & lineæ, quã materiã augmentationis, quæ est corpus in actu, neq; sine passione possibile est esse cũ necessario sit quale calidũ, vel frigidũ, vel siccũ, vel humidũ, neq; sine forma, quæ est eius pars essentialis. Et sic verba hæc intelligi possunt de materia augmentationis.

Anti c.92

Generatur igitur simpliciter alterũ ex altero quẽadmodũ & in alijs determinatũ est. & ab aliquo aũt actu existẽte, aut a simili in specie. vt ignis ab igne, aut hõ ab homine. aut ab actu, durũ enim a nõ duro generatur.

Dilucidate c. eiusdem.

Fit quidẽ igitur simpliciter alterum ex altero, quẽadmodũ & in alijs dictum est, Sed a quodam & actu existente, vel simili, vt ignis ab igne, aut homo ab homine vel ab actu nam durum non a duro fit.

Cõmẽ.92

Nũc ex dictis cõcludit qua rõne se habent agens & factũ siue generans & genitum. & vult q̃ omne q̃ generatur generetur ex alio, ita vt nihil generet se, sed semper generãs differat a genito. verũ q̃q̃ differant, semp̃ genitum est vel a generãte sibi simili in specie, vel sibi simili in virtute. in specie quidẽ, vt ignis ab igne, & hõ ab homine: in virtute vero vt vermis & mus a cœlo, siue sole, nam sol est in actu tale quale mus in potentia, quod est esse virtute & potẽtia actiua tale Similiter durum fit, & nõ semp̃ a duro, sed ab agẽte actu

RECO

te actu.hoc est habens potentiam agendi durum.,& sic omne quod fit, vel fit a simili in specie, vel simili in actu & potentia actiua(inquit)Fit quidem igitur simpliciter alterum ex altero.ita vt semper generans sit simpliciter aliud a genito.vt in aliis.hoc est.7.metaphy.dictum est Declarat tamen illam diuersitatem reduci ad quandam conuenientiã.d.Sed ipsum genitum fiat a quodam & actu existente.hoc est quod conuenit genito in virtute,vel simili. Exemplum secundi, vt ignis ab igne,aut homo ab homine.Exemplum primi,vt durum non a duro fit,sed ab agente non duro. Et hic apparet quam inepte recentiores hunc locum intelligunt.Credidere enim Aristo.declarare materiam non esse actu separatam a magnitudinibus,quod nec verba Arist. nec dicendi necessitas expostolat.

RECO Verum verba hæc de auctione an de generatione sint intelligenda non est quæstio,quia clare loquitur,quid est illud ex quo tanquam ex materia alterationis generetur, quod generatur:& vult,quod sit corpus in actu,quoniam positũ est,quod alterius generatio sit alterius corruptio.Dixit velut in aliis dictum est,quia dixit hoc idem primo physico. Ibi enim cum quæsiuisset quomodo contraria ex inuicem generentur,causam dixit scilicet quod sit ipsis aliquod commune subiectum,quod est vtrorumque susceptiuum.& sic vult quod omne quod generetur ex ente in actu contrario tãquam ex materia alterationis vel tanquam ex termino à quo .Sed cum Aristo. cœpit loqui de auctione,nõ video, quo nũc transit ad materiã gñationis Fortassehoc facit, vt ostẽdat quod simile est de materia auctionis, & de materia gñationis,quæ est alterationis materia , nã vtraq; est ens actu & actu corpus,vel forte hoc facit,quia vult statim loqui de effectiua causa augmentationis.& sic procedit quasi similitudinarie , hoc pacto,generatur igi͛ simpliciter hoc est proprie vel vniuersaliter(vt exponit Philoponus)alteroni.s. corpus in actu ex altero corpore in actu tanquam ex materia alterationis(vt alibi dictũ est) & vt id quod gñatur,gñatur ex corpore in actu vt ex materia alterationis, & ab aliquo autem,hoc est ita etiam quod augetur, augetur tãquã a causa effectiua ab aliquo ente in actu.dico ab aliquo ente in actu altero duorum modo.quia aut a simili in specie , vt homo ab homine,& ignis ab igne : aut ab aliquo existente in actu,siue sit simile in specie,siue dissimile, vt durum a nõ formaliter duro,sed ab aliquo existente in actu,quod tamẽ non est formaliter durum ,sed duriciei effectiuum , & hoc secundo modo id quod augetur,ab eo quod augetur,augeri dicitur.a calido enim non duro existente generantur ossa dura,& cartilagines.satis autẽ est, vt calidum ,sit in actu productiuo duriciei hoc pacto exponendo, non videtur Aristo.superfluus,nec exiens a proposito.'Volo tamen vt scias verbum illud{generatur}pro augmentatur posse intelligi.nam quod augetur,generatur in maiori quantitate nam fit maius vt postea dicemus. & sic poterimus dicere, quod Arist.ex dictis infert duas causas eius quod augetur scilicet materiam , & effectiuam, materiã quidem cum ait. generatur igitur simpliciter,hoc est augetur : igitur & fit maius vniuersaliter alterum ex altero,quemadmodum & in aliis determinatum est.scilicet.quinto physicorum . vbi dictum est quod augetur,augeri ex corpore actu tanquam materia actionis,& ab aliquo existente in actu tanquam a

Anti.c.93 causa effectiua,vt a calido vitali.& sic intelligendo tollitur in dictis Aristo.inutilis digressio.

Quoniam autem est & substantia corporea materia et corporis talis(corpus enim commune, nullum ,eadẽ & passionis & magnitudinis est ratione quidem separata,loco autem non separata,nisi & passiones sint separabiles .

Dilucida. te.c. eiusdem. *Quoniam vero materia ipsa & substantiæ corporea est,& corporis iam talis(Nam commune corpus nullum est)vna erit & magnitudinis & passionis ,ratione quidem altera:loco vero non altera,nisi passiones essent & separabiles.*

Cõmẽ 93 His expositis nũc magis ad rem accedens, declarat vnã esse materiam augmenti & alterationis.Ex hoc probat.substantiæ corporeæ , & talis determinati corporis vna est materia,alteratio est corporis,talis,augmentatio substãtiæ corporeæ.Igitur vna est materia alterationis, & augmẽti. Syllogismus est ex ambobus obliquis , inquit. Quoniã vna & ipsa est materia substantiæ corporeæ,& corporis iam talis indiuidui Hæc est maior.cuius causam subdit.d. nam cõmune corpus nullum est,& per consequens non potest esse alia materia corporis,& huius corporis Omissa minore addit conclusionem.d.Vna erit & magnitudinis.& passionis.Animaduerte quod omne quod alteratur est corpus hoc siue tale,vt calidum vel frigidum,quia vt hoc & calidum alteratur ad frigidum. Omne quod augetur est corpus,non tamen inquantum tale calidum & frigidum.Et sic patet minor quod alteratio est corporis talis, augmentatio corporis,sed vna est materia talis corporis,& corporis,igitur vna & alterationis,& augmenti.Sed dices.vna est materia alterationis & augmenti, igitur alteratio est augmentum. Cui ipse respõdet.d. ratione quidem altera,loco vero non altera:& sic alteratio non erit augmentatio.Sed dices falsum est passiones esse corporis inquantum talis Respondet nisi passiones essent separabiles,sed cum non sint separabiles, sed omnino in materia & hac sensibili materia, ideo passiones erunt corporis vt talis,& augmentum corporis tantum,& per consequens licet materia sit vna amborum secundum subiectum,erit altera ratione. RECO.

Philoponus sic hunc textum continuat,quod cum quæsiuisset de materia eius,quod augetur , & dixisset quod est corpus actu,ne aliquis putet hanc esse primam materiam, nunc docet quod generationis materia, quæ dicitur corporis materia,est prima materia informis , & incorporea ex necessitate,cum sit alterum ab eo,cuius est materia.quæ vero est augmentationis materia eadem est cum materia alterationis,& corpus in actu.Sunt ergo vna subiecto,differũt ratione.una enim est materia corporis , & alterationis & augmentationis loco,& numero,non tamen ratione,quia materia alterationis & augmentationis est ipsum corpus in actu:materia corporis est materia prima informis , mõ corpus in actu,& materia informis sunt unum numero, non separata loco.& sic differunt ratione,& sunt eadẽ numero & loco.Si enim in alio loco esset materia corporis, & materia passionum & magnitudinis,tunc in alio loco esset corpus cum sua materia.& in alio loco essent passiones cum sua materia.& sic passiones essent in alio quã in substãtia corporea.dicit.Quoniam autem est,& substantiæ corporeæ materia,& corporis talis indiuiduati(quia corpus uniuersale nullum est separatum ab hoc corpore)quoniã inquam eadem est materia corporis,& huius corporis, eadem & passionis,& magnitudinis est,hoc est eadem erit alterationis materia, & auctionis.& corporis materia:exponit autem quomodo eadem,& quomodo diuersa . & inquit. Ratione & essentia separata,quoniam materia corporis est altera eius pars ,& materia informis,materia vero augmẽtationis,& alterationis est ipsum corpus,loco autem non separata Non.n.põt materia corporis separari ab ipso corpore.Quod aũt materia alterationis & augmẽtationis non sit loco separata materia corporis, patet, quia aliter materia corporis esset in uno loco cõ suo corpore cuius est materia, & passiones & magnitudines cũ sua materia essent in alio loco,& sic essent passiones,& non in substantia corporea, propterea dicit nisi & passiones essent separabiles.ergo patet quod materia corporis & materia auctionis non eadẽ est,licet numero & loco non sint separabiles. Anti.c.94

Manifestum igitur ex quæsitis,quod non est augmẽtatio,transmutatio ex potentia magnitudine, actu autem nullam habente magnitudinem. separatum enim esset,quod commune.hoc autem quod impossibile sit,dictum est prius in aliis.

Manifestum igitur ex perquisitis quod nõ est auctio transmutatio,ex potentia magnitudine,actu vero nullam habente magnitudinẽ. Separatum enim iam esset commune hoc vero quod impossibile,dictum est prius. Dilucida te.c. eiusdem.

Nunc subiectum proximũ augmenti cõcludit ex dictis, Cõmẽ 94

& potest sic sillogizare, q alteratur non est ens in potentia, omne quod augetur alteratur igitur nullum ens in potentia augetur, & per consequens auctio non potest esse ex ente in potentia tanquam ex subiecto, acceptis & suppositis præmissis ex textu nunc dicto (inquit) Manifestum igitur ex per quisitis paulo ante quod non est auctio transmutatio ex potentia magnitudine, actu vero nullam habente magnitudinem & sic subiectum oportet esse actu quantum & quale, & hoc probat.d. Separatum enim iam esset commune, si non ex actu quanto & quali esset nam vbi non sic esset tunc auctio esset ex materia, quanta separata a corporibus qualibus. Hoc vero q impossibile, dictum est prius Sic igitur subiectu actionis est corpus in actu quale, & quantū, & nō corp⁹ in potentia, vel corpus commune separatum.

RECO. Nunc secundum Philoponum concludit, quæ ostensa sunt & inquit. Manifestum igitur ex quæsitis, & probatis, quod augmentatio non est transmutatio ex potentia magnitudine. actu autem nullam habente magnitudinē. Cur⁹ causam repetit, quia quod commune, hoc est materia esset quod separatum, nam si id ex quo augetur quod augetur esset corpus potestate, esset materia prima, quæ esset aut separata loco a corpore physico, aut separata, quia nihil esset illius, & sic omnino aliqua ratione separata, vt probatū est. Appellauit autem materiam commune, quia (vt Philoponus inquit) est commune omnium subiectum. Quod vero ad verba attinet, debes scire quod Philoponus dicit in alio exemplari, legi loco illius verbi commune, vacuum: vt sit sensus, quod si corpus potestate esset illud ex quo augetur, quod augetur, tunc daretur vacuum separatum Laborat autem declarare consequentiam, quæ cum non sint multæ vtilitatis, dimitto.

Anti.c.95 *Amplius autem, talis transmutatio, non augmentationis propria sed generationis omnino. Augmentatio. enim est inexistētis magnitudinis additamentum. diminutio autem, minoramentum. Ideo oportet habere aliquam magnitudinē, id quod augetur. Quapropter non ex materia sine magnitudine, oportet esse augmentationem in actum magnitudinis, generatio enim erit magis corporis, non augmentatio.*

Dilucidate c. eiusdem. *Adhuc vtique hæc transmutatio non auctionis proprie esset, sed generationis omnino. Auctio enim est ad præexistentem magnitudinem additio. diminutio subtractio. igitur quod augetur aliquam oportet habere magnitudinem. Quare auctionem non oportet esse ex materia non quanta ad actu quantam. Esset, enim generatio potius corporis quam auctio.*

Cōmē.95 Secundo ad idem arguit sic, vbi subiectum auctionis esset materia ens in potentia, auctio non differt a generatione, sed hoc est in potentia, quia auctio semper est additio quanti ad præexistens quantum & sic semper augendum debet esse quantum, aliter sibi non posset fieri additio. tunc donat conclusionem d Quare auctionem non oportet esse ex materia non quanta, ad actu quantam esset enim generatio potius corporis quanti ex non quāto, quā auctio.

Tres rationes. Ex ista litera possunt formari tres rationes, prima est, si subiectum auctionis esset prima materia, tunc non differret a generatione. Secundo, auctio est additio ad quantum, igitur præexistens subiectum est quantum Tertio, si quod augetur nullo modo fieret quantum corpus, sed solum in fine: tunc auctio non esset corporis augendi additio, sed esset corporis aucti generatio. Sed dices superius conclusit commune subiectum auctionis & alterationis esse materiam, nunc ait subiectum non esse materiam. Respōdet quod ibi

RECO. de subiecto communi, nunc de proprio loquutus est,

Quod corpus potestate non sit augmentationis materia, hoc nunc probat Aristoteles secundum expositionem Philoponi. & inquit Amplius aūt talis trāsmutatio, hoc est magnitudine fieri ex nō magnitudine, sed ex magnitudine præter, nō est pprium mutationis, q̄ est secundum augmētationē, sed eius quæ secundum substātiā est oīno, hoc est gñationis. Quod aūt fieri magnitudinē ex nō magnitudine, sed ex magnitudine potestate, nō sit augmentatio. pbat nā augmentatio non est gñatio magnitudinis, sed est præexistentis. magnitudinis accrementū. Non.n. fit magnitudo per augmētationem sed pexistens fit maior. Diminutio aūt est præexistetis minoramentum, non enim per diminutionem prior magnitudo corrumpitur, & alia minor generatur, sed præexistens fit minor, quam prius erat, & in hoc apparet quod per auctionem non generetur noua quantitas, nec per diminutionē corrumpitur. Ex hoc infert, quod non solum id ex quo auctio fit, sit actu corpus, sed etiā id quod augetur oporte prohabere aliquam magnitudinem præexistentē, & ita nō solum materiam augmentationis oportet esse actu magnitudinē atq; corpus, sed etiā q auget ex illa oportet esse corpus, & aliquā magnitudinē. Quod vero ad verba attinet, hæc verba {id q augetur} In scriptura Alexā legūtur id q fit Verum Alexander per fieri non simpliciter fieri intelligit, sed fieri maius vel minus. vnde legit, ideo oportet habere aliquā magnitudinē id q fit. i. id q fit maius vel minus

Præterea. Vt Philopon⁹ inquit. Arist. nō probauit id q̄d augetur debere habere aliquam magnitudinem. sed tāquā cōem notionē accepit ex eo, quia, si nullam haberet, nō esset augmentatio magnitudinis: sed eius simpliciter generatio. nec aliter hanc notionem probauit Aristo. Tunc concludit propositum principale, & inquit. Quapropter non ex materia sine magnitudine oportet esse augmentationē in actum magnitudinis, sed supp. ex materia, quæ est actu corpus. nam vt inquit, Generatio erit magis corporis, quā augmentatio, nam illa materia non existens corpus cōuersa in substantiam aucti fieret corpus, & sic esset generatio corporis. ergo vtrumque oportet esse actu corpus, & id q augetur, & id quod est materia auctionis. Sed quærit Philoponus quāquā id q auget debeat esse actu corpus, alioquin per auctionē nō fieret & minus, quid prohibet materiā auctionis ex qua augetur esse potentia corpus. Videtur enim quod sit potentia corpus nā vt calidum est potentia frigidū, & actu calidū. sic cibus est actu cibus, & actu corpus corporeitate suæ speciei: potentia vero magnitudo & corpus corporeitate, & magnitudine eius q augetur. Nam cibus conuersus in corpus eius q augetur, fit magnitudo vel q̄rū magnitudine eius augetur. Præterea. Vt illud ex quo gñ.f quod generatur est actu corpus, & in actu, & est ens in potentia: actu quidem propria specie: Potentia vero specie eius, quod ex ipso fiat: sic illud ex quo aliquid augetur, est actu corpus sua propria magnitudine, potentia vero corpus magnitudine eius in cuius substantiam conuertitur. Ignis enim. ex quo fit aer, antequam aer fit, ex actu ignis, & potentia aer: sic cibus antequam conuertatur est actu corpus sua propria magnitudine, & potentia corpus magnitudine eius quod augetur. Concedit ergo Philoponus totum, & vult q Arist. solum voluerit q materia augmentationis sit actu corpus saltē propria magnitudine. cū quo tñ stat eam esse potentia corpus alia ratione, vt ratio concludit. Rursus quæres verū id q augetur, sit potentia magnitudo, videtur q sic, quia est in potentia ad maiorē magnitudinem. ergo est potētia magnitudo Philoponus dicit quædam, ex quibus colligo hāc solutionē, q id q augetur antequā augetur est potentia magnitudo maior q̄ sit, nō tñ potentia magnitudo, q̄q̄ enim calidū vt quatuor sit potentia magis calidū q̄ est, non tamen est potentia calidum: ita id q augetur anteq̄ augetur, est potentia maior magnitudo q̄ vt, non tamen est potentia magnitudo. Ex his sequitur quod aliquo modo dicere possumus & materiam magnitudinis esse potentia corpus, & ipsum augmentabile esse potentia corpus non quidem simpliciter, sed aliqua ratione, vt dictum est.

Accipiendum itaque magis, quasi tangentes quæstionem a principio, quali existēte ipso augmentari & diminui, causas quærimus. Anti.c.96

Suscipiendum vtique magis tanquam a principio quæstionem tangentes, qualis cuiusdam entis auctionis, & imminutionis, causas quærimus. Dilucidate, c. eiusdē

Vt res aptius pateat, in speciali quærit de modo auctionis, de subiecto eius hactenus dixit. de modo restat dicere, Cōmē.96

quo etiā & subiectū parebit (& inquit) Suscipiēdū vtiq; magis tanquam a principio quæstionē tangentes, qualis videlicet entis eiusdē, actionis, & diminutionis causas quærimus: hæc quæstio est magis illa, quia est de modo auctionis, & de subiecto insimul & sic videtur tanquam illa, licet nō sit illa.

Secundum Philoponū Aristo. nunc vult alterā quæstionis partem peruestigare. vtrū s. materia augmētationis sit actu corpus. Cum enim probauit ea non esse potestate corpus, vult peruestigare an sit actu corpus, Resumit autem iterū vniuersum sermonē, & facit diuisionē vniuersaliorē argumentans pro vtraque parte. vnde inquit. Accipiendū itaque magis quasi propinquioribus factis inquisitionibus de augmētatione quasi tangentes quæstionē a principio, qualiter existente ipso augmentari & diminui, causas quærimus q.d. cū ipsum augeri & diminui existat quale, hoc est habeat propriū modū & qualitatē, causas quærimus illius modi. est ergo intētio quærere quale sit ipsō augeri: & quo mō fiat, & causas quærere & si verba legerētur copulatiue, vt arbitror esse legēda essent clara, hoc pacto. Accipiendū itaq; magis quasi tangentes quæstionē a principio, & quali existente ipso augmentari & diminui causas quæramus. & hoc pacto verba clara sunt, nec egēt expositione. Dicit .n. accipiēdū itaq; magis, hoc est particularius, vtrū augmētatio sit ex actu corpore, dico particularius, qm̄ nō solū accipiemus an sit ex actu corpore, sed ex quali actu corpore, quasi tangentes totā quæstionē a principio dixit .n. quasi tāgētes totā quæstionē, qa nō tāgit vtrūq; mēbrū sed alterū, .s. an a actu sit ex corpore actu, & quali actu, quod erat alterū quæstionis mēbrū, & quali existēte ipso augmentari & diminui, quæramus causas, cur tale existat, & si quæram⁹ de mō, & de causis modi. Ecce quomodo nulla est difficultas

An.i.c.97 *Videtur itaq; eius quod augetur quæcūq; pars aucta esse. Similiter aūt & in diminutione, minor generata esse. Amplius aūt, adueniēte aliquo augmētari, & recedēte diminui. Necesse igitur, aut incorporeo augmētari, aut corporeo. Si igitur incorporeo, erit separatum quod cōmune impossibile aūt est, a magnitudine materiam esse separabilē, sicut dictum est prius. Si autem corporeo, duo corpora in eodem loco erunt, & quod augetur, & quod auget. est autem & hoc impossibile.*

Quæstio repetita Dilucidate c. eiusdem. *Videtur igitur iā aucti partē quālibet esse auctā. similiter vero in diminutione diminutā genitā esse. Adhuc adueniēte aliquo, augeri & subtracto minui: igitur aut corporeo, aut incorporeo auctio erit, siquidē incorporeo, igitur erit separatum vacuum: alias cōmune. Sed impossibile a magnitudine materiam separari, vt quidēm dictum est prius. Si vero corporeo, duo in eodem loco corpora erunt. vt quod augetur, & quod auget. Sed & hoc est impossibile.*

Cōmē.97 Nunc mouet quæstionem propositā. & petit sibi duo concedenda, quæ sibi & omnibus patent. Primū, quælibet pars aucti est aucta, Secundū, omne quod augetur, augetur sibi aliquo adueniente. hæc omnes concedūt, tūc quærit de illo adueniēte, vel est corporeū vel incorporeū, nō incorporeū, qa tūc erit aliq separatū cōmune incorporeū preexistens ante auctionē: & sic quā ū esset a nō quāto, Si corporeū, tūc quod augetur & quod aduenit erūt simul in eodē loco, & sic penetratio corporum. quæstio hæc patet in textu & litera etiā.

Mota quæstione, & posita intentione, nūc exequitur, & primo sm̄ Philoponū accipit tres suppositiones. Quarum prima est, quælibet pars aucti augetur. Secūda est auctio fieri aliquo extrinsecus accedēte Tertia, quod augetur, permanet in sua forma seruatū. Vult igitur Philoponus, quod Arist. per has tres suppositiones se reguiet in tota materia de auctione. nā quæ illis suppositionibus cōueniūt bene de augmentatione dicta: quæ non possunt stare cum illis suppositionib⁹ non erunt de augmentatione bene dicta. Hæc tradendi via est rationabilis, & ab Aristo. alibi cōseruata. rationabilis quidē (vt Philoponus inquit) quia cuiuslibet demōstrationis principium sunt cōmunes animi cōceptiones. Ab Arist. vero obseruata, qa .4. physicorū in tractādo de loco ita fecit. Posuit enim cōmunes suppositiones, & ea, quæ de loco communiter cōcedūtur, postea egit de loco, & ea, quæ illis cōueniebāt, ea de loco tradebat, quæ non cōcordabāt illis communibus, a loco ipso remouit. De his suppositionibus duas dicit in præsenti textu. tertiam vero posterius, procedit autem sic, quia primo sumit suppositiones. secundo mouet quæstionē rursus vniuersalius & dicit. Videtur itaque eius quod augetur quæcunque, pars aucta esse. Similiter autem in diminutione quæcunque pars diminuitur, uidetur minor esse generata Hæc est prima. Deinde ponit secūdam. & inquit. Amplius aūt uidetur quod augetur, adueniente aliquo & illo permanente augmentari, & recedente aliquo diminui Hæc est secunda suppositio. tertiam postea assignabit. His acceptis, quærit illam eandem quæstionem, uniuersalius tn̄, ut Philopon⁹ innuit. & dicit. Necesse igitur aut ipsū quod augetur, incorporeo augmētari, aut corporeo Ecce quod hæc quæstio est vlior prædicta, quia incorporeum cōtinet. & corp⁹ in potētia, & simpliciter indiuisibile. Posita ergo diuisione argumētatur ad partes (& inqt). Si igitur incorporeo, erit separatum quod cōmune hoc est prima materia, quæ est cōmune omnium subiectum: modo impossibile est materiā esse separatā a magnitudine, vt dictū est pri⁹. Sed quoniā in quodā exemplari loco illius verbi cōmune, legitur uacuū, laborat Philoponus exponere illud, & ut possit accōmodare ipsū uerbis, uerba illa {Impossibile aūt est.} Vult ut legātur {& impossibile est} & ita vult per duas rōnes, quod Ari. probat materiā augmētationis nō esse incorporeū qd. Tū quia daretur uacuū, ut deducit. Tū esset, qa impossibile est a magnitudine materiā esse separatā, ut dictū est. Laborat etiā supra illa ppositione a, cū dicit a magnitudine, quia uno mō legi pōt quod est impossibile materiā esse separatā a magnitudine, quia de necessitate est in aliquo physico corpore, alio mō quod magnitudinis materia non pōt esse separata Quæ cum non sint necessaria, nō oportet corrumpant textum. Deinde destruit aliud mēbrū, & inquit. Si aūt corporeo duo corpora in eodē loco erunt, & quod augetur & quod auget. & tenet argumentū, qa ex quo per suppositiones quælibet pars aucta augetur, q̄libet eius pars debet esse cum qualibet parte eius, quod aduenit, quare penetratio corporum, hoc autem (ut inquit) est impossibile.

Sed neque sic contingit dicere fieri augmentationē & diminutionē vt cū ex aqua aer, tūc .n. maior tumor est generatus; Non enim augmentatio hoc sed generatio quidem eius in quod transmutatur erit, corruptio autem contrarij, augmentatio autem neutrius. An ti.c.98

At vero neque sic contingit auctionem dicere fieri, & diminutionem quemadmodum interdum ex aqua aer. maior enim moles tunc facta esset, non enim auctio hoc, sed generatio quidem eius in quod transmutatio erit. corruptio vero contrarij, sed auctio neutrius. Dilucida. tex. c. eiusdem.

Secundam suppositionē quidā negatūt, dicentes simul fieri auctionem, & generationē, & nō per aliquid adueniens ut fit ex aqua aer, ubi aer increscit, nullo adueniēte. Aut forte hæc est intētio antiquorū, qui soluere solebāt qōnē. d. auctionem fieri per alterius rei corruptionē, & hæc expositio est melior. Cōtra arguit, qa tūc auctio nō differret a gñatione, nā dū ex aqua aer fit desinit aqua. gñatur aer, & sic desinit vnū cōtrariū, generatur alterū. igitur auctio esset gñō, & nō additio partis ad partem, vt supposuit: quæ dicit patēt. Cōmē.98

Hic sm̄ Philoponū remouet vnum dubiū, nam posset dici, quod auctio est generatio maioris corporis ex minori corrupto, & diminutio cōtra. & sic nō sequitur penetratio corporū, veluti cum mutatur aqua in aerē, maior facta est substātia ex minori, sic in diminutione mutatur minor magnitudo per eius corruptionē in minorē. Cōtra obiicit Arist. qa tunc auctio nō differret a gñatione. Præterea. Est cōtra tertiam suppositionē dicebamus. n. quod augmentabile permanet seruatū in eius forma, & substātia (inqt) sed neq; sic, cōtingit dicere fieri augmētationē & diminutionē, veluti cū fit ex aqua aer. s. per corruptionē minoris corporis, & gñationē maioris, qa tūc maior tumor esset gñat⁹. & sic auctū esset genitū, quod falsū est, nō. n. augmētatio est hoc, sed eius

quidem in quod transmutatur. s. aeris, erit generatio, corruptio autem contrarii .s. aquæ, augmentatio autem neutrius s. neq; aquæ neque aeris. Mouet hic Philoponus quæ- Quæstio Philoponi stionem in generatione aquæ ex aere, nam si aqua posset fieri ex aere, cum aer ex quo fit, sit maior aqua ex ipso genita, tunc derelinqueret vacuum. Præterea Et si ex aqua fieret aer, tunc prius fuisset vacuum, ad quod aer factus replē- Prima positio. dum mouebitur. Narrat vnam opinionem, quæ voluit quod non potest aqua ex aere fieri, quia tantum aeris ex aqua ex regione contraria fiat, vt si in regione nostra ex aere fit vna gleba aquæ, in regione opposita ex aqua fit vna gleba aeris, & tunc hæc positio vult quod cum generetur aqua ex aere, aer totus moueatur ad replendum locum in quo erat aer corruptus. Quæ omnia tanquam absurda repellit, Tum quia tunc ad generationem paruæ particulæ aquæ oporteret totum aerem moueri, quod est contra experientiam: Tum quia non oportet vt parua aqua ex Solutio Philoponi aere facta, alibi fiat aer ex tanta aqua. Tandem respondet, quod non oportet derelinqui vacuum, quia aer derelictus rarefit, & replet vacuum. & sic si ex aqua fit aer, non oportet vt præsit vacuum, quia aer condensatur.

Anti.c 99 *Sed aut nullius, aut si quid commune amborum existit, eius quod generatur, & eius quod corrumpitur. verbi gratia si corpus Aqua autem non aucta est, neque aer, sed hoc quidem deperijt, hoc autem generatum est. corpus. itaque est, si quid auctum est. sed & hoc impossibile. Oportet enim saluare, ratione in existentia ei quod augetur & diminuitur.*

Amplius aut nullius, aut si quid cōe vtrisq; est, vi- Dilucidata c. eiusdem. *delicet genito & corrupto: vt si corpus aqua non aucta est. neque aer. nā hoc quidē deperijt. Illud vero factum. est. corpus vero si quidem vel augetur. etiam & hoc impossibile. Oportet enim ratione saluare ea quæ insunt aucto & imminuto.*

Secundo eandem responsionem confutat sic, in auctio- Cōmē 99 ne aliquid augetur, vel nihil. nihil augeri dici non potest. igitur aliquid, aut aer, aut aqua, ac commune vtrisque corpus. non aqua vel aer, quia aqua desinit, & aer fit, nec commune corpus, quia cum istud varietur de esse aqueo ad esse aereum, corpus idem numero esse non potest sub vtroque termino. quare non erit auctio, quia de ratione auctionis, est vt idem saluetur in vtroque termino (inquit.) Amplius aut nullius subaudi actio erit, aut si quid commune vtrisque est videlicet genito & corrupto vt si corpus. quasi dicat. vel nihil est commune, vel aliquod corpus commune. verbum amplius græce, est ἀλλὰ, quod potest latine accipi pro etiam & pro amplius, & cæteris id genus. Tunc declarat non posse esse corpus commune. d. aqua non aucta est, ita vt sit illud commune corpus: neque aer. Cuius causam subdit, nam hoc quidem vt aqua deperiit. Illud vero factū est vt aer, & sic nullum horum verbum nam græce est ἀλλὰ, quod accepi pro nam, quia reddit causam. deinde ostendit non posse esse corpus commune d. corpus vero si quidem vel augetur, etiam & hoc impossibile. oportet enim rōe saluare ea quæ insunt aucto & imminuto. modo tale corpus commune non saluatur idem numero, quia substantialiter variatur de esse aqueo in aereum. quare dici non potest aerem augeri, eo quod ex aqua generetur.

Alia responsio esse potest, quod cum ex aqua augetur & fit aer, neque aer augetur, neque aqua, sed quoddam commune corpus aeri & aquæ: sic etiam nec cibus augetur, nec corpus animatum, sed quoddam corpus vtrique cōmune. Contra obiicit, vt destruat. quod illud quod augetur, non possit esse commune corpus vtrisque commune, repetit omnia membra, & singula refutat, & dicit. Sed aut nullius est auctio scilicet neque aeris, neque aquæ, aut est alicuius supple corporis communis, si quid commune corpus amborum existit, scilicet eius quod generatur scilicet aeris, & eius quod corrumpitur s. aquæ. ver bi gratia. si cōmune illud sit corpus vtrisque commune. Est ergo solutio .s. q neque aer, neque aqua, sed commune corpus augetur. Repetit ergo iterum destructionem illorum duorum. Deinde transit ad reprobandum hoc tertium, & inquit. Sed si aqua non aucta est, neque aer, sed hoc quidem deperiit. s. aqua a hoc autem scilicet aer generatum est, corpus. s. commune est, quod augetur. si quidem aliquid auctum est. Quod vero ad verba attinet verbum illud (autem) cum dicitur (corpus autem est) corrupte legitur, & non est necessariū, quia textus est suspensiuus, cuius suspensio, terminatur ibi (Corpus itaque) & propterea debet legi itaque, quod græce est ἄρα vnde legatur totus sic, sed aut nullius est auctio, aut cuiusdam communis, si quid commune amborum est, eius quod generatur, & eius quod corrumpitur, vt si illud commune sit corpus, & aqua non aucta est, neque aer, sed hoc quidem deperiit. s. aqua, hoc autem generatum est. scilicet aer, si inquam omnia hæc sunt, corpus itaque est, si quid auctum est. Dicit autem hoc rursus esse impossibile, quia in vera positione, atque declaratione ipsius augmentationis oportet saluare omnia ea, quæ rationabiliter inexistunt ei quod augetur & diminuitur. nam (vt diximus) si quæ de augmentatione dicimus, illis communibus non conueniunt, hæc de auctione non erunt bene dicta. An vero illa tria saluari possint. in textu sequenti dicentur. Dicit autem Philoponus quod istud commune corpus aeri & aquæ est fictio, quia nullum commune corpus datur præter singula- Anti 100 ria corpora, sic dicere istud est mera fictio.

Hæc autem sunt tria. quorum vnum est, quancūque partem maiorem fieri eius quæ augetur magnitudinis verbi gratia si caro carnis. Et adueniente aliquo. Et tertium, vt saluetur quod augetur & maneat. Cum enim generatur aliquid simpliciter, aut corrumpitur, non, manet. Cum autem alteratur, aut augetur, aut minuitur, manet idem quod augetur, aut alteratur.

Sunt autem tria hæc quorum vnum est quidem quā- Dilucida. 1 c. eiusdem. *libet partem effici maiorem magnitudinis auctæ. vt caro, carnis & quod aliquid adueniat. & tertium quod saluetur auctum & remaneat. in generatione quidem enim simpliciter, seu corruptione, nihil manet, in alteratione vel auctione, aut minutione. manet idem au-* Cōmē. 100 *ctum vel alteratum.*

Apertius arguit & petit tria esse auctioni necessaria vt quod quælibet pars aucti augeatur. vt si caro augetur pars carnis quælibet. & vt aliquid de foris adueniat. vt idem numero auctum maneat in principio & fine. Ex his possunt formari tres rationes, licet Aristoteles formet istam tantum. omne quod augetur manet per tertiam, q generatur non manet. igitur generatum non augetur. at per primam, scilicet conditionem, arguo. quod augetur secundum se & quodlibet sui ipso manente augetur, quod generatur non secundum se & quodlibet sui ipso manente augetur. igitur generatum non augetur. Amplius & tertio, quod augetur recipit aliquid de foris, sed genitū nihil de foris recipit, & sic idem quod prius. verba patent. RECO

Enumerat illa tria, & ostendit, quod dicenti auctionem esse generationem maioris corporis ex minori, non potest seruare duo illorum, & primo enumerat illa. secunda ibi { Si itaque erit prædicta. } Ostendit quomodo non potest illa saluare. & inquit. Hæc autem scilicet quæ communiter insunt ei quod augetur, & diminuitur, sunt tria, quorum vnum est quamcūque partem maiorem fieri eius magnitudinis, quæ augetur. verbi gratia si caro augetur, quamcunque partem carnis fieri maiorem. Secundum est, & quod augetur adueniente aliquo & illo manente augeri Et tertium, vt saluetur quod augetur, & maneat quod tertium licet communiter ponatur ab omnib illud probat (& inquit) Cum enim generatur aliquid simpliciter, aut corrumpitur aliquid simpliciter, nō manet. Cū autem alteratur, aut augetur, aut minuitur, manet idem q augetur, & minuitur, & alteratur. hæc patent ex differentiis superius assignatis inter generationem, & alterationē, & auctionem. Dictū est enim superius quod generatio est mutatio non pmanente subiecto: alteratio vero, & quæcūque alia transmutatio est mutatio pmanēte subiecto. & sic Ant.c.101 de his tribus, solum tertium probauit. cætera supposuit.

Sed tum

Sed tũ qu dẽ paßio, tũ aũt magnitudo, eadẽ nõ manet.

Dilucidate c. eiusdem. *Verum nulla quidem paßio, nullaue magnitudo eadem manet.*

Sed dices in auctione & alteratione paßio & magnitudo modo nũ manent. igitur non differunt a generatione: iam solutum est, quod differẽtia est penes subiectũ, quia quod augetur vel alteratur est, non autem q̃ generatur.

RECO. Verba hæc in commentariis diuisimus a prioribus, sed tamen debent cum prioribus continua legi, hoc pacto Cũ enim generatur aliquid simpliciter, aut corrumpitur, non manet: cũ a. t alteratur aut augetur aut minuitur, manet idẽ, quod augetur, & alteratur & q d & licet quod augetur, & alteratur maneat, tamen tum quidem paßio, tum autem magnitudo eadem manet. nam in ipsa alteratione prior paßio corrumpitur, & alia generatur. in ipsa autem augmentatione similiter & sic subiectum manet accidentia mutantur. & tu intelligas, quod non manet eadem paßio quin aut corrumpatur, aut varietur secundum intensum vel remissum: nec manet eadem magnitudo, quin varietur secundum maiorem vel minorem extensionem, quia (vt superius dictum est) in auctione non corrumpitur, nec generatur simpliciter magnitudo, sed fit maior vel minor quã erat. In alteratione vero aliquando ex toto paßio corrũpitur, aliquando variatur secundum magis vel minus. Hæc sunt tria, quę conceduntur de omni eo quod augetur. & diminuitur, quorum duo non probauit, sed sumpsit tãquam cõmuniter concessa ab omnibus, tertium vero probauit. Philoponus vero velle videtur, quod Arist hic remoueat dubitationẽ, quia dici, posset in auctione manere idẽ trine dimensionarum, vt subiectum, & sic potest dici, quod in generatione aeris ex aqua remanet trine dimensionarum, & non corrumpitur, hoc remouens inquit quod nec paßio, nec magnitudo manet in generatione aeris ex aqua. & sic Philoponus hæc verba nõ ad ꝓxima copulat, sed vult per

Aati. c. 89 hæc verba Ari. remouisse hãc tacitã obiectionem. Tu vero considera hæc, quia non sunt magnæ necessitatis.

Si itaque erit prædicta augmentatio, continget nullo adueniente. neque manente augeri, & nullo recedente

Dilucidate c. eiusdem *diminui, & non manere quod augetur. sed hoc saluarẽ oportet. supponitur enim augmentatio talis.*

At si dicta, erit auctio contingit nullo adueniente, neque saluato augeri. & nullo subtracto, diminui, neque

Cõmẽ 90 *saluari, quod augetur sed oportet hoc saluare. nã existit auctio eiusmodi.*

Vltimo concludit intentum. d. At si dicta generatio erit auctio, cõtingit nullo adueniẽte, neq; saluato, augeri. & nullo subtracto, diminui, neque saluari quod augetur, mõ dictum est debere saluari, nam auctio existit, eiusmodi, hoc est talis vt auctum saluetur verbum existit græce est hypoerite, latine est subijcitur, melius sonat existit, vt transtuli. Ex his patet auctionem non effici per generationẽ, vt quãdo ex aqua aer fit, neque per præcedẽtis rei corruptionem vt dixerunt antiqui. & sic nec generatio, nec corruptio est. auctio, neque subiectũ auctionis vel minutionis est ens potentia vt materia prima, sed ens actu corporis, quod sub vtroque termino remanet.

RECO. Enarratis illis tribus, quæ communiter conceduntur de eo quod augetur, nunc concludit, q̃ qui dicit augmentationẽ esse generationem maioris corporis ex minori vt aeris ex aqua, vel quod illud tertium commune corpus augeatur, non potest saluare duo illorum (& inquit) Si itaque p̃dicta generatio maioris corporis ex minori vt illa aeris ex aqua sit augmentatio, continget nullo extrinsecus accedente, neque eo manente augeri, & nullo recedente diminui, hoc est vnum, quod destruunt, & contingit non manere, quod augetur, & hoc est tertium quod destruũt, sed hoc immo hæc duo saluare oportet, supponitur enim augmẽtatio talis, subaudi vt de eo quod augetur hæc tria conceduntur. Quod autem hæc duo destruat dicens hæc, patet. quia cum generatur aer, non generatur aliquo adueniente & eo in ipso aere manẽte, sed corrupto priori corpore scilicet aqua, & ipso aere ex ea facto, & sic, non saluant secundũ nec saluant tertium, quia aer non erat. ergo quod augetur non permanet, sed fit, quod est contra tertium. Patet igitur quod augmentatio non est generatio maioris corporis ex minori. nec dici potest quod commune corpus augetur. Nam cum illud commune corpus mutetur de aqueo esse ad aereum, non manet idem numero, immo nec idem specie. Præterea. Non augetur aliquo ipsi adueniente & in eo

Anne. 103 manente. ergo nullo modo positio illa stare potest.

Quæret autẽ aliquis & quid sit quod augetur vtrũ cui apponitur aliquid? verbi gratia si quid crus augeat hoc maius, quod autem auget cibus, non. Quare igitur, non ambo aucta sunt? maius enim quod apponitur, & eo cui, quemadmodum quando misces aqua vi-

Dilucidate c. eiusdem. *num. similiter, enim plus vtrunque.*

Dubitabit autem quispiam, quidue sit quod augetur vtrum id cui apponitur, vtpote si ipsum maius crus augetur. cibus vero quod augetur non propter quid vtique ambo non aucti maius sunt enim erit quod & id cui, quemadmodum eum quis miscuerit vinum aquę.

Cõmẽ. 103 *Similiter enim vtrunque erit plus.*

Circa nunc dicta mouet quæstionem videlicet, vtrum id augeatur cui fit additio, vt animal ipsum. an id quod addit aut vtrunque, & arguit vtrunque sic. quod maius fit in fine augetur. vtrũque maius fingitur vtrunq; augetur. minor probatur in exemplo misturæ vini cum aqua, vbi ambo aucta sunt. & quæ dicit, patent.

Animaduerte quod dubitatio hæc exoritur ex secunda & tertia auctionis conditionibus. nam dictum est auctionẽ effici aliquo adueniente. Itemque illo cui aduenit saluato. Et ita duo concurrunt videlicet adueniens, & id cui aduenit. hinc quæstio exoritur, an videlicet adueniens ipsum in- RECO.

crescat. an id cui aduenit, vel vtrunque.

Vt Philoponus inquit, antequam Arist. perfecte materiã de augmentatione dilucidet, quot quis de augmẽtatione mouere potuisset, tum dubia, tum quæsita, mouet, & in singulis suam sniam affert, q̃m dubiis propositis, & conuenienter resolutis facilius de augmentatione dilucidatio tota apparebit. Mouet ergo nunc de augmentatione Aristote. (vt Philoponus inqt) dubitationẽ ꝓpriã, & peculiarẽ. quæ (ut ita dixerim) plerunq; currit p̃ scholas. Et quærit utrũ utraque sint quæ augentur, an solum id cui apponitur: est autem quæstio rationalis, quia utraque uidentur esse facta maiora, velut se habet in uino, & aqua. Cum enim misceas vino aquam, vtrũque & vinum & aqua videntur esse facta ampliora (inquit) Quæret autẽ aliquis & quid sit quod augetur, vtrum corpus, cui apponitur aliquid. verbi gratia. si quid augeat crus faciendo hoc crus maius, quod autem auget cibus non augetur. q. d. si cibus auget crus, & cibus non augetur. quare igitur non ambo aucta sunt: videtur enim quod ambo aucta sint, nã hæc duo simul iuncta quod apponitur & id cui apponitur; maius sunt quẽadmodum quando misces aquæ vinum, simpliciter plus vtrũque, ergo est quæstio, cum cibus, qui apponitur non augetur, vtrum augeatur corpus cui cibus apponitur, an aggregatũ ex vtroque, & videtur quod aggregatum, quia illud est maius, quam prius erat.

Anti. c. 104 *An quoniam huius quidem manet substantia, huius autem nõ, verbi gratia cibi? Quoniam & ibi dominãs dicitur in mistione, vt quoniam vinum. facit enim vini opus, sed non aqua vniuersa mistura.*

Aut quoniam huius substantia manet. illius vero vtpote cibi non. Nã et in his, in mistione prædominari dicitur. veluti quia vinum. Exercet enim vini opus mistura vniuersa, non autem aqua.

Dilucidate c. eiusdem. Respondet Arist. non augeri adueniens, sed ipsum cui aduenit. Et hoc probat tripliciter hic. Primo, quia id cui aduenit saluatur in toto motu, Et hoc ait. Aut quoniã huius. s. cui aduenit substantia manet. Illius vero, vtpote cibi. non subaudi manet. Secundo, id cui aduenit prædominari dicitur in fine. Igitur ipsum augetur. d. nã & in his. subaudi cui aduenit

aduenit in mistione prædominari dicitur. Tertio, in mistura vbi vinum exercetur, vinũ augetur, & non aqua, quando quidẽ tota mistura exercet opera vini, quia sæpe inebriat. non autem aquæ (inquit) veluti quia vinum subaudi prædominatur, dicitur vinum augeri Exercet enim vini opus mistura vniuersa, non autem aquæ His tribus rationibus patet id augeri, cui fit additio.

RECO. Quæstionem motam soluit, & vult quod illud cui apponitur solummodo dicẽdum est, quod auctum sit. verbi gratia si crus sit cui apponitur, & nutrimẽtum sit ꝙ apponitur, crus & nõ nutrimentum diceretur auctum esse. Cuius causam adfert ex tertio cõcesso quia id, quod augetur, oportet, vt permaneat. at crus permanet, non autem nutrimentum, quod aduenit, Hoc enim mutatur secundum substantiam. ergo rationabiliter crus dicetur auctum esse, non autem nutrimentum quod aduenit. & hoc inquit. An quoniam huius. scilicet cruris manet substantia: huius autẽ scilicet, quod aduenit, non manet substantia. verbi gratia. cibi, ergo quod augetur, est crus, cui apponitur Ad exemplum vero respondet quod quando in mistura ex aqua & vino, vinũ prædominatur, quod fit quãdo parum de aqua ei miscetur: vinum videtur augeri, quoniam illud permanet, & aqua apposita quasi corrumpitur & mutatur in vinum: & sic vinum videtur auctũ, quia ipsum videtur permanere, vnde inquit quoniam & ibi dominans dicitur in mistione, vt quoniam vinum, hoc est quia vero in illa mistione vini & aquæ prædominatur vinum. s. aqua pauca apposita, vinum dicitur augeri: lege verba, quoniam & in mistione dominans dicitur subaudi augeri, vt quoniam vinum dominatur, vinum augetur. Quod vero vinum auctum sit, quando prædominatur, probat nam pauco aquæ apposito, mistura illa facit vini operationem, & non aquæ cum calefaciat. ergo cum prædominatur vinum, quoniam illud permanet, & aqua corrũpitur vĩ vinum esse auctum. Contra autem fit si vinum sit paucum, & aqua multa erit enim tunc aqua aucta, non vinũ, quia illa manet, & vinum corrumpitur, cum illa seruet propriam potentiam non vinum. sed fiat mistio ex aqua & vino æqualibus, & quæro quid augetur? Respondet Philoponus, & dicit. quoniam vtrunque passum est, vtrunque esse auctum: vtrunq; enim patitur ab altero. ergo vtrunque auctum est. Aliter respõdet & melius, & vtrunque est corruptum, & ita neutrum augetur, cuius signum est, quia neutrius potestas & actio syncera seruatur. ergo vtrunque est corruptum. Animaduerte (vt Philoponus inquit) quod in his quæ miscentur valde abusiue accepit ipsam augmentationem nam syncere non permanet eadem forma, neque omnis eius pars augetur, ideo solum totum additione maius fit.

Similiter & in alteratione, si manet caro existẽs &
Ant.c.105 *quod aliquid est, passio autem aliqua existit earum quæ secundum se, quæ prius nõ existebat, alteratum est hoc.*

Dilucidate c. eiusdem. *Similiter autem & in altratione, si existens caro permanet, ac quod quid est. Passio vero eorum quæ per se existunt, aliquid est, quæ prius non existebat alteratum erit hoc.*

Comẽ.105 Incidenter quod declarauit in auctione, nunc & in alteratione verificat vt vnum per alterũ elucescat (Et inquit) Similiter autem & in alteratione, subauditur est dicendũ, vt dictum est in auctione. Et hoc si existens caro permanet ac ꝙ quid est. Passio uero eorum quæ per se existunt, aliquid nunc est, quæ prius nõ existebat, quando inquam hæc duo sunt, quod caro manet, & passio nunc primo est, ubi non fuit alteratum erit hoc, utpote caro ipsa & non passio.

RECO. Secundum Philoponum hic loquitur de alteratione, ut per hæc ea, quæ dicuntur de augmentatione pareant: & etiam contra quæ dicuntur in augmentatione pateant; Vbi debes scire quod sicut in augmentatione tria sunt id qđ augetur. vt crus, & quo augetur nutrimentum, & facultas auctiua, quæ est potentia in crure, qua crus est aptum augeri: ita in alteratione tria sunt scilicet subiectum id quod alteratur, id quo alteratur, & facultas, seu potentia, a qua alteratio fit. His tribus stantibus dicit quod uelut in augmẽtatione dicimus solummodo subiectum auctum esse: ita & in alteratione dicimus subiectum alteratum esse (inquit). Similiter autem & in alteratione, si manet caro existes, & ipsa est quod aliquid est permanens passio autem aliqua existit earum passionum, quæ sunt per se quæ prius non existebat, hoc. s. caro alteratum est, quia passio non permanet, cum prius non erat, & caro manet. sic igitur inter augmentationem & alterationem est prima similitudo ex parte eius ꝙ mutatur, nam in vtraque subiectum est, ꝙ mutatur. Quod vero ad verba attinet, cum dicit. quod passio est s. earũ, quæ per se insunt, non intelligit de per se, vt loquitur in posterioribus, sed p se pro eo ꝙ in ipso corpore inest, quo modo albedo & caliditas insunt p se, quia insunt corpori, & non extrinsecus, & secundum habitudinẽ ad aliud, velut dextrum & sinistrum insunt colũnæ in habitudine ad aliud. Deinde ponit dissimilitudinem quantũ ad id quo fit mutatio in textu sequẽti, vt dicemus.

Ant.c.106 *Quo autem alteratum est, hoc quandoque quidem nihil passum est quãdoq; autẽ & illud. Sed alterãs & principium motus, in eo quod augmentatur & alteratur. In his enim mouens, quoniam & ingrediens generaretur vtique maius, & accipiens id corpus. verbi gratia si ingrediens fiat vtique spiritus sed corrumpitur hoc patiens, & mouens non in hoc.*

Quo vero alteratur, mõ quidẽ nõ passum est, modo vero est illud quare & ipsum alterãs, principiũ motus erit in aucto, & alterato In his enim mouens est, nã & ipsum adueniens potius generatur iam atq; corpus eo fruens, veluti si adueniens esset spiritus, verum corruptum esset illud patiens & non mouens in illo. Dilucidate.c. eiusdem.

Cõm.106 Incidenter in alteratione declarauit ea quæ in auctione: nũc vero quotuplex sit in ipsa auctione alterans, exponit, & volt esse duplex, vt alterans passum, & alterans nõ passum. Alterãs quidẽ nõ passum, id est, quod est principiũ mouens in aucto & alterato, vt forte est anima ipsa. Alterans alteratum est adueniens vt cibus, qui quidem inquantũ quidem conuertitur in nouam rem generatur, alteratur: vt vero adueniens est, alterat (inquit.) Quo vero alteratur, hoc est fit alteratio in ipso vino, modo quidem nõ passum est, nec alteratum: modo vero est illud videlicet passum & alteratum. verbum illud modo, græce est ole, latine interdũ, hic tñ sic transtuli, vt sensus pareat. Hanc differentiã cõcludens & illius explanationẽ ait, quare & ipsum alterãs principiũ motus erit in aucto, & alteratio In his. n. mouens est, vt anima, verbũ istud quare græce est alla, quod latine est, tñ sed, tum etiã, vsus tamen eius aliquãdo est pro quare, vt hic accipitur. declarat deinde quomodo cibus est alteratum d. nam & ipsum aduenięs siue magis iuxta græca verba ipsum ingrediens potius generatur, iam melius cõuertitur dicerem, quia corrumpitur, & in substãtiã nutriti generatur: atque etiã corpus eo fruens vt ipsum nutritũ subaudi generatur, saltem secundum quid. verbum illud fruens græce est apolausan, latine est etiam accipiens. Hæc p exẽplum declarat. d. veluti si aduenięs esset spiritus, quod græce est pneuma, hic enim spũs ingrediẽs corpus alterat, qa super calefit a calore naturali corporis. qa cõparauit spiritũ cibo, addit differentiam d. verum corruptũ est illud patiẽs, videlicet cibus, & nõ mouẽs in illo videlicet spiritus q mouet se in illo. aut forte græca litera debet esse sic, quare corruptũ est illud patiens, & nõ mouens in illo. & tunc loquitur de anima & cibo dicens cibum alterari, qui a corrumpitur, ac mouẽs in illo cibo, vt vel corpus vel anima, nõ corrumpitur. & hoc stat pro tanto, quia verbũ alla, potest latine esse pro se, & pro quare. RECO.

Nunc ponit dissimitudinẽ, quãtũ ad illud quo fit vtraq; mutatio, & dicit, quo autem alteratũ est, vtpote igne, quo nos alteramur, hoc quandoque quidem nihil passum est: qñq; autem & illud patitur. Ignis. n. quo alteramur nos, a nobis nõ alteratur. Aer vero in balneo alterat nos & alteratur, at id quo augemur. s. cibus nũquã auget, sed semper auget. ergo quo augemur, & quo alteramur differũe, quia

quo

quo augetnur, ita auget, quod nunquam augetur, at quo alteramur, aliquādo alterat, & non alteratur, aliquando alterat, & alteratur. Deinde ponit similitudinem inter potentias alterandi, & augmentandi (& inquit) Sed alterans, q est principium motus, hoc est, sed potentia alteratiua quæ est alterationis principium & Potentia auctioris, est in eo quod augmentatur, & alteratur. & ita vult quod potentiā alteratiua, sit in alterabili. & auctiua in augmentabili. Cuius causam affert (& inquit) In his scilicet augmentabili & alterabili est ipsum mouens, quæ est potentia motiua. Sed contra. quoniam aliquando cibus ingrediens nostrum corpus augetur & fit maior quā erat. vt pote cum conuerteretur in spiritum, siue in ventum, corpus tum facientem. ergo ipsum quod augetur aliquando augetur.

Respondet & primo ponit dubitationē (& inquit) Quoniam & ingrediens cibus generatur vtique maius, quia spiritus ex ipso, & est talis cibus acciplēs in corpus. scilicet spiritum verbi gratia si ingrediens fiat vtique ventus & spiritus vbi patet quòd fit maius. Respondet. & cibus non augetur, sed corrumpitur hoc patiens Cibus enim corrumpitur patiens corruptionē eius a calido corporeo, ipsum corrūpere & cōuertere in ventū, & sic negatur q illa sit auctio sed potius cibi corruptio, & generatio venti. Causa autem, quare non augetur cibus cōuersus in spiritum, est quia mouens, hoc est potentia mutatiua ipsius non est in cibo. ergo propter duo non augetur, tum quia corrumpitur, tum quia in ipso cibo non virtus mouens, & mutans ipsum in spiritus, sed in eo, quod ipsum mutat videlicet in corpore scilicet stomacho uel ventre, & sic patet quod augmentatio & alteratio sunt similes in duobus, & dissimiles, in vno, sunt quidem similes Primo quia in alteratione & augmentatione subiectum est quod mutatur. Secundo, quia vt in augmentatione virtus auctiua est in augmentabili, ita in alteratione virtus alteratiua est in alterabili. Dissimiles vero, quia quo alteramur, aliquando alteratur, aliquando alterat, & non alteratur: at quo augemus, auget, & nunquā augetur. Animaduerte quod Ari. per quo alteramur, non intelligit quo, ut differt a quod, nam quo alteramur, est ipsum q alterat, sed pro quo, intelligit id quo extrinsecus mutatur siue sit quo, siue sit quod. Augemur enim cibo extrinsecus, & alteramur igne, vel alio tali extrinsecus, vtrumque dicitur quo, quatenus vtroque extrinsecus mutantur. Est tamen differentia, quia cibus est quo, vt materia, ignis quo vt agente, uerum quatenus vtrunque extra est vtrumque quo appellauit. Sed circa hæc dubitat Philoponus satis pulchre, & probat quod auctiua potentia bene est in eo, quod augetur scilicet crure. nam ibi est auctiua potentia, in quo est nutritiua virtus modo non in cibo, sed in crure est nutritiua virtus Quod in crure sit nutritiua probat, quia cibus corrumpitur, crus saluatur. ergo nō in cibo, sed in crure est nutritiua ipsa potētia. alioquin completa nutritione prima euanesceret virtus nutritiua. Præterea. In eo est virtus auctiua in quo est virtus assimilatiua, qua membrum sibi assimilat cibum, hæc est in crure, vt omnibus patet. Præterea. In eo est virtus auctiua, quod permanet, at membrum permanet cibus transmutatur. Sic ergo non est dubium q auctiua virtus sit in eo, quod augetur Quod autem alteratiua non sit in eo, quod alteratur, probat Philoponus, quia tunc factiua causa alterationis esset in eo quod alteratur: & sic quod alteratur, a seipso alteraretur, quod est contra rationem, & rerum euidentiam. nam nos calescimus ab igne, & frigescimus a niue, & non videmus in nobis factiuam causam caliditatis & frigiditatis. Præterea. Cera alteratur a sigillo, cum figuratur. sibi patet alteratiuam facultatem esse in plasmate, non in cera. Ergo non videtur verum, quod potentia alteratiua sit in eo, quod alteratur, vt sumpsit Aristo. quidam respondet quod Aristo. per alterationem intelligit non simpliciter alterationem, sed alterationem, augmentatiuam, qua nutrimentum assimilatur membro, & qua nutrimentum corrumpitur, & transit in substantiam nutrii, modo loquendo de hac alteratione, hæc habet potentiam alteratiuam in eo in quo est auctiua, quia alteratiua & auctiua potentia eadem est, solum differunt ratione. nam qua membrum redditur maius, dicitur auctiua: qua nutrimentum alteratur, & assimilatur ipsi membro, dicitur alteratiua. Quam responsionem innuit Diuus expositor. Sed contra hanc facit, quia Arist. in principio verborum dixit § Similiter autem & in alteratione § ibi ponens primam similitudinem locutus est de alteratione vniuersali potius, quam de alteratione auctiua. Alteratione enim auctiua caro nō alteratur, sed magis cibus: ergo hæc responsio non consonat verbis Aristo. Alexander vero & Philoponus fatentur hūc locum esse difficilē, tamen Alexander innuit hanc distinctionem quod alteratiua potentia est duplex, altera quæ dicitur factiua alterationis, altera actuatiua alterantis. Factiua alterationis semper est in alterante, actuatiua vero eius quod alterat semper est in eo quod alteratur. huius exēpla plura ponit Philoponus, de pipere, & pyrethro Hæc enim opposita alicui corpori nōn calefaciunt, sed actuata a calore organi gustatiui alterant Simili ratione & pharmaca, hæc. n. non alterant, nec mouēt nostra corpora, nisi prius a calore nostrorum corporum actuentur, at postquam actuata erunt, mox mouent, & alterant. Simili ratione aer reclusus inter linteamina lecti calefactus, ac trituratus a nostro corpore, tandē nostrū corpus calefacit, unc dicendum q qn Arist. dicit principium alteratiuam esse in ipso alterato, loquitur de ea alteratione, in qua alterans ad hoc, vt alteret, requirit actuationem. de hac enim alteratione loquēdo, intendit q principium alteratiuum actuatiuum sit in alterato, cū quo tamen stat, quod potētia factiua alterationis, sit in ipso alterante. Postquam enim actuatum est mox alterat. quam responsionem sub aliis verbis Philoponus asserit, & dicit. quod potentia alteratiua, proxima est in alterante: remota vero, quæ non est nisi actuatiua, est in alterato. Sed quoniam non omne alterans requirit actuationem, ideo verbum Arist solum habet veritatem in his alterationibus omnibus, in quibus alterans requit actuationem, & sic exēplum de carne potest esse ad propositum. Non ergo solum de auctiua alteratione loquitur Aris sed vniuersalius, quoniā de omnibus alterationibus, in quibus alterans requirit actuationē. Quærit vlterius Philoponus cur quatuor existentibus mutationibus, solum auctiua, & motiua secundū locum potētia sit in eo quod mutatur Non autem generatiua, nec corruptiua, nec alteratiua loquor de alteratione non requirente actuationē, vel de potentia alteratiua proxima. Respondet, & bene quod motiua potentia mouendi secundum locum est in eo quod mouetur naturaliter, qa natura est potentia motiua, quæ est in eo quod mouetur. Natura enim est principium motus & quietis eius in quo est. Auctiua etiam est in eo quod augetur, & non in cibo, qa cibus corrumpitur, crus quod augetur permanet, & non potest virtus seruari in re corrupta generatiua vero potētia nō est in ipso generabili, quia causa alicuius opus est vt sit actu, quod autem nondum est, nō est actu, Ergo potētia generatiua non potest esse in ipso generabili, sed solū in ipso generante, Nec corruptiua potentia nō sit ipso corruptibili, sed in corrumpente, patet, quia omnia naturaliter suum esse desiderant. ergo in eodē nō pōt per se esse potentia corruptiua, & desideratiua ipsius esse Quæritur vlterius verū cibus aliquando alterat illud in quo est virtus auctiua, aut solū & semp alteratur ab illa virtute. Innuit Philoponus solutionē, q qn cibus est virtuti digestiuæ cōmēsuratus in quanto, & quali, tunc patitur, & non agit in virtutē: cū vero inter virtutem & cibum fuerit incōmēsuratio, tunc membrum patitur. Pōt aūt incōmmensuratio esse ex parte cibi, & ex parte virtutis nutritiuæ Ex parte cibi quidem, qn fuerit incōmēsuratus multitudine, & qualitate, & quantitate. Ex parte virtutis vero, quoniā opera naturæ sunt determinata, & ideo cū corpora perueniunt ad debitā magnitudinem, subiectū fit ineptum propter siccitatē & frigiditatem. & sic propter tēpus debilis redditur auctiua ipsa facultas: cum igitur inter cibum & virtutē fuerit ex parte vtriusque debita cōmēnsuratio, tunc cibus patitur tantum & non agit. cum vero fuerit incommensuratio, aut ex parte cibi aut ex parte virtutis, tunc virtus alteratur, & patitur a cibo Sed tunc est vna dubitatio, quia postea dicet quod omne agens in agendo repatitur. & tamen dictum

Dubitatio

ctum est hic aliquando alteramur id quo alterare, & non alterari, & aliquando alterare, & alterari. Amplius dictum est, quod quando inter virtutem et cibum est debita commensuratio, cibus patitur & non agit. Responder Philoponus, & bene, quod hic loquitur comparatiue, nam vult q aliquid possit agere magis quam patiatur. Posterius loquitur simpliciter, quia vult quod nihil agat, quod non patiatur aliquo modo, quæ non contradicunt. Alij volunt quod hic loquitur vniuersalius quoniam de omni alterante, siue agat per contactum siue non, modo non omne alterans alteratur, quia cœlum alterat & non alteratur, postea loquitur de alterante per contactũ physicũ. Verũ de his postea.

Ar.t.c.107 *Quoniam autem quæsitum est de his sufficienter, oportet & solutionem quæstionis tentare inuenire saluantes, & manente eo quod augetur & adueniente aliquo augeri, recedente autem minui. Adhuc autẽ quodcunque signum sensibile, aut maius, aut minus factum esse, & non vacuum esse corpus neque duas magnitudines in eodem loco, neque incorporeo augeri.*

Dilucida te c. eiusdem *Quoniam autem sufficienter de his perquisitum est oportet experiẽdo dubitationis solutionem adinuenire saluantes manente eo quod augetur, et quodam adueniẽte augeri, sub tracto vero imminui. Adhuc autem quodlibet signum sensatum, aut maius, aut minus generari. atque neque vacuum esse corpus neque duas esse in eodem loco magnitudines. neque incorporeo augeri.*

Nunc accedit ad quæstionem persoluendam. vbi promittit se talem solutionem afferre, qua soluetur auctio & imminutio, & oẽs cõditionis auctionis & imminutionis, quæ

Côm.107 sunt quinque videlicet q auctio fit ipso aucto remanẽte eodem, & quod fiat aliquo aduenente, & quod quodlibet signum sensatum idest quodlibet minimũ aucti augeatur. & quod maius, aut minus generetur, & quod neque vacuum detur in corpore aucto. & quod duo corpora non sunt in eodem loco. & quod auctio non fit incorporeo. Solutio igitur erit pulchra, q satisfaciet quæsitis, & saluabit has, aucti vel imminuti conditiones. verba eius patent.

RECO Secundum Philoponum Aristo. duo fecit, dixit quæcunque secondum communem notionem insunt augmentationi, quæ erant tria, & quod permaneat id, quod augetur, & quod aliquo adueniente fiat augmentatio, & quod quæuis, particula eius, quod augetur, fiat maior, & eius, quod minuitur, minor Secundo vero exercuit dubia, quorum primum erat, quod si augmentatio ex incorporeo fieret, sequebatur materiam separabilem esse a magnitudine. Secondum autem, quod si augmentatio fiat ex corpore. cũ quælibet particula fiat maior ex additione aduenientis corporis, tunc aut id, quod augetur, totum est porus, & vacuũ aut quod corpus per corpus penetret & sic duo corpora erunt in eodem loco. His factis nunc vult ponere eius opinionem, & quidem talem, vt dubia soluat, & quæ secundũ communem notionem augmentioni insunt, seruet. vnde dicit. Quoniam autem quæsitum est de his sufficienter, & exercuit solutiones, vt visum est oportet & solutionem quæstionis tentare inuenire, saluantes & manente eo q augetur, quod est primum, & adueniente aliquo augeri, & recedente minui, quod est secundum. Adhuc autem quodcunque signum sensibile. aut maius, aut minus factum esse, quod fuit tertium, quoniam punctum siue signum est duplex naturale, vt minimũ, & mathematicum, vt pũctum, ad denotandum, quod ip se loquitur de puncto naturali, q est minimum addi sensibile, est autem minimum naturale (vt Philoponus inquit) comparatione totius corporis, quod augetur velut punctum, vt terra respectu vniuersi. Hæc ergo tria sunt, quæ augmentationi insunt secundum communem notionem, cum his ergo saluatis oportet soluere quæsita, quare oportet cum his non vacuum esse corpus, neque esse duas magnitudines in eodem loco, neque incorpoeo augeri solutio ergo assignanda talis erit vt hæc soluat, & illa tria seruet.

Suscipiendum autem causam determinantes prius vnum quidem quod anomæomera augentur, cũ homæomera augẽtur, componitur enim ex his vnumquodq; Deinde quod caro & os & vnaquæque talium partiũ est duplex, quemadmodum & aliarum in materia speciem habentium. etenim materia dicitur & species; caro aut os. Quamcunque igitur partem augmentari & adueniente aliquo secundum speciem quidem est possibile, secundum materiam autem, non est. Ant.c.108

Suscipiendum tamen primum determinatis causam vnum quidem, quod dissimilaria augentur, componitur, enim ex his vnumquodque. Deinceps quod caro & os, & talium pars singula est duplex, quẽadmodũ & cæterorum, quæ in materia speciem habent. etenim materia dicitur & species caro, aut os. partem igitur quãlibet augere. aliquo etiam aduenientce, secundum speciem quidem est possibile, secundum materiam vero non est. Dilucida. te c. eiusdem.

Proposuit quæstionem, deinde promisit soluere illã modo tali, vt cum solutione saluentur omnes conditione augmenti nunc exequitur & petit sibi concedenda duo. quorum primũ est dissimilaria augeri tãtũ, græce dissimilaria est anomœomera. vt neruus, caro, catilago inuicem cõparata. suppositionem hanc probat. d. componitur enim vnũ quodque dissimilarium ex his, hoc est similaribus. quare dissimilaria ad auctionem similarũ augeri debent. Petit secũdo, quod caro & os. & taliũ pars vnaquæq; dissimilaris duplex est, quemadmodum duplex est vnumquodque cæterorum, quæ in materia speciem siue formam habent. & subdit quomodo duplex. d. Et enim caro & os dicitur materia, & dicitur species. ad totum dicitur materia, ad se dicitur species. animal enim ipsum ex carne est vt ex materia, & caro in specie reponitur vt caro. Acceptis his, saluat vnam conditionem auctionis videlicet quomodo in auctione quælibet pars sensibils augeatur (& inquit) Partem igitur quamlibet augeri aliquo etiam adueniente secundũ speciem est possibile, hoc est verificatur in dissimilaribus. secundum materiam vero hoc est in similaribus non potest fieri. sed quæ dicatur pars formalis, & quare itemque cur secundum partes formales tãtũ fiat auctio, in dubitationibus dicemus. Sic igitur patet aucti vnamquamque partem sensibilem esse auctam, loquendo de partibus formalibus, non autem de materialibus.

Côm.108 Nunc soluit, & secondũ Philoponum facit duas suppositiones. Prima est, quod dissimilaria non sint ea, quæ primo augentur sed similari, dissimilaria enim augentur eo quod similaria augentur, ex his enim composita sunt. Non enim additione faciei augetur facies, neque manus additione manus: sed eo quod augetur caro & os, & neruus, & omnia similaria similiter. His enim auctis, augẽtur etiã dissimilaria. Similaria. n. sunt veluti materia dissimilariũ: dissimilariũ. n. compositio dissimilaria facit. vnde dicit. suscipiendum autem causam determinantes prius vnũ quidem. q d sed nos determinantes causam quæsitorum, suscipiendum prius vnum quidem quod dissimilaria quæ græce dicuntur anomœomera, augentur. cum homœomera augentur, Causam affert (& inquit) Componitur enim ex his vnumquodque ergo dissimilaria non primo augentur, sed ea quæ primo augentur, sunt similaria. ex quibus illa componitur, auctione quorum dissimilaria postea augentur: Accepit autem hanc suppositionem (vt Philoponus inquit) primo vt sciatur, quid est illud: quod permanet: hoc autem sciri non potest, nisi sciatur quid est illud, quod primo augetur. secundo vt sciatur quid est illud, in quod primo nutrimentum conuertitur. Absurdum enim est nutrimentum fieri faciem, fieri vero os vel carnem non est absurdum. Ergo accipit hanc suppositionem vt sciamus quid est illud in quod nutrimentum conuertitur. Secunda suppositio est, quod vnaquæque res naturalis bifariam dicitur interdum quidem secundum materiam, interdum vero secundum formam, nam carnem dicimus interdum, quidem formam carnis, interdũ

vero

vero materiam, interdum autem vtranque simul, quod prætermisit, & quia est per se notum, & quia non facit ad propositum solutionis. Nam cum dicimus carnem esse cōpositam ex quatuor elementis, dicimus materiam carnis: nam materia prima cum dispositionibus qualitatiuis & quantitatiuis & mistura elementorum materia est carnis. ergo cum dicimus carnem componi ex quatuor elementis, per carnem eius materiam intelligimus. Cum vero dicimus carnem mollem esse, aut, duram, aut temperatam, carnem vocamus formam: at cum dicimus carnem esse trifariam dimensionatam, aut multam, aut paucam secundum vtranque simul carnem dicimus vnde dicit. Deinde quod caro & os, & vnaquæque talium partium est duplex quemadmodum & vnaquæque res aliarum habentium speciem in materia: nā caro & os dicitur aliquandō materia, aliquādo species, & aliquando vtrunque. Cum enim dicimus carnem passam esse, aut os fractum esse, carnem vel os dicimus compositum ex materia & forma: verumhoc tanquam notum, & nihil ad propositum vtile dimisit. Quod vero ad verba attinet debes scire, quod in codice græco nostro est error, quia deficiunt illa verba, cū homœomeria agentur, & ideo quæ diximus in commentariis fuerunt violenta: postea legimus librum Philoponi, & errorem recognouimus. Tunc soluit quæstionē, quod, quādo dicimus carnem auctam esse eam, quæ secundū formā, & non eam, quæ secundum materiam, inueniemus omnia dubia soluta, & seruata illa communia. vnde dicit. Quamcunque igitur partem augmentari, quod est vnum eorū quæ communiter insunt augmētationi, & aduenente aliquo, quod est aliud eorum etiam, secundum speciem quidē est possibile, secundum materiam autem non est possibile. Si enim dicimus carnem augeri sumendo carnem pro materia neque dubia effugiemus, neque quæ augmentationi insunt, seruabimus: nam neque materia quidem est eadē neque quoduis eius fit maius. at si dicemus carnem augeri intelligendo carnem pro forma substantiali, & eius figura, omnia saluabimus. permanet enim eadem forma, nam esse carnis secundum formam non est in eo quod tanta sit sed in eo quod talis sit substantiā: verū vero hæc prædicatio sit vera. forma carnis augetur, an illa, compositum ex materia & forma ratione formæ augeatur, postea disputabitur, pro nunc vero scias quod vtraque conceditur. forma enim carnis dicitur augeri, quia ipsa est, quæ fit in pluri materia, quam prius erat (vt Philoponus inquit) Compositum augetur, quia ratione formæ, quæ fit in pluri materia, ipsum & quælibet eius pars maior denominatur, sed de his postea.

Anti.109 *Oportet enim intelligere, quemad modum si quis mēsurabit eadem mensura aquam. semper enim aliud & aliud, id quod generatur. Sic vtique & augmentatur materia carnis, & non cuicunque partium aliquid aduenit, sed hoc quidem defluit, hoc autem aduenit. Figura autem & species, cuicunque particula.*

Dilucida. e c. eiusdem. *Oportet enim intelligere ac si quispiam vnica mensura aquam percunctaretur. nam semper alia atque alia fieret. ita quoque carnis materia increscit. et non per hoc quod pars quælibet fieret, sed eo quod hoc quidem deflueret. illud vero permaneret, pars videlicet quælibet secundum figuram & speciem.*

Cōm 109. Recentiores Aristo. nunc saluare aliā conditionē dicūt eam videlicet quomodo potest idē auctū in fine & principio remanere idem. & certe hoc verū est, attamen non illud nūc principaliter vult declarare Arist. sed reddere causam eius, quod mox dixit. dicebat enim partes materiales non augeri, sed formales. nunc hoc ostēdit, & induit hanc rationem, videlicet auctum debet manere idē numero in toto motu, partes materiales non manēt, sed fluunt. & refluunt, at partes formales manent eædem, quare solæ partes secundum formam increscunt, quæ vero secundū materiam, non declarat, itaque hāc minorē exēplo (& inqt) Oportet enim intelligere ac si quispiā vnica mēsura aquā dimetere: vtpote vrceolo aut fiala, nā in isto casu semp aq alia fieret atque alia. nam prima abiecta secunda succederet, ita quoque carnis materia increscit, & non per hoc q pars quælibet fieret, sed eo quod hoc quidem deflueret vt partes materiales. illud vero permaneret, vtpote quælibet pars secundum figuram & speciem. Imaginatur Aristotel. formam membri continere materiam membri hoc est partes similares membri, quo fit vt forma membri sit vt fiala, & partes vti aqua, & cōtentum quare sicut eadem permanet fiala, aqua cōtinuo fluente & refluēte: sic membrum & eius forma eadem partibus similibus continuo euariatis. & sic patet auctionem fieri secundum partes formales, & nō materiales, qn̄ quidē illæ maneant, hæ defluāt. Ex hoc potest patere quod dixerūt expositores videlicet quomodo possit auctio effici ipso aucto perdurante sub principio & fine: nam secundum formam quidem permanebit, at secundum materiā cōtinuo est aliud, fecit autem eos sic exponere verbum autem, aduersatiuū quod ipsi habent, quod verbum est, & quodā modo diuersum ponit. at in græcis codicibus scribitur gar, quod latinē est redditiuum causæ.

Accepit, q si caro sm formā augeatur, potest saluari q id quod augetur permaneat, quoniā stat formā carnis permanere, eius materia fluente. secundum ergo Philoponū hoc ostendit, per exemplum & sumit pro exemplo formæ mensuram, vt vrceolū, pro exemplo materiæ sumit aquas quæ fluunt, & refluunt, & hoc inqt, Oportet enim intelligere quemadmodum si quis mensurabit eadem mensura aq. s. eodē vrceolo, nā hoc casu posito, sp id, qd gñatur. s. ipsa aqua quæ fit in vrceolo, alia atq; alia, itaq; vtique augmētatur materia carnis hoc est, ita non permanet materia carnis, & non cuicunque partiū carnis aliquid aduenit. sed hoc quidē carnis defluit, hoc aūt aduenit. Quod vero ad verba attinet, cū dixit {ita augmentat materia carnis} vt Philoponus dicit; Ari. abusus est augmentationis nomine, talē. n. est additio, non augmetatio: vnde sensus est, sic vtique augmētatur materia carnis, hoc est sic recedente materia carnis, sicut recedit aqua, addit materiæ carnis, & fit maior q fuit prior materia, anteq̄ fieret additio, figuræ aūt & speciei cuiuiq; partiū supple aliquid aduenit, figura & spē, & qualibet eius parte remanēte. Qd vero ad verba attinet. dixit figuræ, propter figuram vrceoli, & dixit speciei pp formam substantialem carnis. nam cuicunque parti figuræ vrceoli aduenit aliquid aquæ, & cuicunque parti formæ carnis aduenit aliquid carnis. vel dixit figuræ (vt Philopo. inquit) qm̄ vnumquodq; eorū q augetur, licet sit similare, figurā quandā propriā habet & peculiarem. vt igitur ab initio gignitur cum figura propria atque peculiari: ita quoq; cū augetur, eadē figura seruata augetur pater ergo q sicut eadē mensura permanet fluente, & refluente aqua, sic eadem forma carnis permanere pōt, materia carnis fluente, & refluēte, & ita q augetur, permanet, quod erat probandum Sed dices hoc exēplū non quadrat, qm̄ in tali aquæ mutatione mēsura nō augetur, at in mutatione materiæ carnis forma carnis augetur. ergo exēplū nō quadrat. Respōdet Philoponus, q istud exemplum est inductum solum vt ostendat quid manet, & quid defluit, vt forma maneat, & materia defluat, & quantū ad hoc quadrat. Vel (vt inquit) dici potest, q in hoc exēplo debeat intelligi mensurā illā in mutatione aquæ extendi fieriq; maiorem, & tunc quadrabit augmentationi. Ex his accipitur, q tenendū aquam augeri secundum formam saluari pōt, q id quod augetur, permaneat. Amplius teneri pōt q quælibet eius pars augetur, qm̄ forma permanet, & quælibet eius pars augetur: & sic omnia illa saluātur, q̄ cōmuniter insunt auctioni, vt q permaneat, q augeatur aliquo adueniente, & q quælibet pars aucti augetur: nam forma & quælibet eius pars augetur. Quomodo vero dissoluātur quæstiones, postea dicemus.

In anomœomeris autem, hoc magis manifestum est. verbi gratia manu, quod proportionaliter aucta est. materia enim altera existens est manifesta magis hic quam in carne & homœomeris. Ideo & mortui magis videbitur esse adhuc caro & os quam Aut.c 110

manus

manus & brachium. Quapropter est quidem vt quæcunque pars carnis aucta sit, est autem vt non secundũ speciem enim cuicunque aduenit, secundum materiam vero non:

Dilucidate, c. eiusdem *In dissimilaribus vero res ista magis constat veluti in manu, nam proportione vel seruata ipsa augetur. Materia enim quod existat altera a forma, videtur magis hic, quam in carne ipsa, aut similaribus. quamobrẽ in cadauer videtur magis iam remanere adhuc caro & os, quam manus aut brachium, quare modo quidem aliquo qualibet pars carnis increscit. modo vero alio non. nam secundum speciem quidem pars quęlibet permanet. at secundum materiam minime.*

Quo quidem modo maneat eadem pars secundum formam, in exemplo declarauit fialæ, nunc idem ośdir in exẽplo membrorum, quæ partes sont instromentariæ, veluti manus, pes, & cætera id genus (& inquit) In dissimilaribos vero res ista quæ nunc dicta est, magis constat veluti in manu. nam proportione vel seruata, ipsa augetur, quantum enim tota manus augetur, tantum proportionabiliter quibus digitus, vola, & ventriculi, & cætera id genus. reddit causam cur res illa magis appareat in eiusmodi membris, siue instrumẽtariis partibus (& inquit) Materia. n. q existat altera & diuersa à specie siue forma, vt q materia manos sit altera à forma manus vt magis hic, quã in carne, aut similaribus. vocatauẽ carna nũc similare, nã in cõparatione ad suas partes est eiusdẽ rõnis, licet comparatione ad os sit forte dissimilare, verificat propter hoc plebeiũ eloquiũ videlicet quare in cadauere vulgares carnes & ossa remanere dicunt: non autem oculum, manum, & cætera id genus. credunt enim carnem & os remanere secũdũ eandẽ rationem in viuo & mortuo: & non manũ, aut oculũ, sed æqui uoce (& inquit) Quãobrem in cadauere videt magis iã remanere adhuc caro & os seruata vniuocatione nominis, quã manus aut brachium. dixit videtur, & græce doxeien qo ia apud ipsum, neque caro, neque oculus voiuoce manẽt quibus expositis concludit veritatem propositæ conditionis videlicet quomodo quælibet pars aucti est aucta (& inquit) Quare modo quidem aliquo quælibet pars carnis increscit, vt pars secundum formam quælibet. modo vero alio non, quia, non secundum materiam, coius causam nũc tactam breuibus repetit d. nam secundum speciem quidem pars quælibet permanet at secundum materiam minime. & sic patet quomodo cum auctione stet quamlibet pariẽ augeri. quibus patent duo. Primum quo modo quælibet pars aucti augetur. Secundum quomodo actum idem ipsum in principio & fine permanet. Vnum enim sequitur ad aliud, vt diximus.

RECO. Secundum Philoponum ostendit, illa duo magis uiderẽ saluari in membris dissimilaribus. s. q forma sit id qood augetur, & q quælibet eius pars augeatur (inquit) In anomœomeris aũt hoc magnis. i. hæc duo magis manifesta sũt verbi gratia, manus s q forma augeatur, & nõ materia, & quælibet pars eius augeator, quoniã manus ipsa cũ augetur pportionabiliter aucta est, materia enim cũ altera existens sit, sunt hæc duo magis manifesti hic q̃ in carne. Quod aũt forma magis appareat in dissimilaribus, probat signo, quia apparet vulgaribus qui post mortem iudicãt carnem & ossa remanere in booe mortuo, nõ sic membra. potius enim credunt membra esse mortua quã carnẽ, quoniam vident illa remanere vt picta, & marmorea, caro & os vidẽtur remanere eadem. ergo forma maxime apparet in his. forma ergo maxime apparet in dissimilaribus, vt Philopon9 dicit, quia formarum fonctiones clarius apparent in his, quã in similaribus, & propterea, cũ moritur animal hæc membra videntur mortua, cum omnibus pateat ea functiones nõ habere, qa vero in similaribus functiones nõ appareot, ideo formæ nõ apparent. & qoomã nõ apparẽt formæ, in mortuis non vidẽtur formas amisisse: & sic vidẽtur eadem, quæ prius erant. quoniã igitur formæ clariores sunt in dissimilaribos, manifestũ est q ipsis euidenter cognosci pt q forma sit id q augẽt, & qd quæuis eius particula æq̃ augetur. Cum enim dicimus manum auctam esse, non materiam manus auctã esse dicimus sed formã, manus enim magis formæ quam materiæ est repræsentatiua: & cum dicimus faciem auctam esse non magis dicimus oculum quã nasum, sed æqualiter vnamquanque faciei particulã auctã esse dicimus. Tunc epilogat responsionem (& inquit) Qoapropter est quidem, vt quæconque pars carnis aucta sit, est autem vt non secundum speciem & formam: etenim cuicunque particolæ carnis adueniet materia, & augetur. Secundum materiam vero non aduenit materiæ, vt ipsa augeatur. Patent ergo hæc duo q forma augeatur, & permaneat, & q quælibet eius pars augeatur, q autẽ hæc fiant aduenitẽ aliquo, perspicuum est. Oportet enim imaginari membrum purificari a calido consumente humidum mẽbri, & q virtute animæ attrahente humidũ nutrimentale ad illos poros, recedit ab illis poris aer, & replẽtur humido nutrimentali, qood est materia: tunc forma osis agẽs in illud humidum. iamdiu quandiu fit sufficiẽs recipere ipsã in vno eodemq; instãti corrumpit formam nutrimenti, & ipsa inducitur, & hoc humidum fit vna materia cum priori, & quælibet pars formæ maior, quia inducta in maiori materia, ita vt vnum sit instanti corruptioo prioris formæ nortimenti & inductio formæ osis, & vnificatio materiæ cũ priori & augmentatio formæ, & tunc saluãtur illa tria, q id q augetur permaneat, quoniã forma permanet, & aliquo adueniente. s. homido nutrimentali, & quælibet pars formæ augetur, & tamen non ex incorporeo fit a ogmentatio, nec datur vacuum, quia pori erant aere pleni, nec penetratio, quia noua materia nõ aduenit priori. sed vnit illi, & fit vna eiusdẽ formę qoæ p̃eiat vt Philoponus inquit.

An. c. xii *Maius autem totum generatum est, adueniente aliquo quidem vocatur cibus & contrarium, transmutatio autem in eandem speciem. verbi gratia, si sicco aduenit humidum. cum autem aduenerit, transmutabitur & generabitur siccum enim vt simile simili augmentur est autem vt simili.*

Dilucidate. c. eiusdem. *Maius vero totum fit, quoties aduenerit quidem aliquod, cibus dicetur, & contrarium, fueritque adipsum in eandem speciem conuersum. veluti si duro molle adueniat, adueniens ipsum transmutabitur & indurescet nam modo quidem aliquo, simile increscet simili; modo alio vero dissimili.*

Coment. xii Erat alia cõditio quomodo fieri potest auctio aduenitẽte aliquo de foris & nõ effici penetratio. corporũ, & hoc nũc declarat & vult totum auctũ effici maius quoties ab extra aduenerit aliquod quod cibus dicetur & cõrrariũ, fueritq; ipsum in membri eandem speciem cõuersũ, veluti si duro vt osi molle aduenerit tunc aduenĩẽs ipsũ molle transmutabitur & indurescet eo quia conuertetur in membrũ durum. nec mirũ hoc videlicet q adueniens illud transmutetur, nam modo quidẽ aliquo simile simili increscit. modo vero alio dissimili augebit. in principio quidẽ erit dissimile & propterea transmutatur, in fine est simile & praeterea ad auget. Hinc patet nõ dari corporum penetrationem. quando quidem aduenĩẽs corrumpatur & mẽbrum ex illo generetur. Cæteræ conditiones, vt quod auctio esse possit vacuo existente nullo in corpore nec ipso ab incorporeo ex hisce patent.

RECO. Auer in cõmen. 38. præsentis libri digreditur satis condecenter & digressio incipit ibi {sed Alexan. dicit} Vbi primo narrat positionem Alexãdri deinde ibi {Et hoc fisic uerum} confutat illam. Quantũ ad primã dicit primo Alexander q positio Arist. quod auctio fiat secũdũ partes formales, & non secundũ materiales non est dicta per demonstrationem: sed quia ob reuerentiã Arist. illi assentimos & per hoc vult habere rõnes Philosophi esse dialecticas. {Materia enim} Secundo petit Alexander q materia rei auctæ non dissoluitur secũdum totum ita vt in fine vitæ nihil sit. Immo semper in animali restat aliqua res fixa quæ se tenet ex parte materiæ. {Et si non} Tertio probat haoc petitionẽ per impossibile, quia si nihil materiæ cõgenitæ remaneret, tũc forma materialis data à patre & matre posset separari

gari vniuersalitater à materia, quæ potest sic patere, quoniã æquè essentiale est formæ naturali, materia sibi cõgenita, & omnis alia, sed potest esse sine materia congenita per te. igitur, ab omni alia separari potest {Et cum materia } ex hac petitione infert contra Arist. quod pars materialis augeri potest, & per rationem eius sic. omne permanẽs augeri potest, sed pars secundum materiam permanet per petitionẽ igitur augeri potest, & sic non tantum pars secundum formam. { Quapropter, oportet vt } Declarat nunc quæ sit illa pars materialis quæ est vitæ coæua. Et vult esse duplicẽ humiditatem naturalem. scilicet quæ est per membra dispersa, quod humidum radicale etiã dici solet, & humiditas cibalis, tũc imaginatur quod humiditas cibalis aduenies post digestionem miscetur humiditati naturali per mebra dispersæ, & quasi mutatur in illius naturam, qua cõuersione facta virtute animis mẽbri attrahitur illud mistu in poris corporis nostri. Et in figurã membri vertit, quo facto, sequitur auctio, & sic ad humiditatis naturalis abundantiã, maior fit auctio, vt patet in pueris. ad illius imminutionem diminutio fit, vt senibus. Hoc facto virtute naturæ & animæ membri conseruatur figura aucti membri tam in auctione, quam diminutione: sic igitur patet auctionem effici secundum partes materiales, & quomodo fiat apud

Refutatio. Alexandrum {Et hoc si sit verum} Nunc confutat Alexãdrum. nam primus magister, vt Arist. nihil dixit sine forti ratione. nam hic solus philosophatus est cum ratione sensata. {Et tunc inquiramus in hoc.} Confutato Alexandro, vult nunc declarare positiones Aristo. vbi sciendum quod sicut in alteratione vt in calefactione subiectum est substantia in actu composita, quæ transit de frigido in calidum & est terminus à quo vt frigidum, & terminus ad quem vt calidum: sic oportet in auctione hæc tria imaginari subiectũ videlicet terminum à quo, & terminũ ad quẽ. de subiecto nemo dubitat. nam omnes profitentur subiectum esse animal ipsum, siue viuum, quod secundum se & quodlibet minimũ naturale augetur, in fine auctionis terminus, vtpote ipsa quãtitatis est alia numero, à termino ad quẽ. Ideo restat inquirere quid sit iste terminus ad quem. Vtrum forma ipsa totius. & hoc non, quia tunc per auctionem noua forma efficeretur, & cum subiectum formæ sit materia prima, tunc auctum & subiectũ auctionis esset materia prima. sic vero sit quantitas, tunc auctio esset sola rarefactio, & sic alteratio. propter hanc rem magna fuit difficultas de auctione Primo igitur Auer. ostendit formam ipsam non esse terminum auctionis. d. quia forma vt forma non augetur, hoc est non potest esse terminus augmenti. nam tunc auctio non differt à generatione simpliciter. itéque auctio debet esse secundum magnitudinem, hoc est ad magnitudinem. Ostendit secundo non esse auctio num ad dimensionem dimensio, eo quia quod augetur, non augetur. in quantum quantum partim quia tunc esset rarefactio, partim quia dimensio est æterna materiæ & sic concludit augeri vnumquodque vt quantum habens formam, & sic terminus auctionis erit forma quanta, aut quantitas formata. {Cum augmentum in omnibus } hac dixit de termino ad quem, nunc de subiecto. & quoniã subiectum augmenti est duplex. primum & totale siue adæquatum, & subiectum partiale, & inadæquatũ. de subiecto primo nemo dubitat, omnes enim profitentur (vt dixi) subiectum primum esse animal ipsum siue viuum: restat dubitatio de subiectis partialibus, nam totum animal augetur auctis partibus dissimilaribus, vt manus, pes, brachium epar, lien, cor, & cætera id genus, hæc dissimilaria augentur, auctis similaribus, vt auctis carne, osse, neruis & cæteris id genus, angetur manus Similaria vero augentur. etiam à suis partibus auctis. sunt autẽ duplices partes, vt minime potẽtes p se existere & operari, aut pati, quæ apud quosdã formales dicuntur, quia actiuæ, aut passiuæ, cum actio & passio sint à formis ipsis, aliæ partes materiales, quæ sunt infinitæ partes minimi, aliquantæ: nõ tamẽ separabiles seorsum, ac potentes p se existere & operari, dictæ nõ illæ formales, quia solæ illæ habeãt formam, nam & hæ formam habent saltẽ totius, dictæ igitur formales, q a agere possunt aut pati ad modũ forma. t. astæ non dictæ materiales, quia solæ materiæ, sed quia nec agunt nec patiuntur, sed solam tum detinent, materiæ, inquantum totum ipsum minimũ, cuius sunt, constituunt, ostẽdit igitur subiecta partialia auctionis esse se partes formales & non materiales. Primo, quia per partes formales si ponantur augeri, potest saluari argumentum de penetratione corporum: & non si partes ipsæ materiales augerentur hanc non probat. potest declarari supposita descriptione partium, nam, partes illæ formales, ut sic possunt agere in nutrimentum, cum sint formales. at illæ materiales cum non sint actiuæ, non possunt agere in illud, & sic non possent conuertere illud {Et sic esset ita } Secundo idem ostendit & arguit sic. si auctio esset secundum partes materiales, ita quod subiecta partialia auctionis essent partes materiales: tunc alterum duorũ sequeretur, aut q non esset auctio vllo modo: aut si esset, esset tantũ uel accumulatione, aut pgnetratione. quod probat, quia quid est quo alligatur aduenies ei, cui aduenit, vt inde maius efficiatur, oportet enim ad hoc esse determinatam qualitatem, nel igitur illa determinata qualitas adiungens illa esset humiditas, ut putauit Alexã aut forma partis attrahẽtis & cõuertẽtis attractũ secũq; illud miscẽtis: nõ humiditas, quia humilitas nõ est miscẽs vt sunt quanta. tantum. nam quantum ut quantum abstrahit ab humore & omni qualitate sensibili, quia si non abstraheret, & humiditas alligaret misceretque quanta ut quanta, possunt omnia quanta misceri mistione augmentat ua. non igitur humiditas potest esse, quo nutrimentu alligetur misceaturque membro ut inde maius efficiatur erit igitur forma quæ existens in parte formali agit in nutrimentum attractum illud disponendo, ut inde conuertatur in substantiã eius. {Quoniam autem}. Tertio ad idem arguit eo modo laugetur unumquodque, quomodo perm anet. sed partes permanent, vt formaes, & non ut materiales, quia ut sic fluunt. igitur ut sic permanent. { Secundum hoc igitur} Concludit intentionem Arist ubi animaduerte, (ut dictum est) minima ut terminata non potentia stare sub minori materia seorsum dicuntur partes formales at partes minimorum infinitæ non potentes per se stare dicũtur partes materiales, illæ partes formales. Primo, ut dictũ est, quia actiuæ & passiuæ. Secundo, vt nunc dicit, quia terminatæ, nam omnis terminus est à forma. nõ potest enim minimum conseruari in minori materia propter formã, quæ non potest stare per se in minori, materia. hæ materiales. Primo vt dixit, quia non agunt nec patiuntur, sed tantũ sunt id ex quo. Secũdo vt nunc dicit, quia sunt diuisibiles in infinitum quod est propter materiam, a qua est infinitudo & in terminatio. tunc vult q Arist. velit non formã augeri sine materia, nec materiã sine forma. sed subiecta partialia auctionis esse partes formales vt formales, & non vt materiales, iam illæ vt formales permanẽt & terminatæ sunt. illæ vt materiales sunt in cõtinua variatione. hinc patet mens Arist. {Et videtur mihi} nunc cõcludit differentiã inter positionẽ Ari. & Alex. vult primo multũ q differãt. nam Alex. vult membra augeri per auctionẽ humiditatis omnibus partibus Aristor. vult illa augeri per auctionem partium formalium Secundo differunt, quia Alex. permutat quæstionem in aliam, vt quomodo augeatur magnitudo per illam humiditatem in omnibus partibus, nam auctio videtur effici per conuersionem & admistionem, modo illa non conuertitur, nec admista sit, sed semper in superficie membri. Tertio, dura videntur augeri à duro vt ossa & chartilagines, nõ ab humore miscibile. n. est liquidũ. Ideo adhuc restat quæstio quomodo dura augeri possunt in illa & per illam. {Quapropter } concludit nunc positionem Arist qualis sit, et vult esse meliorem illã Alexãdri, & ideo illa sufficit vel debet quærere cõplementũ illius. {Quoniam videtur quod augmentum} declarat nunc quod vnio siue admistio nutrimenti sit necessaria. est autem hæc unio, quando nutrimentum attrahitur in. in membrorum foramina, & illis foramina implentur, postea virtute formæ vniuntur cum forma membri, & redditur res una. Quod igitur hæc siue admistio, siue vnio sit necessaria. probat, quia si non admiscerentur partes attractæ sum attrahentibus, tũc generarentur partes car-

nis

nis & ossis non vnitæ, & sic per se, & ita auctio esset vera generatio {Hæc igitur mistio necessatio} côcludit nūc intētum. quod videlicet illa admistio siue vnio nutrimēti cum substantia mēbri est modo dictio videlicet propter formā menbri, quæ recipitur in materia nutrimenti & non propterea quod omnes partes admisceantur, & inde resultet maius, vt dixit Alexan. quod fieri potest absque penetratione, quomodo credebat fieri in mistione vini cum aqua. Ret enim hæc esse non potest, quia tunc sola humida possunt admisceri, & sic membra dura & organica minime. nisi illud fiat virture formæ, & sic habebitur intētum: Sic igitur patēt tria de mente Auer. primū q terminus augmēti est forma substantialis ut quanta, siue quātitas formata forma substantiali. secundo patet subiectum totale auctionis esse totum animal siue vinum ipsum quod in termino ad quem propter formam maiorem efficitur maius propter minorem minus. Tertio patet tale subiectum augeri partibus oībus dissimilaribus auctis, quæ augētur similaribus, nō qua rōne sunt partes materiales sed partes formales. & ita subiecta partialia auctionis sunt partes formales minimæ {Aut dimus} nūc quo fiat auctio, declarat, & præsupponit in omni membro augendo esse causam auctionis vt forma ipsa agens in nutrimentū, apta se extendere per partes attractas quo supposito, imaginatur plures nutrimenti euariationes prima est, qua efficitur idoneum vt conuertatur in membrum. secunda est qua attrahitur ad membrum, nam membrum virtute caloris foraminibus paruis perforatur, vt patet in polenta miliatea, quod fit in igne. & sic nutrimētum illud sic attrahitur a virtute animæ membri, quæ vocatur attractiua. vocat Auerr. nutrimētū illud sic idoneum, humiditatem cibalem, quæ revera est similis naturali. tertia est, qua humiditas illa cibalis attracta conuertitur in partes carneas, aut osseas, hoc modo q in materia cibalis humiditatis inducitur forma mēbri priori forma corrupta: quarta est applicatio siue mistio siue vnio, nam ad inductionem illius formæ, sequitur vnio, qua dicetur vna caro vel vnum os cum prioribus {Et iterum} declarat nūc hoc fieri semper donec animal viuit, nō semper est anima & semper calor membra resoluens, & in illis poros & furuncola inducens, verum non semper erit auctio, quia nō semper fit maius restauratum quam sit deperditum. vt dicemus. {Ergo non est augmentati} Ex his dat positionē Arist. quod auctio fit propter formam membri, hoc est animam membri, ipsa enim virtute caloris, aut magis vt vtens calore, resoluit. & ipsa per ipsum digerit & reducit nutrimentum ad formam humiditaris aptæ conuerti, ipsa etiam per virtutem attractiuam attrahit, ipsa se in materia attracti migrat (vt dicā ita) qua migratione reddit humiditas caro vel os & cætera id genus Ex hoc patet quod ablata hac virtute omnia hæc agente, tūc auctio non est nisi per penetrationē, & non p verā cōuersionē, patet. quia a nullo essent tot motus, & ita sola penetratio uel accumulatio esset. tunc dat differentiā inter causam Aristo. & illam Alexand. volens quod hæc causa Aris. sit in omnibus, nam forma agit in dura & mollia cōuertendo, aut dictum est. at causa Alexan. in mollibus tantū quæ possunt misceri vt vino & aqua, melle & aceto, & cæteris id genus. Sic igit patet primo terminus subiectū vle & partiale. & modus auctionis & cā auctionis. Sed in

Dubitatio nes. Prima

hac positione sunt quæstiones. Prima, vtrū forma substantialis priori sit terminus vel quæ de nouo gñatur sit prior, igitur non erit motus ad nouum terminum. Si noua igitur auctio erit generatio.

Secunda.

Secūda, vnius motus per se vnus terminus per se & primo. vel igitur sola forma est terminus per se vel dimensio aut aliquid aliud, & quicquid detur. falsum est vt patet.

Tertia.

Tertia, partes formales augentur vel seruata forma eadem numero vel alia de nouo genita, vt prius.

Quarta.

Quarta, minimum augetur, igitur quodlibet illius augetor. & sic partes materiales augebuntur & non tātum formales.

Quinta.

Quinto, dubitant recentiores & bene. nam si auctio esset quod forma extenditur in maiori materia, & quælibet pars aucti est aucta, tunc tota forma, & quælibet pars formæ in auctione esset in noua materia, & sic non remaneret eadem ipsa numero materia.

Sexta.

Sexto, tunc forma substantialis & accidēs aliquod migraret de subiecto in subiectum. de forma patet, quia in alia materia fit, de quantitate probatur, quia illamet restat in noua materia, quæ præfuit.

Septima.

Septimo, aut forma membri subito ingreditur materiam nutrimenti, aut successiue si subito igitur auctio erit motus indiuisibilis: si successiue igitur forma alimenti successiue desinit contra Arist. quinto physic. d. corruptionē effici in non tempore.

Octaua.

Octauo, corruptio vnius est generatio alterius, sed alimentum corrumpitur, igitur aliquid generatur, & non nisi forma membri, igitur illa forma non præfuit, sed de nouo fit. Multe aliæ dubitationes dicentur in quæstionibus.

De termino. Prima positio.

Circa terminum augmentationis variæ sunt positiones quidam dicunt quod terminus augmenti est forma substantialis partium formalium de nouo genita, imaginantes vnicam transmutationem esse generationem, & auctionem solo tamen hoc discrepare, quod per generationem simpliciter totum auctum secundum se & quodlibet sui incipit, at per auctionem licet forma sit alia, & totum aliud, non tamē totaliter, vnde auctum est idem totū non tamen totum auctum est idem, vt sophistæ dicunt.

Cōfutatio

Et licet hæc positio diu sit defensata à me in adolescentia, nunc non mihi videtur.

Prima ratio.

Primo, quia semper vbique Aristo. auctionem motum appellat ad quantitatem, & nō ad formam.

Secunda.

Secundo, quia si quælibet forma in partibus formalibus de nouo reducitur de potentia materiæ, & non quæ præfuit se extendit in materiam sibi attractā, tunc nulla esset causa vnionis, nam illud minimum genitū esset ens per se existens distinctum numero à quolibet alio alia generatione genito. declaratur, quia non cōsimilitudo formæ in præexistēte membro, quia sic caro mea & caro tua possunt esse vna, nec materiæ similitudo, propter idē.

Tertia.

Tertio, quia tunc anima vegetatiua, siue sensitiua in animali, siue rationalis in homine continuo flueret & refflueret.

Secunda positio.

Alij peritissimi viri opinantur auctionē effici p nouam dimensionem, quæ de nouo aduenit priori, ita quod sicut per alterationē noua editur qualitas, ita per auctionē noua quantitas efficitur, quæ prius non erat, & in hoc differt auctio à rarefactione, nam auctio est ad quātitatem, & rarefactio ad raritatem, quæ est qualitas.

Confutatio Prima ratio.

Sed hæc positio stare nō potest, quia tunc dimensio non esset materiæ coæterna, vt vult Aver.

Secunda Tertia

Secundo, tunc auctio esset additio dimēsionis ad dimensionem, & non vera auctio. Tertio, non videtur quomodo hæc secunda fiat vnum cum priori. nolo tamen te latere, quod tenentes hanc positionem, coguntur dicere priorem totam desinere, & secundum totam generari. & sic ita cito sicut est primum auctum esse, ita est alia numero quantitas, quæ de nouo fit priori corrupta. Et sicut continuo auctio fit, sic continuo est alia atque alia, & sic apud hos auctio, non erit additio. Nec hæc noua cum illa facit vnū. Sed priori corrupta est noua dimensio

Quod contra Auer.

Hæc positio licet sit vtilis, q sustētabilis, nō est ad mentē Ari nā ipse ponit q̄titatē esse materiæ coæternā vnā & eandē numero, sicut & materia ipsa. Cuius positionis rōnes in libro de substantia orbis diximus

Positio propria.

Propterea saluo meliori iudicio, & cū licētia dicēdi aliter, si in q̄stionibus aliter occurret, vī mihi duo esse de rōne auctionis, vt qđ idē numero subiectū totū manet, & q sit aliqs terminus nouus.

De subiecto.

Ad saluādū primo oportet imaginari auctionem fieri sm partes formales, hoc modo, q disposita materia alimēti sufficiēter pro forma membri, vel rei augendæ, atque in debito locō approximata, vt in poris tunc forma membri se extendit in illa. & inde sequitur vnio, & augmentum, qua ratione forma non de nouo fit. sed de nouo in nouam extenditur siue (vt ita dicam) migrat materiam, & ita totum augetur, primo vt formatum anima vegetatiua, partes omnes dissimilares vt subiecta primo partialia, partes similares formales quæ pro nunc minima dicantur, vt subiecta secundo partialia. tunc patet q totū manet idē numero, quia anima vegetatiua tota quæ præfuit & in toto & in membris, & in partibus formalibus eadem quæ prius. igitur totum & quælibet pars formalis augentur, & sic secundum quod formalia sunt, omnia eadem manēt. Hæc de primo.

De

De termino visum est ab Auerroe in principio digressionis neque esse formam tantum, nec dimensionem tantum, sed esse dimensionem vt formam. Ad cuius euidentiã est aiaduertendũ, q dimensio est, vt qualitas. v. g. color siue caliditas ipsa, mõ sicut in caliditate ipsa est duo cõsiderare caliditatẽ ipsam singularẽ, & gradus quibus dicit magis aut minus, ita aliud est dimensio vt hæc vt per gradus extensionis dicitur maior aut minor. vnde quod in calore dicitur intensio & remissio, in dimensione magnum & paruum. vt igitur in tota alteratione manet eadem caliditas, variata tamen secundum magis & minus, & gradus intensionis vel remissionis: sic in toto augmento manet eadem dimensio numero variata secundum magnum & paruum, siue extẽsum & inextensum. & vt in qualitate terminus alterationis est qualitas sub tanto gradu, causa verbi vt octo: sic in auctione est, quantitas sub tanta extensione vel sub tot gradibus extensionis. & sicut intensio & remissio sub certis gradibus sunt termini qualitatis; sic magnum & paruum siue extensum & contractum termini dimensionis. & hinc patet quid sit qualitas terminata, & dimensio terminata, nam qualitas terminata est qualitas sub tanto gradu, & dimensio sub tanta magnitudine Et quoniam certam magnitudinem & extẽsionem cõpositũ ipsum sibi limitat a forma, quæ est vt radix determinationis, ideo bene Auerroes dixit non dimensionem vt dimensio est, esse terminum, sed dimensio vt terminata, quod est dicere, vt certa & stabilita ab ipsa forma terminus igitur auctionis non est forma, nec dimẽsio, simpliciter: sed vt terminata, veluti terminus alterationis non est caliditas, sed vt octo vel sex, hoc est vt terminata. Hanc rem pauc norunt, & copiose scripsi in libro de substantia orbis. quid sit subiectum, quid vt terminus patet. Ad rationes. ad primam & secundam patet solutio per nunc dicta Ad tertiam patet solutio, quod augetur seruata præcise eadem forma numero, licet non eodẽ modo, vel sub dimẽsione eodẽ mõ extensa. Ad quartam dicendũ. tam partes materiales q̃ formales augeri. sed materiales augẽtur nõ rõne qua materiales, quia vt sic fluũt cõtinuo. sed sub rõne qua participãt esse partiũ formaliũ, qa vt sic habẽt esse fixũ cũ vt sic participẽt aia, quæ est fixa. vel melius dicẽdũ q sola forma augetur & nõ minimum nec partes minimi. augetur autem, quia fit in maiori materia, quæ non est aucta, sed per additionem est facta maior. Ad quintam dicunt & bene, quod quælibet pars formæ ipsius aucti noua efficitur in materia, non tamen in noua totaliter, sic quod nihil prioris materiæ restet, immo restat aliquid eadem forma informatum. Ad sextam cõcederem formam secundum quid migrare, vt patet simpliciter migrare, vt voluit Pythagoras videlicet quod priori toto totaliter relicta, aut corrupta aliam informet penitus diuersam. ab illa ipsa dimensio non migrat, quia subiectum suum per se est materia, quæ est vna semper. bñ tamen ipsa vt. terminata migrat de subiecto per accidens in subiectum per accidens non totaliter, sed secundum quid. Ad septimam, dicerem quod anima membri successiue ingreditur materiam membri, non successione continua, sed discontinua. nam minima naturalia alimenti successiue corrumpuntur videlicet vnum post aliud: nullum tamen illorum successiue corrumpitur, sed subito, & sic auctio est successiua, non tamen continua. vt dicit Auerroes octauo physicorum cõmento. 23. non tamen intelligendum est, quod auctio fit prius per vnũ minimum per totum corpus, sed per plura minima simul, quæ sunt ppinqua diuersis partibus mẽbri.

Ad vltimam dicendum quod corruptio vnius est generatio alterius. nam corruptio alimenti est generatio carnis, non quidem per formam nouiter incipientem informare nouam materiam hæc pro nunc. Verum si aliter occurreti n quæstionibus aliter dicam.

Secundum Philoponum cum Aristotel. dixisset quidnã sit id quod augetur, quod non materia, sed forma sit: nunc vult dicere, quid nam sit quod auget. & quoniam demonstrauit quod non sit incorporeum, nunc quærit quale corpus, num simile ei, quod augetur, an dissimile & contrariũ & dicit, quod auget ei quod augetur, secundum quid est simile: secundum quid vero contrarium, & dissimile. Nam potentia quidẽ simile, actu vero dissimile, & contrarium. Simile quidẽ in fine, qm oẽ quod augetur, simil augetur, vt caro, carne & os osse. In principio vero contrarium, quoniam necesse est, vt nutrimentum patiatur in principio antequam fiat simile, pati autem non potest, nisi contrarium a contrario (inquit) Maius autem totum generatum est, adueniente aliquo quidem, quod vocatur cibus, & contrariũm. transmutato autem in eandem speciem. & sic in principio contrarium, in fine simile erit. verbi gratia. si sicco aduenit humidum, cũ aduenerit in principio contrarium est transmutabitur autem & generabitur siccum. Causa autẽ, quoniam est vt simile simili augmẽtetur, est autem, vt dissimili. Simile quidem in fine, contrarium in principio.

Quæret autem aliquis, quale oportet esse id quo augetur. Manifestum igitur, quod potentia illud verbi gratia. si caro potentia carnem actu autem aliud. Corruptio autem hoc, caro generata est.

Quæret autem vtique quispiam quale nam esse oportet idipsum, quo augetur, patet iam quod potentia illud. veluti si caro potentia carnem actu alterum vtique. Corruptum vero hoc caro fit.

His actis, quærit de nutrimento ipso, quale nam oportet esse, vt nutriat. Respõdet. patet iã q potentia oportet esse illud q augetur. vt si caro sit id quod augetur, oportet esse potentia carnem. & si neruus sit, oportet esse potentia neruum. & si os potentia os, actu autem oportet esse alterum. Cuius causam forte innuit. d. Corruptum enim caro fit, & in carnem vertitur. Ex his patet non omne corpus esse bonum alimentum animali. vt non lapidem, neque lignum, sed oportet esse tale potentia, quale auctum in actu.

Philoponus legit {autem} pro {enim} & iure (vt mihi videtur) quoniam cum dixit simili augeri quod augetur & contrario, assignat causam cur ita dictum est. q d. bene, dictum est quod augetur augeri simili, & contrario, quoniam quæret quis, quale nam oportet esse id, quod augetur, propterea concludit quasi solutionem epilogando, & declarando quale dissimile oportet esse id quod auget. Non enim omne dissimile auget, sed illud dissimile quod est potentia id quod augetur, tale dissimile est contrarium. vnde inquit, Manifestũ igitur quod illud dissimile non est quodcunque, sed quod potentia illud. v. g. Si caro est illud quod augebitur, oportet illud dissimile esse potentia carnẽ, actu autem aliud. Sed ita aliud, vt corruptio hoc, caro generata sit. Quare illud dissimile ex quo fit auctio, proprie est contrarium. in quo est potentia vt illud fiat ex ipso. Hæc de eo quod auget. Circa præsentes textus græci expositores digrediuntur, Philoponus enim primo ostendit, quod materia carnis augeri non possit.

Intelligendo per materiam ipsum humidum, & omne illud quod est circa formam substantialem carnis, & citra figuram. hoc probat. primo quod hoc dato non poterunt saluari, quæ cõmuniter insunt augmentationi. non enim poterit dici, quod id quod augetur, permaneat, quoniam continuo humidum exiccatur, & diffluit, & per nutritionem aliud succedit. ergo materia carnis non permanet eadem numero. Nec dici potest, quam quælibet pars materiæ sit aucta, quoniam partes, quæ recedunt, non possunt esse auctæ cum illæ non sint. Secundo, hoc dato non poterimus soluere quæstionem, nam hoc dato, cum nutrimentum oportet vt percurrat per omnes partes illius materiæ, tũc erit penetratio vel antea erat vacuum. Quod si dicere non possumus materiã carnis augeri, tunc nec vtrũq; simul erit id quod augetur nã si vtrunque simul auctum fuerit, tunc omnino materia aucta erit. Ideo Philoponus cõcludit, q quando dicimus carnẽ augeri, caro intelligit p eius forma & substãtiali, & eius figura vnde Soricolæ dicerent, in hac ppositione, caro auget, carnẽ suppõi pro forma carnis, nã pro materia est falsa, & pro vtroq; simul est falsa. q autem pro forma sit vera probat, quia saluãtur illa tria, & tollunt quæstiones, saluat. n primo, q id q auget, permaneat, quoniã forma, & figura eius q auget, permanet. saluat secũdo, q eius quælibet pars auget, nã quælibet pars eius fit maior, q̃ erat: saluatur q augeat aliquo adueniẽte corpore, quod

De termino.

Ad rationes.

REC O.

Anti. c. 12

Dilucida. te. c. eiusdem.

Comẽ. 12

RECO.

Digressio Philoponi Quod non materia augeatur

Quod non vtru simul Quod forma

alteratum recipiat ipsam in fine. Et cū dicitur forma augetur, forma nō accipitur pro forma, vt forma, sed pro forma vt quanta, hæc enim proprie augetur secundum Philoponum, quod si dicatur totum augeri, illud secundum denominationem, non sm inhærentiam dr, vnde asseru, q circulus nō quatenus circulus, nec caro quatenus caro augetur. sed quatenus cubitale os, vel cubitalis caro augetur. ergo sm Philoponū in illa propositione, caro augetur, (vt loquar more Sorticolarū) caro supponitur pro forma carnis cubitali vel tricubitali. Sed dubitatur contra hæc, qm̄ si materia sit alia. ergo forma nō pōt esse eadē numero, cum esse formæ sit in materia. Respondet Philoponus qd si coniugatis simul oībus particulis materiæ. vniuersa materia corrūperetur, forma desineret, illa desinente. nunc autem materia secundum aliquas partes recedit, sm alias statim accedit, ideo materia vniuersa non desinit: & propterea forma manet eadem numero, & figura eadem numero, quæ formam concomitatur. exemplo vero hoc demōstrat, vt si quis in fluuio continuo fluente vmbrā ab aliquo corpore factam considerauit, vmbra quidem quæ in aqua est in subiecto eadem numero est: aqua vero quæ est vt illius materia, est alia semper est quidem eadem vmbra, qm̄ non vniuersa aqua simul tollitur. est autem in alia materia, quia continuo aqua succedit, & alia recedit. Præterea. Nec materia permutatur. vt simul etiam aliquid formæ destituatur, verbi gratia si nunc quidem statuæ pars permutetur, aliquando autem manus, nonnunquam vero caput. Accidet enim temporis interuallo, vt tota statua tandem alia ex alia facta sit, nō modo secundum materiam, sed secundum figuram, & formam. Quare nec sic permutatio materiæ fit, sed vt dictum est, de aqua respectu vmbræ. Sed quæres vtrum materia in qua forma ipsa augetur interuallo temporis, tandem tota sit resoluta permanente adhuc forma in materia. Respondet Philoponus quod non, nam si hoc esset possibile, animalia essent sempiterna vel possent fieri immortalia, quoniam semper materia posset remanere in consimili vigore. Quod autem maneat eadem materia, & nunquam tota possit resolui, patet ex eo, quia videmus easdem cicatrices remanere, quæ sequūtur materiam. Sed circa hæc quærit Philoponus, primo quomodo cum positione hac saluetur illud, vt aliquo adueniente fiat auctio. Si enim non per totum adueniat, fiet auctio alicuius nullo eo adueniente. si per totum adueniet, tunc erit penetratio. Præterea. Si forma augetur, & non materia, tunc materia auctionis adueniret alicui, quod non augeretur, & illud cui non adueniret augeretur. Respondet Philoponus vbi primo intelligendū q in augmētatione formæ non cōcedit: corpus per corpus non enim totū id, quod aduenit concedit per totum, sed quod ingreditur, apponitur solum modo priori materiæ. Imaginatur enim Philoponus, quod quodlibet signum sensibile corporis augendi a generōne sit creatū cū sua humiditate sanguinea in venis mēbri conlētati: tūc vult q illud q addit de humido cibali sanguineo, apponatur solū priori materiæ, quēadmodū in vtre per foramē additio aquæ fit, & quæ ingredit, addit solū ei, quæ ante est, quæ pellit aliā ante ipsam, & ita æque secta vbique abūdantia aquæ fit, & ita quælibet particula aquæ dissecta excedit. Simili mō accidit in augmētatione, nutrimēto enim in sanguinem verso per venas vbique tracto, atque circumfuso in vnaquaque similarium per venulas paruas a magnis, natura quæ in vnaquaque particularum est hūc coquente, & transmutante ipsum in subiecti substantiā, accidit augmentationem fieri. Est enim in ossium substantia, & carnis, & aliarum particularum humiditas sanguinea quædam vbique circumfusa per omnia membra quæ augētur, hæc enim humidiora sunt sanguis igitur qui circūfunditur extrinsecus in vnaquaque particularum per venas magnas & paruas, additur illi priori humiditati, & sic propellit ipsam: magis autem vndequaque a particulis tractus secundum omnem dimēsionem reddit ipsam ampliorem, quæ quidē cū excoquatur a nutritiua facultate, mutatur in substantiam subiecti. & quoniam natura curat figuram particularum, plurima materia existente subiecta, expandit in ipsam æquali ratione vnamquamque formæ particulam & ita quālibet particulā dicimus auctā. & quoniā sanguis appositio terna fit dimēsione, ideo augmentatio etiā fit secundum omnem dimensionem. Tunc ad dubitationes. Ad primam dicendum, quod non oportet vt id quod additur, concedat per omnes particulas, sed sufficit quod appositum priori humido illud reddat maius. Sic enim vicinabitur membro, & conuertetur a virtute membri in eius substantiam ergo satis est, vt ipsi secundum plures partes apponatur. Ad secundum dicendum, quod Aristo. non dicit quod id quod aduenit, debeat per omnia percurrere: sed solum dixit quod id quod augetur aliquo adueniente augetur. Sed contra Adhuc dubitat Philoponus quid est illud, quod propellitur, an ipsa caro, & videtur quod non: alioquin contingeret vt caro calcanei tandem propulsione fieret caro manus, aut fæmoris. aut alterius cuiuspiam membri, aut est ipsa humiditas, quæ in ossibus vel carne est disseminata, & tūc quæritur qd sit hæc humiditas quæ à sāguine apposito propellitur, siquidē est substantialis humiditas carnis, illa erit elementum eius, modo impossibile est hanc humiditatem a sanguine propelli quæ est carnis elementum & substantia non propulsa ipsa carne, aut corrupta. Quod si hoc humidum non fuerit substantiale carnis elementum, sed id quod ex nutrimento aduenit, hoc esse non potest per substantiam carnis totam. nam cum hoc humidum nutrimentale sit corpus & non qualitas, impossibile est, vt ipsum per totā carnē cōcedat, nā tunc corpus per corpus cōcederet, & essent duo corpora in eodem loco. Si vero non est per totam carnis substantiam, tunc non quæuis pars augebitur, cum tale humidum non per totam carnis substantiam expanditur. Animaduertendum ergo (vt Philoponus innuit) quod aliquid augeri, potest dupliciter intelligi, vel per iuxta positionem quantitatiuam, vel per additionem quæ pulsione prioris corporis fit, & hoc pacto ianua vel abacus additione augetur. Si enim ianuæ vel abaco lignum aliquod additum fuerit, aggregatum totum fit maius & quælibet pars fit maior non additione cuiuslibet partis ligni ad quamlibet partem ianuæ vel abaci, sed propulsione & additione partis ad partem pulsam. Hac enim additione totum & quælibet eius pars fit maior, & tamen non est facta additio cuilibet parti, eius, quod dicitur maius Alio modo dicitur aliquid augeri per hoc quod eius quælibet pars fit maior additione cuiuslibet ad quodlibet, & hæc auctio non esset possibilis nisi fieret penetratio corporum: Tunc dicerem, quod humidum disseminatum augetur additione primo modo, quoniā (vt Philoponus ait) illi additur sanguis ex nutrimento genitus, modo ex sanguine apposito & priori humido fit quoddam corpus maius. non quidem additione cuiuslibet sanguinis ad quodlibet signum sēsatum prioris humidi, sed fit totū & quælibet pars maior sicut ianua additione ligni. Hoc autem sic amplificato, facultas nutritiua conuertendo illud in substantiam membri, auget totum membrum. Tunc dico, quod id quod pellitur est humidū cibale, & sanguis, venalis, qui disseminatur per mebrū, q quidem non est radicale, quoniam illud est elementum & substantia membri, sed est cibale, impurius semper quam fuit prius & cū dicitur, si pellitur, ergo exit mēbrum, dicendum quod pellitur, sed infra sphæram membri. Nō n. exire vī ad maiorē locū prius q̄ augeatur mēbrū m, immo cū sanguis huic addit venulis tumefactis in eodē mēbro à virtute nutritiua hoc in substantiā mēbri sm oēm nē dimensionē cōuertitur, & fit auctio mēbri, hoc patet de aqua addita vtri, nā aggregatū fit maius, sed non exit vtrē.

Quo forma eadem esse possit & materia alia.

Quo permutet materia.

An humidum radicale permaneat vsque ad finē vitæ.

pulchra dubitatio quomodo aliquo adueniente fiat auctio.

Ex his patet error Auerro. hic. n. cū non legit Alexandrum in græco, dixit de mente Alexandri q humidū radicale augeri potest, quod nunquā Alexander somniauit. Philoponus. n. qui est Alexādri magnus imitator, ait humidū augeri non vera augmentatione quæ fit additione cuiuslibet ad quodlibet, sed additione, quæ propulsione fit. & ita Alexander vult humidū quod est materia eius quod augetur fieri maius nō auctione proprie dicta, sed additione vt aggregatū ex vino & vino fit mai⁹, vt & ianua vel abacus additione ligni. Vnde Philoponus & Alexand. asserunt formam carnis vel ossis augeri proprie, non additione facta ad ipsam. sed additione facta ad eius materiam.

Non

Non enim oportet id quod augetur, vt augeatur extrinsecus aliquo accedente ad ipsum sed extrinsecus aliquo accedente ad eius materiam vt patet de vtre aucto additione facta ad aquam. Alexan. enim & Philoponus dixerunt materiam carnis non augeri, sed additione id quod ex illis est, fieri maius. dixerũt etiam formã carnis augeri additione illa facta ad eius materiam. dixerunt etiam formam non augeri ea rõne, qua forma, sed qua quãta, nec ea ratione qua quanta simpliciter, sed qua extensę hac vel illa extensione vt tricubita vel bicubita. Demum dixerunt compositum ex materia & forma non augeri, quoniam tunc materia. augeretur, & ita sola forma vt quanta tricubita vel bicubita est id quod per se augetur, & quidem materia non aucta, sed additione facta maiori, vnde patet, quod quæ Auer. ait. nõ sunt aliena ab his, quæ græci expositores dixerunt. Auerr. tamen addit ad eorum positionem propter ossa, quod in membro virtute calidi fiunt pori, & ad eos vult attrahi humidum cibale, & sic imaginatur repletis poris fieri auctionem p hoc q in materia attracta fit corruptio prioris formæ, & introductio formæ membri in illa verum de his in commentariis. Sed quæres quomodo humidũ nutrimentale fiat vnũ cũ humido priori, quod erat disseminatum p membrum Respondit Philoponus, quod non fit vnũ simpliciter, sed secũdum pellit primum, & totum fit maius & hoc totum postmodum conuertitur in substantiam mẽbri, semper derelicta humiditate disseminata per faciem membri intra venulas membri contenta, quoniam secundum ipsum non oportet, vt auctio fiat corpore accedente ad quodlibet, quod augetur: sed satis est vt fiat corpore accedente ad materiam. Causa autem est quia primum & secundum humidum sunt eiu dem speciei. vtrunque enim est sanguis, vt posterius d cetur, & ideo faciunt vnam humiditatem maiorem, veluti cum vino adderetur vinum. In commentariis quæritur primo verum per augmentationem generetur noua substantialis forma, vel saltem partes substantiales formæ nouæ. Soluitur quod nec forma noua generatur per augmentationem, nec aliqua pars eius, sed eadem numero forma, quæ fuit, remanet augetur autem secundũ quamlibet partem (vt Philoponus inquit) non per generationem nouæ partis supra nouam materiæ partem, sed per hoc quod forma prior fit in maiore materia quam prius erat. Cum enim forma prior fit in maiori materia quam prius erat, forma derelinquitur maior, & qualibet eius pars maior, & hæc est expressa opinio Philoponi. Sed dices si anima sensitiua & intellectiua est indiuisibilis, quo modo augentur & quomodo quælibet pars animæ fit maior ẽm Auer. & Philoponum nõ est difficile respondere, quoniam ẽm eos quælibet anima est materialis, & diuisibilis, & in maiori, maior, & in minori minor. In hoĩe.n. licet intellectus sit indiuisibilis, dianoetica est diuisibilis, & in maiori maior & in minori minor. ẽm in veritatem dicendum q sicut dupliciter aliqua forma dici potest diuisibilis, aut per æquiualetiam, vt pote quæ est in maiori corpore, & in qualibet eius parte, & formaliter, quæ formaliter in maiori corpore, est maior, & in minore minor: sic dupliciter possumus dicere, formã fieri maiorem ẽm se, & quamlibet eius partem. Formaliter quidem vt anima plantarum, per æquiualentiã, vt humana anima, & anima perfectorum animaliũ anima humana augetur nõ per hoc q in maiori materia fiat formaliter, maior, sed p æquiualentiã, q est in tota maiori materia, & in qualibet eius parte, & sic per æquiualentiã dicitur augeri, quia informat maiorẽ materiã q̃ prius. & dicitur quælibet pars eius fieri maior, quia ipsa in qualibet parte maiori inest. ergo ipsa augetur, & quælibet eius pars fit maior, quatenus ipsa est in tota maiori materia, & in qualibet parte materiæ, quæ est facta maior quã prius erat, hæc sunt dicẽda pro veritate. Est.n. veritas tales animas esse formaliter indiuisibiles, æquiualere autem formis diuisibilibus, quoniã sunt aptæ informare tantam materiam, & quamlibet eius partem, quantam formæ diuisibiles sunt aptæ informare. ergo sicut illæ sunt formaliter extensæ, ita istæ sunt æquiualenter extensæ.

An. t.c. 112 *Non igitur ipsum secundum se generatio enim esset non augmentatio, sed quod augetur, in hoc.*

Non igitur ipsum per se. esset enim iam generatio, non auctio. Sed quod augetur, est in hoc. t Dilucida. e c. eius. dem. Cõmẽ 113

Quasi quandam differentiam colligit inter generationẽ & auctionem ex dictis, qua põt tolli dubium, quod videlicet in auctione res augenda. vt pote caro, nõ per se fit seorsum, Sed quod augetur, est in hoc. & sic auctio videtur aggeneratio quædam, cuius causam dat. esse enim iam generatio, non auctio vbi caro vel quod augetur per se seorsum fieret. Sed dices. dũ augetur caro fit caro, vel nõ nõ fit. non augetur si fit. uel noua, aut antiqua dici potest: quod non fit, noua caro per se vt bene ait Aristote. sed fit noua per accidens, hoc modo quod forma carnis antiqua inducitur in materia eius, quæ generatio non tollit auctionis rationẽ immo facit veram auctionem, per eiusmodi generationẽ forma aucti fiat in maiori materia. generatio vero se tollit rationem auctionis. & iõ bene Aristo. vocat auctionẽ generationem in hoc, non extra hoc per se, & fit caro non simpliciter, sed secundum quid, pro quanto forma carnis efficitur in noua materia, in qua non præerat.

Secundum Philoponum (& vt diximus in cõmẽtarijs) hic Aristo ponit differentiam generationis, & augmetationis, quoniam generatio est mutatio eius materiæ, quæ p se est: augmentatio vero est mutatio nõ eius materiæ quæ est p se, sed eius quod mutatur in eo, quod augetur. Est.n. augmentatio mutatio nutrimenti in eo, quod augetur, non autem mutatio nutrimenti per se verum de hac differentia in commentarijs (vnde inquit). Non igitur ipsum ẽm qđ augetur, fit per se generatio enim esset, & non augmentatio. Sed quod augetur s. ipsa forma, fit in hoc s. in materia nutrimenti priori nutrimenti forma corrupta. non dicitur autem generatio, quia non fit in illa materia per se, p̃erat n iõ fit in illa materia, quatenus illa fit vna cum materia totali. Ex quo patet (vt Philoponus inquit) q non potest fieri auctio sine generatione, qm non potest fieri auctio sine corruptione, verum non dicitur generatio, quia forma non fit, præerat enim: sed fit in hoc, hoc est in materia nutrimenti modo non sequitur, forma fit in hac materia. ergo forma fit Sed occurres corruptio vni⁹ est generatio alterius. ergo corruptio simpliciter vni⁹ est gñatio simpliciter alterius. Dicendum quod corruptio vnius potest dici totalis corruptio, & tamen generatio non dicetur simpliciter generatio. Cibus.n. simpliciter corrumpitur, & tñ forma in eius materia non simpliciter generatur sed satis est vt in eius materia fiat substantialis forma, in qua prius non erat. vt patet in commentarijs. RECO.

Quod igitur patiens ab hoc auctum est, an mixtum quemadmodum si quis vino superinfundat aquam, hoc autem posit vinum facere quod mixtum. Et quemadmodum ignis tangens vrendum vrit, ita in eo quod augetur, & existente actu carne, quod inest augmentatiuum, adueniente potentia carne fecit actu carnem? An. t.c. 114

Quod igitur patitur ab hoc, augetur, aut mixtum est quẽadmodum vino si quis supereffundat aquã. hoc autem quod mixtum est potest, quod aqua ipsa potest agere, & vt ignis tangens vrendum ita in hoc quod augetur, est caro actu quæ existens quoddam auctiuum adueniens, potentia carnem, facit in actu carnẽ Dilucidat t.c. eiusdẽ

Hactenus quale alimentum sit, explicauit, nũc quid auctũ explicat. Animaduerte q auctio est similis mixtioni, & est similis alterationi. pro quãto quidem ex aucto & nutrimẽto fit maius, mixto persimile est, vbi totũ exercet opera prædominantis. pro quãto vero agit in nutrimentum, auctum alteranti simile est. & auctio ipsi alterationi. has duas similitudines volens (inquit.) Quod igitur patit ab hoc, augetur, aut mixtum est. & sic auctũ est tale in potentia, quale nutrimentũ actu. tunc similitudinem primam assignans (inquit) Quemadmodũ vino si quis superfundat aquam, sic nutrimentum funditur nutrito hoc aũt quod mixtum est, potest quod ipsa aqua põt agere. sic nutritũ conuersum Comẽ. 115

in substantiam mēbri facit quod membrum. & sic auctio mixtioni videtur similis. Deinde declarat secundam similitudinem d & vt ignis tangens vrendum, subaudi vrit, & augetur ab illo, ita in hoc quod augetur est caro actu, quæ existens quoddam augmentabile, adueniens potentia carnē facit in actu carnem, & sic videtur augendum simile alterāti, & auctio alterationi, & sic qd augmētabile sit, patet.

RECO. Secundum Philoponum Aristo. etiā simul declarat, & quid est quod auget, & quod augetur, & quid est virtus, quæ auget, & tertio declarat quomodo fit augmentatio sine penetratione. Et respondet ad hæc omnia, & dicit primo q̄ tam id quod auctum est, quam id quod auget est mixtum. aliter tamen & aliter, quod enim augetur, est mixtum hoc est forma in materia existens, quod autem auget, est mixtum ex materia & forma. Secundo dicit quod auctio fit modo quo vinum augetur ex appositione aquæ, & ignis ex appositione vrendi. nam vinum conuertendo aquā fit maius, & ignis conuertendo vrendū etiā fit maior. Tertio dicit, quod virtus quæ conuersionem hanc facit, est facultas nutritiua, quæ est in eo quod augetur, veluti erat virtus in vino, & igne. vnde inquit & quærit, quid igitur est auctum ipsum ab hoc. cibo patiens est. Ergo quæstio quid est ipsum quod augetur, & simili ratione quid est ipsum quod auget, quæri potest. Respōdet, an mixtum est ergo solutio quod vtranque sit mixtum, non tamen eodem modo, quoniam quod augetur est forma existens in materia quasi illi permixta, quod auget est compositum, nec ꝓbat hoc, sed tanquam manifestum ex dictis sumit. Deinde affert modū quo fieri potest augeri augmentatio. sine penetratione nutrimēti in corpus eius, quod augetur, & exponit virtutem per quam fit (& inquit.) Quēadmodum si qs vino superfundat aquā, ita q̄ vinū, hoc q̄ est psi mixtū, possit facere vinū hoc est vt adeo parua sit aqua vt vinum posit cōuertere illā, in substātiā eius. Et quēadmodū ignis tāgēs ipsum vrendū, conuertit ipsum in eius substātiā, & fit maior, ita in eo quod augetur q̄ adhuc existit actu caro, in est virtus & facultas augmentatiua quæ adueniente potentia carne, facit actu carnē. Ergo sicut vinum cōuertit aquā sine penetratione corporis in vinū & sicut ignis conuertit combustibile, & vinum, & ignis fiunt maiores nulla interueniente penetratione aquei corporis in vini corpus, nec corporis vrendi in ignem, sic membrum augetur per appositionem humidi extranei. Vt enim inquit. Philoponus nouum humidum pellit pristinum, & facit vt vicinetur membro. Facta autem appropinquatione, virtus membri conuertit appositum in eius substantiam vt faciūt ignis & vinum. Quo vero modo apponatur, dictum est, & Philoponus repetit, dictum est enim totum membrum habere venulas paruas minutas, quæ recipiunt sanguinem a maioribus: sanguis ergo nouus pellit antiquum & facit, vt magis vicinetur membro, & sic apposito nutrimento crescit membrum, sicut ignis apposito combustibili & vt vinum apposita aqua crescit. Crescit autem totum membrum apposito nutrimento, quia virtus nutritiua est in toto membro, & in qualibet eius parte, & ita nō potest augeri in parte quæ est propinqua nutrimēto, quin augeatur in totum. Quare nō oportet (vt Philoponus inquit) vt nutrimentum per totum nutritum penetret, sicut nec combustibile per totum ignem: satis enim est, vt partibus vicinetur, nam virtus quæ est in toto, efficit, vt totum fiat maius. veluti ad hoc, vt diminuatur sanguis a toto corpore, nō oportet, vt trahatur per flebotomiā a singulis partibus venæ satis. n. est, vt per vnam partē diminuatur, quia, sic diminuitur in toto. ergo ad hoc, vt membrum augeatur non oportet, vt singulæ partes recipiant nutrimētum, sed satis est, vt sanguis vicinetur aliquibus partibus, quoniā virtus quæ est in toto, illum conuertit in totum, quia cū replentur venæ maiusculæ, replētur & minores, ita, vt sāguis vicinetur membro. & cum in toto membro, & singulis eius partibus sit virtus auctiua, cum illa virtus conuertit sanguinem vicinum partibus exterioribus, auget illas, & cæteras omnes partes, & ita fit maius totum membrum secundum omnem dimensionem. Ex his patet secūdum Philoponum non esse necessariam virtutem attractiuam nutrimenti, cum sanguis deferatur ad membrum pulsione s̄m Philoponum. Sed quæres illa humiditas antiqua, quæ in venulis membri adest quid est dicendum secundū Philoponū, quod duplex est humiditas, radicalis & hæc est elementorum particulæ, & substantia eius. scilicet cuiusq; propria, & nutrimētalis. & hæc est sanguis, qui continetur in venis, quando ergo aduenit sanguis ex nutritione genitus, apponitur per venas priori sanguini, & sic pellendo illum, facit, vt vicinetur membro. & qm̄ in mēbro est virtus auctiua mox apposita nutribili, quod est potentia mēbrum, illa virtus conuertit in illud eius substantiam, & sic augetur totum, virtute illa existēte in toto mēbro, hæc ex Philopono.

Ergo simul existente. si enim seorsum generatio, Est. n. ita ignem facere, ad existentem, adiungentem ligna. sed sic quidem, augmentatio est. Quando autem ipsa ligna incenduntur generatio est. Antiq. c. 13

Simul igitur existēte. si enim seorsum, generatio erit. est quidem enim sic ignem agere in præexistens adiungentem ligna. sed sic quidem est auctio, quando vero ipsa ligna accendit, generatio est. Dilucidate c. eiusdem.

Nunc concludit ex dictis modum quo fit auctio ipsa, quo patebit differentia inter generationem & auctionem, & vult quod nisi auctum & augēs sint simul & vnū ita vt ex alimento & membro vnum fiat, non fiet auctio, vbi namque alimentum ipsum seorsum in naturam verteretur carnis, ita vt forma nouæ carnis alia sit ab antiqua, non auctio erit, sed generatio. oportet igitur vt caro cibum ipsum in sui naturam vertat, si debet auctio esse quod exemplo testatur, quemadmodum enim ignis dupliciter ex lignis fit. Vno quidem modo appositione lignorum ad præiacentē ignem. Et sic est auctio. Alio vero modo accensione lignorum seorsum, & sic est generatio, ita in nostro proposito caro dupliciter fit. Vno modo conuersione alimēti in naturam carnis præexistentis, quo auctio est. Alio vero conuersione in naturam separatam. Et sic est generatio. Et sic patet quo modo auctio sit, & quo differat a generatione ipsa verba patent. Cōmē. t. 36

RECO. Ex his repetit differentiam inter generationē & auctionem. vbi animaduerte, quod cum Aristot. dicit ignem augeri, & vinum augeri, non loquitur de auctione propria, quæ est animatorum sed hæc ponuntur, vt exempla. Non enim valet hæc cōsequentia, forma ignis præfuit. ergo augetur, quoniam forma ignis continuo est alia, sicut materia est alia. At in animato anima est eadem ante & post auctionē, & propterea si præfuit, & generatur in hoc, siue in hac materia coniuncta priori materiæ, sequitur ipsam augeri. Ex his patet quod non est necessarium ponere poros in osse & partibus quæ nutriuntur, vt in illis recipiatur nutrimentū, ad hoc, vt fiat nutritio, & auctio, vt ponit Auerro. quoniā sicut nō oportet ponere poros in igne, vel vino, si debent augeri ex appositione aquæ, vel lignorum, sed sufficit, vt lignum vicinetur igni, & aqua vicinetur vino, sic nō oportet ponere poros in membro, ad hoc vt augeatur, sed satis est vt nutrimētum per venas magnas & paruas deferatur vsque ad membrum, nāpostquā vicinū est, virtute auctiua existente in toto osse vel carne, potentia os vel caro, fit caro vel os, & totum membrum augetur secundum omnem dimensionem, vel ignis apposito combustibili, virtute combustiua existente in toto, augetur secundum omnem dimēsionem. Ergo nulli est pororum necessitas, ad hoc, vt fiat nutritio mēbri vel auctio, nec penetratio sequit, quoniam sufficit vt humidū appositum fiat vicinū, & contiguū mēbro augendo. Vtrum vero propter aliam causam pori sint ponēdi, hæc quæstio est extra materiam. experientia enim docet poros esse, sed ob alias causas, de quibus alibi. Quod nō fiat necesse ponere poros in osse aut carne.

Quantum autem, vniuersale quidem non generetur quemadmodum, nec animal quod nec homo nec aliquid est singularium. sed vt hic vniuersale, ita & illic, quantum; Caro igitur & os, aut manus, aut neruus, & horū homæomera. adueniente quidem aliquo quanto, sed non carne quanta. Antiq. c. 14

Quantum

Dilucida te.c. eiusdem.

Quantum vero quod quidem vniuersale, non fit, quemadmodum neque animal quod non fit homo, aut aliquod singularium, sed sicut hic, vniuersale, & ibi quantum. Caro igitur & os aut manus aut neruus & his similia, apposito quidem iam aliquo quanto, sed non carne quanta.

Cõmẽ. 126 Dixit de auctiuo, deque agẽdo, ac de modo auctiui & augendi, nunc de subiecto auctionis apponit & vult quod subiectum auctionis non est quantum abstractum a materia physica, nec forma ipsa, sed compositum habens formam quantam, vt caro, & os, & cætera id genus, quod probat sic sicut vniuersale abstractum non generatur nec vt subiectũ gñationis, nec vt terminus generationis, sic nec quantum vniuersale separatum a materia physica augetur. igitur sicut vniuersale contractum generatur, sic quantum contractum ad materiam physicam augetur (inquit) Quantũ vero quod quidem vniuersale, non fit, quemadmodum neque animal sit vniuersale quod nõ sit homo, aut aliquod singularium. Litera græca sic sonat, licet non sic formaliter dicat, vt patet, sed sicut hic in generatione vniuersale fit. scilicet dum contrahitur sic, & ibi quantum augetur dũ contrahitur ad materiam physicam. Tunc concludit verũ subiectum auctionis. d caro igitur & os, aut manus aut neruum, & his similia, quæ sunt partes formales, augentur veluti propria subiecta auctionis. Apposito quidem aliquo actu quanto vt cibo, sed non apposita actu carne quanta, quia cibus non est caro actu sed potentia, licet sit actu quantus Et sic patet subiectum auctionis.

RECO In commentariis diximus vno modo, ac secundũ Philoponum Ari hic remouet quæstionẽ, dictũ est n quod augmentatio fit corporeo, cõtra obiiciet quis, augmẽtatio est gñatio quanti, oĩs autẽ gñatio, alicui⁹ est ex nõ tali, vt gñatio albi, ex non albo, gñatio dulcis ex non dulci, augmentatio est generatio quanti ergo augmentatio erit ex non tali hoc est ex non quanto, quare augmentatio non fit corporea. Respondet quod si generatio esset vniuersalium, oporteret vere quod id quod sit actu quantum aliquid fieret ex non quanto, quoniam vero neque quanti vniuersalis, neq; alterius cuiusvis vñaliũ generatio est, nihil absurdũ est vt id q̃ fit quantum fiat ex quanto. Caro .n quãta non ex carne quãta fit, sed ex cibo q̃to, & ita fit ex nõ quanto tali scilicet. ex non quanta carne, cum quo tamẽ stat. quod fiat ex quãto cibo (inquit) Quantum autem vniuersale quidem nõ generatur, sic enim oporteret fieri ex non quãto simpliciter, quemadmodum nec aĩal gñatur, quod nec sit hõ, nec aliquod singularium aĩal tm. Sed vt hic scilicet in generatione animalis generatur vniuersale. scilicet generatione alicuius singularis, ita & illic quantum generatur singulare .s. q̃ est caro aut os. Tunc cõcludit respõsionem (& inquit) Caro igitur & os, aut manus aut neruus, & horũ homeomera adueniente quidem aliquo quanto generantur, sed non carne quanta, ergo augmentatio quatenus est quanti generatio, est ex quanto, & ex non quanto, ex non quanto quidem tali, nam cum augetur caro ex nõ carne augetur, quia ex cibo, qui non est caro, ex quanto vero simpliciter, quoniam quantum in eo quod quantum non fit. Animaduerte (vt Philoponus inquit) quod differentia est inter animal & corpus siue quãtum, nam animal fieri potest ex nõ animali, fit enim animal ex semine, quod est non animal simpliciter, at quantum fieri non potest ex aliquo simpliciter non quanto, quoniam corpus vt corpus nõ est generabile, animal vt animal est generabile, ideo animal fieri potest ex aliquo simpliciter nõ animali, corpus autem & quãtum fieri non potest ex aliquo simpliciter non quanto, at non corporeo. Quod autem corpus non sit generabile, p̃bat Philoponus, quia corpus trine dimensionatum est materiæ coæternum, & ita cum Auerroe concordat de trina dimensione quod sit coæterna materiæ.

Ant. c. 119 *Secundum id igitur quod potentia vtrunque est. verbi gratia, quanta caro, sic auget. etenim, quantam oportet generari & carnem. secundum autem quod solum caro est, nutrit. etenim sic differunt, cibus & augmentatio ratione.*

Quatenus igitur quidem potentia est vtrunque, vt quanta caro. ipsum quidem auget. etenim quantã oportet generari & carnem. quatenus vero caro tantum nutrit. nutrimẽtũ. n. ipsum & augmẽtũ ratione discrepãt. Dilucida. tex. c. eiusdem.

Cõm. 127 His actis, nunc quo differunt nutrimentum & augmentum declarat. idem enim secũdum subiectum est nutrimẽtum & augmentum, vt cibus. ipse enim qua ratione est potentia quanta caro, est augmentum ac obiectum potentiæ auctiuæ. Qua vero est potentia caro tantum est nutrimentum obiectumque potentiæ nutritiuæ. Et hoc inquit. igitur cibus qui græce trophæ nuncupatur quatenus quidem potentia est vtrunque. scilicet caro & quantum, hoc est quatenus est potentia quanta caro, vt quanta caro, ipsum quidẽ auget, & græce auxesis, latine augmẽtum, vnde augmentum non pro auctione, sed pro obiecto auctiuæ potentiæ sumit vt nutrimentũ est obiectũ potẽtiæ nutritiuæ. Reddit rõnem dicens, etenim quantã oportet generari & carnem. igitur augmentum debet esse caro quanta potentia. quatenus vero cibus est potentia caro tantum, nutrit. Et sic cõcludit, nutrimẽtũ. n. ipsum & augmentũ rõne discrepãt. Verbum gat græce, multoties vim habet illatiuam, vt hic.

RECO. Secundum Philoponũ Arist hic vult ponere drã inter nutrimẽtũ & augmẽtatiuũ, & vult q̃ nutrimẽtũ & augmẽtatiuũ sint subiecto idẽ, differunt sola rõne Panis. n. quo est potentia caro quanta, est augmentatiuũ: qua vero est potẽtia caro seorsum & absolute est nutrimẽtũ siue nutritiuũ dicit. Secũdũ id igit̃ q̃ cibus. s. panis est potẽtia vtrũq;. s. caro q̃ta, sic auget, & dr̃ augmentatiuũ. Quatenus vero est potẽtia solum caro, nutrit, & dicit nutritiuũ. Et. n sic differunt cibus & augmẽtatio. i. ita differũt nutritiuũ & augmẽtatiuo, sicut differũt caro & quãta caro. Caro. n. absolute, & quãta caro rõne differũt, subiecto vero eadẽ sunt; sic cibus quo est augmentatiuũ, & quo est nutritiuũ subiecto eadem sunt, rõne differunt, intellexit enim per illud verbum augmentatio, augmentatiuum, vt Philoponus exponit.

Ant. c. 118 *Ideo nutritur quidem quousque saluatur, & quod diminuitur, augmentatur autem non semper.*

Dilucida. te c. eiusdem. *Idcirco enutritur quidem quousq; vtique permanet & diminuitur. Augetur vero semper nequaquam.*

Cõmẽ. 128 Verbum græcũ dio q̃q̃ latine sit ideo vel propterea, habet vim aliq̃n cõfirmatiui aduerbii, & sic accipitur hic propterea, & tũc idẽ probat Arist. sic, si augmentũ nõ differt a nutrimẽto, tũc quã durat nutrimẽtũ, tã durat augmẽtum. Sed hoc est falsum, q̃ ostẽdit dicẽs. Nutrit quidẽ quousque viuẽs vtique permanet, siue crescat, siue diminuatur. augetur vero semper nequaquam, sed solum vsque ad consistentiam. igitur nutrimentum & augmentũ differunt ratione.

RECO. Secũdũ Philoponũ quasi soluit problema pp̃ quid semp vsq; ad finẽ vitæ aial nutrit̃, nõ aũt semp augetur. Rñdet, q̃ tandiu cibus auget, & aial augetur, quã diu cibus operat̃ sm vtrũq;. s. sm carnẽ & quãtũ. cũ vero sm carnẽ tm̃, tũc nutrit, & nõ auget, nec aial auget. vnde dicit. Ideo viuẽs ipsũ nutrit̃ quidẽ quousq; saluatur, & etiã quousq; diminuit̃, hoc est vsq; ad finẽ vitæ. Augmentatur aũt nõ semp nisi quousq: nutrimẽtũ operatur, vtrũq;. s. carnẽ, & q̃tũ, vnde (vt Philoponus inquit) cum maius fuerit, q̃ dissoluitur q̃ id quod instauratur, nõ amplius cibus auget, iterũ cum fuerit æquale minime augetur,. at cũ id quod instauratur fuerit maius, tũc cibus auget, vt postea parebit, quia vero nõ semper cibus, operatur vtrunque, ideo non semper vsque ad finem vitæ auget, quia vero alterum s instaurationem carnis vsq; ad finem vitæ operatur, ideo semp nutrit. Causa vero, cur alterum tm̃ vsq; ad finem operetur, dicemus.

An. ti. cap *Et nutrimentum, augmentationi idem quidem est, esse autem aliud secundum enim quod est id quod aduenit. potentia quanta caro, augmentatiuum carnis est. Secũdum autem quod solum potentia caro. nutrimẽtũ.*

Dilucida te. c. eiusdem. *Igitur nutrimentum idem quidem est augmento, sed esse est aliud. nam quatenus quidem ipsum aduenıens est potentia quãta caro, illud quidẽ erit carnis auctiuũ. quatenus vero potentia caro tantum, nutrimentũ est.*

Verbum græcum ***, licet latine sit *, vel atque, quandoque vim habet illationis, & accipitur pro igitur, ideo videtur quod Aristo. nunc inferat differentiam dictam & repeat causam differentiæ (& inquit) Igitur nutrimentum, idem quidem est cum augmento in subiecto, sed esse sine ratione est aliud. nam quatenus quidem ipsum adueniens vt cibus, est potentia quanta caro, illud erit carnis auctiuũ & dicitur augmentum. quatenus vero est potentia caro tantum, nutrimentum est, & sic nutrimẽtum & augmentum subiecto idem sunt, ratione vero differunt.

RECO Repetit differentiam inter augmentatiuũ, & nutritiuũ, & vult quod eadem subiecto sint, ratione vero differant. Quod vero ad verba attinet. cum Aristot. ait. Secundum enim quod id quod aduenit, scilicet est potentia quanta caro, non intelligit (vt Philoponus inquit) q cibus sit potentia quanta caro, ita vt ipse non sit actu quantus, sed intelligit, quod non est actu quanta caro, tamen propria quãtitate est quatenus.

Am.c.120 *Hoc autem species sine materia, vt fistula, potentia aliqua in materia est. similiter, & aliud quodcunque organum. Si autem aliqua aduenerit materia existens potentia fistula, habens & quantum potentia, hæ erunt maiores fistulæ. Si autem amplius facere nõ potest, sed vt aqua. vino semper amplius mixta in fine aquaticum facit & aquam. tunc diminutionem facit quanti species autem manet.*

Dilucida. t.c. eiusdem. *Species vero ipsa sine materia est, vt immaterialis quædam potentia, in materia est. si itaque materia quædã aduerterit, quæ sit potestate immaterialis, habẽsq; quantum ipsum potentia immateriales eiusmodi erunt maiores. Si vero non amplius agere poterit, sed veluti aqua vino semper plus mixta, tandem aquosum agit & aquam, tunc diminutionem facit quanti, licet species maneat.*

Comẽ.120 Dictum est quod augendum tangens cibum sua forma, conuertit ipsum in sui speciem & patitur ab illo, & ita agit & patitur. propterea nũc declarat qualis sit illa forma, qua membrum conuertit cibum in sui speciem vt soluat hoc (& inquit) Species vero ipsa membri, quæ est forma membri, sine materia est vt forma, at vt immaterialis quædã & particularis potentia, est in materia Igitur forma membri ratione qua forma sine materia est: ratione qua potentia particularis est in materia & sic ratione qua forma agit in nutrimentum, ratione qua in materia est patitur ab illo, & ita non inconuenit agere & pati, alia atque alia ratione. Hinc concludit differentiam inter auctionem, & diminutionem, & inquit (Si itaque) quod græce est de, sed sensus est itaque. si itaque materia quædam aduenerit, quæ sit potestate illa forma immaterialis. hoc est quæ sit capax illius formæ, sit tamen ipsa materia adueniens habens quantum in potentia vt membrum hoc quæ materia sit quanta, & talis potentia, quale membrum in quo est forma, partes immateriales hoc est formales erunt maiores, nam forma illam informabit materiam additam, & reddetur totum maius. Si vero non amplius agere poterit restaurando maius quam deperditum sit, sed sit veluti aqua vino semper admixta, quæ addendo & addendo tandem facit vinum aquosum, & totum aquam. si inquam ita est, tunc diminutionem facit quanti, licet forma ipsa maneat vsque ad finem vitæ. Animaduertendum quod sicut vinũ per mixtionem aquæ fit impurum & minoris potentiæ quam erat, & tandem tanta fiet admixtio aquæ q nõ potest amplius illam conuertere, sed fit aquosum & fit aqua; ita membra per alimenti admixtionem continuam fiunt minus pura & imbecilliora, adeo quod anima non habet vim conuertendi, licet habeat vim resoluendi. Inde mors surgit, propter quam acquirit impuritatem membra hinc in educatione, ipsa plures sunt animæ status. Primus est qñ potest plus conuertere, quam sit deperditum & hic status est auctionis ipsaque ab anima ob membrorum robur. Secundus est, quo tantum præcise restaurat, quantum fuit resolutum, qui consistentiæ est. Tertius est, quo propter membrorum impuritatem plus resoluit, quam possit restaurare, & hic est vltimus.

Ex hoc constat idem re aliter esse nutrimentum, augmẽtum, & minuimentum. vt cibus ea ratione qua potentia caro vel membrum, est nutrimentũ. ea ratione qua potẽtia caro quãta, est dupliciter vel quanta, minus, & sic est minuimentum Qua vero rõne est potentia, quanta caro magis, est augmẽtũ. Verũ vero auctiua & diminutiua potẽtia & nutritiua differunt re a rõne & inter se & ab anima. in libro de anima perquiratur. Sunt qui formam aiunt aliam esse potentia materialem vt est illa lapidis & ignis, & hæc nimis materiæ impressa non potest de materia in materiã migrare. Est & alia, quæ est potẽtia immaterialis vt anima ipsa, quæ propter eius immaterialitatẽ potest migrare de materia in materiam, hæc facit auctione, quæ res bona est, sed nihil ad Aristo, cum eorum textus falsus sit, vt patet in nostra traslatione. Circa hæc quærunt primo, verũ auctio sit generatio, ad q sic arguunt. primo, quia auctio est alicuius corruptio. igitur alicuius generatio, quia corruptio vni⁹ est generatio alterius. antecedens patet, quia auctio est corruptio alimẽti Secũdo, diminutio est corruptio. igitur auctio est generatio: cõsequẽtia tenet, quia sicut oppositũ in opposito, ita propositũ in pposito. antecedẽs declarat quia diminutio fit aliquo recedere. Tertio, auctio est motus ad substãtiã. nã p auctionẽ aliqua pars substantiæ acquiritur. Sed omnis motus ad substãtiã est generatio. igitur auctio est generatio In cõtrariũ est Arist, nã substãtia nõ est dimẽsio, igitur generatio nõ est auctio, nec ecõtra. In hoc quæsito recẽtiores tenẽt q auctio est realis gñatio partis maioris subæ quã est deperdita, dũ ipsa sic fiat q ps quæ gñat partib⁹ quæ p̄ eiterunt, cõtinuet hinc magis ad gñationẽ dicũt siue gñationẽ in hoc vt dicebat Aui. q̃ gñationẽ. Hãc positionẽ pbãt primo, ois conuersio nutrimen i in maiores partes corporis animati, q̃ sunt deperditæ est generatio. Ois cõuersio nutrimẽti in maiores partes corporis aiti, q̃ sunt deperditæ est auctio: igitur auctio est generatio. in tertia figura. maior patet, quia illa conuersio est corruptio nutrimenti & generatio partium minor est definitio auctionis. Secundo, illud quo existẽte est auctio & quo nõ existẽte nõ est auctio, omnibus aliis seclusis est vera auctio. Sed generatio maioris partis animati q̃ sit deperdita est eiusmodi, vt patet, igitur auctio est generatio. Sic igitur concludunt quod vnamet generatio partialis sit ad substantiã respectu substãtiæ quæ p eã incipit esse. Et sic ad quãtitatẽ in ordine ad totũ cõpositũ q p eã fit maius Sed hæc positio apud me est mãca, ac diminuta & falsa. Mãca quidẽ, quia p hãc nõ apparet verũ pars carnis maior, quæ incipit esse p auctionẽ incipiat esse p hoc q eius forma incipit esse, aut q forma antiqua incipiat esse in materia noua eius Falsa vero, quia apud Auer. motus & terminus motus nõ differunt, nec numero, nec specie, immo sunt idẽ realiter. 5. physicorum cõ, 9. tunc arguo vel acquisitio quãtitatis est acquisitio substãtiæ, vel alia. si eadẽ, igitur substãtia erit quãtitas. nã acquisitio rei est ipsa res vt dixi. Si alia, sed acquisitio substantiæ est generatio, & acquisitio quãtitatis est auctio. igitur auctio non est generatio. Secũdo, quæcõq; specie differũt & genere conueniũt proximo nihil vnius est aliquid alterius sed gñatio & auctio sunt motus specie diuersi genere conuenientes. igitur nulla generatio est auctio, nec cõtra Videtur igitur mihi esse dicẽdũ quemadmodũ de rarefactione, vt enim rarefactio non est vnus motus, sed duo, vtpote alteratio & motus localis, vt enim ad raritatem est alteratio erit. vt vero ad vbi, motus localis. Sic in auctione sunt duæ mutationes, vna est generatio partis. Alia est acquisitio quantitatis sub nouo termino. generatio partis natura pcedit quantitatis acquisitionem, nõ aũt tẽpore, sed sũt simul tempore. Verum duæ sunt mutationes. altera acquisitiua substãtiæ quæ generatio dicit, altera acquisitiua quãtitatis, quæ auctio appellatur pcedit aũt generatio partis ipsam quantitatis acquisitionẽ, quia substãtia præcedit accidẽs origine & tanquam subiectum. Sed mox dubitabis. primo qualis sit illa generatio. verum videlicet nouæ formæ vel

Quæstio prima in auctione.

eiusdem

eiusdem in noua materia Secũdo, vtrum successiua an momentanea videtur. n. successiua, quia quantitas successiuè acquiritur igitur generatio partis erit successiua. Ad has dici potest vt in litera dixit, Aristot. q̃ hæc generatio partis quæ natura præcedit auctionem est transmutatio qua forma membri nõ fit de nouo. Sed qua antiqua inducitur in noua materia. Et sic est generatio in hoc, vt dixit Aristoteles, non generatio simpliciter. Ad secundum dici potest, q̃ forma membri successiue ingreditur materiam augmenti, nõ quidem successione videlicet cõtinua sed discõtinua, quoniam minima naturalia augmenti successiue corrumpuntur videlicet vnum post aliud. nullum tamen illorum successiue corrumpitur sed subito, & secundum hoc subito ingreditur materiam augmenti forma membri, ita non sequitur quod auctio fiat subito. nã auctio fit post gñationem partis mẽbri ex augmento extendendo tam partem nouã quam antiquã, vt dicit Auerroes. Et sic patet quod auctio illa quæ consequitur cõuersionem alimẽti momentaneam subito fit vt illa conuersio, quæ vero consequitur conuersionem alimenti factam pluribus momentis, est auctio successiua quidem, sed discontinua, & hæc est sententia Auerrois octauo. physicorum. comment. 23. vbi vult quod solus motus localis sit vnus & successiuus ac continuus.

Ad rationes. Ad primam maiorem concederem, sed negarem minorem: non enim auctio est illa conuersio nutrimenti, sed consequens ad conuersionem, nisi quis abutatur auctione pro toto aggregato. Ad secundã maior falsa est apud aliquos existente homine est risibile, & isto corrupto corrumpitur, & econtra, & tamen hæc non sunt idem realiter. & sic maior falsa est.

Rationes principales in principio quæstionis factæ solutæ sunt similiter. Ad primam patet falsum esse antecedẽs, non enim auctio est alicuius corruptio, sed ad alicuius corruptionem sequens. Ad secundam similiter diminutio non est alicuius corruptio, sed ad alicuius corruptionem sequẽs Ad tertiam patet auctionem non esse motum ad substantiam primo, sed ad quãtitatem cõsequentem substantiam. Hæc de quæstione.

Quæstio secunda.

Consequenter quæritur, vtrum cuilibet q̃ augetur qualibet pars aucti est aucta. & arguo q̃ non, quia vel æqualiter oẽs partes augerentur, vel inæqualiter. Si æqualiter igitur, partes nutrimenti æqualiter inciperẽt motus ad partes: qđ patet esse falsum. Si inæqualiter, cum non magis vna quam altera erit nulla aucta. Cætera argumẽta omitto, quia cõmuniter scribuntur. In hoc quæsito quidam præstates opinati sunt omnes partes aucti augeri remotis impedimentis, sed non eodem modo. nam partes porosæ augentur per intus susceptionem, nam nutrimentum vt quatum ingreditur porum qui cedit sibi, & non fit penetratio. at partes solidæ augentur per penetrationem. nam nutrimentum vt substantia penetrat illas quantitate illarum corrupta. Fũdãtur autem in verbo Auerrois, qui ponit vbique formas elementarias esse in quolibet puncto mixto, quod esse non posset nisi se penetrarent, & sic penetratio substantiarum non est impossibilis, sed bene penetratio quantitatiua. Hãc positionem persuadẽt, quia non potest verificari verbum Aristotelis aliter, dicit enim. quælibet pars aucti est aucta, & licet hoc de porosis pateat, de solidis non potest verificari nisi per penetrationem.

Sed hæc positio stare nõ potest, quia dũ forma nutrimẽti penetrat in nutritum vel simul cum sua materia penetrabit vel solum forma penetrabit relicta materia & quantitate, non potest dici quod sola forma relictis materia & dimensione, quia tunc materia staret sine forma, nec dici potest quod materia penetret, quia tunc dimensio non esset coætenea materiæ, quia corrupta dimensione penetraret, & sic materia aliquando expoliaretur a dimensione. Secundo, si materia penetret, tunc duæ materiæ essent in eodem puncto membri, ac duæ formæ, & sic membrũ esset in duabus speciebus. Recẽtiores fere oẽs volunt quamlibet aucti partẽ augeri remotis impedimẽtis, sed non vno modo auctionis, nã partes porosæ augentur p̃ intus susceptionem, sed solidæ augent̃ per iuxta positionẽ. Vbi aïaduerte q̃ iuxta positio quædam est quãtitatiua, quædam alteratiua, quædam generatiua, augetur quidem area per iuxta positionẽ lignorum quantitatiuam tãtũ, augetur calor per iuxta positionem calidi corporis adhuc materiam alterantis illius subiecti. generatiua vero iuxta positione augetur pars solida Nam postquam illud nutrimentum in poro est sic receptum alteratur à qualitatibus partis solidæ circunstantis, qua forma nutrimenti corrumpitur, & de materia eius remanente forma substantialis educitur, quæ est similis formæ substantiali præexistenti, & ratione talis similitudinis in specie illarum formarum, materia quæ fuit nutrimenti continuatur materiæ formæ præexistentis, & forma formæ, & inde fit vnum maius, quod iterum per actionẽ caloris rarefit & potificatur & iterum vt prius erit, & quandiu hæc extendi possunt (sic q̃ non impediat nimia duricies, propter terrestreitatem & resolutionem mollium) tãdiu fit auctio. Sic igitur volũt quamlibet aucti partem augeri, porosã quidẽ per intus susceptionem. solidã vero p̃ iuxta positionem alteratiuam, quantitatiuam, & generatiuam.

Hæc positio quantum ad vnum stare non põt. ait enim iuxtapositionẽ illam esse generatiuã, quia prima forma alimẽti desinit & noua educitur de potentia materiæ. hoc .n. stare non potest primo, quia Auerroes commẽ. 38. voluit auctionẽ fieri per generationẽ non formæ simpliciter, sed pro quanto transit ad nouam materiã, & sic voluit esse generationẽ per hoc quod forma incipit, & in noua materia, non p̃ hoc q̃ forma incipit esse. Secundo, forma educta & materia illius continuantur vel propter consimilitudinem speciei, & sic omnes homines possunt esse vnus homo continuus. vel propter vnitatẽ formæ, quæ præerat, & sic nõ de nouo incipit esse, licet de nouo incipiat nouam materiam informare. Tertio, anima vegetatiua manet eadem numero, & nunquam secundum aliquid sui generatur, sed ipsa est materiæ coæua secundum se & quodlibet sui, licet nouam materiã continuo informet in auctione ipsa igitur forma nõ de nouo incipit esse. Propterea videtur esse dicendum cum Auerro. commen. 38. vbi vult aliquas partes augeri per intus susceptionem vt pori, aliæ solidæ per iuxta positionem alteratiuã & generatiuam, nõ quidem nouæ formæ sed antiquæ in noua materia. Cum enim nutrimentum in poro attrahitur a partibus circunstantibus alteratur alteratione corruptiua ad quam sequitur formæ eius corruptio & antiquæ in illius materiam inductio: & sic generatio est non per hoc q̃ noua forma incipit, sed q̃ antiqua de nouo materiam nouam incipit informare. Tũc ad rationem primæ positionis patet solutio videlicet, quod omnes partes augentur, & non per penetrationem, sed porosæ per intus susceptionẽ, & solidæ per iuxtapositionem alteratiuã & corruptiuã. Ad illud de mistione dicemus, attamen dicimus, q̃ elemẽta corporea nec se penetrant in mixto vt corpora de p̃dicamento substantiæ, nec vt corpora quãta, quia vt diximus vna est materia omniũ formarum elementariarũ quidẽ vt dispositionum, mixti vero vt vltimæ & specificæ. Sed dices saltem erunt quatuor formæ substantiales in eodem puncto materiæ. igitur se penetrabunt vt formæ, licet non vt corpora. Dico q̃ sunt in eodem puncto, non quidẽ informatiue, & specificatiue, quia non informant materiam, nec reponũt illã in specie. sed dispositiue, veluti in vno puncto materiæ sunt calor, frigus, & cæteræ, & tamen non se penetrãt, quia disponunt tantum & nõ informãt. Vel concedi põt illas formas se penetrare in hunc modũ, quo vna disponat ad alteram in eodem pũcto materiæ. Verũ penetratio hæc æquiuoce dicitur, cũ vera penetratio nõ fit nisi corporũ. Ad rationem in principio dicendum q̃ cæteris paribus & ablatis omnibus impedimentis omnia membra æqualiter proportionaliter augentur. Absolute tamen vnũ maius altero. Verum propter tres causas possunt non æquali p̃portione augeri vel nutriri. Primo, p̃pter infirmitatẽ, vt si pori essent opilati, vt patet in cõtractione mẽbri & hecticis. Secundo, propter finẽ. nã vbi quis multũ coiret multum de nutrimẽto iret ad vasa, seminaria, & virga magis incresceret quam cætera mẽbra. Tertio, propter inæqualitatem caloris. nam vbi plus caloris est, ibi maior fit attractio q̃a ibi maior resolutio. Et sic patet ad rationem.

Consequenter tertio quærunt. Vtrum in auctione maneat idem totum ante & post. (*Quæsi. 5*) Et videtur quod non, quia, continuo partes resoluuntur. Respondent quidam recentiores quod in plantis & brutis, manet idem numero non simpliciter, sed per æquiualentiam vt fluuius & aer. At in homine solo manet idem numero ante & post, non simpliciter secundum se & quodlibet sui, sed secundum principalem partem. Sed contra arguitur primo, quia tunc non esset differentia inter auctionem animatorum & inanimatorum, (*Prima positio.*) & sic vinum augeretur vera auctione in conuersione aquæ, & ignis in conuersione lignorum. contra Aristo. hoc Secundo, tunc solus homo augeretur vera auctione, quia solus ipse manet secundum principaliorem partem. hoc autem est contra eos, dicentes auctionem hominis esse miraculosam: Tertio, tūc forma membri nō extenderet se in nouam materiam, sed noua educeretur, & sic auctio non differt a generatione vera contra Aristo. in litera Quarto hoc est contra Auerroe. comment. trigesimo octauo, vbi vult auctionem effici per formæ antiquæ extēsionem. Alij Iuniores voluere (*2 positio.*) quod planta & brutum manent ita bene eadem per totum tempus vitæ suæ sicut homo, quoniā formæ substantiales manent eædem absque acquisitione & deperditione alicuius partis Nō tñ manet eadē materia numero, nisi per æquiualentiam, nā partes materiæ continuo fluunt, & refluūt non autem partes formæ & sic in auctione idem manet secundum formam, quia eadem anima vegetatiua non tamen secūdum materiam, quia materia cōtinuo fluit. Et ita manet idem secundum formam. hoc est quia principalior eius pars manet, non tamen idem numero simpliciter secundum se & quodliber sui. Sed contra arguitur. primo, partes materiæ plantæ continuo corrūpuntur: igitur partes formæ, nam vt tota corrompitur ad totius materiæ corruptionem: ita pars formæ ad corruptionē partis materiæ, quia tota est in toto. & pars in parte. & ita sicut tota desinit desinēte tota materia: ita pars formæ desinente parte, desinit formæ pars igitur in auctione eædem restaurabuntur, aliter in auctione deperditum non restaurabitur. Secundo, potest forma continuari formæ. igitur potest generari & effici vna cum forma totius. antecedens patet. Inseratur pirus in piro, facta insertione, pirus est maior, & per formam aliam a tota quæ præerat. igitur auctio potest effici per formæ nouæ generationem. Tertio in diminutione continuo corrūmpitur forma plantæ. igitur in auctione continuo generatur, tenet consequentia, quia diminutio. & auctio circa idem sunt antecedens patet, quia diminutio est resolutio materiæ. igitur resolutio formæ, quæ illi coextendetur. Animaduerte quod hæc secunda positio pro tanto est falsa, pro quanto vult posse totam materiam etiam radicalem differre, & remanere eandem formam plantæ. Alii dixerunt quod forma est triplex. quædam informans, indiuisibilis, & independēs vt rationalis anima, quæ in formar materiam, & est tota in toto, & tota in qualiber Parte, & non dependet a corporei. Quædam info mans indiuisibilis, sed dependens, vt anima bruti perfecti, vt bouis aut æqui Hæc enim informat & est tota in toto, & tota in qualibet parte. sed dependet ideo corrūpitur ad corruptionē cōpositi. Tertia est, informās depēdēs & diuisa ꝑ totā, sic q est tota in toto, & pars in parte. vt aia plātæ Tūc dicūt q in hoīe & brutis idē manet numero in auctione secundum formam, & in plantis non, quia illa forma est tota in toto, & pars in parte, & ita desinunt partes desinentibus partibus materiæ. Secundo dicunt, quod in plantis manet idem secundum æquiualentiā. vt fluuius & aer. & per hanc distinctionem volunt positiones esse concordes; Sed hæc positio stare non potest per rationes factas contra primā. (*Positio ꝓpria.*) Ideo pronūc cū protestatione dicendi aliter teneo quod tam in plantis quam in brutis anima est extensa apud Auerroem, quia omnis forma materialis est extensa Secundo, quia recipiuntur mediantibus dimensionibus interminatis igitur extensa. vt in libro de substantia orbis. & sic sola anima rationalis est in toto indiuisibiliter secundum ueritatem Ad rationes. Ad primam dicerē partem materiæ continuo corrumpi, & non partes formæ. nam deficiente materia, forma manet in reliquo materiæ. vel si corrūpitur eius partes formæ nō propterea generantur nouæ, sed priores extenduntur, & fiūt in pluri materia, quam præerant. Ad secundum dicerem illā partem nunc effici vere continuam, sed contiguam, & propterea assumit ab illa nutrimentum, ut planta facit ex terra. Ad tertiam respondetur quod in auctione continuo generantur, opus tamē per hoc quod partes formæ incipiant, sed bene incipiunt, nouam informare materiam. aliter non est similitudo. Ad argumentum in principio patet solutio.

Consequenter quærunt Vtrum auctio fiat secundū partes formales tantū, videtur quod nō, primo, qa forma vini (*Quæstio. 6*) in auctione redditur maior igitur eius materia. & sic ita secundum materiam fiet auctio, sicut secundum formam. Secundo, partes quæ adueniunt viuo, aduehiunt cum materia vel sine materia si cum materia. igitur sicut forma augetur ꝑ aduentū formæ, ita materia augebitur per aduentum materiæ. Tertio nō solum forma augetur sed totum cōpositū igitur augetur materia & forma, & compositum non fit aliud quam suæ partes simul iūctæ. Ad oppositum est Arist. Alexan & Auerroes & omnes.

In isto quæsito grauissimo sunt multæ & innumeræ positiones. (*Positio Alexan.*) Ego vero recitabo famosiores. Alexander quē Albertus pluribus sectatur in locis, voluit in viuo ipso partes esse in duplici differentia, quædam videlicet, quæ habēt humidum naturale, siue radicale, siue seminarium. hoc est quædā sunt quæ sunt humidum ipsum coagulatum ad modum patrum aliæ vero quæ habent humidū cibale, hoc est, quia sunt partes coagulatæ ex humido nutrimentali. Primæ formales dicūtur, q aia ipsa principaliter veluti in subiecto primo est in illis, ideo illis corruptis corrūpitur & aīa Quapp sp manet vsq; ad finē vitæ licet non remaneāt æque humidæ humore illo naturali, vti præerant, cæteræ partes quæ coagulamenta sunt humoris cibalis materiales dictæ sunt, quia in eis forma vitalis nō ꝑ se existit, sed ꝑ accidēs, pro q̄to sunt cōtinuatæ partibus radicalibus. Tūc voluit auctionē effici s̄m partes formales mō dicto nō aūt s̄m partes secundo modo acceptas Sed contra hāc instant. primo, quia non quælibet pars aucta esset aucta, quia cū partes illæ humidæ humore naturali remaneant eædē semper ipsæ non augebuntur nec diminuentur, cū nihil illarū corrumpatur. quia durāt vsque ad finē vitæ. Secūdo, videtur (*Argumentum cōtra Alexan.*) quod hæ non remaneant eædem, nam cōtinuo calor agit in illas resoluendo. igitur semper earum aliquid deperditur. Tertia duo corpora se penetrabunt. nam partes humidæ nouæ penetrabunt partes radicales antiquas. Quarto, tūc multæ partes essent in animali non animatæ vt partes humidæ nouæ.

Hæc sunt fortissima argumēta cōtra. Alexandrū. Quidam defendunt hanc. & ad primā respondent q argumētum concludit verum non. n. illæ partes essent auctæ per intus susceptionem, oēs tamē sunt auctæ per iuxta positionem, qua facta totum maius redditur. (*Defensio*) Ad secundū volunt humidum radicale nunquā consumi, sed effici cōtinuo impurius, & improportionatū. & sicut s̄m essentiam perdurat durante vita, non autem secundū puritatem quam primo accipit. Ad tertium dicendū q non, quia nō fit auctio per penetrationē, vel intus susceptionē: sed ꝑ iuxta positionem: Ad quartum concedunt multas esse partes in animali non animatas nec viuas, quia nō dicuntur partes propriæ. Sed pace istorum dixerim, licet hæc positio posset defendi ab eorum cautilis, nō a rōnibus Auer. ex cōmento enim colliguntur tres rōnes fortissimæ. Prima, data positione Alexandri, tunc auctio esset quātitatiua & nō formalis. (*Vera Alexandri impugnatio.*) Cōsequentiam deduxi, quia erit pro quanto partes adduntur partibus, & non ꝑ hoc q partes agunt in partes & recipiūt a ptibus hoc inconueniēs reliquit ex textu, vbi dixit auctionē nō fieri ꝑ quātitatiuas partes, qa tūc auctio esset vt ꝑ mixtio vini cū aqua, vbi vinū redditur impurius. colligitur hæc ratio in textu commenti. 39. Secunda rō est, qa tunc auctio esset absq; actione & passione, & sic nūquā nutrimētū fiet simile omnia ipsi aucto, quia semp partes humidæ nouæ restarent aliæ a partibus radicalibus, sicut partes aquæ in mistura cum vino Colligitur hæc ratio tex. cō. 38.

Tertia, non omnia membra, sunt mollia vt ossa & cartilagines:

rthilagines: igitur non possunt augeri per accumulationem ipsorum, vel admistionem, nisi per conuersionem. Ad hæc nemo potest soluere nisi negat Aristo. & sic non esset text. ponere Aristo. sed euertere.

Responsio recentiorum. Recentiores dixerunt per partes formales Arist. intellexisse partes porosas. per materiales vero partes solidas. Illæ formales dicuntur. quia sensibiles: hæ materiales quia insensibiles, quādo quidem sint diuisibiles in infinitum, vel infinitæ modicæ.

Sed contra obijciunt. primo, quia potius partes solidæ videntur formales, quia perfectiores, quam porosæ sunt diminutæ expectantes perfici p nutrimentū, solidæ sunt plenæ,
Obiectio. sed omne perfectius est forma imperfectioris. tertio de anima. commen. 36. Secundo partes solidæ habent ita bene formam vel forte quam porosæ. igitur æque bene formales erunt sicut porosæ Tertio, vel pars porosa dicitur sensibilis & illa insensibilis, quia porosam habet animā, non porosa non habet, vel quia est maior. primum nō potest dici, quoniam anima est insensibilis. igitur nulli est causa sensibilitatis. nec secundum dici potest, quia aliqua solida est maior porosa. igitur illa erit forma, quia est sensibilior. Quarto, tunc nihil augeretur, quia non pars porosa, cum illa tātum recipiat quantum est nec non porosa, quia illa nihil suscipit. Quinto, tunc auctio non esset motus ad quantitatē sed ad formam genitam in poro.

Sed licet positio hæc sit falsa, argumenta hæc nō valent.
Defensio. Ad primum dicerent, quod ideo pars porosa est formalis, quia sensibilior: pōt tamen dici materialis alia ratione, sed Arist. eam vocat formalem ad illum sensum. Ad secundum dicerent, quod quantum est de ratione formæ totius forte partes solidæ essent formaliores Sed Aristo. vocat illas formales hoc est sensibiliores. Ad tertium, quod pars porosa dicit sensibilis, quia non pōt esse minor minimo. & sic quælibet sensibilis est, partes solidæ dicūtur insensibiles, quia nō omnes aptæ sunt sentiri, quia infinitæ modicę possunt esse. Et sic illæ dicuntur insensibiles, quia vt sic non omnes aptæ sunt sentiri. hæ porosæ sunt sensibiles, quia oēs vt sic aptæ sentiri, cum vt sic non possint esse minores minimo. Ad quartum pātet solutio, porosæ enim augentur per intus susceptionem, aliæ per iuxta positionem alteratiuam & generatiuam, ad quod sequitur totum esse maius quod erat. Ad quintum patuit solutio. secundum. n. istos auctio est motus ad formam maiorem, quam fuerit deperdita. apud me est motus geminus. vnus generatiuus. alter auctiuus.

Cōfutatio Et licet hæc argumenta non concludant tamē hæc positio est contra Aristo, primo, quia partes formales ideo augeri dicuntur, quia remanent. vt text. cōmē. 36. Sed huiusmodi pori non remanent sed fluunt & refluunt. Secundo auctum agit in augmentum sibi illud assimilando; vt dicitur texto commen. 38. sed pori non agunt cum sint vacui forma.

Tertio auctum est actu illud quod nutrimentum est potentia. Porus nihil est actu, cum sit priuatus forma & vacuus. maior est, dicto tex. comm. 39. Quarto caro & os & id genus augetur tex. commentu. 40. sed porus non est caro, sed carnis vacuitas. nec os sed ossis priuatio, igitur non
Positio Auer. augetur. Propter hæc mihi videtur esse dicendum cū Aue. commen. 38. vbi debes scire quod aliquod dicitur augeri tanquam subiectum subsistens ipsius auctionis, qua ratione totum animal augetur, & pars animata vt composita augetur. aliud augetur tanquam subiectum existens, & hoc modo forma ipsa uegetatiua in plantis auget & sensitiua in animali nam propriè forma recipit extensionem, & per hoc quod fit in pluri materia, quam erat prius. Secundo animaduerte quod forma ipsa vt anima est subiectum auctionis, terminus auctionis, & agens auctionem subiectum quidem, quia ipsa est quæ extenditur, & qua totum compositum dicitur auctum. terminus vero quia tanta aggeneratur extensio in membro, quantam sibi limitat forma illa de nouo inducta in pluri materia. Agens. vero quia in materiam proximam attractam in porum per qualitates sensibiles agit tandiu, quandiu forma nutrimenti & ipsa in illius materia inducitur, nec hæc vni competere est impossibile quia est secundum diuersas rationes. Vlterius animaduerte quod apud Aue. oīs anima materialis extēsa est per totum, quia ipsa est tota in toto, & etiam pars in parte, qd etiā credit de anima hominis, quæ dicitur cogitatiua, græce dianoetica, quicquid velit de aīa intellectiua siue noetica. Tunc sequitur quod Arist. per formales partes carnis intelligit partes animæ quæ sunt in partibus. per materiales vero intelligit partes materiæ, quæ sunt sub partibus formæ. Vnde imaginandum est secundum partes formales effici auctionem pro quanto alimentum receptum in poris à partibus animæ circunstantibus alteratur, & inde forma alimenti sucessiue discontinue corrumpitur, & inde anima illa successiue efficitur in pluri materia. & vt successiue fit in pluri materia, sic successiue illa pars porosa extenditur, & sic fit totū maius. Sed cōtra hāc positionē arguūt primo, quia Arist. loquit de augeri, & vult partes formales augeri, & sic vult pati auctionē, sed forma agit auctionē: igitur nec forma nec pars formæ pōt augeri. Secundo, accipiatur aliqua pars materiæ quæ p resolutionē viui resoluatur & vocetur a. tūc a. materia parte aliqua formæ fuit informata, & illa iā non est informata, vt patet. igitur vel illa pars formæ remansit in alia materia, & sic migrat de subiecto in subiectū: vel non transit sed corrūpitur simul cū parte materiæ. & sic non permanet, vel manet in nulla materia, & sic forma sine materia erit. Tertio, tunc aīa vegetatiua tota migraret de subiecto in subiectū vt fuit deductū in expositione cō. 38. Quarto, hac positiōe data materia aduenies in qua extenditur forma penetraret materiam vel dimensio corrumperetur. Quinto, dispositio qualitatiua quæ potest corrumpere formam nutrimenti attracti potest educere nouā formā de potentia ad actū. igitur corruptis oībus dispositionibus facientibus pro forma nutrimēti, educetur noua forma in illius materia, quare erunt duæ formæ in materia, vtpote forma deducta & forma inducta, videlicet pars vegetatiuæ. Sexto tunc ignis posset vera auctione augeri, quia sibi addito combustibili potest per qualitates suas actiuas formam combustibilis corrumpere, & tunc eius forma posset effici in pluri materia vt in materia vbi corrupta est forma combustibilis. vel si non, detur causa quare non. Septimo, rationalis anima secundum veritatem est indiuisibilis igitur non extensibilis in pluri materia, & sic auctio non est formæ, prout extenditur in pluri materia Octauo, si sic tunc pars aucta non esset maior in fine auctionis, quam antea probatur. nam in tanta materia se facit pars formæ quantam capit porus, sed porus non est maior post, quā ante: igitur nec forma erit maior.

Hæc sunt meliora argumenta quæ fieri solent contra Auer. Multa alia fieri solent, quæ propterea quia communiter scribuntur, sumque in alijs occupatus, nunc ad primum responsum est, quod videlicet forma agit auctionem & patitur auctionem vt enim forma quibusdam qualitatibus affecta agit, vt vero apta effici in pluri materia recipit extensionem vt diximus.

Ad secundum dicendum, quod pars formæ quæ erat coextensa parti materiæ resolutæ, desinit esse pars. non tamen desinit esse, cum enim forma & pars formæ non sit partita ac diuisa, nisi quia recipitur in materia mediātibus dimensionibus. igitur cessante materia, cessat partitio, non tamen cessat ipsa, quia non cessat maior pars materiæ.

Ad tertiū iā diximus non esse incōueniēs animā vegetatiuam totā migrare de subiecto in subiectū nō totaliter. nā ante augmentum erat in subiecto alio secundum quid à subiecto in quo erit in fine augmenti, non tamen est aliud simpliciter sed secundum quid, idē tn̄ secundum maiorem partem vt diximus in alia quæstione. Ad quartum dicen- quod non datur vltimum instans corruptionis materiæ nutrimenti. Sed bene primum non esse formæ nutrimenti, quod est primū esse formæ inductæ. In quo primo materia præterita incipit vna sub termino nouæ formæ, & sic nō corrumpitur materia nec dimensio, quoniam materia est vna omnium & dimensio similiter, sed definit esse sub vna forma, vnoque termino dimensionis, & incipit esse sub alia forma & sub nouo dimensionū termino: materia. n. nutrimenti vt prima, non differt à materia nutriti,

nutriti, sed vt secũda, vbi igitur desinet esse materia formæ nutrimẽti, desinet esse sub termino dimensionum illius, & sic incipit esse sub noua forma & sub nouo termino: quæ forma, quia est vna, ideo materia erit vna. & quia plures secundum partes, ideo & plures, partes materiæ, non vt prima, sed vt secunda. Et hæc non potuerunt intelligere recentiores. vnde nescientes soluere hoc argumentum, concesserunt penetrationem, alij materiam corrumpi. alij dimensionem elidi à materia, & multos errores professi sunt. Ad quintũ animaduerte ꝙ quanto forma est spiritualior tanto potest esse in pluri materia, loquendo de materia large. vnde quia. deus est forma summe abstracta. ideo est vbique Forma vero penitus materialis, q̃ est penitus determinata ad vnum, non potest migrare nec effici in pluri materia. Videmus enim ꝙ intentio coloris, quæ est à lumine facta spiritualis, migrat de subiecto in subiectum, non aũt color ipse. causa aũt est, quia spirituale vt spũale eleuatur a materia & non ita depẽdet a materia, sed potius ab agente. & cũ possit eleuari a materia, potest effici in pluri materia Primum gradum spiritualitatis videtur habere vegetatiua forma infra quã nulla spiritualitate participat, à qua procedunt animæ secundum latitudinẽ difformẽ vsque ad summum spirituale, quod est deus. Et sic patet ꝙ vegetatiua põt effici in pluri materia, quia aliqua spũalitate participat, & sensitiua magis, & rõnalis magis. elementariæ formæ, cũ sint infra gradũ formarũ spũalium, nõ possint effici in pluri materia, & sic nõ nisi i materia in qua sunt. Tũc ad argumentum dicendum quod qualitatiua dispositio aiæ potest corrumpere formam nutrimenti. igitur aliquam inducet, quia generatio est eductio formæ de materia in qua corrupta est forma. Quidam cõcedunt quod corrupta forma nutrimenti educitur forma carnis in illius materia, mediante qua aĩa vegetatiua efficit in pluri materia. Sed quia non euacuat, dicendum quod non oportet vt deducat formam illa corrupta, sed illud esse, quando ipsa non posset effici in illa, & illam informare, modo, quia est forma spiritualis. ideo potest informare materiam illius. qualitatiua igitur dispositio potest corrumpere priorem, & nouam non inducere, quando potest antiqua illam informare, quã do non tunc induet ne materia sit absque forma. Ad sextum patet solutio. forma enim ignis potest corrumpere ꝑ qualitatiuas dispositiones formam combustibilis, non tamẽ illius materiam informare, quia non est forma spiritualitate participans. secus in alijs animabus.

Ad septimum dicendum, aliquam formam esse extensibilem dupliciter in se, quia ipsa recipit extensionem. vel in alio quia ad ipsam sequitur extensio. in alio modo anima rationalis potest effici in pluri materia, ideo potest extendi secundo modo, ꝙ sufficit. Ad octauum dicendũ quod porus efficit maior postmodũ, vel pars quæ erat porus efficitur maior, non quia capit maius quam sit capax, sed quia formam effectam in pluri materia consequitur maior extensio, partim quia membrum molle est, partim quia adhuc viget virtus auctiua, quæ procedente ætate euanescit, partim quia ipsa forma effecta in pluri materia, vt sic, est causa maioris extensionis. In diminutione secus est, membra dura sunt, euanuit vis auctiua. forma recipitur in minori materia quã sit ipse porus Hæc de quæstione hac difficillima dicta satis.

Quærunt quinto, vtrum calor naturalis agat in humidum naturale resoluendo ipsum continuo vsque ad finem vitæ naturalis. In isto quæsito sunt duæ positiones. Vna dicit quod calor naturalis continua agit in humidum tam naturale quam cibale ipsum resoluendo. Alexander & Albertus in multis locis tenent quod non. In prima positione adhuc quidam tenent, quod calor naturalis potest resoluere totum humorem naturalem, & per cõsequens seipsũ corrumpere per accidens, etiam stante vita æthico tertiæ speciei. Ibi enim nihil humoris naturalis, nihilque caloris naturalis remanet. sed solus calor extraneus febrilis atque igneus. & hanc Monachus in libro paruæ hæc in contendit, & plurimi præclarissima affirmant. Alij vt Petrus Aponẽsis & cæteri medici, & recentiores plurimi voluerũt cum Monacho humorẽ posse resolui, & calorem etiam in firmari continuo per humoris resolutionem: verum vitam dicunt stare naturalem, quandiu aliquid humoris naturalis remanet, quam cito vero euanescit humor naturalis calor extinguitur, & inde mors accidit. hi non concedunt æthicum nihil habere caloris aut humoris naturalis. Vt vero positiones hæ appareãt, pro prima positione arguitur, Primo, quia si nihil humoris naturalis cõsumitur, nulla esset necessitas alimenti, vel saltem animal sine cibo longo tempore viuere posset. Secundo, Arist. comparat in libro de longitudine & breuitate vitæ calorem flammæ, & humidum oleo. Sed flamma agit in oleum. igitur calor naturalis in humorem naturalem. Tertio spiritus vitales resoluuntur in nimio exercitio, sed spiritus sunt partes humoris naturalis, quare aliquid humoris naturalis resoluitur Quarto, membra aĩalis sunt difformiter calida. igitur mutuo agunt & patiuntur, & sic continua alteratione se resoluunt, Quinto, medici aiunt continens, vt aer calidus, exercitiũ nimium & aliæ res non naturales auctæ resoluũt spiritus. igitur humorem naturalem. Sexto, agens naturale approximatum passo sufficienter disposito agit effectũ, quem potest. sed calor naturalis est ipsi humido passo sufficienter disposito approximatus. igitur agit effectum, quẽ potest, resoluendo. Pro secunda positione arguitur, quãtũ requiritur, & sufficit pro introductione formæ in materia tãtum requiritur & sufficit pro eiusdem formæ in eadem, materia cõseruatione. igitur q̃to humidũ fuit ꝑ generatione, tãtũ pro cõseruatione, & sic nihil ipsius põt resolui. Secũdo, forma, nõ variata ſm essentiã, nec ſm esse, quãtũ eguit pro esse tãtũ pro cõseruãtione. Aliter ipsa cõseruata differet a seipsa genita. Cõtra vero positionẽ Monachi argũt: Primo, quia æthicus nutritur. igitur naturali operatione afficitur. sed illa naturalis operatio est a calore. igitur adest calor naturalis. Secũdo, æthicus viuit, sed vita est participatio aĩæ nutritiuæ in calore naturali igitur habet aliquid caloris naturalis. Tertio, æthicus potest morbo putri laborare, & omnis morbus eiusmodi est a nouo humore, qui præterat naturalis: igitur in eo præfuit humor naturalis. Mihi autẽ videtur in hac re nihil certi esse. Ideo sustineo omnes partes cum protestatione dicendi aliter si aliter occurret.

Ad primum pro prima positione, dicerẽ ꝙ necessitas alimenti est non pro restauratione, sed pro confortatione, vt videlicet humor ille aliquantulum remollescat. Ad sm dicendũ, ꝙ illa comparatio non est vera quantũ ad oĩa. sed ꝙ sicut flãma resoluit ipsum oleũ, sic calor naturalis reddit humorem, impurũ, non tamen resoluit. Ad tertium diceret ꝙ spiritus non resoluitur, sed redduntur impuri. & & ideo egent quiete, vt remollescant. Ad quartum dicerent, ꝙ agunt & patiuntur non resolutionem, sed impuritatem quandam. Ad quintum patet solutio, faciunt enim non ad resolutionẽ, sed ad impuritatem humoris. Ad vltimum dicendum, ꝙ agit nõ resoluendo, sed impurũ faciendo, propter causas datas. Ad argumẽta alterius partis, oĩa soluuntur vnico verbo, quod minora requiruntur pro generatione quam pro conseruatione. causa est, quia cõseruatio non est actio, at generatio est auctio, modo ad augendum plura requiruntur, vt parebit a. huius.

Ad argumenta contra tertiam Monachi dici potest. Ad primũ ꝙ ipsa æthici nutritio est naturalis sibi, non a calore & humore genitalibus, sed habituali, qui ob habitũ naturalis sibi factus est. Ad secundum diceret, ꝙ viuit per calorem habitualẽ, qui est sibi naturalis: & sic anima participat calore naturali, non quidem genitali, sed naturali ab habitu Ad tertium patet per idem, potest enim calor habitualis effici æthico præter naturalis, quia possunt humores indisponi, & erit sibi ꝓternaturalis pro quanto cõtra naturã caloris habitualis. Illud tamen te latere nolo probabilius sustentari posse humidum naturale a calore posse resolui, non quidẽ in toto (vt Monach⁹ voluit) sed in parte, cuiusq; resolutio in toto mors est. Hæc enim positio cæteris ideo ꝓbabilior, est, quia ad eã minora sequuntur estq; facilis. Iuxta quam oportet concedere resolutionem hanc esse continuã secundum tempus vitæ totum. vtrum vero continua secundum dispositionem, dicetur tandem.

Quærunt sexto, vtrum auctio sit motus cõtinuus. recentiores

tiores dixerunt auctionem particularem vnius particulæ. vt vnius pori esse continuam. quod probant, quia omnis

Quæstio sexta.

motus est vnus motus, & omnis vnus motus est cōtinuus. Quare auctio hæc continua est. Secundo, si non esset continua: tunc aliqua auctio esset in non tempore, & sic motus esset in non tempore. Secundo dixerunt auctionem totalē non quidem à principio vitæ vsque ad mortem, sed à principio vitæ vsque ad terminum temporis auctionis, ablatis videlicet impedimentis, posse esse continuam secundum tempus, hoc est nullum esse dare tempus, in quo auctio eius non fit: non tamen continuam secundum subiectum aut dispositionem. Dico primo ablatis impedimentis, quia forsitan existente morbo aliquo, posset viuens non augeri. Dico non secundum dispositionem & subiectum. quia fit in diuersis poris inuicē non continuis, & per diuersas dispositiones nō subordinatas. Hāc positionē psuadēt, qa positis omnibus causis sufficiētibus ꝑ effectu ꝓducēdo cōtinuo, ponit effectus ipse cōtinuo sed in ipso viuo ponitur cōtinuo oēs causæ auctionis actu, vt aia, calor, potētia, materia, vt nutrimentum, & finis. igitur semper erit & continuo auctio. Hæc positio & sibi non consentit, & contradicit Auerr. & rationi eius, sibi quidem, quia si quælibet pars aucta augetur vt solida per iuxta positionem, porosa per intus susceptionem: omnes partes simul & continue augebuntur. igitur cum tempus sit continuum, mobile continuum, & dispositiones etiam partium continuæ, omnino motus hic debet dici cōtinuus, maxime à quātitate vna & continua denominante subiectum vnum. Auerr. vero nam tertio physicæ auscultationis. commen 6. ait quod motus auctionis de initio ad finem componitur pluribus motibus, & pluribus quietibus. Arguit autem hoc, quia si auctio quantitatis digitalis fieret adæquate in anno, tunc cuilibet parti anni corresponderet aliqua pars digitalis quantitatis. & sic cuilibet parti sensibili anni corresponderet aliqua pars sensibilis illius digitalis quantitatis, cuius oppositum docet experientia. Propter hæc teneo quod nec auctio vnius pori, nec auctio totalis est continua, licet quælibet sit motus. Et ratio est hæc, quod auctio vel est aggeneratio vel consequens ad aggenerationem, sed generatio fit per minima. quodlibet autem minimum generatur in instanti. & ideo est minimum. Et ad hoc valet ratio Auer. nam vbi in quolibet instāti anni aliquid digitalis quantitatis aggeneraretur, cum nō possit illud esse minus minimo, tunc quot instantia in anno sunt, tot minima. Et cum infinita sint instantia in anno. Infinita erunt minima, & sic totum auctum erit infinitum.

Tunc ad primum dicendum, quod auctio non est motus continuus, nec vnus motus vnitate continuitatis, & tamen est motus. Ad secundum dicerent quod solum de ratione motus localis est successio & continuitas, immo potest esse aliqua transmutatio subito, & esse motus, esse enim successiuum non est de ratione motus. mistio enim successiua est, & tamen nō est motus. nec esse subito tollit rationē motus, cum alteratio velox & auctio possint esse subito, & tamen sunt motus, sed differunt penes subiecta. nam subiectum motus est ens in actu. at subiectum generationis est ens in potentia Solum tamen de ratione motus localis est esse continuum & sucessiuum, quia ille est supra spatium & à mobili in eo quod quanta, cæteri ad formam in eo quod naturalis: modo quantum vt quantum non est determinatum ad maximum, nec ad minimum, at naturale bene Ad tertium dicendum, quòd adsunt omnes causæ auctionis. ideo adest auctio vt est apta fieri, modo cum ipsa non possit fieri nisi per minima. adeo non succesiue continuo fit,

Quæstio septima.

& sic est impedimentum ex parte rei agendæ. Hæc de continuitate auctionis.

Septimo quærunt, verum rarefactio sit augmentatio. Et videtur quod non, quia auctio fit aliquo adueniente, at rarifactio effici potest nullo adueniente. igitur rarefactio non est auctio. In isto quæsito. Primo animaduerte, vt colligitur in quarto auscultationis physicæ. comm. 84. & 7. eiusdem. commen. 85. quod densum id dicitur, quod habet multū de materia sub parua extensione. rarum vero contra parum de materia sub multa extētione. Sed dices contra primo vel materia habet partes, vel non. vbi habet vel actu, vel potentia, si actu. igitur est corpus. Si potentia, tūc actu nec multa, nec parua dicetur. at si partes non habet nec plus nec minus à dimēsione, dimensio à forma, vt dicit Auerr. in libro de substantia orbis igitur non potest dici aliquod habere plus de materia quam de forma, nec ecōtra, quando quidem sese consequuntur. propter hæc saluo meliori iudicio, & cum protestatione dicendi aliter, si aliter occurrerit, dico quod plus & minus d contur saltem habet dici ad aliquid ꝓpterea plus dicitur respectu minoris, & minus respectu maioris. vel (vt aliis placet) plus dicitur respectu mediocris, & minus similiter respectu medij. Vlterius accipio quod partes dicuntur materiæ totius. secundo physicæ auscultationis, & non quidem infinitæ partes, Sed minimæ quæ possunt per se existere, ac seorsum sentiri, tunc dictum Philosophi intelligo rarum est quod habet minus de materia, hoc est minora minima q̄ mediocre, densum vero plura, q mediocrē. Cā est, qa densum cōtinet mediocre & vltra igiē oīa minima mediocris cōtinet & vltra. rarū vero deficit à cōtinētia minimorū mediocris. Ex hoc apparet ꝙ materia nō potest dici rara nec densa, quoniam non est in actu, nec minus nisi interminata, & per consequens non potest esse id quo aliquid dicetur rarum aut densum. Secundo animaduerte quod auctio potest esse duplex, q̄titatiua, & vitalis, vt q̄titatiua abstrahit a generatione pōt. n. effici aliquid sub maiori q̄titate. nihil ingenito, vt si rarefiat ignis vel aer, nullo genito at vitalis auctio ea est: quæ cum sit quantitatiua, de secundo significato connotat alicuius rei generationem in ipso viuo, vt diximus. Hanc distinctionem innuit Auerroes in hoc prim. commento. 38 His acceptis, recentiores volunt primo ꝙ rarefactio sit auctio q̄titatiua, & cōdēsatio diminutio q̄titatiua. ad hūc sensū ꝙ rarefactio terminatur ad nouā q̄titatē. similiter & cōdensatio, & sic nō differt ab auctione. q̄titatiua. Probant primo, rarefactio est motus ad quantitatem quia per rarefactionem corpus efficitur maius quam erat. igitur est auctio Secundo per rarefactionem in substantia variantur termini de prædicamento quantitatis. igitur auctio. Tertio per rarefactionem noua quantitas incipit, quia quantitas est alia a re quanta. igitur auctio. Secundo, dicunt quod rarefactio non est auctio vitalis nec condensatio est diminutio vitalis, & hoc quia auctio vitalis, fit per intus susceptionem, modo aliquid rarefit vel condensatur nullo suscepto: aiunt tamen quod rarefactio est magis motus ad quantitatē quam auctio vitalis nam per rarefactionem noua acquiritur quantitas: at per vitalem auctionem præcedenti quantitati aliqua super additur. Sed pace horum dixerim, hoc est delirare. prima enim conclusio est contra Auer. & rationes contra Auerro. quidem, quia ipse demonstrauit in libro de substātia orbis, & nos ibidem, dimensiones tres esse materiæ coæternas. Contra rationes vero. primo quia rarefactio & condensatio fieri possunt sola latione vt in aere patet in vesica constituto digitis cuius compressus condensatur at naturæ permissus, rarefit. Secundo ꝙ immediate consequitur substantiam, non potest acquiri vel deperdi, nisi substantia acquisita vel deperdita. Sed quantitas immediate fundatur in subiecta, immo ab aliquibus ponitur substantia, vt constat, quia substat vt substantia accidentibus. Tertio, vt dicitur in libro de morte. omne accidens quod corrumpitur, vel per se à contrario corrumpitur, aut ad corruptionem subiecti, aut à contrario. per accidens. Sed in rarefactione pura, nec substantia aliqua desinit, nec succedit substantiæ contrarium per se nec per accidens. igitur volūtariū est dicere ipsam corrūpi. Ex hoc apparet, ꝙ nec magis nec minus, immo forte minus rarefactio est motus, ad q̄titatē q̄ vitalis auctio. nā nec ꝑ vnā, nec per aliā noua quātitas acquiritur. Pro solutione igitur ad quæsitum. aīaduerte ꝙ duplex est raritas siue densitas apud. Auerr. 4. physi commen. 88. vna qualitatiua de quarta specie qualitatis, & hæc semper sequitur calidum siue frigidum, siue aliquod genitum quale aut quantum, siue motū localē, vel aliqua in causam naturalē. Alia est raritas siue dēsitas quātitatiua, & hæc est in quātitate, vt densum & remissum in qualitate. Verum hæc in quantitate dici solent magnum & paruum, plus aut minus. Illa vero in qualitate

intensum

intensum & remissum differunt autem. nam quantitatiua potest intelligi stare sine qualitatiua. vt in cubo separato a naturalibus, si poneretur in aere vel aqua. faceret enim (vt dicit Aristotel.) latera distare. Secundo differunt, quia raritas qualitatiua non potest intendi quin quantitatiua intelligatur intendi, & de facto ita sit. at potest quantitatiua saltem intelligi intendi, nulla qualitatiua intensa, quia prior potest abstrahi a posteriori. Per hæc patet in quo differunt quantitatiua auctio & rarefactio. Auctio enim quantitatiua est ad raritatem quantitatiuam, quia per ipsam variantur termini de prædicamento quantitatis, non tamen quantitas ipsa. at rarefactio est motus ad qualitatiuam raritatem. ecótra dicatur de diminutione & condensatione. Et quoniam motus distinguuntur penes terminos ad quos 5. phisico. commen. 9. ideo hæc differunt specie & genere. Ex hoc apparet quod cum auctione vitali sunt tria connotata, & vnum principale. Primum est generatio formæ in materia nutrimenti. Secundum est rarefactio, qua raritas qualitatiua acquiritur. Tertium est motus localis, quo auctum maiorem occupat locum. Principale vero, vnde nomen retinet auctionis est acquisitio raritatis quantitatiuæ. Et sic hæc quatuor sunt de ratione auctionis vt vitalis, quæ non sunt de ratione auctionis, vt auctio, non tamen sunt æque primo de ratione illius. Tunc patet quod auctio vitalis magis proprie est motus ad quantitatem quam rarefactio. nam per illam saltem raritas quantitatiua variatur, at per hanc minime Sed supra hæc est magna dubitatio, quia si cum auctione vitali sunt connexi illi tres motus, vtpote generatio particulæ minimæ. rarefactio, & motus localis, tunc rarefactio, & motus localis essent subito. nam tertio physicorum commen. 6. & 8. physici commen. 23. auctio fit in instanti, & est momentaneus motus. igitur cú illi alij motus erunt sibi connexi: tunc omnes erunt instanti. Hoc est contra Auerro. met illis ipsis in locis, vbi solum localem vult motum esse successiuum, & continuum. Cæteri vero videntur componi ex pluribus motibus momentaneis & quenbus temporalibus. Dicerem pro nunc cum protestatione dicendi aliter Hoc non esse inconueniens per accidẽs immo dico quod sicut generatio fit subito, quia quodlibet minimum generatur subito sic auctio subito, & cæteri. hoc autem illis competit per accidens, pro quanto sunt connexi generationi & auctioni.

. Per hæc patet responsio ad rationes recentiorum. hæc de auctione dicta satis sint.

REC O. Illud pronomen huc potest referri ad nutrimentum, & tunc soluitur obiectio tacita secundum Philoponum, dictú est enim quod nutrimentum quando nutrit tantum, & nó auget, secundum solam formam agit, non autem secundũ quantum, in quo suum esse habet. ergo posset quis suspicari quod forma nutrimenti quatenus nutrit, vere separata est á materia: tollit ergo hoc dubium (& inquit) Hoc autem. s. nutrimentum quatenus nutrit, & non auget, species sine materia, vt fistula potentia aliqua in materia est, similiter aliud etiam quodcunque organum. Ergo nutrimentum non est simpliciter forma sine materia, sed eo modo quo fistula, vel quoduis organorum est potentia immaterialis, in materia tamen existens: & sic licet sit potentia immaterialis, est existens in materia. vel hoc pronomen referri potest (vt Alexã. exponit) ad carnem secundum formam, dictum est enim quod caro vt caro quanta augetur, vt caro nutritur, modo quis dicit carnem vt caro est, esse formam sine materia, ideo inquit. Hoc autem scilicet caro species sine materia, vt fistula potentia aliqua in materia esse. Similiter & sicut aliquodcunque organum, quodlibet enim organum potentia immaterialis formaliter existens, in materia est. Quod vero ad verba attinet, verbum fistula græce est αὐλὸς, aulos, verum Arist. accepit pro omni forma artificiali prolixa, quæ est potentia formaliter immaterialis, in materia tamen existens, vt notaret eadem ratione esse de carne quæ vt caro saluari pôt non vt quanta, in quã ro tamen existens. Tunc redit ad differentiam inter augmentatiuum, & nutritiuum, sunt enim hæc subiecto eadem, ratione tamen differunt vnde dicit. Si autem aliqua aduenerit materia existens potentia fistula, habens & quantum potentia, non quod simpliciter sit non quantum, sed existens potentia tantum, quantum fistula vel caro, hæ scilicet partes formales erunt maiores fistulæ. hoc est forma fistulæ maior erit. Sumpsit enim formales partes (vt Philoponus inquit) pro forma: Deinde sequuntur illa verba. {Si autem amplius facere nô potest} vbi secundum Philoponum cum dixit quid sit augmentatio, nũc vult exponere quid sit diminutio, vbi debes scire secundum Philoponum, quod quando id quod aduenit, superat augmentatiuam potentiam, ita vt maius sit quam facultas possit conuertere, tũc maior pars nutrimenti diffluit, ac in superfluitates transit, & parum trãsit in substantiam membrorum & hoc pacto fit diminutio. Et hoc declaratur exemplo vini, cui si apponetur de aqua, ita vt non exuperetur, potentia vini transit in vinum, & augetur vinum. at si aqua superat potentiam vini factiuam, tunc diminuitur vinum, & intelligo (vt Philoponus inquit) quod diminuitur non vinum in quanto, sed in vinifactiua potentia. vnde inquit. Si aũt amplius facere non pôt, sed vt aqua vino semp amplius atq; amplius, & paulatim mista, in fine aquaticũ facit, & aquã, sic supple nutrimentum, cum superat potentiam nutritiuam, tunc diminutionem facit quanti. Est enim maior materiæ deperditio quam instauratio. Manet tamẽ species eius quod diminuitur vsque in finem vitæ, quia sufficit nutrire, augere vero non. Imaginatur enim. Philoponus tria tempora Primum in quo plus potentia existens in membro potest conuertere de sanguine apposito, quam apponatur, & sic de materia plus transit in membra quam de ea diffluat.

Aliud est tempus, in quo minus potentia de sanguine apposito conuertere potest quam apponatur, & sic plus de materia diffluit, quam conuertatur in membra, & hoc est ætas diminutionis. Aliud est tempus, in quo æqualiter potest potentia conuertere, & nutrimentum apponi, & hæc est ætas consistentiæ. Verum vnde sit hæc facultatis diminutio, & vnde auctio, & de temporum determinatione alias dicemus, nunc vero Philoponus tantum asserit, quoniam prima ætas est calida & humida, ideo ibi est materia, & agens, humidum extensibile, calidum effectiuum extensionis, ideo membra sunt augmentabilia & virtus eorum apta augere. Vltima est frigida & sicca, & sic membra facta sunt extensioni inepta, & calidum agens extensionem, deficit. Media vero ætas in his qualitatibus media est, & propterea in his actionibus media est. ex quo sequit Philoponum per virtutem intellexisse calidum regulatum ipsa anima, cuius est instrumentum. Animaduerte tamen quod in senectute non solum de nutrimento minus conuertitur in membra, sed ob caloris debilitatem minus generatur, & in membra diminuitur & propter paucitatem nutrimenti quod generatur, & propter paucitatẽ conuersionis nutrimenti geniti in membra, quæ ob siccitatem extensioni sunt inepta, uerum de his alibi. In commentariis quæritur primo, vtrum augmentatio proprie dicta sit generatio, prima positio asserit, quod augmentatio sit generatio non quidem absolute, sed aggeneratio, quoniam est generatio maioris substantiæ quam prius erat, per hoc quod aliqua pars substantiæ generatur quæ apponitur partibus substantiæ, quæ prius erant. Contra hanc positionẽ in commentariis tribus rationibus obiecimus, verum potissima ratio contra hanc positionem est illa, quoniam Aristoteles vbique quatuor motus siue mutationis species distinxit ad quantitatem, augmentationem ad vbi, motum localem siue lationem, ad substantiam, generationem, ad qualitatem, alterationem ergo sicut generatio est formaliter ad substantiam, & alteratio formaliter ad qualitatem, & latio formaliter ad vbi, ita augmentatio ad quantitatẽ formaliter maiorem quam prius erat. Vnde Auerroes vbi asserit specificam motuum & mutationem differentiam esse propter specificam differentiam terminorum ad quos, quoniam motus, & terminus motus sunt eiusdem speciei, immo non differunt nisi penes magis & mĩ vel penes fluxum & factum. Propterea in commentariis diximus generationem partis esse necessariam augmentationi, tanquam aliquid necessario coexactum, formaliter

De prima quæstione commen.

tamen

tamen dicebamus augmentationem esse acquisitionem maioris quantitatis quam prius erat eius formæ, quæ augetur. Contra quam positionem duas dubitationes fecimus, nunc facimus & tertiam quia hac positione data, tunc auctio non esset per se motus, quoniam quantitas maior non acquiritur nisi præcedente generatione partis ergo fit per accidens ad mutationem alterius. Præterea. De augmentatione quomodo fiat per minima, non satis bene in commētarijs explicatur. Ad primam dicendum, q̃ generationem partis præsupponi, esse põr, aut tanquam id sine quo non aut, tanquam id per quod, quando aliquid acquiritur per mutationem præcedentem tempore vel natura tanquam per id per q̃ hoc acquiritur per accidens, vt relationes & id genus: quando vero tanquam per id sine quo non, potest dici per se acquiri: substantia.n. per se acquiritur sed non sine alteratione. Causa vero quare quantitas non per acquisitionem substantiæ acquiritur, tanquam per id per quod est. quia quantitas est per se variabilis secundum maius extensum & minus extensum. Relationes vero per se non sunt variabiles nisi ratione, ei* quod præcedit. patet ergo generationem substātiæ esse necessariam ad augmentationem tanquam id sine quo non, & non tanquā id per quod. Ad secundā dubitationē dicendum, quod auctio non fit per minima imaginando de nutrimento vnum minimum conuerti in nutritum ad omnia eius q̃ augetur mēbra, & postea de eodem nutrimento aliud minimū successiue, hoc n̄ est īpossibile: sed est imaginādum membro augendo in diuersis partibus iuxta poniſ plura nutrimenti minima delata ad illud per venulas minimas secundum Philoponum, vel per poros secundum Auerroem & sic iuxta posita subito conuerti in membrū. Iterū post hæc imaginandū est alia iuxta poni, & iterū subito cōuerti, & hoc toties fieri donec iuxta ponūtur minima per attractionem ad poros, vel ad origines venarum, quæ

Cōmē 6 Cōm 23 iuxta ponuntur membro. & sic auctio erit motus successiuus, non autem cōtinuus, vt Auerroes probat tertio physicorum, & octauo Hæc de dubitationibus. sed vnum restat, nam Aristoteles in textu posuit differentiam inter nutrimentum & augmentatiuum, & voluit, quod panis quo est potentia caro absolute, est nutrimentum, quo vero est potentia caro quanta est augmentatiuum. ergo augmentationis terminus est caro quanta, & non quanta absolute, nec caro absolute Præterea Auerroes in commento dixit quod non quantitas vt quantitas, nec caro, vt caro augetur, sed vel quantitas formata, vel forma carnis quanta, quam rem Philoponus etiā asseruit. Potest ergo dici quod terminus auctionis potest intelligi dupliciter, aut totalis, & sic est caro quanta, vel forma carnis vt quanta, & si hoc pacto iuniores intellexerūt, bene dixerunt. Aut formalis, & sic est quantitas maior quam prius fuit, eius formæ, quæ facta est in maiori materia quam prius erat, & hoc non negant Auerroes & Philoponus. Sed circa hæc quæritur vtrum auctio sit subitanea, & dicendum quod quatuor acquisitiones sunt subitaneæ, generatio partis carnis, acquisitio quantitatis maioris quam erat prius, acquisitio raritatis loquēdo de raritate ad bonum sensum, & occupatio maioris loci, probatur. quia generatio partis carnis est subitanea

De secūda quæstiō in cō men. ergo cæteræ acquisitiones: alioquin staret partem esse generatam, & non esse factam maiorem quantitatem quam erat prius. verum de his in commentarijs. Secundo principaliter in commentarijs quæritur, vtrum eodem modo omnes partes augeantur. De mente Auerr. tenetur quod partes duræ, vt ossa, cartilagines, & nerui, per iuxta positionem alteratiuam & generatiuam augentur, non formæ quæ fit simpliciter, sed formæ, quæ fit in maiori materia quam erat. Dico quæ fit non simpliciter, quia oportet, id, quod augetur permanere, & ita fit in maiori materia, quæ non per auctionem effecta est maior, sed per additionem materiæ nutrimenti cum materia nutriti. non enim (vt dictum est) materia augetur, sed bene fit maior per additionem materiæ cum materia, cum qua fit vna propter formam existentem vnam, quæ antea & postea est eadem numero. Partes vero molles, vt carneæ, & medullares, & quæcūque porosæ sunt, augentur per intus susceptionem ad poros, & postea per iuxta positionem alteratiuam & generatiuam ad partes circunstantes, eodem modo vt dictum est de ossibus. Hæc est positio Auerrois, quæ videtur superflua, nam qua ratione partes duræ vt ossa & id genus augeri possunt per iuxta positionem sanguinis, qui iuxta ponitur pulsione, vt dicit Philoponus, facta a nouo sanguine generato in corde, & per uenas magnas & paruas tandem apposito pluribus partibus membri augendi, eodē per iuxta positionem sanguinis augetur caro, & medulla, & omne membrum molle, sanguis enim nouus pellit antiquum, & cogit, vt pluribus in locis membro per venulas iuxta ponitur. ergo auctio fieri potest per alterātiuā & generatiuam iuxta positionē, sicut in duris membris fieri poterat. Sed dices, si nutrimentū nō penetret in qualibet parte, non potest qualibet pars membri augeri, diximus quod satis est vt nutrimentalis sanguis feratur ad membrum & pluribus eius partibus apponatur, nam virtus augmentatiua existens in toto, & in singulis membri partibus nutrimenti partes sibi secūdum diuersas partes appositas cōuertit, secundum omnem dimensionem, quia secundum omnem est apta illas conuertere, vt patet de auctione ignis, qui augetur secundum omnem dimensionem, & tamen combustibile ei non apponitur secundum omnes dimensiones, nec secundum singulas partes auctas, nec valet hæc consequentia nutrimentum non apponitur singulis partibus, quæ augentur. ergo non augentur singulæ partes. satis enim est vt apponatur aliquibus, & vt virtus auctiua sit in omnibus, & secundum omnem dimensionē auctiua Hæc est opinio Philoponi Tertio quæritur in commentarijs, vtrum in auctione idem totum maneat quod augetur ante & post, in qua quæstione plures positiones recitantur, tandem determinauimus, quod id quod augetur, totum manet, verum obscure loquebamur. Debes ergo scire secundum Philoponum & Auerroem. quod id quod augetur est forma carnis, gratia exempli. non absolute. sed vt tricubita, forma enim quanta certa quantitate extensa est illud totum quod augetur, & hæc manet præcise eadem numero ante & post. Materia vero non augetur, quæ est humidum membrale, sed bene fieri potest maior non per augmentationem, sed per additionem & ita forma manens eadem numero augetur non ex eo, quia generetur aliquid eius, sed quia fit maior. fit autem maior non quia dimensio generetur. vel eius aliqua pars, sed quia fit in maiori materia, quam erat prius. Dictum est enim quod nec formæ quicquam fit, nec quāti aliqua pars, sed solum forma quanta variatur per maius, aut minus, sicut calidum per magis & remissum. Hæc est opinio Philoponi, & Auerrois. Posset quæri quomodo forma indiuisibilis fieri potest maior, & iam diximus in expositione quod non fit maior per formalem extensionem, sed per æquiualentem, vt quia recipitur in materia maiori, & est in illa tota, & in singulis, eius partibus, dictum est quod anima augetur & forma, non absolute, sed quanta, & non quanta absolute, sed bicubita. & ita anima intellectiua augetur non quatenus est anima; sed quatenus est æquiualenter, & tripeda æquiualenter. Augetur aūt non quo fit formaliter maior, sed quo fit æquiualenter maior, fit autem æquiualenter maior, quia fit in membro maiori vel in materia maiori. fit autem materia maior non generatione alicuius partis materiæ, quæ prius non erat, quoniam materia æterna est, sed additione eius ad materiam priorem cum qua vnitur propter identitatem formæ, nec tota fit additione maior, quia fit noua quantitas facta, quoniam non fit noua quantitas, sed quæ erat fit maior, vt dictum est, variatione termini. ergo forma augeſ quatenus recipitur in maiori materia. Aīa vero plātæ augetur, quia ipsa formaliter fit maior, fit aūt formaliter maior. qa fit in materia maiori quæ est maior additione, vt dictum est. Hæc de dilucidatione. Vlterius in cōmentarijs quæritur quarto vtrum fiat auctio secundū partes formales. Vbi primo animaduertendū q̃ Alexander nec asserit humidū ipsum radicale augeri propria auctione, nec tale humidum appellat formales partes. Philoponus enim qui est magnus Alexandri sectator, rem hanc de mente Alexādri

De tertia quæstione in cōmen.

De 4 in q in cōment.

dri non narrauit. Ideo debes scire quod duplex est humidum aliud radicale, & hoc est ipsum semen coagulatum in membra, cuius partes sunt membra ipsa, & membrorum partes, aliud vero nutrimentale: & est sanguis ex digestione, ac cibo factus, quia est potentia caro vel os. qui sanguis postquam coagulatur in membrum, non differt re ab humido radicali, quoniam idem subiecto est radicale, & nutrimẽtale, solum dr̃ radicale, quia fuit spermaticum dr̃ vero nutrimẽtale, quia impurum, & magis elongatum a principio. Hoc enim humidũ est vnum numero, quod est subiectum animæ, & figuræ membri. Ex his patet quod humidũ radicale, neque maius, neque minus fit per auctionem verã secundum Philoponum, sed bene per additionem humidum quod est materia membri fit maius, velut aqua fluuij fieri potest additione maior, vel minor, non quod ipsa remaneat eadem simpliciter, sed per æquiualentiam. Quã positionem Philoponus expressit in commentariis suis dilucidauit. Secũdo aĩaduertendum quod nec pori dici possunt partes formales, nec auctio fieri potest secundum partes porosas. Partes enim formales secundum Philoponum sunt ipsa forma, quæ est in pluri materia, & ideo positio de poris nõ est peripatetica, nec sustentabilis. Tertio animaduertendum secundum Philoponum, quod cum materia membri augeri non possit vera auctione; nec vtrunque .s. compositum ex materia, & forma. nam si vtrunque, tunc materia augeret vt dedicit Philoponus ergo nec existenter, nec subsistenter compositum augetur, & ita in hoc ea quæ diximus in commentariis sunt recognoscenda. secundum enim Philoponum sola forma quanta . scilicet tricubita augetur, materia vero sola additione fit maior, & non solum forma quanta tricubita augetur sed figura tricubita (vt ait Philoponus.) Verum forma diuisibilis augetur per hoc quod ipsa per formalem extentionem fit maior. formæ vero indiuisibiles augentur. quia æquiualenter fiunt maiores, quia in materijs maioribus recipiuntur, vt dictum est. Demum animaduerte quod octaua dubitatio non est ad propositum, quia auctio non fit per intus susceptionem in poros, sed per iuxta positionem alteratiuã & gñatiuã (vt dictũ est) quæ iuxta positio proficiscit a venis per membri faciem diffirmmatis (vt dictum est) & sic dubitatio illa supponit falsum. In commẽtarijs quinto quæritur si calidum resoluat aliquid humidi radicalis spermatici, licet in commentarijs sit quælibet pars disputata, tamen Philoponus tenet quod humidum naturale coagulatum in membra à calido resoluitur, immo diffluit vsque ad finem vitæ: non tamen eo vsque, vt nihil relinquatur. quoniam si posset nihil relinqui, & stare vita naturalis, posset defendi animal posse perpetuari. Hæc est opinio Aristo. qui pro isto asseruit carnem augeri secundum formam pro quanto materia difluit, forma vero eadem numero continuo manet vnde si humidum idem numero staret, nulla esset necessitas ponendi formam augeri. Præterea. Si conceduni naturale humidum ab ipso calido fieri impurius, cum nõ possit aliquid fieri impurius, nisi admistione sui cõtrarij, fieri impurius admistione sicci, non põt aũt cõtrarium misceri, nisi alterũ cõtrariũ corrũpatur. ergo oportet naturale humidũ corrũpi ab ipso sicco & cõmisto. Sexto rursus quærit, virũ auctio sit motus continuus. vbi optime dictum est, quod nec auctio particularis, quæ est per corruptionem vnius, minimi nutrimentalis, nec auctio totalis est motus continuus, quoniam quouis modo fiat auctio, est aut ipsa generatio formæ in maiore materia quam prius erat, aut in eodẽ instanti cum hac generatione. At rum hæc generatio sit subitaria. ergo auctio est subitaria, est tñ verum quod auctio particularis fit per corruptionẽ vnius minimi nutrimẽtalis totalis vero quo ad subiectum fit per corruptionẽ multorũ minimorum nutrimenti, non per hoc q̃ illa minima suscipiantur in poris, sed per hoc quod opponuntur membris, per venulas delata (vt dicit Philoponus.) Septimo quær. si, verũ rarefactio sit augmentatio. vbi optime quæstio dilucidatur. Vnum tamen est sciendũ, q̃ in instanti est generatio formæ in maiori materia quã prius erat, & augmẽtatio & rarefactio, & occupatio maioris loci, q̃ id q̃ auctũ est, prius occupabat. Verum hæc occupatio maioris loci non est motus localis, quoniam nec rectus de loco, ad locum nec circularis circa locum, vt probauit Aristotel. est tamẽ acquisitio eiusdem loci sub maiori extensione quam prius erat, & sic talem occupationem esse subitariam non est absurdum. Rarefactionem vero, & augmentationem fieri in instanti est manifestum per se in compluribus locis, patet ergo ex hac positione non sequi motum localem fieri in instanti, sed solum rarefactionem, & auctionem fieri in instanti. & causa est, quia occupatio maioris loci non est motus localis, sed generatio loci in maiori subiecto quam prius erat. Hæc de augmentatione satis sint.

Quoniam autem oportet primum de materia & de vocatis elementis dicere, siue sint, siue non, & vtrum sempiternum sit vnumquodque, aut generetur aliquo Ant. c. 121
modo, & si generetur, vtrũ ex seinuicẽ generentur omnia eodem modo aut aliquod primum eorum vnum sit necesse est prius vtique dicere de quibus indeterminate dicitur nũc

Quoniam vere oportet primum dicere de materia, Dilucida. te. c. eiusdẽ
de que his, quæ vocantur elementa, siue sint, siue non, vtrum videlicet vnumquodque sempiternum sit: aut aliqua ex parte genitum & si generẽtur, vtrum generentur omnia ex inuicem modo eodem. vel eorum sit vnum quoddam primum, Necesse itaque dicere eadẽ, quibus indeterminate dicitur nunc.

Comẽ 121

De mistura, auctione, & passione, deque tactu proponẽs dicere, causam tractatus assignãs, tale proponit enthymema videlicet oportet de elementis tractare in lib. secũdo. videlicet vtrum sint æterna, an generabilia, & si generabilia. vtrum reciproce, an vnum sit primum ingenitum. igitur oportet de tactu, actione, & mistura agere. (inquit) Quoniam vero oportet primum dicere de materia, deque his quæ vocantur elementa & hoc siue sint vocata & vera elemẽta siue non vera, sed vocata tñ, q̃ dicit ꝑpositionẽ suã, quia verum elementum est materia, quinto metaphy. dicere dico. Vtrũ videlicet vnumquodque sit sempiternũ ſm se, & quodlibet sit, aut aliqua ex parte genitũ, æternũ ſm totum. Et si generentur aliqua ex parte, vtrum generentur omnia ex inuicem modo eodem, hoc est mutuo, ita vt quodlibet transmutetur in quodlibet vel eorum sit vnũ quoddã primum ex quo cætera fiant, ipsum tñ sit ingenitũ, vt dicunt physici. Necesse itaque est dicere ea videlicet misturam tactum, & auctionem, de quibus nunc nostro tempore dicitur indeterminate, & satis confuse. Hoc est enthymema concludens intentionem.

Aristo vsque ad præsentẽ locum plura disseruit, primo qdẽ falsas veterum de generatione opiniones. secundo vero de generatione ipsa vniuersaliter. tertio de differentia inter generationem & alterationẽ, & de alteratione ipsa, & RECO.
quomodo differt ab ea mutatione, quæ est secundũ locum. quarto quomodo differt ab augmentatione, & de ipsa augmentatione quidam augmentatio sit, & quid id, q̃ augetur & quo augetur, & quis modus sit, secundum quem augentur, & quæ augentur, hæc quatuor hactenus. Sed qd facturus sit post hæc. Philoponus ait cõsequens esse eũ dicere de generatione eorũ, quæ singulariter generãtur, vtpote de generatione eorum, quæ in meteoro fiunt, de generãtione metallorum, & lapidum. de generatione plantarũ & de generatione animalium, hæc enim singulariter ac seorsum generantur. Cũ ergo de his sit dicturus, & opus sit vt qui disceptaturus sit de generatione singulari prius disserat de materia proxima vnicuiq; generationi, vtpote quænã sit materia, quæ subiecta est meteoris, quænam sit, quæ metallis, & reliquis eodem modo. Sed vt sermo, qui est de materia simpliciter, quæ cõmuniter omnibus naturalibus est subiecta de qua in physicis nos docuit, præcedit sermonẽ, qui est de naturalibus omnibus, ita etiã opus est, vt sermo qui est de materia proxima eorum, quæ singulariter generant, procedat eũ, q̃ de generatione particularium, & de materia, quæ subiecta est vnicuiq; ipsorum. Hæc autẽ materia particularis

tis communiter accepta sunt elementa, ergo necessarium erat præassumere sermonem de elementis, non enim propria cuique materia inueniri potest, nisi elementa præsciantur. Hæc enim communiter post primam materiam omnibus sunt subiecta tanquam corporea materia omnium eorum, quæ generantur. Idcirco primo de elemētis sermonē aggreditur, secundo huius, antequam ad singularum rerum generationem proficiscatur, & quærit num hæc generabilia sint, an ingenerabilia, & immotabilia, vt videbatur Empedo. & si generabilia, num ex inuicem, an ex alio quodam, & si ex inuicē, nū pari pacto in oīa mutentur, an sit aliquod ipsorum primum ex quo alia mutentur, vel materia reliquis subiecta vt videtur Thaleti quidem aqua, Anaximeni vero aer, Heraclito autem igni, vtrum etiam quærit si quatuor numero, an plura, & dicit quod quatuor sola, & sic terminatur secundus liber huius. In libris autem de cœlo quæsiuit de elementis, & demonstrauit quod sermo de elementis ordine primus est, Amplius quod neque ingenerabilia sunt, neque incorruptibilia, & quod non ex aliquodam subiecto generentur, & quod non sunt infinita, sed finita. Quot tamen hæc sint, vel quo pacto ex inuicem generētur, in illis dicere supersedit, quia in hoc libro de illis erat dicturus. Ex his ergo quæ Philoponus inqt, colligit intentio libri præsentis & causa intentionis. est.n. intētio disserre de elemētis, qualia & quot sint, & qūo ex inuicem generētur. Causa intētiones est, quia est dicturus de singulari generatione rerum naturalium, ante quem tractatum oportet agere de materia singulari corporea, vniuersaliter tamen. Post hæc ad intentionem præsentis sermonis descēdamus, & dicamus quod sunt quædam, quæ præcedūt sermonem de elementis, quæ cū indearticulata sint, impossibile est facere sermonē de elemētis, ideo de illis proponit dicere quæ sunt tria, quid sit mistio, quid facere & pati. & quid sit tactus. vnde dicit. Quoniam autem oportet primū de materia, & de vocatis elemētis dicere, siue sint, siue nō. Quod vero ad verba attinet, quoniam proposuit dicere de materia, ne quis credat eum velle dicere de prima materia Incorporea, de qua iam dixit in physicis. idcirco addidit & de vocatis elementis. q.d. de materia, quæ quidem est uocata elementa. hæc Philoponus. Sed dici potest, quod Arist. secūdo huius de vtrisque dicit, qm̄ tā de incorporea materia quam de vocatis elementis, vt patebit. verum de incorporea materia dicit per accidens, vt exponat materiam corpoream, quæ sunt elementa. Dixit vero vocata (vt Philoponus inquit) Quoniam nondum demonstrauit quod hæc sunt elementa. vel dixit vocata. quia quatuor hæc elementa non proprie sunt elementa, sed materia prima est proprie elementum, aut dixit vocata, quia hæc quatuor elementa, potius sunt elementa, quam simplicia & pura elementa. Dixit siue sint, siue non sint, quoniam quæstio est, vtrum hæc elementa sint, cum non sint euidentia (vt Philoponus inquit) vel verba hæc retulit ad proxime dicta, vt sit sensus. dico hæc vocari elementa, siue re vera sint, siue non sint elementa. nam siue re vera sint elementa, siue re vera non sint, ab omnibus vocantur elementa. Exponit autem quæ de elementis est dicturus, & dicit. Vtrum sempiternum sit vnumquodque, aut generetur aliquo modo. dixit aliquo modo, quia secundum veritatem elementa secundum tota non generantur, sed s̄m partē. Amplius si generetur vnūquodque, vtrū ex se inuicem generentur omnia eodē modo, aut aliquod primum eorum vnum sit. quoniam inquā de elemētis hæc agenda sunt, necesse est prius vtiq; dicere de quibus interminate dicitur nūc. s. de tactu, agere & pati, & de mistione, tanquam de conferentibus ad doctrinā de elementis, & hoc ideo, quoniam de his a senioribus non accepimus determinationē ac dearticulationem. Hæc est intētio p̄sentis sermonis qui in hoc capite habetur. Causa vero est, quia doctrina de his confert ad primam atque principalem totius libri intentionem, scilicet ad doctrinam de elementis.

Antic.123 *Omnes .n. & qui elementa generant, & qui eaquæ ex elementis, segregatione vtuntur & congregatione, & ipso facere & pati. Est autem congregatio, mistio. Quomodo autem misceri dicimus, non est determinatum manifeste.*

Omnes enim & qui elementa generant, & qui hæc ex elemētis. disgregatione vtuntur & congregatione, atque actione & passione. Est autē congregatio mistura. Verum quomodo misceri dicimus, non determinatum est manifeste. Dilucidate c. eiusdem.

Cōmē.122 Deducit enthymema, & primo de actione & mistura p auctoritatem tractantium de generatione rerum (& inqt) Omnes enim & qui elementa generant, vt multi physicorum, & qui hæc generāt ex elementis disgregatione vtūtur & congregatione, & passione. sed congregatio est mistura. igitur de mistura. verum quo modo misceri dicimus & quid superaddit congregationi ipsa mistura, nō determinatum est manifeste. Et sic patet auctoritate ant quo tractatui de generatione elementorum esse annexum tractatum de actione, & mistura.

RECO. Cum accepit intentionem & dixit tractatui de elementis esse annexam doctrinam de agere & pati, & de mistione, & tactu, hoc comprobat etiam ex veteribus. nam cum aduersarii dicere possent tractatui de elemētis non esse annexā doctrinā de his tribus, ad eos probat etiā ex veterib9 illi tractatui esse hanc de tribus his doctrinam annexam (& inquit) Omnes.n. & qui elementa generant, & qui ea, quæ ex elementis, segregatione vtuntur, & congregatione & ipso facere pati.. Sed dubitat Philoponus, quoniam licet omnes vtantur segregatione & congregatione, non omnes vtuntur agere & pati, sed solum hi qui elementa ex inuicem generant. Dubitatio Philoponi

Prima solutio. Respōdet primo, quod verba hæc legēda sunt per synecdochen hoc pacto. Omnes enim. scilicet elementa ex inuicem generant, vtuntur ipso facere, & pati, & omnes qui generant ea quæ sunt ex elementis, non autem ipsa elementa vtuntur segregatione, & congregatione, vt Empedoclici, Democritici, & Anaxagorici, & sic referendo singulos singulis sermo patet. Vel legi potest coniunctim. s. tam qui elementa generant quam qui elementa impermutabilia faciunt, vtuntur congregatione & segregatione, & agere pati, non tamen ipsis agere & pati proprie, sed communiter sumptis. Quod enim qui elementa generēt his vtantur, patet. Quod autem qui elementa non generant, his vtantur, declaratur, qm̄ cū oēs vtantur segregatione, opus est vt sit aliqua causa motiua congregationis, & segregationis, vt secundum Empedoclem odium segregationis, amicitia congregationis, modo concernere & segregare videtur aliquo modo facere, & concerni & segregari videtur pati. Secundum Anax. vero mens est factiua cōgregationis & segregationis. Secundum Democritum autem, proximæ factiuæ causæ sunt Rythm9, versio, & diathiges: remotæ vero, anima & casus. ergo communiter loquendo omnes vtuntur facere & pati. Quod autem sit necessarium dicere de mistione, probat ex veteribus, quia congregatio mistio quædam est, verū quomodo misceri dicimus nō est manifeste determinatum. Quod quidem congregatio sit mistio, patet, quoniam quæ faciunt, & patiuntur, necesse est, vt prius misceantur inter se. verum quid sit mistio, & quo modo fit, res quæstione digna est. Est enim dubium vtrum ad hoc, vt mistio sit oporteat elementa in frustellis secarij, & secrata iuxta puni, ita vt mistio sit solū ad sensum veluti si farinas ordei & tritici misceres, quod ad sensum totum videtur mistum. an mistio si sit omnibus concedentibus per tota, & vtrum in mistione corrumpantur formæ elementorū, an saluantur: & si saluantur, vtrum omnes aut quædam. Secunda solutio.

Anti.c.13 *Sed neque alterari possibile est, neque segregari, neque congregari, nullo faciente, neque patiente. Etenim plura elementa facientes generant, faciendo & patiendo abinuicem. quamuis ex vno necesse sit dicere factionem. Et hoc recte dicit Diogenes. quod si non essent ex vno omnia, non esset facere & pati abinuicem. verbi gratia. calidum infrigidari, et hoc calefieri rursus. non.n. transmutantur caliditas, & frigiditas in seinuicem*

ccm

cem: sed manifestum est quod subiectum. Quapropt in quibus facere est & pati, necesse est horum vnam esse subiectam naturam. Omnia igitur talia esse dicere, non verum est, sed in quibus, ipsum abinuicem est.

Dilucida. a.c. eiusdem. *Amplius autem nec alteratio est possibilis, neque corruptio neque generatio nullo agente, neque patiente. Nam & qui plura elementa faciunt hi generant actione & passione eorũ adinuicẽ. Et his qui ex vno necesse est dicere actionẽ. Hocq; recte Diogenes facit, quod nisi ex vno cuncta essent, neque erit horum abinuicẽ huius actio illius passio, vtpote calidum frigere: hocque calescere iterum. Non enim caliditas & frigiditas inuitem transmutantur, nisi constet subiectum subijci, quare in quibus actio est, & passio, eis vnam subesse naturam necesse est. Omnia quidem igitur talia non verum est dicere, sed in quibuscunque subiectum est.*

Comẽ. 139 Secundo argumentatione idem sic, nec generatio, neque alteratio effici possunt absque actione aut passione. igitur tractatui de generatione & alteratione annectendum, est de actione, & passione. Antecedens declaratur, quia tam q plura elementa faciunt vtũtur auctione, quam qui ex vno cuncta generant, vtuntur actione. Immo nisi ponatur vnum elementum commune, non erit actio nec passio. & sic nec generatio, nec alteratio. vt recte facit Diogenes (inquit.) Amplius autem, quod græce est alla myn, latine, at vero, siue præterea, aut amplius, nec alteratio est possibilis, neque corruptio, neque generatio nullo agente, neque patiente Arist. in græco habet diacrinesthæ & sygrinesthe, latine disgregari & cõgregari, verum ego pro corruptione & generatione transtuli, quia antiqui generationem congregationem vocant, corruptionem vero disgregationẽ. Deinde probat antecedens. d. nam & qui plura elementa faciunt, vt Empedocles, hi generant actione & passione eorum abinuicem, vt lite & amicitia. Ex his qui ex vno generãt, vt physici quidã, necesse est dicere actionẽ. Quod auctoritate Diogenis affirmat. d. hocq; recte Diogenes facit, qđ nisi ex vno cuncta essent, neque erit horum adinuicem huius actio illius passio, vtpote neque subaudi erit calidum frigere, neque hoc calescere iterum. Non enim caliditas & frigiditas inuicem transmutantur, ita vt vna alteram recipiat, nisi constet subiectum subijci, vel magis iuxta græcũ sed manifestum est ꝙ subiectũ aliquod est, quod eis subijcitur. Sed ambiges primo, quia si hæc consequentia valet. sine auctione non est generatio. igitur oportet de actione tractare, arguerem sic sine intelligentijs, & stellis non est generatio. igitur de stellis & intelligentijs est agendũ, quod non concederes. Amplius secundo. quomodo valet hæc, nisi materia sub esset, tunc non esset actio & passio. Primo. nec agit materia, nec patitur, vt hic loquimur. Igitur nihil facit ad actionem & passionem. Ad primum dicendum, ꝙ antecedens est sic accipiendum, sine actione & passione tanquam primis requisitis & proximis, non est generatio, igitur tractatui de generatione est annexus tractatus de actione & passione. nunc causam non est ad propositũ. Stellæ enim & intelligentiæ sunt causæ remotæ. Ad secundum dicendum. quod nihil patitur nisi sit in materia, quia licet ipsa non patiatur primo, est radix passionis, propter quod formæ liberatæ a materia non patiuntur. 9 metaphysicæ. commen. a. nihilque agit physica actione, quod non sit in materia, quoniam omne agens physica actione est indiuiduum, & omne indiuiduum est tale propter materiã. Amplius, omnis actio est corruptiua, & generatiua vt nunc loquitur. Expulsio & inductio circa idem subiectu fiunt, quare necessaria est materia. Et sic patet ratio Aristot.

RECO. Duæ erant sectæ de generatione. Altera quæ dixit ipsam generationem esse congregationem, corruptionem vero esse segregationem. Altera vero quæ dixit generationẽ esse alterationem vt rarefactionem, vel cõdensationem, corruptionem vero contra. cum ergo ostẽdit eos, qui generationem dicunt congregationẽ vti facere & pati: ostendit eos, qui generationem dicũt alterationem vti facere & pati (inquit) Sed neque alterari possibile est, neq; segregari neq; cõgregari nullo faciente, neque patiente. de congregatione & segregatione dictum est, de alteratione vero patet, quoniã non potest fieri alteratio nisi sit alterans, & si est alterans, alteratur aliquid, & sic est agere & pati. nam plura elementa facientes generant faciendo & patiendo adinuicem, & supple etiam qui est vno generant faciendo & patiendo generant. Approbat autem, quod ex vno generentur (cum inquit) Quamuis ex vno necesse sit dicere factionem siue generationem, & hoc recte dicit Diogenes Apolloniates, quod si non essent omnia ex vno non essent facere, & pati abinuicem. Vult igitur dictũ Diogenis verum esse, quod. s. nisi omnia fierent ex vno, non possent esse agere & pati. & probat ratione Diogenis, qua etiam Plato vsus est in Phedone (& inquit) Verbi gratia calidum infrigidari, & hoc calefiet rursos. non enim transmutantur caliditas & frigiditas in seinuicem cum sint contraria, quorum alterum non recipit alterum, sed manifestum est quod subiectum est illud quod recipit vtrunque. Ideo concludit, quapropter in quibus facere est & pati, necesse est horum vnã esse subiectã naturam. Verum corrigit aliquo modo hoc quod Diogenes, & Plato dicebant & potest intelligi primo, quod non est verum, vt omnia entia mundi sint talia, vt vnam & eandem subiectam materiam habeant, quoniam incorporea vnam subiectam materiam non habent. Vel secundo intelligit quod nõ in oĩbus, quæ agunt & patiuntur est vna subiecta materia, instantia est de cœlo & de his, quæ patiuntur à cœlo, quorum non est vna subiecta materia eadem omnibus illis. Cœlestia enim carent ea materia, quæ est sublunarium.

Sed si de ipso facere & pati, & de mistione videndũ sit, necesse est & de tactu. Neque n. facere hæc & pati possunt proprie, quæ non est possibile, seinuicem tangere neque non tangentia seinuicem aliqualiter, contingit misceri primum. Quapropter de tribus his determinandum est, quid tactus, & quid mistio, & quid factio. Ant. c. 134

At vero si de actione, & passione, & de mistura speculandum est, necesse est de tactu. Neque enim hæc facere & illa pati possunt proprie quæ seinuicem tangere non possunt neque quæ aliqua ex parte non se tangunt cõtingit misceri primum. Quare de tribus his differendũ. quid videlicet tactus, quidue mistura, quidque actio. Dilucida. tc. c. eiusdẽ

Quod de actione & mistura hoc in libro sit agendum declarauit nũc ꝙ de tactu, apponit, quia de mistura & actione. & igit̃ de tactu declarat̃ entymema, quia sine tactu nulla prorsus actio est, neque passio. Et hoc accipiendo actionem propriæ nam intellectus agit intelligibilia. non tamen illa tangit. Amplius, intelligentia agit orbem, illum tamen minime tangit. hæc enim actio non propria est, sed metaphorica. sic igitur tractatui de actione annecti debet & de tactu: Itemque & tractatui de mistura, quando quidem quæ non tangere se possunt, nec misceri, vt dicemus. Restat igitur vt pro complemẽto totius negotij, quod à principio proposuimus, videlicet de generatione, vt de actione mistura, & tactu, transigamus. Hæc de intentione. Comẽ. 12

Cum ostendit quod sermo, qui est de facere & pati, & de mistione necessarius sit ei tractatui, qui est de elementis, ex his ostendit quod sermo de tactu etiam necessarius est (& inquit) Sed si de ipso facere & pati & de mistione videndũ sit pro doctrina de elementis: necesse est quoque de tactu. Cuius causam accepit, & dicit. neque enim facere hæc, & pati possunt proprie, quæ non est possibile seinuicem tangere Factiuum enim (vt Philoponus inquit) tangit passiuum, aut immediate vt ignis ligna, aut per mediũ, vt ignis aquã mediante lebete. RECO.

Quod vero ad verba attinet, dixit propriè, quoniã dicitur pati à cõuitio, non tñ conuitium proprie facit. patet igitur nõ esse factionem proprie sine tactu. Quod autem neq; mistio, probat, (& inquit) Neque non tãgentia seinuicẽ aliqualiter, cõtingit misceri primum. & dixit primum siue proprie, quoniam proprie ea se tangere dicuntur, quorum

extrema

extrema sunt simul. Tunc concludit intentionem quæ fit sermonis totius exordium (& inquit) Quapropter de tribus his determinandum, quid tactus, quid mistio, & quid factio.

An.c.124 *Principium autem accipiamus hoc. necesse enim entium quibus est mistio, esse hæc adinuicem tactiua. & si aliquid facit, hoc autem patitur proprie, & his similiter, Ideo primum dicendum est de tactu.*

Dilucida. te c eiusdem. *Accipiemus autem principium tale necesse est enim eorum quæ sunt, quibus est mistura, hæc esse ad inuicem tactilia. & si aliquod agit. Illud vero patitur proprie. & is similiter. Ideo primo dicendum de tactu.*

Com.125 De ordine vero, vult à tactu esse incipiendum qui græce, dicitur aphe, quia miscibilia sunt tactilia & non econtra. Itemque & actiua & passiua tactilia sunt. & non econtra, quare a tangentibus incipiendum, tanquam ab vniuersaliori, quæ dicit, patent Sed ambiges. primo, de tactu in libro dicitur de anima. igitur non hic, secundo, de actione & passione in quinto metaph. igitur non hic. Tertio de mistura in quarto meteororum igitur non hic. Ad primũ dici potest de tactu esse dictum, prout est vnus quisque sensuum qui tangendo sentit. Hic vero, vt passio est corporum actiuorum passiuorumque, & miscibilium. Ad secundum de passione & actione in metaphysica dicitur, vt sunt differentiæ entis, quod diuiditur per potentiam & actum. Hic vt sunt rationes corporum physicorum. Ad tertiũ de mistura agitur in quarto metheororum videlicet ipsorum
RECO. humorum. at hic de mistura. vt elementorum est.

Insinuatá intentione, ponit in his, quæ proposuit ordinem (& inquit) Principium autem accipiamus, hoc scilicet tactum Est ergo ordo quod à tactu sit incipiendum, & probat quoniam tactus est mistione & factione cõmunior. nam necesse est entium quibus est mistio, esse hæc adinuicẽ tactiua. Præterea Si aliqua, sunt quorum hoc facit, illud vero patitur, & his similiter necesse est inesse tactum, contra vero minime Dixit autem propriè, quia quæcunque propriæ agunt & patiuntur, vel proprie miscẽtur, hæc necesse est se tangere. Contra vero nequaquã. possunt enim aliqua se tãgere proprie quæ nec proprie agũt, vel patiuntur nec proprie miscentur. vt orbes proprie se tangunt cum vltima simul sint, quæ tamen nec miscentur, nec agunt & patiuntur. Philoponus disputat an tactus sit illis vniuersalior,
Ant.c.126 quod (cum postea parebit) nunc transeat.

Fere igitur vt & aliorum nominũ vnumquodq; dicitur multifariã, & hæc quidem homonyme, hæc autẽ altera ab alteris prioribus. sic sese habet & de tactu. Sed tamen principaliter dictum inexistit habentibus positionem, positio autem, quibus & locus. etenim mathematicis similiter reddendum est tactum & locum, si
Dilucida. te c. eiusdem. *ue est separatum vnumquodque eorum, siue alio modo.*

Fere quidem igitur, quemadmodum & cæterorum nominum vnumquoque multipliciter dicitur. & hæc quidem æquiuoca. Hæc autẽ altera ab alterius prioribus, sic se habẽt & de tactu. Verũ principaliter dictũ est in habẽtibus positionẽ, positio vero inest quibus quidẽ & locus. Et.n. mathematicis dãdũ est tactũ atq; lo
Com.128 *cũ, siue eorũ vnumquodq; separatũ sit, siue modo alio.*

Quod tactus multipliciter dicatur, per talem videtur affirmare coniecturam, quod nomina fere omnia multipliciter dicantur, hoc est aut æquiuoce, aut modo & ratione, ac ordine, vt analoga Cum igitur tactus nomen dicatur, ideo videtur multipliciter dici; Dicit. Fere quidẽ igitur quemadmodum cæterorum nominum vnumquodque multipliciter dicitur. hæc quidem æquiuoce. Hæc autem altera ab alteris prioribus, hoc est analogice, & tactus nomen sit quoddam, sic se habet & de tactu. & ita videtur multipliciter dictum. Animaduerte quod plures sunt res, quam nomina, ideo vt dicitur primo elenchorum venit æquiuocatio, vt vnum nomẽ. v.g. imponeretur pluribus rebus. Verũ potest nomen aliquod reperiri vniuocum, sed raro. ideo dixit fere oia. Deinde declarat quæ se tãgũt ꝓprie ac principaliter. Et q; sint corpora, sic syllogizat Quæcũq; sunt in loco, corpora sunt quæ se tãgũt, sunt in loco. igitur tangentia sunt corpora. q; tangentia sint in loco declarat d. verũ principaliter nomẽ tactꝰ dictũ est in habẽtibus positionẽ. Positio vero inest, quibus quidẽ inest & locus. & sic patet minor. Idem probat per exemplum. d. Etenim matematicis dandũ est tactum, atque locum, siue eorũ vnumquodque separatum sit, vt Pithagorei aiunt, siue modo alio, hoc est in naturalibus constituunt, vt veridici dicunt. Ex hoc arguo sic Mathematica sunt tangentia, & non nisi ratione qua corpora. igitur tangentia sunt corpora. Quæres forsitan an mathematicæ res a loco abstrahant. quod sic videtur. nã abstrahunt a virtute conseruatiua rei locatæ. igitur, a loco. Dici potest quod locus vno modo capitur physice alio modo mathematice pro vltima superficie corporis ambientis a loco physico abstrahunt mathematica: Non autem a loco mathematico.

Nunc accedit ad narrationem, & accipit, quod tactus dicitur analogice (& inquit) Fere igitur vt & aliorum nomi RECO.
num, quorum supple vnumquodque dicitur multifariam, eorum scilicet dicuntur hæc quidem æquiuoce, hæc autem altera ab altera & prioribus, sic se habet & de tactu. Est ergo sensus, quoniam, quæcunque multipliciter dicuntur, sũt æquiuocã, vel analoga, ergo & tactus, cum supple multipliciter dicatur, erit autem æquiuoce, aut analogice dictum. Sed monet. q. Philoponus, qm̃ in prædicamentis voluit oĩa quæ multipliciter dicũtur, dici æquiuoce. Hic vero aut multipliciter dici aut æquoce, aut analogice. Respondet Philoponus, quod hic non exquisite loquitur, vt in prædicamentis, ideo satis est vt ostendat tactum esse analogum. Quoniam conclusit tactum dici analogice, ostendit de quo principaliter dicitur (& inquit). Sed tamen principaliter dictum inest habentibus positionem, positio aũt inest, quibus & locus inest, positionem enim habere est in loco esse: ergo tactus principaliter est eorum, quæ sunt in loco scilicet corporum Quod autem ita sit probat, (& inquit) Etenim mathematicis similiter reddẽdum est tactum, & locum, siue ipsa mathematica sint natura separata, siue non, quod addit propter Pithagoricos, & Platonem, qui ea posuerũt separata. patet igitur tactum esse corporum, quoniam est eorum, quæ sunt in loco, & ita erit corporum naturalium & mathematicorum, nam (vt Philoponus inquit) esse in loco corporibus, inest, nõ quatenus habent passiones, sed quatenus habent spatium, & sic mathematica sunt in loco, Ant.c.127
quare eorum potest esse tactus.

Quæstio Philoponi Solutio.

Si igitur est, vt determinatum est prius, tangere, vltima habere simul, hæc vtique tangent seinuicem quæcunque determinatas magnitudines, & positionem habentia, simul habent vltima.

Si igitur erit tangere vti prius determinatum est, habere videlicet vltima simul, ipsæ vtique determinatæ magitudines se tangent, quæcunque habentes & positionem vltima simul habent. Dilucida. te. c. eiusdem. Cõmẽ.127

Secundo quod se tangentia simul vltima habeant, non alio probat, nisi quod se probasse in quinto physicæ auscultationis asserit. d. Si igitur erit tangere vti prius determinatum est quinto physicorum. habere. videlicet vltima simul. ipso vtique determinatæ magnitudines siue corpora se tangunt. quæcunque habentes, & positionem. Vltima simul habent Si igitur habetur secunda definitionis pars. RECO.

Colligit ergo nunc quæ proprie se tangunt partim ex nunc dictis, partim ex dictis quinto physicæ auscultationis (& inquit). Si igitur est, vt determinatum est prius scilicet quinto physicorum tangere, scilicet quod sit vltima habere simul, sequitur quod hæc proprie sesemuicem tangere dicentur, quæcunque habentia positionem atque determinatas magnitudines vltima habent simul Dico habentes positionem, hoc est locum, quoniam proprie tactus est corporum, nam licet linea tangat lineam, non proprie est tactus. Dico determinatas magnitudines, propter particulares continui, continui enim particulæ cum non sint determinatæ magnitudines, sed sint potentia in tale, non dicuntur se tangere, sed ipsum continuum. & verum. Hæc

ex Philopono. Quare tres sunt conditiones eorum quæ principaliter se tangunt, quod sint corpora, & ideo duæ lineæ non se tangere dicuntur. & quod actu distincta ac positiones proprias habentia, ideo duæ continui medietates non dicuntur se tangere, & quod vltima sint simul, quæ Ant. c. 138 propria tangentium conditio est.

Quoniam autem positio quidem quibus & locus inexistit, differentia autem prima loci sursum & deorsum & talia oppositorum, omnia se inuicem tangentia grauitatem vtique habebunt, aut leuitatem, aut ambo, aut alterum. talia autem, passibilia & actiua. Quapropter manifestum est, quod hæc tangere nata sunt seinuicem, quorum diuisis magnitudinib. simul vltima sunt, existentibus motiuis & mobilibus adinuicem.

Dilucida. c. eiusdē *Quia vero positio quidem inest his, quibuscunque & locus inest. loci autem prima differentia est, sursum & deorsum, talia quoque aduersa ijs sunt, habebunt itaque se tangentia cuncta grauitatem aut leuitatem, aut ambo, vel alterū. Talia aūt sunt passiua & actiua quare patet hæc esse apta se tangere. quorum (cum sint determinatæ magnitudines) vltima simul sunt. ac existunt motiua & mobiles adinuicem.*

Comē 128 Quòd tāgentia sint actiua & passiua mutuo sic syllogizat, quæcunque sunt grauia aut leuia, sunt actiua & passiua, quæcunque se tangunt, sunt grauia, aut leuia, igitur quæcunque se tangunt sunt actiua & passiua quod tangentia sint grauia aut leuia probat d. Quia vero positio quidem inest his quibuscunque & locus inest. Loci autem prima differentia est sursum & deorsum, talia quoque aduersantia sunt, omnibus his acceptis veluti præmissis, dat minorem d. Habebunt itaque se tangentia cuncta grauitatem, aut leuitatem cuncta dico aut ambo ipsa tangentia, aut saltem alterum quod dicit forte propter cælum, quod ignem tangit. non tamen graue est, aut leue Hæc est minor. Deinde sumit maiorem. talia autem sunt passiua & actiua. Tunc recolligit totam conclusionem videlicet igitur tangentia sunt corpora actiua & passiua quorum vltima sunt simul. Hæc n. proprio nomine tāgentia dicuntur cætera vero metaphorice. Animaduerte vt in paraphrase Auer. comen 44 colligitur, q̄d tactus duplex est, alter quidem mathematicus ad quem sufficiunt duo, vt sit corporum, & quod illa simul habeant vltima. Physicus vero requirit tria, quod sit corporum, & q̄d eorū vltima sint simul, & sint mutuo actiua ac passiua.

Hactenus de tactu proprie dicto ac principaliter, nūc de tactu principalissime Est enim duplex tactus. s. qui proprie RECO. dicitur, & hic est mathematicus, qui est corporum, quo corpora sunt, & qui proprijssime ac principalissime dicitur, & hic physicus est, qui est corporum, quæ sunt apta inuicē agere, & pati (inquit) Quoniam autem positio quidem inest his quibuscunque & locus inest, differentia autem prima loci est sursum & deorsū quæ sursum & deorsum sunt talia de numero oppositorum, dixit aūt prima cū cæteræ dñæ s. ante, retro, dextrū, & sinistrū, non sunt primæ loci differentiæ, sed in habitudine ad nos, graue.n. dicitur dextrum vel sinistrum: ante vel retro non primo ac simpliciter, sed respectu habito ad nos. Ex his duobus cōcludit q̄ oīa inuicem tāgentia habeāt grauitatē, aut leuitatē aut ambo, aut alterum. Dixit autem, aut ambo, aut alterum sm̄ Alexan propter cælum: quod tangit ignem, & tamen, nec est graue nec leue Vel hoc dixit (vt Philoponus inquit) pp extrema elemēta quæ alterū tm̄ habent aut grauitatē aut leuitatem. Intermedia vero vtraque. l. quia aer est grauis. & leuis, & aqua similiter. Quod si ppter cælum hæc dixit, tum cum dixit, inuicem, intelligendum est alterum sub altero, nam cœlum tangit ignem, & agit in ipsum, & non econtrario. Sin autem hæc dixit propter elementa media, & extrema: tunc per verbum inuicem, intellexit reciproce: quia alterum tangit alterum & econtrario passiue & actiue. Quod si omnia tangentia grauitatem habent: & leuitatem: cum talia (vt inquit) passiua sint: & actiua: concludetur: q̄ hæc tangere apta sunt inuicem: quorū diuisis magnitudinibus simul vltima sunt: existentib. motiuis & mobilibus adinuicem. Accepit autem Arist. (vt Philoponus inquit) quod oīa grauia & leuia passiua sint & actiua: non ratione: sed tāquā p se motū ad sensum. Quare physico tactu s. se tāgunt, quæcunque corpora distincta actiua & passiua mutuo existētia vltima habent simul. Sed dubitat Philoponus quoniam nō videtur Dubitatio Philoponi verum: quod quæcunque positionem & locū habent: sint sursum vel deorsum: nā quæ sunt intra sphæricā regionem positionem & locum habent: & tamen nullū eorum est: aut sursum: aut deorsum. Præterea Dubio ego: nam quæ habent positionem. & locum nō oportet: vt sint grauia: Secunda dubitatio. vel leuia. vel vtraque. qm̄ secundum Pithagoricos & Platonicos mathematica corpora positionē & locū habent: quæ nec grauia nec leuia sunt. Ad primam respondet Philoponus multipliciter. primo negando cælestia corpora se tangere nam licet sint immediata: non tame se tāgūt: quæ responsio friuola est. Diximus. n. cœlestia corpora se tāgere tactu proprie dicto. qm̄ sunt corpora actu diuersa: quorum vltima sunt simul. secundo concedit illa se tangere. Verum at illa inuicem non agere & pati, quæ responsio etiā nulla est: quoniam Arist. vult probare quod quæcunque se tāgūt agūt & patiūtur: & sic responsio petit principium. tertio respōdet: q̄ Ari. velit cælum esse vnū corpus. q̄ nec ipsum: nec suæ partes, positionem vel locum habent: accipiendo locum p termino exterius cōtinente. nā extra cœlū nihil est. vel tādem dici potest q̄ Ari. accipit positionem & locū alterius pro loco & positione corporum generabilium: & corruptibiliū qui pprie est superficies corporis cōtinentis qualitate cōseruatiua affecta: & sic de loco hic loquitur con tractus quā in pximo textu Per idem ad nostrā dubitationem: nam mathematica corpora sunt in loco & positione accipiendo locū quantitatiue, vt dixit Philoponus, legenda aūt sic sunt verba, qm̄ autem positio qdem s. quātitatiua, & qualitatiua inest his oīb⁹, quibus & locus qualitatiuus & q̄titatiuus inest Dīa autē prima loci. s. q̄titatiui, & qualitatiui sunt sursum & deorsum, & sic cælū p hæc excludit.

Quoniam autem mouens non similiter mouet quod Ant. c. 12. *mouetur, sed hoc quidem necesse est motum & ipsum mouere hoc autem immobile existens, manifestum est quod in faciente dicimus similiter. Etenim mouens facere aliquid inquiunt, & faciens mouere.*

Quoniam vero mouens. non similiter mouet mobile. Dilucida. 12. c. eiusdem. *Sed alterum quidem necessario motū, & ipsum mouet Alterum uero immobile existens manifestum quod in agente ipse similiter dicimus. nam & mouens, aliquid agere aiunt, atque agens ipsum mouere.*

Tractatutus Ari quæstione sine cuiusdā quæsiti solutio Cōmē 129 nē. v. g. vtrū oē mouens agat, moueatq; p cōtactum, & rursus vtrū oē agens p cōtactū agat Primo accipit inter agēs & mouēs cōuenientiā Secundo differentiā Tertio rē ppositā declarat (inqt) Qm̄ vero mouens nō similiter mouet mobile, cui applicatum. Sed alterū est mouēs, q̄ necessario qde motū & ipsum mouet. hoc est q̄ in mouendo mouetur vt sunt motores physici & corporei. Alterum vero imobile existens, hoc est q̄ in mouendo nō mouet. manifestum q̄ in agente ipso. silr dicimus. Cuius causā ait. d nā & mouens aiunt agere aliquid atq; agens ipsum mouere. Sed Dubitatio dices quæ est vis huius rōnis. Responderes q̄ est syllis sic in Responsio mouentibus aliqd̄ est mouens q̄ in mouendo mouet, aliqd̄ q̄ in mouēdo nō mouet, sed agens est mouens: igit agens est duplex: quod agendo patitur: & q̄ agendo nō patitur. Sed cōtra ex puris particularibus nihil sequitur modo ambæ sunt particulares Dici pōt q̄ sunt reducibiles ad vni- Replic. Solutio. uersales hoc modo. in omnib⁹ mouentibus est aliquod primum immotum. Omnia agentia sunt mouentia igitur in omnibus agentibus datur primum non patiens.

Vt Placet Philopono, Arist. hic mouet q. vt ex eius solu- RECO. tione refellat quandā positionem falsam de ipso facere, cōponitur ergo quæstio sic, in mouentibus est aliquod mouens, quod mouet immobile. faciens est mouens. ergo in facientibus est aliquod faciens, quod non patitur. Anti. 13⁰

Sed tamē differūt, & oportet determinare. Nō. n. possibile

sibile est mouens, omne facere, siquidem facere, opponamus patienti. hoc autem, quibus motus passio. passio autem

Dilucidate. c. eiusdem.

est secundum quod alteratur solum, verbi gratia. calidum & album. sed mouere, in plus est ipso facere.

Veruntamen differunt, atque id determinare oportet. Non enim potest omne mouens agere. Siquidem agens referimus ad patiens Hoc vero est in quibus motus ipse passio est.

Com. 130

Passio vero prout alteratio est sola. veluti albũ, & calidũ. itaq; mouere in pluribus est ipso agere.

Nunc differentiam inter mouens & agens, motumque & actionem accipit & inquit. Veruntamen differunt, atque subaudi differentiam illam determinare oportet. Nõ enim potest omne mouens agere Siquidem agens referimus ad patiens. verbum referimus græce est antithesomen, latine opponimus. verum hic transtuli referimus, quia relatiua etiam opposita sunt. capiendo igitur agens vt refertur ad patiens. sic non omne mouens est agens. Quod declarat d. Hoc vero subaudi agẽs relatũ ad patiens, est in quibus motus ipse passio est hoc est, vbi idẽ est motus, & passio. passio vero prout alteratio est sola, veluti album, & calidum. Et sic patiens relatum ad agens est alterabile tantum, & agens relatum ad patiens est alterans Et actio, & passio sunt, vbi motus est alteratio tantum. Propter quod infert. Itaque mouere in pluribus est ipso agere. Deus enim mouet, & non agit actione quæ est alteratio, quandoquidem omne agens proprie in agendo repatiatur. Vbi tamen agere pro efficere, & actio pro efficientia acciperentur, forsitã

RECO.

agẽs esset in plus ipso mouẽte, vt in metaphysica dictũ est.

Secundum Philoponum hic respõdet, & quidem ad materiam, nam vult quod differunt mouere & facere, quoniã mouere est in plus, facere vero in minus, & ideo omne faciens mouet, non autem oportet vt omne mouens faciat. probat autem hoc ex opposito ipsi facere scilicet ex ipso pati, pati est. n. sẽm qualitatẽ mutari, vt albefieri, vt calefieri, & simpliciter alterari secundum qualitatem. Quod si pati est alterari secundum qualitatem, facere erit secundum qualitatem alterare vel mutare At mouere non est alterare vel mutare secundum qualitatem. Cœleste enim corpus

An mundus sit factus a deo. Non? quæ Philopon? vide infra.

mouetur, secundum locum, & tamen non in passionẽ ducitur. ergo in plus est mouere, quam facere hæc ad materiam. Ad formam vero dici potest negando maiorem, non enim omne mouens mouet immobile, sed solum primum mouens. Ex hoc loco colligit Philoponus causam propter quam Aristo. negauit deum fecisse mundum, quoniam si fecisset eum, secundum qualitatem mutasset ipsum. Verum (vt Philoponus inquit) licet deus non fecerit mundum,

Ant. c. 131

ipsum tamen produxit & creauit secundum Aristo. patet. (vt inquit) quia non potest dici deus proprie facere, sed creare mundum.

Illud igitur manifestum est, quod est quidem vt motiua, mobilia tangant. est autem vt non. Sed determinatio ipsius tangere vniuersaliter quidem est positionem habentium, & huius quidem motiui, huius autem

Dilucidate c. eiusdem.

mobilis, adinuicem autem motiui & mobilis in quibus existit facere & pati.

Illud igitur manifestum est, quod est quidem vno modo motiua mota tangere tam. alio vero modo non est. Verum determinato tactu simpliciter quidem, qui

Cõmẽ. 131

est habentium positionem, atque huius quidem motiui, illius moti. Motiui autem & moti videlicet adinuicem. in quibus agere erit, & pati erit.

Accedit ad tertium quod propositum erat. v. g. an omne mouens motũ moueat. & an per contactũ, & an se tãgẽtia agant & patiantur. Et primũ ꝙ infert est quod vno modo quædam motiua mota tangunt, sic tangendo mouentur, quædam vero non. sed mouent & non mouẽtur, quæque tangunt, non tanguntur. Exemplum primi. intelligentiæ in motæ mouent & hæ tanguntur intactæ. Exemplum secũ d. elementa mota mouent. hæcque tangunt & tanguntur, Declarat tamen quæ agentia repatiuntur cum tãgunt. d. verum determinato tactu simpliciter (quod græce est catholu, latine etiam vniuersaliter) qui est habentium positionem, vt corporum, atque huius quidem motiui. Illius vero moti: motiui autem & moti. v. g adinuicem, concluditur quod in quibus agere erit. & pati erit. Et ita vult quod omne mouens tangendo per propriam contactus definitionem, in mouendo & agendo repatitur. At tactum accipiendo metaphorice, aliquod est mouens per tactum quod nec tangitur nec mouetur Hoc est primum. RECO.

Redit nũc ad sermonẽ (vt inqt Philoponus) eorũ, quæ se tãgunt, & innuit hanc distinctionẽ, ꝙ eorũ, quæ mouẽt, quædã cũ mouẽt, mouenẽ, q̃dã aũt mouẽt, & nõ mouẽtur tũc vult, ꝙ ĩ his quæ mouẽt, & ab his mouenẽ, quæ mouẽt tactus est, in his vero quæ mouent, & ab his nõ mouẽtur, quæ mouẽt, tactus ꝓprie nõ est, nã (vt Philo. inqt) neque imago, neq; cõuertiũ, quæ aiam mouẽt, tãgũt ꝓprie ipsã qm̃ neq; ab aĩa mouenẽ. Præterea. Alia rõne hæc nõ se tãgunt qm̃ nõ hñt vltima, ꝑ quæ aliqua dicũtur se tãgere. Cũ igit dixit nõ in oib? esse tactũ, quæ mouẽt, determinat in quib? est, & (vt Philoponus inquit) Ari. innuit tria significata ipsi? tãgere. primũ q̃dẽ cõsisimũ. s. eorũ, quæ positionẽ habẽt, quo & mathematica, & cælestia tãgere sese dicũtur, & etiã ea quæ hic sunt In hoc significato Philoponus vult etiã lineas dici posse se tãgere, qm̃ positionẽ habẽt. Alexãder hoc negat, qa voluit positionẽ & locũ idẽ esse. nã Ari. inquit in mathematicis locũ & positionẽ idẽ esse, & de hoc significato locutus est quarto physicorũ cũ dixit ea se tãgere, quorũ vltima sunt simul secũdo mõ dr̃ tactus eorũ quorũ alterũ mouet alterũ, & sic cælũ tãgit subalternatia, quia mouet illa. Mathematica vero hac tact? specie nõ se tãgũt. tertio dr̃ tactus eorũ quæ adinuicẽ agũt & patiuntur, & sic nec cælestia tãgũt hæc, nec mathematica (inqt.) Sed determinatio ipsius tãgere vniuersaliter q̃dẽ est positionẽ habẽtiũ, & hoc est primũ significatũ, & huius quidẽ motiui, huius aũt mobilis, & hoc est sẽm, adinuicẽ aũt ẽ motiui & mobilis, in quibus est facere, & pati, & hoc est tertiũ. Patet ergo (vt Philoponus inquit) ꝙ ab initio de actu indeterminate Aristo. loquitur. hic aũt determinate. Sed quæres verũ quodlibet horum significatorum dicatur tactus proprie, dicendum quod sic, verum tactus est proprie: magis, & proprissime, Ant. c. 132

vt patet ex verbis Aristotelis, & postea dicetur.

Est igitur vt plurimum, tactũ id quod tãgit tangẽs, Etenim mouent, mota omnia fere quæ in conspectu nostro sunt. quibus necesse etiam videtur tactum tangere quod tangit. Est autem, vt in quibus aliquando, mouens tangere solum id quod mouetur. quod autem tãgitur. non tangere quod tangit. sed quia mouent mota homogenea, necesse videtur esse quod tangitur tangere. Dilucidate. c. eiusdẽ

Est quidẽ igitur vt frequenter tactam rem, ipsã tangentẽ tangere. Nã & mouet mota fere cũcta, que impedimento sunt, quibus & necessario videtur rẽ tactã tãgẽtẽ tãgere. Est vero vt dicimus raro motiuum tãgere. motum solum. rem tactam vero non tangere tangẽtem, verum quæ mota mouent cum eiusdem sint generis, de necessitate videtur esse, vt res tacta tangat. Cõmẽ. 132

Concludit nunc ꝙ vt in pluribus res tacta tãgit rẽ tangentem, vtens syllo. hoc. Omnia mota mouẽt fere, tactæ res sunt motæ. igitur oẽs tactæ res fere tãgũt (inquit) Est quidem igitur vt frequenter tactã rem ipsam tangẽtẽ tãgere. Hæc est sylli. cõclusio. Adducit maiorẽ. d. nã & mouent mota fere cuncta, quæ impedimento sunt, græce est empodõ, apud aliquos latine est, quæ in nostro conspectu sunt. nã & hæc sunt elemẽta, quæ sunt in nr̃o cõspectu. quia infra sphærã cælestẽ. & quæ sunt nobis impedimẽto, quia per illa corrũpimur ac impedimur. Quib? & necessario videẽ rẽ tactã tangẽtẽ rem tangere. Sic igitur vt in pluribus quidẽ res tacta tangit. Deinde accipit ad idẽ secundã partẽ cõclusionis. d. est vero vt dicimus raro, siue magis iuxta græcũ aliqñ, motiuũ tãgere motũ solum. Rẽ tactam vero nõ tãgere tãgẽtem. quia solũ hoc in cælestibus videẽ: quasi tãgẽs tertiã partem cõclusionis. d. verũ quæ mota cũ eiusdẽ sint generis, de necessitate videtur esse, vt res tacta tãgat. Est igitur tota cõclusio, vt in pluribus. oẽ tactum tãgit. vt in paucioribus ta-

ctũ non tãgit, vt in oĩbus tactũ tãgit, in quibus genus mãæ est cõe. Primũ patet, quia plura sunt elemẽta. Secũdũ patet, quia cœlestia pauciora sunt. Tertium patet, quia oĩa gñe & materia conuenientia tanguntur & tangunt, agũt & patiũtur, mouent & mouentur. Et hoc erat secundũ principale.

RECO. Cum dixit de his, quæ proprie tangunt, nunc (vt Philoponus inquit) vult loqui de rebus ipsis tactis (& inquit). Est igitur, vt plurimum, tactum id quod tangit tangens, hoc est pro maiori parte res tacta est, quæ tangit rem tangentem. Affert causam (& inquit) etenim mouent mota omnia feræ quæ in conspectu nostro sunt. scilicet elementa, quibus necesse etiam videtur, vt omne elementum tactum tangere rem, quæ ipsum tangit. Dixit autem fere, quoniam nec imago, nec conuitium quæ animam nostram tangunt saltem improprie, tanguntur vel dixit fere propter elementa & cælum, nam elementa sunt res tactæ a cœlo, & in nostro conspectu existentia, & tamen non tangunt cœlum. Secundo modo res tacta est, quæ tangitur ab illa, & illam non tangit, & hoc est pro minori parte, quoniam totum, quæ in nostro conspectu sunt, pauca sunt quæ tanguntur, & non tangant, quoniã solum elementa respectu cœli (inquit) Est autem, vt inquimus, aliquando siue de raro mouens tangere solum id, quod mouetur, quod autẽ tangitur non tangere quod tangit. Deinde tertio in omnibus agit rem tactã rãgere rẽ tãgentẽ, quæ sunt homogenea, & per homogenea (vt Philoponus inquit) vno modo intelligere potest, eiusdem materiæ, alio modo vel eiusdem generis corporis. Hæc satis in commentariis exposita sunt.

Ant.c.133 *Quapropter si quid mouet immobile existens, illud quidẽ tãget quod mouetur, illud autẽ non. Inquimus.n. aliquando tristantem tangere nos, sed nos non eum.*

Dilucida. et.c.eiusdẽ *Quare si quid mouet immotum existens, fiet vt aliquid quidem solum rem tangat motam. Aliud vero minime. nam interdum dicimus tristantem nosipsos tãgere. Contra vero minime.*

Ex omnibus his concludit tandem rem tangentem esse Comẽ.133 aliquam, quæ tangat tantum aliquam quæ & tangit & tãgitur. Motor quidem existens immotus tangit intactus. Motor vero motus tãgit tactus: quod exẽplo testatur: nã contristãs interdũ nos mærore tãgit. At cõtra nos ipsum minime. Aĩaduerte quod verbũ illud solũ, nõ est in codicibus græcis, sed ad sẽsus expressionem adieci. Itemque, contra vero minime, nõ sic græce est, sed sic sonat, ideo sic trãstuli.

RECO. Dubitat Philoponus, quia tactum dicitur ad cõuertẽtiam, ergo nihil potest tangere, quin tangatur nec aliquid tangi quin tangat. Respondet tactum & tangens dici ad cõuertentiam quando proprie accipiuntur, & sic superius locutus est. At fusius potest aliquid esse tangens, quod non tangitur: verba textus ex commentariis patent.

De tactu igitũ qui ĩ naturalibus, determinatũ sit hoc mõ.

Anti.c.134 *De tactu quidem igitur eo videlicet qui in naturalibus, hoc sit determinatum modo.*

Dilucida. te.sc. eiusdem. Com.134 Quæ de tactu in rebus naturalibus dixit, nunc epilogat, quæ patent. Sed circa hæc quærunt recentiores vtrum Questio si oẽ agẽs agat per cõtactum. omne agens agat per contactum, Et quod non arguunt. Primo, quia magnes ferrum trahit, nec tamen ipsum tangit. Secũdo, cælum agit in centro terræ vbi nullus adest tactus. Tertio, stellæ in genituris imprimunt affectiones, tãm videlicet ad actiones quã ad externa quã ad valores. Et tñ nõ tãgunt nos Alexander aphrodiseus tenet aliquod esse agens Positio Alex. physicum corporeum, atque quantum agere posse in aliquod nec ipsum tangendo, nec medium intercepium. Quod probat primo quia solis stella calefacit ignẽ pprĩa sua in sphæra, & tamen orbes medios minime. Secũdo, quia piscis qui latine dicitur torpedo, a barbaris mortificator, manus stupent piscatoris, quas non tangit, & tamen nec rhete stupet. Quod si contra ipsum Aristote. adducatur, qui agit omne agens corporeum agere per contactum. Respondet ipse, verbum Arist esse in elligendum vt iacet. nam ipse verificat illud solũ in elementis, vel ipsis quæ p qualitates agunt elemẽtarias quis videlicet mõ nec solis stella, calefacit, nec stupore quid stupet. Ad cuius etiam positionem sequitur

Corollaria primo aliquod agens posse indistans agere, non agendo in propinquũ. Itemque aliquod esse agens quod non fortius agit in partem propinquam, quam remotam, vt intelligenti patet. Sed contra hanc positionem arguit Themistius, & Auer. secũdo cæli cõ. 42 & põt argumẽtũ sic formari Oẽ mouens oportet esse simul cũ moto, vt septimo physicorũ demõstratũ est Sed omne agens est mouens, vt in litera diximus. Igit omne agens oportet esse simul cũ eo in quo agit. Tũc rñdet ad argumenta Alexãdri. Ad primũ respõdet Auer. nõ solẽ ipsũ calefacere, sicut nec ocul9 videt, sed homo oculo videt. & cælũ totum sole calefacit, Modo cælũ tãgit ignem, licet pars quã agit, eum nõ tangat. Similiter nõ oportet agens quod agit per partem, vt illa pars agat in partes totius priore passo. cũ illa pars nõ sit quod agit. sed quo totũ agit in passum. Ad 2m respondet Themistius quod mortificatore stupet manus mediante, rhete quod non stupet. sed bene aliqua qualitate afficitur, quæ in rhete non est stupor in manu vero stupor est Ad quã positionem sequitur nullum agens physicum agere posse in remotum, quin in propinqua agerit. vnde & Auerroes secundo de anima cõme. 34 probat si vacuũ esset inter oculos & visibile nõ posse fieri visionem. nam visibile agit in diaphanũ lucidũ intentionẽ coloris, quod diaphanũ a tali intentione actuatum agit in partẽ proximã. & illa sic actuata agit simili in sibi proximã ita, vt tandem ad oculos veniat. Non tamen oportet vt agens naturale agat fortius in partem ppiquã quã in remotam. nã ignis ferrum distans calefacit magis quã aerem medium. Sed dices, pono quod sit passum vniforme, & cætera sint paria, vtrum agens naturale fortius, & citius agat in partem propinquã quã in remotã. Sorticolæ ac sophistæ quod sic probãt. Primo, quia agens melius applicatur parti proximæ, quã remotæ. Secũdo, quia actio in remotum procedit debilitãdo. vt patet p experientiã, & rõ est tacta in eo quod modo dixi de visione. Igitur in proximum, cũ nulla sit debilitatio fortius agit. Tertio, agẽs naturale agit per contactum. sed fortius tangit partem propiorem, quã remotiorem. Igitur fortius agit & citius in partem ppinquã quã remotã. Sed hæc positio cõtradicit Peripateticis, & maxime Auer. qui de quolibet gñato ponit minimum & maximũ. quod esse nõ posset, nisi agẽs æque cito, æqueque fortiter ageret in propinquam, sicut in remotam partem.

cotallaria

An agens naturale citius agat in partem propinquam quam in remotam.

Propterea ad argumenta. Ad primũ diceret Auerroes quod intra sphærã minimi æque bene applicatur toti, & cuilibet parti, licet extra sphæram illius, non æque. Ad secundum concedo actionem in remotũ, vltra videlicet sphærã passionis minimi procedere debilitãdo At intra sphærã eius æqualis est processus. si processus dici potest, quãdoquidem sit actio subita. Ad tertiũ per idẽ diceret quod intra sphæram minimi licet non tangere partem remotam, tamen quia intra sphæram est minimi, æque fortiter agit in propinquam sicut in remotam.

Tunc ad rões. Ad primã respõdet Auer. septimo phy. com. 10 quod magnes immediate alterat medium, quod affectũ alteratione magnetis alterat ferrum, quod affectũ ab illa mouet se ad illũ Ad secundum responsio est eadem. Ad tertium solutio patet. stellæ enim agunt in genituram, qualitates quæ sunt impetus siue propositiones. Et his agit in medio, verum in medio non sunt impetus. in genitura vero sic, vt patuit de stupore. Hæc de tactu.

Dixit enim ipse quod tactus est de his, quæ multifariã dicũtur. tactus, qui proprissime dicit, in naturalib9 est Meminit etiam de tactu nõ naturali, Tũ de eo, qui in mathematicis. Tum etiam de eo, qui est in his, quæ tãgunt, & non tanguntur, quæ non naturaliter tangunt, immo potius (vt inquit Philoponus) nõ proprie tangunt hoc est, nõ proprissime. Animaduerte quod omnes tactus significationes Aristo. appellauit principales siue proprias, accipiẽdo pprie & principaliter pro eo quod non est sm accidens, tñ prima significatio licet nõ sit p accidẽs, est fuse dicta, secũda vero proprior; tertia pprissima, & hoc pacto potes inter dicta Aristol. & Philoponi ponere cõcordiã. Quærit in cõmentariis, vtrũ oẽ agens agat per cõtactum. vbi inducũtur opiniones, & rationes hinc inde. Verũtamen breuibus quæstio hoc pacto potest dilucidari, quod vel quæritur de faciẽte, vel de agẽte, de faciẽte dicendum est, omne faciens facere per contactum

Quæstio vnica in commentariis.

tactum eius, in quod facit, vel medij per quod facit, & hoc proprie loquendo de tactu si de agente, vel loquimur de contactu physico, vel quouis modo si de tactu physico non oportet, vt omne agens agat per physicum tactum. si quouis modo, dicendum quod omne agens agit per contactum eius in quod agat, aut eius per quod agit, & hoc satis est. Quod si dicas solē calefacere, & nō medias sphæras, iā patet solis, quod cœlum calefacit, non sol vt diximus in cōmentarijs. Quæres circa verba Aristot. vtrum quælibet significatio tactus dicatur tactus principaliter dictus. Dicendum quod tactus trifariam dicitur, pure mathematice, & hic est corporum distinctorum, quorū vltima sunt simul, pure physice, & hic est corporum distinctorum, motiuorum & motorum, actiuorum & passiuorum, quorum vltima sunt simul. Est & tactus quasi medius horum, & hic est corporū distinctorū motiuorū & mobiliū, nō actiuorū & passiuorū inuicem, sed quorū vltima sunt simul. & tactus quouis modo horum dictus dicitur principaliter, hoc est per se, & non per accidens, qualis esset tactus per accidens punctorum, vel linearum. Verum tactus pure mathematicus dicitur principaliter, siue proprie, tactus medius dicitˀ magis proprie, siue magis principaliter, tactus vero physicus dicitur proprissime atque principalissime. Secūdo quæritur aliquod corpus possit tangere aliud corpus, & non tangi ab illo, videtur quod non, quia tactus est relatio. ergo non potest corpus tangere corpus, quin ab eo tangatur. Dicendum quod non potest corpus tangere corpus quin ab illo tangatur, sed non eadem specie tactus. Cœlum enim tāgit ignem duplici tactu, scilicet mathematico, & medio. At ignis tangit cælum solum tactu mathematico. Tertio quæritur, vtrum incorporeum possit tangere corporeum & non tangi, videtur quod sit, quia deus tangit orbem, & non tangitur ab orbe. Amplius contristū tangit nos & ipsum non tangimus: vno modo dici potest incorporeum non posse tangere corpus, quoniam nec tactu physico nec mathematico, nec medio, omnis n. tactus est, corporū quorū vltima sunt simul. Ad argumenta dicēdum, quod nec deus tangit, cœlum, nec contristium tangit animam tactu hic discripto, quod si Aristot. dicat oppositum, illud est dictum gratia exempli. Vel posset dici quod incorporeum potest tangere corpus tactu medio, quoniā potest illud mouere, & tamen nec tactu physico, nec mathematico, sed medio. Contra autem nulla tactus ratione, quoniam mouetur tantum, & non mouet, & cum dicitur omnis tactus est corporum, secundum hanc responsionē, oportet dicere solum extremos tactus scilicet mathematicum & physicum esse corporum, medium vero, non oportet, sed satis est, vt sit motiuorum & motorū. Melior tamen est prima responsio.

De ipso autem facere & pati, dicendum deinceps. Suscepimus enim a prioribus, subcontrarios adinuicem sermones. Multi enim concorditer hoc dicunt, quod simile quidem a simili omne impaßibile est propterea quod non magis actiuū quā passiuū sit alterū altero. omnia enim, similiter existūt hæc similibus. Dissimilia aūt & differentia, facere & pati adinuicem nata sunt.

De actione vero & paßione dicendum deinceps. Accepimus autem a prioribus subcontrarios inter se sermones. Plurimi quidem enim dicunt hoc concorditer quod videlicet nullum simile quidem patitur a simili. Cum non alterum altero actiuum magis sit quam paßiuum. Existunt. n. hæc omnia similiter similibus. dissimilia vero & differētia apta sunt inuicē agere & pati.

Agere græce piein dicitur, pati vero paschein hacten* de tactu, nunc de agere patique proponit. Est enim omnis mistio actio & passio, non autem omnis actio & passio est mistio. quare de actione & passione prius quam de mistura. de actione & passione apud veteres sunt duæ positiones contrariæ. prima. nullū simile patitur a simili. Probāt. Primo, quia cū sint similia, nō vˀ quare magis alterū agat & alterū patiatˀ. Secundo, quia simile omnem generatur, & existit a suo simili. igitur nullum simile patitur a simili. Hæc est vnaˀ positio contraria (inquit) De actione vero & passione dicendum deinceps, accepimus a prioribus qui contrarios dixerunt sermones, subcontrarios sermones vt videbitur. Plurimi quidem enim dicunt hoc cōcorditer, quod. v. g. nullum simile quidem patitur a simili sic sonat tex. græcus, licet non sic stet. Deinde tangit primā rationem. d. cum non alterum altero actiuum magis sit, quam passiuum. Secundo idem probat. existunt enim hæc & subaudi fiunt similiter similibus. dissimilia vero & differentia, apta sunt inuicem agere & pati. non autem seipsis esse, & fieri. Hæc de prima positione.

Cum dixisset de tactu, nunc, disputat de facere & pati, & vt est eius moris, pri* veterū opiniones de facere & pati exponit quas (cū redarguerit) ppriā ac peculiare adducet. Qd vero ad verba attinet, debes scire, q græci de facere & pati capitulum scribendum esse censent, non autē de agere, & pati, nam faciens ad patiens refertur, agens vero ad actum. Ideo voluit agere esse in plus ipso facere. multa enim agunt, quæ non faciunt vt color agit speciem in medio, qui speciem non facit. Lux agit lumen in diaphano quæ colorem aut lumen non facit. verum de nominibus non multum est curandū. Sunt ergo de facere & pati duæ opiniones. Prima quidem q faciens & patiēs sint contraria. Secunda vero, quod sint similia. Tertia est positio Ari. quæ accipit ab vtraque scilicet quod pro parte sint contraria, & pro parte similia, contraria quidem secundum speciem, ac formam. Similia vero secundum genus, & materiam, nam faciens & patiens specie differunt, & forma, genere vero & materia conueniunt. Qui ergo dixerunt faciens & patiens esse contraria, respexerunt ad partem scilicet ad speciem, in qua differunt. Qui vero dixerunt esse similia, respexerunt ad genus, in quo conueniūt, Aristotel. autem respiciens ad totum scilicet iam ad genus, quam ad speciem, dixit faciens & patiens esse pro parte contraria, & pro parte similia (inquit) De ipso autem facere & pati dicendum deinceps hoc est, post sermonem de tactu. Posita ac insinuata intentione, primo quod ab antiquis acceperit, iterum insinuat (& inquit) Suscepimus. n. a prioribus subcontrarios adinuicem sermones, quatenus ex vna positione eorum accepimus quod sint contraria secundum speciem, ex altera vero, q sint similia genere & subiecto, hos enim appellat sermones subcōtrarios, quatenus pro parte veri ambo sunt, veluti propositiones subcontrariæ, deinde insinuans intentione, & eius opinione accedit ad veterum opiniones, vt compleat exordiū. Est ergo prima positio, quod faciens & patiens sint contraria (vnde inquit) Multi enim concorditer hoc dicūt, quod simile quidem a simili omne impassibile est, & sic volunt faciens & patiens esse contraria. Quod autem simile non patiatur a simili. probat, propterea quod nō magis actiuū quam passiuum sit alterum ab altero, omnia enim similiter existunt, hæc similibus. quæ in commentariis patent.

Etenim quando minor ignis a maiori corrumpitur, proptar contrarietatem hoc inquiunt pati. Contrarium enim esse multum pauco.

Nā & qn̄o minor ignis a plurimo corrūpitˀ, propter cōtrarietatē fieri illud aiūt. Est. n, plurimū cōtrarium.

Sed contra illā positionem alij instabant. nam ignis paruus a plurimo igne corrumpitur, vt experientia docet & iā ignis paruus, & ignis magnus eiusdem sunt speciei, & similes. Igitur potest pati simile a simili. Respondet, paruū pati a plurimo ea ex parte qua cōtraria sunt, nō ea qua similia. nam plurimum & paucum contraria esse fatentur.

Textus vero iste debet sic cōtinuari cū præcedēti. dissimilia aūt, & differentia, facere & pati adinuicem nata sūt, ergo supple non similia: antecedens probat (& inquit) Et enim qn̄ minor ignis a maiori corrūpitur, propter contrarietatem hoc inquiunt pati, quoniam multū pauco est cōtrarium. Est ergo secūda rō, patiēs patitur ab aliquo, quatenus est illi dissimile, & contrarium. ergo non quatenus est illi simile. Antecedens probatum est exemplo ignis parui. RECO.

Democritus aūt, vltra alios singulariter dixit, solus: inquit

Dis. d. quæstionis

Ant. c. 35

Dilucidate c. eiusdem.

Cōm. 35

RECO.

Ant. c. 36

Dilucidate. c. eiusdem.

Comē. 36

Ant. c. 37

inquit enim idem & simile esse faciens & patiens: non enim contingere; altera & differentia pati abinuicem. Sed si altera existentia faciunt aliquid adinuicem, non secundum quod altera, sed secundum quod idem aliquid inexistit, sic accidere hoc eis. Quæ igitur dicuntur, hæc sunt.

Dilucidate c. eiusdem. *Democritus autem extra alios singulariter dixit. Ait enim idem atque simile esse, & agens & patiens. Non enim contingit altera, & differentia abinuicem pati. Immo si dissimilia entia agūt inuicem quicquam, Illud non quatenus altera, sed quatenus eis commune aliquid inest, accidere ipsis dicimus. Quæ quidem igitur enarrantur, tot sunt.*

Comē. 137 Alius sermo illi contrarius est, omne simile pati a simili. Probabat autē Democritus istud per illud diuulgatum, quod omnis actio fit a simili, ob quod Plato ideas cogitur ponere, vt videlicet simile a simili prodeat. Et cū apponebatur Democrito nonnulla dissimilia agere & pati inuicem. vt calidum a frigido Respondebat, illud esse, nō qua entis contraria, sed quatenus similia ac in quoddam commune conueniental, vt dicemus. Sunt igitur duo sermones inuicem contrarii. Primus, nullum simile patitur a simili. Secundus, omne simile patitur a simili, & de agere etiam fiunt sermones tales, Primus, omne agens agit in simile. Secundus, nullum agens agit in simile. Quæ dicit patent.

RECO. Secunda vero positio est Democriti, qui dixit, quod faciens & patiens sint similia Mouetur autem, quoniam si cōtraria faciant & patiantur, non quo contraria, sed quo similia sunt, faciunt & patiuntur.

Ant. c. 136 *Videntur autem hoc modo dicentes, sub contrarios sermones dicere. Causa autem contradictionis est: quoniam cum oporteat aliquod totum inspicere, partem aliquam dicunt ambo.*

Dilucidate c. eiusdē *Videntur vero hoc modo dicentes sub contrario sensu dicere. Causa autem contradictionis est, quod cum decebat aliquod totum speculari, partem aliquam dicunt ambo.*

Comē. 136 Proposuit] Aristoteles opiniones antiquorum. Et dixit illas sub forma contrarietatis, nunc eas habere sensum subcontrariarum declarat. Vbi animaduerte quod duæ propositiones possunt dici secundum materiā contrariæ, quæ sm formam sunt subcontrariæ Vt hæ, omnis homo est albus, nullus homo est albus. Ambæ enim hæ materia & terminorum posituta vniuersales e contrario sunt, & sic contrariæ. At sensu & significatione siue forma sunt subcōtrariæ: quia omnis hō est albus, pro quanto omnis scytha est albus, nullus homo est albus, pro quāto, nullus æthiops est albus, mō hæ sub sensu sub cōtrario veræ sunt. Sic in proposito hæ. omne simile patitur a simili, & nullū simile patitur a simili, terminorum quidem positura & materia, contrariæ sunt, quo in sensu non sunt veræ. At sensu, forma, & significatione, sunt subcontrariæ, vt videbitur. Dicit. Vidētur vero hoc mō dicentes subcontraria sensu dicere. Verbum illud sensu, græce est phænesthe, latine apparere, at apparere pro sensu sæpe accipitur, vt hic. Reddit causam. d. Causa autem contradictionis est, quod. cum decebat aliqd totū & vniuersale speculari, & illi sensum ascribere, partem aliquā in sensu dicunt ambo illi sermones Igitur significatione sunt particulares. & terminorū positura vniuersales.

RECO. Nunc narrat eius opinionem, nam quæcunq; dixit, sunt de exordio præsentis sermonis. & dicit, q hoc n ō dicentes videntur sub contrarios sermones dicere, licet verbis dicant contrarios. Quia autem in re dicant subcontrarios verbis vero contrarios. pbat quia respicientes partes ptulerunt tota. Respiciens enim Democritus ad genus protulit faciēs & patiens esse simpliciter similia. Primi vero respicientes speciem, protulerunt faciens, & patiēs esse simpliciter cōtraria. ergo si debemus, proferre. vt respicimus, debemus dicere faciens & patiens genere & materia esse similia specie vero & forma esse contraria Nam sic verbis, & respectibus sermones erunt subcontrarij.

Ant. c. 132 *Simile enim omnifariam & omnino indifferens. rationabile est non pati a simili aliquid. Cur enim magis alterum erit actiuum quam alterum.*

Dilucidate c. eiusdem. *Etenim simile penitus, & omnino idem, rationabile non est pati aliquo modo a simili. Quid enim magis alterum erit actiuum quàm alterum?*

Com 138 Ad declarandum subcontrarietatem illorum sermonū, accipit primo q simile penitus & omnino idem rationabile non est pati aliquo modo a simili, & sic accipit primo q actio & passio nō fiūt rōne similitudinis Et syllogismus sic componitur. in omni actione & passione vnum est magis actiuum, alterū magis passiuum. in similibus omnino & penitus iisdem, nihil est magis actiuum, quam passiuum aliter non essent omnino similia, & eadem. igitur in similib9 & penitus iisdem non est actio & passio. De syllogismo tāgit vim minoris per admirationem, siue interrogationem d. Quid enim magis alterum erit actiuum quam alterum in similibus? quasi dicat nullum.

R ECO Quia aūt faciens, & patiens nō sint simpliciter similia, pbat, & quærit. Cur enim magis alterum erit actiuum quā alterum? nam (vt Philoponus inquit) opus est, vt id, quod facit factiuam habeat potentiam, quod vero patitur, passiuam Entia vero quæ æqualem similem ac eandem habent potentiam non videntur, vt alterum factiuam magis quā alterum potentiam habeat, nec vt passiuam magis quam actiuam alterum.

Ant. c. 139 *Atque si a simili pati aliquid possibile est, & ipsum a seipso quamuis his ita existentibus nihil vtique erit, aut incorruptibile, aut immobile, si simile secundum quod simile actiuū: ipsum enim seipsum, mouebit omne.*

Dilucidate c eiusdem. *Et si a simili pati aliquid est possibile, & idem a seipso. Et sic his se habētibus ita, nequaquā aliquid erit incorruptibile; aut immobile. Siquidem simile quatenus simile actiuum est Nam seipsum idem moueat omne.*

Comē 139 Secundo arguit ad idem si actio & passio est inter aliqua ea parte. qua similia, tunc vbi maxima erit similitudo, maxima erit actio & passio Sed summa similitudo est eiusdē ad se. Igitur maxime idem aget in seipsum sed deus, & cæteræ substantiæ sunt maxime sib ipsis eædem. Igitur maxime agentes in se. Et sic nihil prorsus erit in corruptibile, nihilque immobile. quando quidem deus & cæteræ substantiæ abstractæ agunt in se Sunt qui dicunt rationem hāc friuolam esse, argumento quod eiusdem ad se non est summa & maxima similitudo. Quādoquidem similitudo sit relatiō, quæ requirit differentiam relatiuorum. Sed mihi non placet. Nam si idem in se non ageret hoc est, quia ad actionem & passionem aliqua requireretur diuersitas, sed diuersitas est dissimilitudo apud omnes. Igitur agens ageret ratione dissimilitudinis. & sic habetur, quod petebamus. Quæ dicit, patent.

R ECO Secundo argumentatur ad idem quasi a primo ad vltimum, hoc pacto, si aliquid potest pati a simili scilicet quo est ipsi simile, idem a seipso pati poterit, quoniam idē sibiipsi est maxime simile. Si idem a seipso pati potest, ergo omne ens mundi a seipso pati potest, nō enim maior ratio est de vno, quam de altero, cum non magis vnū sit sibi ipsi simile quā quodcunque sibi ipsi. Vltra Si vnūquodq; à seipso pati potest, omne ens mundi erit corruptibile nam seipsū idem mouebit factiue atq; corruptiue omne, facere enim est mutare alteratiue, & sic in mundo nihil erit simpliciter immobile, nihilque simpliciter incorruptibile. Dubitat Philoponus quia non videtur sequi, si simile patitur a simili idem pateretur a seipso, quoniam idem non est simile, vt in commentarijs est dictum Respondet q consequentia tenet, vt eam Aristo. intelligit. v g. q si simile pateretur a simili, quatenus simile, tunc idē pateretur a seipso, quoniam omne diuersum est aliquo mō dissimile. Verum in commentarijs diximus abunde. Animaduerte (vt Philoponus innuit) Dubitatio Solutio

inquit) quod ad dicentes simile pati, a simili quatenus est simile. sequitur nihil in natura esse penitus immobile hoc pacto, si simile patitur a simili, quatenus simile, idem pateretur a seipso, vt deductũ est. idẽ pati à seipso, ergo oẽ ens mũdi patitur a seipso, tenet argumentũ, quia non magis vi ratio in vno quam in alio, cum in quocunque ente mundi sit idẽtitas & similitudo ad seipsum, quæ est passionis ratio. Omne ens mundi patitur a seipso. ergo omne ens mundi est mobile, quare nihil erit immobile, & tunc iuxta hanc expositionem, Aristoteles probauit nihil in mundo esse penitus immobile, & non nihil esse corruptibile. Quæ expositio pulchra est, potissimum cum Aristoteles loquatur disiunctiue, innuens data hac positione alteram partem scilicet sequi nihil esse penitus immobile, quod est contra ea, quæ in physicis dicta sunt. Si quis tamen vult, potest consequentiam deducere pro vtraque parte, vt visum est.

Ant. c. 140 *Et omnifariam alterum, & nullatenus idem, similiter, neque .n. patietur albedo a linea, aut linea ab albedine, præterquam secundum accidens. puta si accidat albam vel nigram esse lineam. Non enim extrudunt seipsa a natura, quacunque neque contraria, neque ex contrariis sunt.*

Dilucidatio c. eiusdem. *Et omnino alterum, & nullatenus idem, similiter Non enim patitur albedo a linea, aut linea ab albedine, nisi secundum accidens. vtpote si accideret albã vel nigram esse lineam. Non enim extrahuntur inuicẽ natura, quæcunq; neq; cõtraria, neque ex contrariis sunt.*

Comẽ. 140 Secundo ostendit quod dissimilitudo non sit causa actionis & passionis, hoc est quod dissimilia ea parte qua dissimilia non agũt, nec patiũtur. Et ratio sic cõponitur, si dissimile quatenus dissimile agit aut patitur a dissimili, tũc quodlibet dissimile pateretur a quolibet dissimili. Cõsequens destruit per exẽplũ & per rationem. per exemplũ quidem .d. Non enim patitur albedo a linea, aut linea ab albedine, nisi secundum accidẽs. vtpote si accideret albam vel nigram esse lineam. Per rõnẽ vero. d. Non enim extrahuntur inuicem natura, quæcũque neq; cõtraria, neq; ex cõtrariis sũt. Et sic oportet esse contraria quæ se extrahũt & agũt, aut ex contrariis. Non igitur quodlibet ex quolibet fit. Et sic patet consequentis impossibilitas. At consequentia sic potest deduci. si causa actionis & passionis est dissimilitudo, vbi reseruatur dissimilitudo, in illis omnibus seruatur actio & passio, & sic quodlibet

RECO. dissimile fit a quolibet dissimili.

Cum probauit simile non pati a simili, quatenus simile, nunc probat quod diuersum non patitur a diuerso, quatenus diuersum & dicit. Et omnifariam alterum, & nullatenus idem similiter, subaudi non patitur a diuerso, quatenus diuersum est. & dixit omnifariam alterum, & nullatenus idẽ s. genere, & specie. Quod probat, quoniam neque patietur albedo à linea, aut cõtra linea ab albedine, nisi secundum accidens, dato s. quod linea sit nigra, nam tunc album patetetur a linea nõ quo est linea, sed quo est nigra, quod aũt albedo nõ patiatur a linea per se, probat quoniam linea & albedo nõ sese mutuo extrudunt ab eodem subiecto natura, cũ neque sint cõtraria, neque media, quæ sunt ex contrariis, nam (vt Philoponus inquit) albedo extrudit nigredinem à linea, & nõ lineã, immo in eadẽ natura, in qua erat nigredo, ipsa te-

Ant. c. 141 cipitur. Sumpsit autem (vt Philoponus inquit) lineam pro superficie, nã subiectũ albedinis, & nigredinis superficies est.

Sed *quoniam non quodcunque natum est pati & facere, sed quæcunque aut contraria sunt, aut contrarietatem habent, necesse est & patiens & faciens genere quidem simile esse & idem, specie autem dissimile & contrarium. natum enim est corpus quidem a corpore, sapor autem a sapore, color vero a colore pati, vniuersaliter autem, homogeneum ab homogeneo. Huius autem*

Dilucidatio c. eiusdem. *causa est, quod contraria in eodem genere sunt omnia. Faciunt autem & patiuntur contraria abinuicem.*

Sed quoniam non quodlibet natũ est pati & agere. sed quæcunque aut contraria sunt, aut contrarietatem habent, necesse est agens & patiens genere quidem similia esse atq; eadem specie vero dissimilia & contraria. Natum est enim corpus a corpore, humor ab humore color a colore pati. & omnino vnigenium ab vnigenio. Huius autem causa est, quod contraria in eodem genere cuncta sunt. Agũt vero & patiuntur cõtraria.

Comẽ. 141 Tertio ostendit actionem & passionem fieri ratione similitudinis dissimilis, aut dissimitudinis similis, hoc est quod agens & patiens debent esse similia dissimilia, aut dissimilia similia. Ad cuius deductionem petit vnum videlicet, quod agens & patiens sunt genere conuenientia, specie discrepantia. Syllogizat sic contraria sunt genere conuenientia specie differentia. agens & patiens sunt contraria, igitur genere conuenientia, & specie differentia. Primo accepit minoris vim .d. Quoniam non quodlibet, natũ est pati, subaudi a quolibet, & agere in quodlibet, sed quæcũque aut contraria sunt, aut contrarietatem habent hæc est minor. Infert conclusionem quæ erat petitio. d. Necesse est agens, & patiens genere quidem similia esse atque eadem. specie vero dissimilia & contraria. Probat minorem per inductionẽ. d. Natum est enim corpus a corpore. vt ignis ab aqua humor ab humore, vt cholera a flegmante, color a colore, vt albũ a nigro. pati. Et vniuersaliter ac omnino vnigenium ab vnigenio, Tunc repetit totum syllogismum. d. Causa autẽ est quod contraria in eodem genere cuncta sunt. Hæc est maior. Agunt vero & patiuntur contraria. Hæc est minor Igitur. subaudi agens & patiens eiusdem generis sunt. Hæc est petitio, quæ dixit corpus a corpore pati, & colorem a colore, & humorem ab humore, exempla sunt, nõ autem vera nisi pro quanto in eis sunt virtutes primarum qualitatum, vt expositor nouus ait.

Huc vsque secundum Philoponum proœmialiter locutus est, quoniam veterum rationes exposuit, nunc vero (vt inquit) accedit ad narrationẽ propriæ opinionis. Nos vero credimus, quod narratio ponitur ibi {Videntur autẽ hoc modo dicentes} vt superius notauimus, hic autem replicationem facit, nam cum posuisset narrationem breuibus, hic ampliat replicãdo ambas cõclusiones simul. est autem conclusio quam replicat hæc, faciens & patiens quodam modo quidẽ similia sunt, quodã mõ vero dissimilia. syllogismus vero est Contraria quodam modo quidem sunt eadem, quodam modo vero diuersa, nam genere eadem specie diuersa sunt, quæ faciunt & patiuntur, sunt contraria. ergo quæ faciunt & patiuntur, sunt quodam modo eadem, quodam modo diuersa. Quod faciens & patiens sint similia, exemplis probat dicens, natum enim est corpus quidem a corpore non simpliciter sed qualificatum, sapor autem a sapore, color vero a colore pati, quoniam conueniunt in subiecto. Tunc assignat causam, & resumit syllogismum, quæ patent. Est enim forma textus, quod primo enthymematice conclusionem infert. secunda ibi {Huius autem causa} reducit enthymema ad syllogismum. RECO.

Quapropter necesse est, aliquo quidem modo eadem esse & faciens & patiens, aliquo autem modo altera, & dissimilia abinuicem. Ant. c. 142

Quare aliquo quidẽ modo esse eadẽ agẽs & patiens necesse est. Mõ vero alio altera atq; inuicẽ dissimilia. Dilucidatio c. eiusdem.

Ex hac petitione infert propositum. d. Quare aliquo quidẽ mõ esse eadẽ agẽs & patiens necesse est. mõ vero alio altera atque inuicẽ dissimilia. Et sic actio, & passio fiũt rõne similitudinis dissimilis, vel dissitudinis similis vt accepit. Cõm. 142

Hic secundum Philloponum syllogismi conclusio concluditur, secundum me vero replicantur ambæ conclusiones sub forma vnius, & ab vno syllogismo. Ad rem tamen non refert, quoniam quod hic infert proximi syllogismi conclusio est tota. RECO.

Quoniam autem faciens & patiens genere quidem eadem sunt & similia, specie vero dissimilia, talia autẽ contraria sunt, manifestum est quod factiua & passiua sibinuicem sunt contraria & media. Ant. c. 143

Quia vero & patiens & agens genere eadem sunt & similia. Specie vero dissimilia, talia autem sunt contraria, manifestum quod actiua & passiua inuicem sunt contraria & media.

Dilucidatio c. eiusdē

Comē.143 Ex data conclusione dat aliam, quæ ex dictis sic deducit. dissimilia specie. & genere similia sunt contraria aut media agens & patiens sunt genere similia, specie differentia. igit agēs & patiēs sūt cōtraria aut & media. Quæ dicit, patet.

Dubitatio pulchra Sed ambiges, quia videtur Aristotelē vsum esse in hoc circulo. Nam probauit primo agens & patiens esse genere similia & specie dissimilia propter esse contraria, & media. At nunc contra propter esse genere similia specie dissimilia, probat ea esse contraria & media Et sic est vsus syllogisticæ conuersionis vt dixit primo posteriorū. & secundo priorum.

Solatio Dici potest circulum non esse, nisi in eadem specie syllogismi, vt quando ambo sunt demonstratiui, vt dicit, Themistius Modo dum probauit agens & patiens esse gñe similia specie dis milia, demonstratione vsus fuit. At contra dum infert propter ea esse genere similia specie dissimilia, quod sint contraria & media. syllogistice tantum processit. non autem demonstratiue. Propterea statim subiungit rationes ad hoc sufficientes. Et sic non commisit circulum, quæ dicit, patent.

RECO. Cum ostendit faciens & patiens esse genere similia, specie vero dissimilia, quia sunt contraria, nunc connectit syllogismum (vt Philoponus inquit) & nos in commentatiis hoc pacto, genere similia, & specie dissimilia sunt Faciens & patiens & sunt genere similia, specie autem dissimilia. ergo faciens & patiens sunt contraria verum primus syllogism⁹ fuit a causa ad effectum, quoniam esse contraria causa est vt aliqua sint specie dissimilia, genere similia, secundus vero est ab effectu ad causam, facit autem hanc conuersionem vt deducat ipsius facientis definitionem.

Ant.c.144 *Etenim vniuersaliter generatio & corruptio in his.*

Dilucidate c. eiusdem. *Etenim vniuersaliter corruptio & generatio in his sunt.*

Cōmē.144 Conuersionem dictam sic syllogizat generatio & corruptio sunt in contrariis & mediis. agens generat, patiens corrumpitur. igitur agens & patiens in contrariis sunt & mediis De ratione accepit maiorem tantum & sermo patet.

RECO. Dicit Philoponus quod in plus est generari & corumpi quam agere & pati, quoniam generari & corrumpi est in substantiis, & accidentibus: & facere & pati solum in alterabilibus. Iō probat faciens & patiens esse contraria, per hoc quod generari & corrūpi sunt ex e cōtrariis vel mediis, vt in commentariis patet. ergo secundum Philoponū hæc est secunda ratio quod faciens & patiens sint contraria.

Ant c.145 *Ideo & rationabile iam ignem calefacere, & frigidum infrigidare, & vniuersaliter faciens assimilare sibiipsi patiens faciens enim & patiens contraria sunt, & generatio in contrarium. Quapropter necesse est patiens in faciens transmutari. sic enim erit in contrarium generatio.*

Dilucidate c.eiusdē *Ideoque rationabile est iam ignem ipsum calefacere, atq; frigus frigefacere, & vniuersaliter actiuū sibi ipsi assimilare patiens. Nā agēs & patiēs cōtraria sunt & generatio in cōtrariū est quare necesse est patiens in agens trāsmutari. Nam sic erit in cōtrariū generatio.*

Comē.145 Hactenus quod actio & passio non ratione similitudinis sint, nūcque ratione dissimilitudinis sed ratione similitudinis dissimilis esse declarauit nunc quod actio ipsa principaliter ratione similitudinis fiat, & passio ratione dissimilitudinis. declarat ex dictis.d. Ideoque rationabile est iam ignē ipsum calefacere, atque frigus frigefacere, & vniuersaliter actiuū sibiipsi assimilare patens, & sic actio ratione sit similitudinis. Quod vero passio ratione dissimilitudinis. declarat.d Nam agens & patiens contraria sunt. Et generatio in contrarium est, veluti in id in quod conuertitur: quare necesse est patiens in agens transmutari Nam sic erit in cōtrarium generatio igitur patitur vnumquodque principa

RECO. liter propter dissimilitudinem.

Secundum Philoponum cum probauit faciens & patiēs esse contraria, nunc ex hoc tanquam ex supposito probat quod faciens est assimilans omnino sibiipsi d, quod patitur & sic. quasi hic ponitur secūda cōclusio, est aūt syllogismus sic. Quod generatur atque simpliciter transmutatur, in cōtrarium ipsius mutatur. Contrarium autem ei, quod mutatur atque generatur, est faciens. igitur quod generatur, & quod simpliciter patitur, in faciens mutatur. Faciens igitur facit id quod patitur, sibiipsi simile Primo ponit conclusionem (& inquit) Et ideo rationabile iam ignem calefacere, & frigidum infrigidare, & vniuersaliter faciens assimilare sibiipsi patiens, hæc est conclusio, in qua etiam posuit exemplum, vt intelligeretur. Tūc accipit minorem (& inquit) Faciēs.n.& patiēs cōtraria sunt, hoc est faciēs est contrariū ei quod patitur, atque generatur. Tunc dat maiorem & generatio, hoc est quod generatur, & quod patitur mutatur in contrarium. Dat conclusionem, qua propter necesse est patiens in faciens transmutari. Sic enim quod generatur, erit in contrarium. vnde vis syllogismi hæc est in contrarium mutatur quod generatur & patitur. faciens est contrarium ei, quod generatur, & patitur. ergo in faciens mutatur quod generatur & patitur, & sic faciens erit, quod assimilat sibiipsi quod patitur & generatur, quæ erat cōclusio. Ex his patet definitio facientis, est enim faciens id, quod sibi psi id quod patitur assimilat.

Et secundum rationem autem, non eadem dicentes, ambos tamen est tangere naturam. Dicimus enim pati quandoque quidem subiectum. verbi gratia, sanari hominem & calefieri & infrigidari & alia eodē modo, quandoque autem calefieri quidem frigidum, sanari autem laborans. ambo autem sunt vera. Eodem modo & de faciente. quandoque enim hominem calefacere inquimus, quandoque autem calidum. est enim vt materia patiatur, est autem vt contrarium. Ant.c.146

Itaque & secundum sermonem non eadem dicentes oportet ambos similiter eandem tangere naturam. Dicimus enim pati interdum quidem subiectum, vt sanari hominem. Et calefieri & frigefieri, & cætera eodem modo. Interdum vero calefieri quidem frigidum. frigefieri calidum quæ ambo sunt vera. Eodem autem modo & in agente. Interdum quidem enim hominem dicimus calefacere, interdum vero calidum. Nam vt materia quidem est pati. Vt vera contrarium, est agere. Dilucidate c. eiusdem.

His determinatis ad sermones antiquorum verificādos conuertitur. Et primo accipit quod antiqui sermone differunt, pro quanto aliqui dixerunt vnum contrarium alii aliud Conueniunt autem vel coguntur conuenire in re, quia ambo tangunt hoc commune naturam, licet alio modo nam alii formam, alii materiam inspexerunt (inquit) Itaque & secundum sermonem non eadem, immo diuersa dicentes, subaudi in codice græco, oportet ambos similiter tangere naturam. subaudi in græco eandem, saltem secundum genus. Ad huius conuenientiæ declarationē præmittit distinctionem & causam distinctionis.d Dicimus.n. pati interdum quidem subiectum vt sanari hominem, & calefieri & frigefieri, & cætera eodem modo. Interdum calefieri quidem frigidum, frigefieri calidum, quæ ambo sūt vera ratione diuersa, vt dicet. Eodem autem modo & in agente. Interdum quidem .n. hominē dicimus calefacere. Interdum vero calidū. Causam huius distinctionis affert. d. Nam vt materia quidem est pati, subaudi primo & per se. Vt vero contrarium, subaudi in græco cod ce est agere primo & per se. Et sic materiæ per se est pati cuiuslibet, vt materia participat. Contrarii & formæ agere, & cuiuslibet vt forma & contrarietate participat. Hæc est distinctio & causa distinctionis. Com 146

Nunc vult verificare opiniones veterum conferendo illas positiones ad eius opinionē, & sumit q̃ ea quæ faciūt & patiūtur, aliquādo quidem a subiecto. aliquando a passione denominantur, & procedit sic, quia primo ꝓponit quomodo positiones veterum differūt. secūdo accipit suppositionem RECO.

ne vtrettio infert differentiam eorum, de primo inquit, & secundum rationem autem sunt non eadem dicentes. necesse tamen est eos tangere naturam feandem ergo differunt ratione, & cõueniunt subiecto & natura positiones veterũ. Tunc accipit suppositionem, quam exemplis ostẽdit, & dicit Dicimus enim pati quandoque quidẽ subiectum. v.g. sanari hominem, & calefieri & infrigidari, & alia, vt lapidẽ & lignum eodem modo pati, quandoque autem dicimus calefieri quidem frigid ũ, sanari autem ægrotum, quæ denominationes ambæ sunt veræ. eodem modo & de faciente, quandoque enim hominem calefacere cum tangit alterum hominẽ, quandoque dicimus calefacere frigidum, quoniã autem calidum tam materia quã contrarium potest denominari pati, veluti tam materia quam contrarium potest denominari faciens. Est ergo suppositio, quæ faciunt, & patiuntur aliquando à materia vel subiecto denominantur, quandoque a passione. Hæc de suppositions.

Ant. c. 147

Ad illud igitur respicientes, idem oportere habere existimauerunt faciens & patiens. ad alterum autem contrarium.

De secũda qualiũ cõmen.

Respicientes quidem igitur in illud, oporte agẽs & patiens habere se vt idem asseuerauerunt. In altera vero, contra.

Cõmẽ. 147

Vnde dissensus inter hos emersit apponit, volens illos dixisse simile pati à simili, respicientes materiam tantum, quæ vna est & eadẽ in agente & patiente. Illos vero dissimile à dissimili respicientes contrarium siue formam, conueniunt tamen, quia primi tangentes materiam, & alij formam, ambo tangunt ratione quadam generali naturam, cum natura dicatur de materia & forma. Itemque conueniunt, quia tam subiecto siue materiæ quam formæ siue cõtratio competit agere & pati Verum ignorantes differentiam inter per se, & per accidens, in hos errores deuenere. qualis possit esse antiquorum verificatio, nunc patet.

RECO

Nũc verificat positiones cõferẽdo illas ad eius opinionẽ nã q respexerũt in subiectũ passionũ, dixerũt simile a simili pati, quoniam sunt eiusdem subiecti ac materiæ quæ faciũt, & quæ patiuntur. Qui vero respexerunt ad passiones dixerunt pati a contrario Sed quæres primo, cũ dicitur quæ faciunt & patiuntur, sunt eiusdem materiæ de qua materia intelligitur Respondet Philoponus quod non est intelligendum de materia proxima, sed de materia communi, causa est quoniam albi & nigri non est eadẽ proxima materia, quoniam corpus alia mistura est album, & alia nigrum.

Prĩa dubi. Philoponi.

Sed tunc dubitat Philoponus quoniam si intelligitur de cõmuni materia quare non omne patitur ab omni, & cur nõ omne facit in omne, quoniam vna communis omniũ materia est prima videlicet. Respondet quod non sufficit ad hoc quod aliquæ faciant & patiantur quod sit eorum vna communis materia, sed quod sint contraria. vnde ad hoc quod aliqua sint factiua & passiua, requiritur vt sint contraria & eiusdem materiæ Sed adhuc quæres, si omnia factiua & passiua sũt eiusdẽ materiæ cõtraria, vtrũ oĩa cõtraria eiusdem materiæ sint inuicem factiua, & passiua. Respondet Philoponus quod non, nam album & nigrum sunt cõtraria eiusdem materiæ, quæ non sunt inuicem factiua & passiua. Amplius, graue & leue sunt contraria eiusdem cõmunis materiæ, quæ non sunt inuicem factiua & passiua. Album enim fit mutata misti temperatura, & non expulsione nigri. Similiter nigrum fit mutata corporis temperatura, non autem expulsione albi Sed quæres, vtrũ omnia passiua & factiua sint contraria? Respondet Philoponus quod nõ, nã frigidum & molle sunt actiua & passiua, quæ non sunt contraria & multa alia talia, ergo ad hoc vt factiua & passiua sint contraria, requiritur quod proxime & per se inuicem sint actiua & passiua, & sic requiruntur duo quod sint contraria eiusdem communis materiæ, & quod proxime sint factiua & passiua. Quærit rursus Philoponus, vtrum oĩa contraria factiua & passiua proxime mutentur adinuicem. Respondet omnia contraria factiua, & passiua proxime mutari adinuicem non secundum numerum, sed bense ecundum speciem, calidũ enim ignis existentis in concauo lunæ, & frigidum terræ existentis in cẽtro sunt contraria factiua & passiua proxime, quæ nũquã possunt mutari adinuicem, cum nunquã mane & sero sint eadem numero Secundum tamen speciem quæcunq; contraria proxime sunt factiua & passiua, possunt sm speciem abinuicem mutari quod satis est Ad hæc quæres, si album & nigrum non sunt apta sese extendere ab eodem subiecto, cur dicuntur contraria, dicendum (vt Philoponus innuit) quod dicuntur cõtraria circa visum, quia album disgregat, nigrum autem congregat. Dulce & amarum circa gustum: eodem modo lene & graue circa tactum simili ratione. Vel dicendum quod apta sunt sese expellere ab eodẽ subiecto communi mediante corruptione atque generatione proximi subiecti, & hoc etiam innuit Philoponus.

Secunda dub. Philoponi

Tertia du. Philoponi.

Quarta du. philoponi

Quinta du. philo-

Ant. c. 142

Eodem modo suscipiendum est de ipso facere & pati qua & de ipso moueri & mouere. Dupliciter enim dicitur & mouens, in quo etenim est principium motus, videtur hoc mouere (principium enim prima causarum est) rursus, vltimum ad id quod mouetur & generationem. Similiter autem de faciente, etenim medicum sanare dicimus, & vinum.

Dilucidat e c. eiusdem.

Eodem autem modo de actione passioneque ipsa agẽdum est, quo quidem & de motu & motione. Nam & mouẽs ipsum dupliciter dicitur. In quo. n. est motus principium, hoc mouere videtur (principium enim est causarum primũ) Rursus & proximum mobili & generationi. Similiter autem de agente. Dicimus enim & medicum sanare, & vinum.

Comẽ. 142

Volens Aristo. declarare ordinem in agentibus, accipit distinctionem agentium. & vult quod vti mouens est duplex, primum quidem. vnde est omnis motus principium, principium dico, quod est causa causarum. est & mouens proximum ipsi moto, & ipsi generationi, sic agens duplex est, primum & proximum, primum quidem in curatione ipsa medicus est. vnde curationis motus principium. Proximum vero vinũ est maxime in cura casus virtutis, quam syncopim vocant Animaduerte quod verba illa de motu & motione græce sunt cineisthe, & cinin, hoc est de moueri, & mouere, quæ cũ latina nõ sint, trãstuli pro moueri motu, pro mouere motione. Itemque verbum illud proximũ græce est eschaton, latine, vltimum, quo in sensu non esset ita clarum, ideo trãstuli proximum. reliqua patẽt per seipsa.

Cum dixisset, quæ sint quæ faciunt, & quæ patiuntur, quod quodammodo quidem similia, quodammodo vero dissimilia. Quærit nunc (vt Philoponus inquit) quo nã modo se habeãt hæc adinuicem quæ faciunt, nunquam, & quæ patiuntur, num omne quod facit, etiam contra patiatur, an non? RECO.

De repassione.

Et sic secundum Philoponum quæstio est, vtrum omne faciens, in faciẽdo repatiatur, & oẽ quod patitur, in patiendo reagat, aut contra faciat: quam quæstionem pertractant Iuniores calculatores, pro solutione igitur quæstionis Aristote præmittit quomodo se habeant quæ mouent, & quæ mouentur, nã queadmodum hæc se habent necesse est eodẽ modo se habere quæ faciunt, & patiũtur. Affert autẽ huius rei causam Philoponus, quoniam in plus est mouere quam facere, & in plus moueri q̃ pati, vt superius probatũ est. Modo dictũ est in prædicamentis, quod quæcunque de prædicato dicuntur, ea & de subiecto hinc dicentur, quare quæcunq; insunt ei, quod mouet, & ei quod mouetur inerunt etiam facientibus & patientibus. est autẽ eorum, quæ mouent, hoc quidem primo mouens, illud vero postremo ac proximo mouens Sed quod est primo mouens, nihil prohibet, vt in mouendo sit immobile. Quod vero est postremo ac proxime mouens. in mouendo mouetur. ergo in facientibus quod primo facit nihil prohibet, vt facit, & nihil contra patiatur, quod vero proxime facit, in faciendo contra pati necesse est Quod vero ad verba attinet, dicit {Et rursus vltimum ad id quod mouetur, & ad generationem} q d. dico vltimum eorum quæ mouent, aut eorum quæ faciunt, nõ

respecta

respectu supremi mouẽtis, sed ad id qđ mouet, aut ad id ꝙ generatur. ita vt illud sit vltimum quod est proximum atq; ue propinquum ei, quod mouetur, aut ei quod generatur. Veluti ægroto pharmacon, aut cibarium, hoc enim proximum est ad id, quod patitur. Et sic hanc expositionem Arist. quoniam si non daretur nisi vnum faciens, illud potest dici vltimum, quatenus est proximum ei, quod patitur.

An.c.149 *Primum igitur mouens, nihil prohibet in motu quidem immobile esse. in quibusdam autem & necessariũ vltimum autem semper mouere, motum. In factione aũt primum quidem impassibile est, vltimum autem & ipsum patiens est.*

Dilucida. te.c. eiusdem. *Primum quidem igitur mouens, nihil prohibet in motu immobile esse. In quibusdã autem est & necessarium. nam proximum in mouendo mouetur. In agente quoque primum quidem impassibile est. Proximum vero ipsum est & passibile.*

Com 149 Nunc ordinem concludit in agentibus, & vult esse ita in agentibus, vt mouentibus. Nam vt primum mouens in mouendo non mouetur. Et proximum mouens in mouẽdo mouetur. Sic primum agens in agendo non patitur, ꝓximum vero agendo patitur. Illud verbum nam, græce est de, sed transtuli sic, quia græca series illud exposcit. Itẽque verbum illud quoque similiter græce est de, sensus tamen est ille.

RECO. Secundum Philoponum hic textus cum priori continuus legi debet Verum cum nota aduersatiua, textus vero ille {In factione autem} legendus est cum nota illationis, hæc ax commentarijs Philoponi, & quidem optime.

Ant.c.150 *Quæcunque enim non habent eandem materiam, faciunt impaßibilia existentia. verbi gratia medicina ipsa enim faciens sanitatem, nihil patitur a sanato. cibus autem faciens & ipse patitur. aut enim calefit, aut infrigidatur, aut aliud quid patitur simul faciens. Est autem medicina quidem vt principium, cibus autem vltimum est, & tangens.*

Dilucidate. ei eiusdem. *Quæcunque enim eandem non habent materiam, impaßibilia existentia agunt. vt medicinalis. Ipsa enim sanitatem agens, nihil patitur eo ab ipso, qui curatus est. At cibarium agens, ipsum quoque patitur aliud. Aut enim, calefit aut infrigidatur, aut tale aliud simul agens patitur. Est autem medicinalis quidem veluti principium. Cibarium vero proximum ac continuum.*

Com.150 Latini literarum græcarum ignari textum hũc (quẽadmodum & cæteros) peruertunt, sæpe enim quod in textu est conclusio, apud ipsos fit præmissa, quod petitio, interdum faciunt conclusionem vnde ita contorquẽt Aristo vt non expositores dici mereantur sed peruersores. Videtur igitur Arist. probare syllogismo, quæ proxime dixit vt etiam Auer. & si barbarus sit, in paraphrasi sentit, & sic componitur agentia passiua conueniunt in materia cum passis primum mouens & primum agens cum passis in materia non conueniunt igitur agendo vel mouendo impassibilia sunt. Aut sic quæcunque non habent materiam communem, impassibilia agunt. sed primum mouens ac primum agens communem non habent materiam. Igitur impassibilia agunt. Itemque secundus syllogismus de proximis agentibus sic componitur, quæcunquæ materiam communem habent passibilia agunt proxima mouens & agens communem habent materiam. igitur passibilia agũt. Da prima ratione tangit maiorem. d. Quæcunqua enim eãdem non habent materiam impassibilia existentia agũt: hæc erat maior. quam exemplo probat. d. vt medicinalis videlicet ars. Ipsa enim sanitatem agens, nihil patitur eo ab ipso qui curatus est Deinde tangens vim syllogismi de proximis agentibus (inquit) At cibarium agẽs, ipsum quoque patitur aliquid. Aut enim calefit aut infrigidatur, aut tale aliud simul agens patitur. Ex hoc vult habere hanc maiorem, videlicet omne agens conueniens in materiam cũ passo agens patitur. Et quia accepit medicinam loco agentis primi Et cibarium loco agentis proximi, verificat exẽplum. d. Est autem ars medicinalis quidem, veluti principiũ primum. Cibarium vero proximum ac contiguum. Et sic patet, loci præsentis expositio. Animaduerte vt ex paraphrasi Auer. colligitur quod medicina differt genere materiæ a sanitate, nam materia sanitatis sunt humores. At materia medicinæ est anima medici. Vinum vero aum sanitata conuenit in materia, pro quanto est quoddam humidũ aptum conuerti in humores.

Nunc secũdum Philoponũ Arist. resumit breuibus quæstionis motæ solutionem, & vult breuiter, quod quæcunque factiua non communicant in materia cum passiuis, hæc in faciendo non repatiuntur, quæ vero communicãt in materia hæc in faciendo repatiuntur, hæc exemplis patent, nam medicinalis facultas ab inferno non contra patitur. Pharmacum vero contra patitur, quoniam medicinalis scientia in anima habet suum esse. Morbus vero in corpore, quod viuit. contra facit autem in pharmacum, quoniam corpus est commune subiectum amborum. Sed dubitat Philoponus. quia non videtur exemplum de mouente ad propositum quoniam per illud exemplum non plus habetur, nisi ꝙ datur quoddam mouens, ꝙ mouet immobile simpliciter a: nõ datꝰ faciens quod faciat simpliciter immobile Respõdet quod satis est, quod sicut datur aliquod mouens quod in mouendo non mouetur, ita detur aliquod faciens, quod in faciendo non patitur, nam licet in faciendo moueatur non tamen in faciendo patitur, quoniã in plu est moueri quam pati. RECO. Breuis solutione de re. passione.

Antl.150 *Quæcunque igitur factiuorũ, non in materia habent formam, hæc quidem impaßibilia sunt. quæcunque autẽ in materia paßiua.*

Dilucida. te.c eiusdem. *Quæcunque quidem igitur in materia non habent formam, hæc quidem actiua sunt impassibilia. Quæcunque vero in materia. hæc passiua sunt.*

Comẽ 150 Nunc aliam videtur afferre conclusionem, verum hæc vniuersalior est ea quam proxime adiecit. Nam vniuersaliter concludit quod quæcunque in materia non habent formam hæc sunt actiua impassibilia contra vero quæcunque in materia habent formam, hæc omnia subaudi passiua sunt. Ecce quomodo hæc conclusio vniuersalior est. RECO.

Ant.c.151 Hic textus secundum Philoponum legi debet cõtinuus cum proximo, quoniam secundum eum est conclusio eius, quod in proximo textu breuiter resumpsit.

Materiam.n. dicimus similiter eandem (vt ita dicã) eandem esse cuilibet oppositorum, vt genus existens. Potens autem calidum esse, præsente calefaciente & approximante, necesse est calefieri. Dilucidate.c. eiusdem.

Materiam quidem enim dicimus similiter (vt ita dicam) eandem esse quorumlibet oppositorum veluti genus existens. At possibile calefieri, idest quod præsente & approximato calido, necessario calefit. Com.151

Quidam non fecerunt differentiam inter materiam cõmunem, & materiam proximam & sic credidere agenti & patienti esse materiam vnã proximam communem. Exponit igitur se & quid per materiam communem, quidue per propriam intelligat declarat. d. Materiam quidam. n. dicimus similiter (vt ita dicam) eandem esse quorumlibet oppositorum veluti genus existẽs. Et sic materia cõis est vti genus vt dicit Auer. 12. meta. c. 14. & primo meta. c 17. At possibile calefieri hoc est materia proxima quod præsente & approximato calido siue agente, necessario calefit siua patitur accepit calefactibila loco cuiuslibet materiæ proximæ Hanc differentiam posuit Auerr in 8. metaphy. quod materia communis est, quæ indiget pluribus motoribus, vt exeat in actum. At materia proxima vno tãtum Sic igitur oportet agans quod patitur, conuenire in materia cum passo, non quidem proxima, sed communi ac generica. RECO.

Secundum Philoponũ exponit quid intelligat ꝑ materiam esse eãdem factiuorũ & passiuorum, & primo exponit hæc. Deinde ex hac expositione. ibi {Ideo quemadmodum,

dum }redit ad id quod dixetar, ostendens id quod dixetar, esse bene dictũ De primo (inquit) Materiam enim dicimus similiter eandem (vt ita dicã) amborũ oppositorũ, mõ qua genus est idem ad spẽs cõtrarias. verbũ autẽ illud {vt ita dicã} addidit, vt Philoponus notat, quoniam non omnium oppositorũ materia est impermutabiliter ac simpliciter eadem, nam aliter oportet, vt elementa misceãtur quæ album colorem suscipiunt, aliter vero quæ nigrum & sic oppositorum est eadem materia non simpliciter, sed (vt ita dicã) eadẽ, hoc est aliquo modo. Dixit etiã materiã esse eãdem oppositorum, veluti genus ad species est idem, quoniam materia non est genus ad opposita, sed ad illa vt genus se habens, nam vt vnum & idem genus est cõtrariũ specierum, ita etiam vna est materia contrariorũ Amplius vt species contrariæ secundũ genus nihil differunt, sic cõtraria secundum materiam nihil differunt. Ex his patet, quid ꝑ materiã esse eandem contrariorũ intelligendum sit, Deinde exponit aliũ terminum scilicet, quid est potẽs pati, definit autẽ speciẽ s quid est potens esse calidum loco generis. s. vt habeat quid est potens pat (vt Philoponus inquit) quoddam est potens esse calidum simpliciter, & absolute, quoddam est potens esse calidum præsente & approximãte ad ipsum calefaciente, quod enim potest esse calidũ, hoc est frigidum, verum quum potest esse calidum absolute, nõ necesse est calefieri, sed cum aliquod potes. esse calidũ ꝑsente ipso calefaciente, & ipsi applicato, necesse est calefieri, ita vt nõc primo calefiat, & imediate antea non calefiebat, vel magis ad mentem Ari. declarat quo modo fit pati, & vult ꝙ fiat præsente agente & approximato ipsi patienti, nã ꝑsente calefaciente, & approximato ipsi calefactibili mox fit ipsum calefieri consonat autem hæc expositio epilogo, quẽ affert in fine cap. Hæc de expositione terminorum.

Ant.c.153 *Ideo quemadmodum dictum est, factiuorum hæc quidem impassibilia, hæc autem passibilia. Et quemadmodum in motione, eodem modo res sese habet & in factione, illic enim primitus mouens, immobile est, & in factiuis primitus faciens, impassibile est.*

D lucida. te. c. eiusdẽ *Ideo vt dictum est, actiuorum hæc quidem impassibilia sunt. pl̃ia vero passibilia atque sicuti in motu, eodẽ modo & in actiuis se habet. Mouens enim primitus immobile est. Et in actiuis agens primũ impassibile est.*

Cõmẽ.155 Repetit conclusionem, quam dixit de ordine agentiũ & mouentium, & quæ dicit patent

Reddit ad id, quod dixerat his expositis, & vult ꝙ veluti in motione primum mouens est immobile, sic in factione primum faciens est impossibile. Sequitur autem hoc ex nũc expositis, nam primum faciens & vltimum patiens non sunt eiusdem materiæ. Amplius nec sunt approximata, ideo potest facere & non repati. RECO.

Ant c.154 *Est autem factiua causa, vt vnde principium motus cuius autem gratia, non factiua. Ideo sanitas non est factiua, nisi secundum metaphoram etenim hoc quidẽ faciente quando existit generatur aliquid patiens. habitibus aũt præsentibus non amplius generatur aliquid, sed est iam species autem & fines, habitus quidam sunt Materia autem, secundum quod materia passiuum.*

Dilucida. te. c. eiusdem. *Est autem causa actiua, vt vnde motus principium. Cuius vero gratia, non actiua. Ideo sanitas non actiua est, nisi secundum similitudinem. Etenim dum patiens est aliquo agente fit aliquid quidem. At habitibus præsentibus nihil fit, sed est iam. Species vero & perfectiones habitus quidam sunt. Materia vero quatenus materia passiuum quid.*

Cõmẽ.154 Volens Arist. ponere differentiam inter agens separatũ a materia, & concretum cum materia, præmittit diuisionẽ quatuor causarũ: Sunt enim quatuor causæ, vt agens, & finis, forma, materia. sed quia apud quosdã finis videtur esse agens, inter finem & agens ponit differentias. Prima, agẽs est vere principium motus. Finis vero figuraliter mouet. Secunda, agẽs est principiũ motus. Finis est terminus motus. Nam dum patiens est, & agens sibi applicatum, actio est & passio. At habitibus & finibus præsentibus in materia nihil fit, sed est iã igitur finis est terminus motus. species siue formæ & ꝑfectiones sunt habitus qdã materiæ Materia vero quatenus materia, passiuũ qddã. Hæc de quatuor causis.

Nunc differentiã affert Ari. inter causã factiuã, & causã finalem, quoniam magnam habere videntur affinitatẽ (& inquit) Est autem factiua causa, vt vnum principiũ motus. Cuius autem gratia, hoc est finalis causa, non factiua est. vt vnũ principiũ motus. Quia si aliquãdo dicatur sanitas causa factiua, exponit hoc dici secundum metaphoram vel abusiue, vt exponit Philoponus, & metaphora est hæc, ꝙ sicut præsente causa factiua bene valendi corpus bene valere videtur, sic ꝑsente sanitate corpus bene valere videtur. Quia autem ipsum cuius gratia non sit factiua causa proprie, probat Arist. quoniam factiuo præsente adhuc fit aliquid quod transmutatur, & forma ambulat cũ non ꝑfecte ipsa suscepit, nã donec faciens facit, id quod patitur, nõdũ formẽ accepit, habitibus autem præsentibus, non amplius generatur aliquid, sed est iam. ergo finalis causa non est factiua, quoniam ipsa præsente cessat factio. Ex hoc loco colligit Philoponus quod Arist. non potuit dicere secundum eius fundamenta deum fuisse factiuam mũdi causam, qm̃ factiuum id inquit esse, quod per viam aliquã & generationẽ deducit ad esse ea, quæ fiunt. At deus nõ in tempore facit, neque imperfecta, ideo non factiuam causam ipsum dicit, sed producens vocandus est, vocatur autem & finalis causa, quoniam ad ipsum omnia respiciunt, & ipsum omnia desiderant. Deinde exponit, quid per formas & quid per materiam ipse intellexit & clara sunt ex commentarijs. RECO. An deus sit cã factiua mundi secundum Aristotel. vt prius dictũ est.

Ant.c.155 *Ignis igitur habet in materia caliditatem. Si autem aliqua erit separata caliditas, hæc non patietur. Hanc igitur, forsitã impossibile est separatam esse. Si autem sunt quædam talia. in illis vtique erit quod dicitur verum. Quid igitur sit facere & pati, & quibus in sit, & quare, & quo modo, determinatũ sit hoc modo.*

Dilucida. te. c. eiusdem. *Ignis quidem igitur habet in materia calidum. At si sit quoddam separatum calidum, hoc vtiq; nihil patitur, hoc quidẽ forsitan separatũ esse impossibile est. Verum si aliqua talia sint, in illis verum erit quod dictũ est. quid quidem igitur actio & passio sint, quibusue existant, propter quid quoque, ac quomodo, determinetur hoc modo.*

Com.156 Nunc differentiam colligit inter agens separatum & cõcretum, & vult agens separatum nullatenus in agẽdo pati. At concretum contra agendo patitur Hæc in exemplo de calido exponit. d Ignis quidẽ igitur. s. habendi ẽm ret veritatem habeni calidũ, hoc est formã in materia. accepit ꝑprium loco formæ, quia forma latet. non (vt Alexãd credit) calidũ est forma ignis. Et sic re vera ignis formã habet in materia. At si sit per casum, quoddam separatum calidũ. hoc vtique nihil patitur. & quasi corrigens se, adiecit, hoc qdẽ forsitan separatum esse impossibile est. Verum si aliqua talia sint vt intelligẽtiæ, in illis verũ erit quod dictũ est. v. g. agendo non pati quasi igitur arguat si agens est separatum agẽdo nõ patitur. sed sunt agentia separata: ergo illa agẽdo nõ patiuntur, Tunc patet ꝑ contrarium, quod agentia concreta agendo patiũtur. Ammaduerte apud Auer. in libro de substãtia orbis. ꝙ primum mouens & primũ agẽs, quod primũ alterans vocat conueniunt primo, quia ambo agũt nõ passibilia secũdo, quod ambo agunt primo & indepẽdẽter. At differunt. nam primum mouens nulla specie mot⁹ mouetur. At primum agens saltẽ latione circunfertur. Secundo, primũ mouens nec est corpus nec virtus in corpore. At primum agens est corpus, vt cœlũ virtute solis, quæ est eius ꝑcipua pars Cã diræ est, ꝙ mouere est vniuersalis quodã mõ operatio, cũ de operationib⁹ solus motus possit esse æternus, non a certo tempore, nec a certo loco non certis qualitatibus. Ac actio & passio cum sint alterationes. alteratio vero sit operatio particularis ac signata illa ab iis corporeo & vniuersali per essentiã procedit. hæc a corporeo & particulari procedere debet. Itemque alteratio

præsupponit

præsupponit motũ localem. igitur primum alterans potest esse motum localiter. At primum mouens immobile penitus. Tũc epilogat. d quid quidem igitur actio & passio sit quoniam alterationes, quibusue existant, quoniam in similibus dissimilibus. Propter quid quoque, quia propter materiam & formam, & quomodo, quia cum reciprocatione actionis sit determinatum hoc modo.

RECO. His expositis, secundum Philoponum replicat quæstionis solutionem breuibus. & vult quod quæcunque formarũ in materia habent suum esse, hæ si in faciendo repatiuntur, qm̃ subiectum, nec immutabile, nec impassibile habẽt. tales formæ sunt ignis aqua & id genus: quæ autem essent formæ, quæ quidem separabiles sint a materia, aut secundum veritatem vt substantiæ separatæ, aut ideæ secundum Platonem, hæc in faciendo non repatiuntur. Tunc epilogat (& inquit). {Quid igitur sit facere & pati} Quoniam facere est in passionem ducere, pati vero in passionem duci. Amplius facere est assimilare sibi ipsum patiens, pati vero assimilari facienti {& quibus insit} quoniam contrarijs {& quare} quoniam habent communem materiam contrariarũ passionum susceptiuam {& quo modo} quoniam accedente faciente & approximato ipsi passo, determinatum sit hoc modo. Ex his colligi potest, quod in materia

De reactione quid a peripatetici habet. de reactione duo tantum colligimus ab Arist. Philopono, & quod faciens non omne in faciendo repatitur, sed solũ proximum, & non omne proximum, sed solum quod cũ passo, conuenit in materia. habemus quoque causam, quoniam contraria & in materia communicantia.

Anti. c. 156 *Quomodo autem contingat hoc accidere, rursus dicamus, His igitur videtur pati vnũquodque per quosdam poros, ingrediente faciente vltimo & principalissimo, & hoc modo, & videre & audire nos inquiunt, & secundum alios sensus sentire omnes. Amplius videri per aerem & aquam & per transparentia, quia poros habent inuisibiles quidem propter paruitatem, spissos autem & secundum ordinem, & magis habent, transparentia magis.*

Dilucida. 10 c. eiusdem. *Quo modo vero possit hoc accidere, rursus repetamus. quibusdam quidem igitur videtur pati vnũ quodque, quoties per meatus quosdam, agens ipsum principale ac proximum penetrauerit, quo etiam modo, & videre, et audire, insuperque cæteros omnes per sensus nos sentire inquiũt. quo etiã visionem fieri. & per aerẽ, & aquam, atque perspicua dicunt. eo videlicet quod meatus habẽt propter paruitatem quidem inuisibiles, propter turmã vero & dẽsos & qm̃ magis transparẽt.*

Comẽ 156 De actione & passione quatuor problemata siue quæsita terminauit vt in epilogo, patuit, nunc vero de medio agendi ac patiendi dicere proponit. vnde ait. Quo modo vero possit hoc accidere rursus dicamus siue repetamus, hæc est intentio. Tunc primo narrat positionem Empedoclis, quia voluit actionẽ & passionem fieri per meatus quosdam repertos in passo, q græce pori dicũtur (inquit.) Quibusdam quidem igitur videtur pati vnumquodque quoties per meatus quosdam agens ipsum principale ac proximum penetrauerit, & sic medium actionum ac passionum meatus sunt patientis corporis, verbum penetrauerit, græce est eisiontos, latine intrante, siue ingrediente eisemi enim græce. intro latine est, verum vt clarius esset, trãstuli penetrauerit Subscribit per eiusmodi meatus eos dixisse non modo passiones effici, sed sensationes, & transparentias. Propterea inquit. Quo modo videlicet & videre, & audire, insuperque cæteros oẽs per sensus nos sentire inquiunt. & sic medium sensationum meatus esse finxerũt. Idem & in transparentijs addidere quod subscribe. d. quo etiam fieri visionem & per aerem & aquam, atque per cũcta perspicua. subaudi in græco dicunt, & sic medium transparendi meatus sunt, quod vero per aerem & aquam, & cetera id genus transparentia magis fiat, dupliciter declarat, primo dicẽs. eo videlicet quod meatus habent propter paucitatem quidem inuisibiles. propter turmam ac multitudinem & densos verbum turmã græce est stichõ, nam stichos græce, latine est turma, acies ordo, ergo transtuli turmam, vt oppositum paruitati. Secundo idem declarat. d & quoniam magis transparent, nam illa corpora sunt magis perspicua cæteris. Sunt qui ex his formant rationẽ propositione antiquorũ, q eo mõ fit actio & passio reales, quo & intentionales, sed actiones intentionales fiũt per meatus igitur & reales, minor est declarata in sensationibus & transparentijs, res hæc bona est, tamen Aristotelis expositio est vt diximus.

Cum dixit quid sit facere & pati, quæ sint quæ faciunt, & patiuntur, nunc vult dicere quomodo fit facere & pati, vt Philoponus introducit, & primo narrat veterum opiniones secundo verum modum affert secundum eius opinione. Empedocles dixit per poros fieri facere & pati. Dixit enim in corporibus poros esse, in quibus faciens ipsum intrans id, quod patitur, facit. Simili quoque modo videre etiam dicebat fieri, nam esse quidem in omnibus corporibus poros asseruit, in diaphanis autem poros dixit esse plures, & spissiores. & secundum ordinatam seriem, per quos cum permeent intus, ita sese obijcere visibilibus. In corporibus vero non diaphanis, propterea q pori pauci sint, & qui sunt, nõ sint ẽm ordinatã seriem, dixerunt intus visum, vel visibilia suscipi non posse, eodem autem modo & in alijs sensibus sentire fieri dicunt. vtputa audire, aut olfacere. per poros pcedẽte qualitate vel odorifica aut sonora. vnde inquit. Quomodo autem contingat hoc scilicet facere & pati accidere, rursus dicamus. Insinuata intentione, ponit modos veterum, & primo, Empedoclis (& inquit) His igitur videtur pati vnumquodque per quosdam poros, ingrediente in illos vltimo & principalissimo faciente, & non quod primo agit vtputa medicinalis ars, sed quod proximum, velut pharmacum aut cibarium & non solum de facere & pati, sed etiam de videre ita sentiunt. Idcirco dixerunt visibilia magis videri per ea, quæ sunt magis diaphana, quoniam quæ magis diaphana, sunt plures & densiores siue frequentiores poros & secundum ordinatam seriem habent. Hæc de prima positione. RECO.

His igitur in quibusdã determinauerũt ita, quemadmodum & Empedocles, non solum in patientibus et facientibus, sed & misceri ea inquiũt, quorum pori adinuicem sunt commensurabiles. Anti. c. 157

Hi quidem igitur ita in quibusdam quemadmodum & Empedocles aßignauerunt, nõ tantum in actionibus & paßionibus, sed etiam ea misceri aiunt. quoruncunque meatus inuicem commensurantur. Dilucida. 11 c. eiusdem.

Quod etiam de immistione dixerunt obiter, adiecit, vt de alijs addidit (inquit). Hi quidẽ igitur ita in quibusdã quibusdam, quemadmodũ & Empedo. assignauerunt, nõ tantum in actionibus & passionibus, sed etiam ea misceri aiunt, quorvcunque meatus inuicem proportionales sũt. Animaduerte meatus esse proportionales, siue commensurabiles quando æqui quãti sunt, nam tũc actio & reactio, passioque etiam æquales fiũt, quo fit, vt maxima inde emergat mistura, quoties vero contmentia inæquales fuerint, mistura erit īfirma, ac pauca. Hæc de prima positione. Comẽ. 157

Nũc Arist. (vt Philoponus inquit) ostendit causam hãc atque modum istum nõ esse vniuersalem, quoniam licet p hanc opinionem assignare possumus modum quo modo fit facere & pati, & ipsum misceri, non possumus assignare modũ quo fit augeri & generari. vnde inquit Hi igitur in quibusdam determinauerunt ita, quemadmodum & Empedo non solum in facientibus & patientibus, sed etiã misceri ea inquiunt, quorum pori adinuicem sunt cõmensurabiles, dicunt enim tunc fieri mistionem cũ pori sunt commensurati corporibus, quæ ipsos intrãt, & nõ maiores, neque minores. Verũ causam & modũ quo fiat auctio assignare non possunt, nam ingrediens id quod auget poros quidem replebit, maius autem non faciet, & sic non possunt assignare vniuersalem modum in omnibus. RECO.

Anti. 158 *Cõpẽdiose aũt maxime & de omnibus vno sermone determinauerũt Leucippus & Democritus. pricipiũ facientes*

cientes secundum naturam quod est.

De omnibus autem maxime compendiose & breui
Dilucidate.c. eiusdem. *verbo Democritus & Leucippus definiunt, idipsum asserẽtes esse principium, quod quidem est secũdũ naturã.*

Com. 158 Hæc est secunda positio Democriti & Leucippi, qui de agere & pati, generatione & corruptione, auctione & imminutione, ac de alteratione, cæterisque motibus eodem simplici definiũt verbo, efficit enim generationem dixerũt quoties corpora minima indiuidua de nouo congregantur, contra vero corruptionem, quando disgregantur, tũc vero alterationem, quando corpora illa positura alterantur, & anteriora si posteriora fierẽt, aut ecõtra, qua ratione corpora ipsa physica pati aiunt, quando vel in minimis his alterantur, vel per eorum congregationem, aut disgregationem transmutantur, actionem vero esse, qua hæc sic mutantur, & sic agere est aut illa congregare, siue disgregare, aut illa euertere: pati contra est aut in illis euerti, aut ꝑ illa congregata effici, & sic vna solutione saluãt omnes motus, quæ dicit patent. Vocat Arist. more Democriti minimum corpus indiuiduum principium secundum naturam quia eo etiam fiunt naturales generatio & corruptio, item que est vt materia, quæ proprie est natura.

Nunc narrat opinionem Democriti & Leucippi & in-
RECO quit. Quod Leucippus & Democritus compẽdiose & breui sermone de omnibus motibus causam & modum determinauerunt facientes principium quod est secundum naturã s. atomos ipsas, & vacuũ. Dicebant. n. fieri facere & pati propter vacuum, eo enim ꝙ faciens existens in vacuo transponebat, aut inordinabat atomos, dicebant facere & pati fieri, quo vero apponit atomos dicebant fieri auctionem, quo congregat vero, dicebant fieri generationem. Ergo breui verbo ponentes atomos siue plenum, & vacuum saluabant omnes motus.

Dubitatio Sed quomodo principium quod posuit Demo. sit secũdum naturam, cum ipse ponat vacuum & atomos, quas plenum appellat, & vacuum non sit in natura, hoc quidem non parua quæstio est.

Philoponi solutio. Respondet Philoponus quod principium illud quod ponit Democritus, est ſm naturam, non quo ad eã partẽ, qua ponit vacuũ, qm̃ vacuum nõ est in natura, sed quo ponit plenum & motum, nam sunt quidam qui negant plenum
Dubitatio & motum, vt Parme. & Melissus & ad horum differentiã hæc ait, vt dicemus. Adhuc dubitabis quia Demo non videtur differre quo ad vacui positionẽ ab Empedo. qui posuit poros, nam pori vacui sunt, & vacuum porus est. Respondet Philoponus quod differunt pori a vacuo, qm̃ qui poros introducunt, vacuum esse non dicebant nec intra, nec extra corpus naturale. Dicebant enim corpora naturalia porosa esse, verum eorum poros plenos esse asserebant aliquo corpore, vt puta aere aut alio quo tali. At Democriti ponentes vacuum intra et extra naturalia corpora, illa nõ ponebant aliquo corpore plena.

Ant. c. 169 *Quidam enim antiquorum opinati sunt ex necessitate ens vnum esse & immobile.*

Dilucidate. c. eiusdem. *Antiquorum sane quibusdam visum erat de necessitate ens vnum esse, & immobile.*

Cõm. 159 Nunc (vt omnes sentiunt) positionem narrat antiquorum philosophorum, Parmenidis videlicet & Melissi, qui negauerunt entium distinctionem, & omnia entia mundi posuerunt vnum ens & immobile, & sic negant motum, & actionem et passionem, & cæteros id genus, & sic apud eos ociosa est quæstio, de medio agendi, siue patiendi, quando quidem nec sit actio nec passio, nec motus aliquis, verbum, visum erat, græce est edoxe, quod cum non sonet latine transtuli visum erat.

RECO. Quia dixit Demo. processisse per principium naturale scilicet plenum & motum, ostendit contra Parm. processisse per principium innaturale nobis ignotum ad ignotum. Volens. enim monstrare Parmen. quod non sit in rebus plenitudo, neque motus, quod est pugnare contra sensum, & destruere euidentia, accepit, vt proloquium quod vacuum non sit, quod quidem non est sensui manifestum, sed multis indiget demonstrationibus, hoc stante destruit primo motum & procedit per syllogismum hoc modo. Si nõ est vacuum non est motus, sed non est vacuum, vt per proloquium patet. Ergo non est motus, in quo syllogismo pro confesso accepit, vacuo non existente, non esse motũ, quoniam credebat per vacuum tantum modo fieri motum (inquit) Quidam enim antiquorum opinati sunt ex necessitate ens vnum esse & immobile, & sic negant plenũ & motum, tangit autem eorum rationem breuibus (& inquit) Nam acceperãt tãquam proloquium vacuum esse nõ ens. Tunc dicebant, nihil moueri posse non existente vacuo separato scilicet extra corpora naturalia dixit autem vacuo separato quia in physicis dictum est apud eos, ꝙ vacuũ plenum et locus subiecto idem sunt, ratione vero differũt, nã spacium (vt spatium est locus) vt corpore priuatum, est vacuum, vt corpore plenum, est plenum. Volebant igitur ꝙ si non esset tale vacuum separatum a corpore, quod potest aliquando habere, aliquando carere corpore, nõ fit mot⁹: in hũc ergo modum sustulerũt motum. Patet ergo quod isti duo textus non seorsum, sed simul legi debent.

Vacuum enim esse non ens, moueri autem non posse Ant. c. 160
non existente vacuo separato.

Nam vacuum quidem nihil est, plenum enim tan- Dilucidate. c. eiusdem.
tum existit, potest autem moueri nihil nisi vacuum separatum sit.

Cõmẽ. 160

Pro illa positione arguit. si aliquod mouet, oportet vacuũ esse separatum a pleno. nõ enim potest corpus moueri in pleno, quia tunc esset penetratio. destruit cõsequẽs. d. sed vacuum non est igitur nihil mouetur, de rõne primo ponit destructionem consequentis. d. Nam vacuum quidẽ nihil est, plenum enim tantum existit, quia nihil non plenum existit, tunc ponit enthymema. d. potest autem moueri nihil, nisi vacuum separatum a pleno sit, hæc res quarto auscultationis physicæ disputata est, ideo nunc satis.

Neque rursus multa esse, non existente segregante. Anti. 161
Itemque plura non sunt, cum non sit distinguens. Dilucidate. c. eiusdem. Cõmẽ. 161

Secũdo arguit entia nõ sunt plura. igitur motus nõ est: tenet enthymema, quia motus supponit distinctionẽ inter mouens & motum, & inter terminum a quo, & terminũ ad quem, antecedens probat, quia ablata causa distinctionis aufertur distinctio, sed distinctionis causa est vacuum, quia tandiu res sunt vnũ, quãdiu inter eas nulla est vacuitas. quare si vacuum non est, nec distinctio erit. quare omnia erũt RECO.
vnum, quod erat antecedens.

Eodem modo destruunt plenitudinem, nã (vt dicũt) si in rebus est diuisio & rerum differentia est vacuum, solũ. n. vacuo existente diuisionem atque rerum differentiã fieri dicunt. Sed non est vacuum, ergo nõ est diuisio. Quod si nõ est diuisio, continuũ est oẽ, & vnũ, in qua rõne patet, ꝙ accepta obscura sunt. s. ꝙ nõ sit vacuũ & ꝙ si vacuũ nõ est, nõ est diuisio, hæc. n. obscura sunt. Quæ vero per hæc deducta sunt, obscuriora sunt, nam omnia esse vnum, & continuũ, obscurius est. Patet ergo quomodo Parme ex principijs ignotis processit. Quomodo vero Democri. ex nobis notis processit, posterius dicemus. In hunc modũ Philoponus legit hos textus. In commentarijs vero nõ absq; ratione aliter leguntur. Fortasse enim Arist per hæc voluit habere, ꝙ secũdum Parm. quæstio proposita frustra quæritur, quoniam cum secundum ipsum non sit motus, frustra quæritur quo modo sit facere & pati. At Philoponus ipse vult hæc esse inducta, vt ostẽdatur differentia syllogismorum, quibus Demo. & quibus Parme processerunt (inquit) Neque rursus diuisio vel differentia, vel multa esse possunt, non existente vacuo segregante inter illa. Quod si non erunt multa, omnia erunt vnum, & sic tollitur plenum, nam plenum est illud quod habet intra se corpus replẽs. vero si non dantur multa, non erunt plenum & re- Anti. c. 162
plens, & ita sustulerunt plenum, & motum.

Hoc aute nihil differre, si quis existimet nõ continuũ esse omne, sed tangere diuisim. ab eo quod est dicere fore multa, & nihil esse vacuum.

Refert

Dilucidate c. eiusdem. *Refert autem hoc nihil, si quis putet non continuum esse omne, sed sectum cõtiguum, apparentibus pluribus & vacuum nihil esse.*

Com. 162 Soluet forte quispiam quod vniuersum ipsum est contiguum sectum, non autem continuum, & hoc quia multa videntur esse. Contra obijcit, quia si vacuum non est, tantum est vniuersum esse contiguum quantum continũ in re ipsa, licet voce differant, & hoc quia, dempto vacuo, aufertur causa distinctionis, & sic adhuc stat argumentum.

RECO. In commentarius perpulchrè hic locus intelligitur, & Philoponus non aliter exponit.

An.c. 163 *Si enim vbique diuisibile, nihil esse vnum, quapropter neque multa, sed vacuum omne, Si autem tum diuisibile quidem, tum autem non, fictitium aliquid hoc vtique videri, quousque enim & propter quid ipsius totius hoc quidem ita se haberet et plenum esset, hoc autem diuisum.*

Dilucidate c eiusdem. *Siquidem enim vndique diuisum sit, nihil erit vnum quare nec plura, sed vacuum erit totum, at si parte quidem sic, parte vero non, figmento simile videbitur, ad quantum enim vsque & propter quid ipsius totius hoc quidem sic se habet, & plenum est illud vero diuisum.*

Com. 163 Contra responsionẽ datã obijcit, quia aut vniuersũ ipsum est vndiq; diuisum, aut nihil alicubi est diuisum, aut parte aliqua diuisum aut parte aliqua non diuisum si vndique diuisum, nihil erit vnũ quia si alicubi vnũ non, vndiq; diuisum. Si nõ est eius aliquod vnũ, nec plura erũt, nã plura sunt vnũ & vnum, si non plura, omne erit vacuum, quia nec vnũ, nec plura, at si nullibi diuisum, totum erit plenum, & vnum & habetur intentum. Si parte quidem vnum sit, parte diuisũ, hoc videtur voluntarium, quia nulla est causa, quare hoc sit vnũ & plenum. Illud diuisum & vacuum, & sic de ratione destruit primum, & tertium datum, prætermittit autem secundum, quia est per se manifestum Animaduertendum quod omne, quod Græcè pã dicitur, totum, quod etiã apud eos holõ, & ens, quod græce on dicitur, & vniuersum, siue mundus, siue omnia entia, siue aggregatum ex omnibus multiuoca sunt. apud Parmenidem & Melissum idem importantia, & cum crediderint distinctionem rerum esse interuallum rei a re, interuallum vero cenõ siue vacuũ quod dã videtur, subtrahẽtes ab vniuerso vacuum, subtraxerũt & interuallum, & inde distinctionem, quo fit vt omnia vnũ plenum esse ens & immobile, quam rem latius alibi Aristoteles distinxit.

An.c. 164 Dilucidate c. eiusdẽ Com. 164 *Amplius autem simili modo necessarium esse non esse motionem.*

Adhuc autem similiter apparente, necessarium erit motum non esse.

Dici possunt duo ad argumentum, vel quod omnia sint plena, similiter vel quod omnia vacua, contra arguit. d. Adhuc autem similiter apparente vniuerso, aut quod totum plenum, aut quod totum vacuum necessarium erit nõ esse motum. Si plenum quidem, patet quod non, aliter penetratio esset, si vacuum sit omne, tunc nec erit motiens, nec motuum, quia vacuum omne, & sic nec motus, hoc mihi videtur de textu tu vero considera.

RECO. Philoponus sic legit Amplius autem simili modo Parme. inquit Necessarium esse non esse motum, quo dixit omnia esse vnum, quoniam non existente vacuo, vtrũque intollit, quoniam enim non est vacuum, & rerum differentias, & motus sustulit.

An.c. 165 *Ex his igitur sermonibus transcendentes sensum & despicientes eum, ac si conueniat rationem sequi, ipsum omne esse vnum, et immobile, & infinitum quoddã dicunt finem enim finire vtique ad vacuum. Hi ergo, sic & propter has causas enunciauerunt de veritate.*

Dilucidate c. eiusdem. *Ex his quidem igitur rationibus tanquam rationem sequi deceat, quidam dicunt omne vnum esse & immobile ac infinitum, nam finitum in vacuum finiri putant. Hi quidem igitur ita, & has ob causas de veritate protulerunt.*

Epilogat. d. ex his quidem igitur rationibus, tanquam rationem sequi deceat, quidam dicunt omne siue vniuersum vnum esse, & immobile, ac infinitum, cuius additionis causam subscribit. d. nam finitum in vacuum finiri putant. Hæc illi de veritate. Comẽ 165

Philoponus non epilogum tantum hunc putat, sed quod Arist. incolet Parmenideos, quod putarunt non omnino adhibere mentem rerum euidentiæ, sed solum consequentiæ rationum, quod quidem cum fecissent, dixerunt omne esse vnum immobile, & infinitum. nam dicunt finem corporis ad vacuum esse. RECO.

Quoniam autem in sermonibus quidem, videntur hæc contingere, in rebus autem dementiæ simile est opinari ita nullus enim dementium egreditur intantum, vt ignem vnum esse existimet & crystallum, sed solum bona & apparentia propter assuetudinem, hæc quibusdam propter dementiam nihil videntur differre. An.c. 166

Quoniam vero in verbis hæc accidere videntur, in rebus vero demẽtiæ simile est ita credere (nullus enim demens adeo delirare potest, vt ignem & glaciem vnũ esse censeat. Sed ob consuetudinem solum quæ apparent bona esse dicent) hæc in quibusdam ob dementiam nihil differre videntur. Dilucidate c. eiusdem.

Nunc contra hanc positionem nihil arguit, sed solum tanquam insanam contendit. d. Quoniam vero in verbis hæc accidere videntur qui dicunt. In rebus vero ita credere est simile dementiæ, tunc lege suspensiue sic, nullus enim demẽs adeo delirare potest subaudi, vt ignẽ & glaciem vnũ esse censeat, sed ob cõsuetudinẽ solũ quæ apparent bona & non sunt, dicent supple bona esse, nam luxuriosum ob cõsuetudinẽ luxuriæ luxuriã, quæ est apparẽs bonũ, dicet bonum esse simpliciter, vinosos ob consuetudinem, dicet bibere bonũ simpliciter esse. Sic igitur nemo reputabit vnũ diuersum esse idẽ alteri, nisi prauus, quod si ita est, tunc hæc in quibusdam ob dimẽtiam nihil differre videntur. Sic igitur hac oblocutione spreuit positionem illorum. Comẽ. 166

Nunc qualis sit Parme. opinio ostendit & vtitur morata persuasione qua aduersarios ostẽdit esse insanos & se esse probum in asserendo oppositum (& inquit) Quoniã autẽ in sermonibus quidem videntur hæc contingere, scilicet. quod omne sit vnum & infinitũ, & immobile dico in sermonibus hoc est quantum est ex sermonum sequela & persuasione argumentorum. In rebus autem dementiæ simile est opinari ita, imo est plusquam dementiæ sic dicere: nullus enim dementium egreditur intantum, vt ignem vnũ esse existimet & crystallũ siue glaciem Sed solum (vt inquit) bona vera & apparentia bona videntur eadem propter assuetudinẽ qua aliquis assuescit in libidine & voluptate. Hæc vero scilicet glaciem & ignem esse eadem, & nihil differre, propter dementiam videntur. R ECO.

Leucippus autem existimauit habere sermones, qui ad sensum confessa dicentes, non destruent neque generationem neque corruptionem, neque motum & multitudinem entium. Cõfessa autem dicentes, ea quidem apparentibus. Construentibus autem vnum, vt non existẽte motione si non sit vacuũ, vacuũq; non ens et entis nihil non ens inquit esse. principaliter enim ens, plenum esse ens. Sed esse tale, non vnũ, sed infinita multitudine & inuisibilia propter paruitatem tumorum Hæc autẽ in vacuo ferri, vacuum enim esse. Et constantia quidẽ generationem facere, dissoluta autem corruptionem. Facere autem & pati, secundum quod existunt tangentia secundum enim id, non vnum esse. Ant c. 167

Leucippus autem reputatur habere rationes, quæ ad sensum conformia dicentes neque generationem tollunt, neque corruptionem, neque motum, neque entium Dilucidate c. eiusdẽ

multitudinem

multitudinem, profitebatur autem hæc quidem, quibusdam apparentibus, vnum tamen constituentibus, ac si motus minime sit absque vacuo, vacuū ipsum non ens, taleque non ens nihil ipsius entis esse dicit. Nam quod principaliter ens est. plenum est licet neque tale vnum sit. Immo multitudine infinita, paruitate quoq; molis inuisibilia, ferūtur aūt hæc in vacuo. nā vacuum est, quæq; cōstātia generationem faciunt, disiuncta vero, corruptionem. actionem quoque & passionem quatenus contigua sunt, qua ratione non vnum sunt.

Com. 167

Làboraui textum huc ad linguam nostram reducere, vtinam ipsius sensum verum perceperim, vbi enim græcā seriem seruassem, textum istum in latinum versum, non fecissem intelligibilem. vt vero singula verba pateant, dicamus q Ari. cōparat positionē Leucippi ad illā Parmenidis & Mellissi, & narrat omnia, quæ Leucippus asseruit, quib' expositis patet quātū differt positio Leucippi ab illa Parme (inquit) Leucippus autē reputatur habere rōnes, quæ ad sensum conformia dicentes, neque generationē tollit, neque corruptionē, neque motum, neque entiū multitudinē. Subaudi tu. Sed cōtra hæc dicunt Parmenides & Mellissus, qui sermones tales asserunt, vt per ipsos sensibus aduersentur, & motus hos omnes cogentur negare. Hæc est prima differentia. verbum illud conformia græce est omologumena, latine concessa, siue cōsitentia, clarius cōformiā. Deinde sequēdo positionem illius, ponit fundamētū, quod hæc & alia dixit. Vbi animaduertendū Leucippū posuisse corpora indiuidua, quæ græce atoma, siue indiuidua latine siue minima dicuntur, hæcque apparere mota in vacuo. q esse profitetur vt saluet motum, quæ cōpositione & dissolutionem generāt & corrumpunt (inquit). Profitebatur aūt hæc quibusdam apparentibus videlicet atomis quæ in vacuo moueri visuntur: vnum tamen constituentibus: nam cōgregatione vnū agūt segregatione multitudinē, qa hæc moueri in vacuo Leucippus dixit, affert nunc Arist quasi causā d acsi motus minime sit absque vacuo, vel iuxta græcum, tanquā motū nō existentē absq; vacuo prófiteaē subaudi Hæc de atomatis. Quale vacuū apud illū sit, subscribit d & vacuū ipsū non ens taleque non ens nihil ipsius entis esse dicit. Si igitur vacuū nec est ens, nec pars entis, exponit qd vocāt ens. d. nā q principaliter ens est, plenū est & sic vacuum adhuc sensum ait non esse ens: nec partem entis, pro quāto nec est plenū, nec pars pleni, quod primarie ens dicitur, ecce secūdam dīam, q videlicet Leucippus ponit atoma moueri, sed in vacuo, credens motū effici non posse, nisi in vacuo, quod etiā Parmenides ait. tunc quale plenū illud hoc est quæ atoma illa sint, quæ plenū esse tantum asserit, exponit d licet vel iuxta græcū, sed esse tale non vnū subaudi dicit, ego transtuli, licet tale nō vnū sit, vt videl cet lectio facilius caperet, imo vel sed multitudine infinita, par uitate molis siue magnitudinum inuisibilia, hæc autem in vacuo ferri subaudi dicit. aut vt transtuli, hæc autem feruntur in vacuo. Vacuum enim esse subaudi dicit, vel vt transtuli, nam vacuum est, & dicit supple constantia ac congregata facere generationem dissoluta vero corruptionem, vt sermo clarior esset sic feci, quæque constantia generationem faciunt disiūcta corruptionem, sic igitur apud Leucippum omne q est, aut plenum, aut vacuū est, totū est vacuū præter atoma, aut præter facta ex eis. Nā cōgregatione plenum fit ex pleni, dissolutione, plenū in plena dissoluitur & in vacuo mouetur, deinde quo mō actio & passio fiant, subdit. d actionem quoque & passionē dici effici ab illis quatenus contigua sunt. qua ratione non vnē sunt, græce sic est. agere autem & pati, quatenus sunt contigua, sic. n. nō vnū esse subaudi dicit. Ecce igitur tertio quo mō Leucippus concedit actionē & passionē. differt igit Leucippus a Parmenide in tribus Primo, quia processit rationibus sensibus conformibus, quod non fecit Parmenides Secūdo, qa diuisit eus in plenum & vacuum, dicēs totū esse vacuū præter atoma, & præterea, quæ ex illis sunt, addens plena illa moueri in vacuo. Tertio, quia saluauit generationem & corruptionem, & actionem & passionem, quas nō saluat Parmenides, volui hunc textum sic exponere, propter difficultatem maximam, & tu si melius sentis, scribas.

Hic narrat opinionē Democriti & Leucippi, qui posuit vacuum & plenum appellans atomos, & quicquid ex illis cōficitur, vacuum appellans spacium in quo atomi decurrunt antequam in rerum compositiones veniant, Quo. n. cōcessit atomos siue plenum, omnes motus saluare potuit & ipsum facere, & pati: nam atomi, quo congregantur generatio. misti fit, quo segregantur, fit corruptio, quo ab extrinseco alterante atomi existentes in misto mutant ordinem, aut figuram, fit alteratio atque facere & pati, quo addunē misto fit auctio, quo subtrahūtur, fit diminutio, & sic Democritus & Leucippus ponentes vacuum & plenū hoc est atomos vel atomatū, omnes motus saluare potuerūt. Posuerunt. n. plenū hoc est atomos tāquā principiū principale & p se materiale rerum. Vacuū aūt tāquā necessariū in quo cōtineretur, ipsum plenū, hoc est atomi Quo vero mō syllogizauerunt vacuū, Ari. dicit, eos probasse vacuum ex his: quæ p se nota sunt hoc pacto. si est diuisio, hoc est mistorum differentia, & plenitudo, hoc est atomi, & atomatū & motus, necesse est vacuum esse, quoniam (vt Parmenides dicebat) hæc esse non possunt nisi existente vacuo, qm Demo. credit cum Parme. atomorum & atomatorū differentias esse non posse, nisi intersit vacuū, quo differāt. Rursus credit nō posse esse motum, nisi vacuū sit, per quod fieret. Præterea. Credidit nō posse esse plenitudinem, hoc est atomos, & atomata, nisi sit vacuum in quo vt in loco essent, & sic quantū ad consequentiæ concessionem Demo. cū Parme conuenire videtur. Differt tamen, quoniā quæ Democritus vt proloquia sumit, sunt per se nota, esse enim motū esse plenum, & esse diuisionem ad rerū differentiam, per se nota sunt, & sic per se notis intulit immanifesta. Parm. autē, ex dubiis conclusit immanifesta. Hæc de differentia horū (inquit) Leucippus aūt existimauit habere sermones, qui accipientes ad sensum cōfessa cōcludunt vacuū & plenū esse, plenū quidē atomos, vacuū vero spatiū, per quod atomi uagantur, & sic non destruens neque generationem, cum illa fit atomorum segregatione, neq; corruptionē, cū fit atomorū segregatione, neq; motū hoc est alterationē & auctionē, & facere & pati, neq; destruere multitudinem entium, ac eorum diuisionem & differentiam. Exponit autem quæ sint illa cōfessa, per quæ vacuū introduxit (& inquit) Confessa aūt dicens ea quidem, quæ conueniūt apparentibus, vt q motus sit: & plenitudo & diuisio rerū: hæc. n. tāquā per se nota proloquia fecit: ex quibus intulit esse vacuū. Factus aūt hic syllogismus ipsis cōstruentibus vnum scilicet concessionem Parme. scilicet, quod non fit motus, nisi sit vacuū, est ergo, si motus est, vacuū est. Vacuū āt dicebāt nō ens, nō sic nō ens, q nihil sit, sed qm nihil est atomata entis, qm plenū dixit esse principaliter ens, hoc est atomos, qm solū ex atomis voluit fieri vnūquodq; mistū. Et dixit plenū non vnū, sed atomos infinitos multitudine. inuisibiles vero ob tumorum ac corporeitatū paruitatem, & sic p plenū. atomos intellexit, quos ferri p vacuū dixit, qa vacuū est p q feruntur. Quæres vtrum Demo. & Leuci. posuerint vacuum intra corpus atomatum. Ari. videtur dicere: q nō posuit uacuum nisi separatum per quod voluerūt: vt atomi defluerent. Vtrū Demo. posuit vacuum a natum.

Alij dixerunt etiam voluisse dari vacuum innatum inter atomos: cuius Aristotel. non meminit, quia ex eo non fiunt principaliter atomata apud Democri. & Leucippu. & hæc est intentio Philoponi Tunc ostendit. quomodo saluent Democ. & Leucippus motus (& inquit) Et atomi quidem cōstātes faciūt generationē, dissoluti vero corruptionem, dicunt vero facere & pati atomi inter se quo in uacuo se tangunt, qm vt sic atomi non sunt vnū. Atomatum etiam pati potest ab extrinseco alterante, quatenus ab illo tangitur, & in atomis ex quibus componitur, euariatur (vt dictum est) & dicit Philoponus, quod Democritus cum dixit atomos se in vacuo tangere, non locutus est de tactu physi. & proprio, sed de tactu. quo illa sunt simul. Hæc de positione Democ & Leucippi.

Ari. c. 160

Et cōposita & complicata, generare. Ex vno autem secundū veritatē nō vtique generari multitudinē. neq;

ex

ex vere multis, vnum sed esse hoc impossibile. Sed (vt Empedocles, & aliorum aliqui inquiunt) pati per poros, ita & omnem alterationem & omne pati hoc modo generari per vacuū facta dissolutione & corruptione similiter aūt & augmētatione, subintrātibus solidis.

Dilucidate c. eiusdem.

Et licet composita & combinata generent, dicat, nō tamen ex vno secundum veritatem plura generari nec contra ex vere pluribus vnum. sed illud impossibile esse profitetur. Imo (quemadmodum Empedocles, & alij quidam dicunt) per meatus passionem effici sic alterationem omnem, omnēque passionem per vacuum fieri hoc modo dissolutione & corruptione factis. Similiter autem actionem quibusdam subeuntibus.

Ant.c.163

Hæc hactenus de positione Democriti, nunc quale sit genitum, qualeue mixtum, explicat d. Et licet composita combinata generare subaudi in græco dicat, non tamē ex vno secundum veritatem plura generari, nec contra ex vere pluribus vnum, sed illum impossibile esse subaudi in græco profitetur, ex vno quidem non plura sunt, quia ex indiuiduo & minimo non potest per diuisionem effici multitudo. Ex pluribus vero vnum non potest esse, quia resultans congregatione vnū erit. Imo (quēadmodū Empedoles, & alii quidā dicunt) per meatus passionē effici, sic Leucippꝰ dicit fieri oēm alterationē oēmq; passionē p vacuum, hoc modo videlicet dissolutione & corruptione facta. Similiter aūt auctionē quibusdā subeūtibus. Animaduerte q Empedocles a t alterationē, & passionē, & auctionem per meatus ipsos effici, posuit enim agens ingredi poros siue meatus, & alterare, & augere diminuere, quo et mō Leucippus ait generationem & corruptionem effici per vacuum, hoc est facta dissolutione & corruptione in vacuo. Similiter actionem per vacuum effici, dicit cum corpora atoma subingredi vacua profitebatur, & sic eiusmodi positiones affines sunt.

RECO.

Si non est superfluus Arist. oportet dicere q exponat quod dicit, declarauit enim quo modo atomi faciunt oēs transmutationes, nunc exponit hæc quæ dixit, & possunt vno modo verba legi, vt in commentariis legimus. supplendo vnum verbum continuatiuum hoc pacto, & composita, & complicata, hoc est quamuis atomi compositi & complicati dicantur generare, ex vna tamen atomo secundum veritatem non vtique contingit generari multitudinem, hoc est atomatum aliquod. nec quod contra ex vere multis, hoc est, nec contra ex atomato, quod est multi atomi collectiue, contingit gñari vnū, vel vnā atomum. Sed hoc cōtingit esse impossibile, quare ex multis atomis vnū, atomatū, & ex vno atomato fieri multas atomos necesse est vel pōt legi autē hoc pacto, & atomi cōpositæ & cōplicatæ dicuntur, gñare. q. d. Dico aūt atomos cōpositas & cōplicatas generare, nam ex vna sm veritatem nō contingit fieri multitudinem hoc est atomatum sicut, nec econtrario, & hæc expositio magis mihi placet. Comparat aūt positionem hanc Democriti ad illam Empēd hoc pacto, & vt Empe. & aliorum aliqui inquiunt pati per poros. s. proximo faciente illos ingrediente, ita & omnem alterationem. & omne pati dicit Demo fieri per vacuum, nam cum atomi dissoluuntur, & ponuntur in vacuo contingit illas pati inuicem, & alterari, quando vero sunt in atomato, passio & alteratio fit ab extrinseco alterante permutante atomorum ordinem, vel figuram. Aliud enim est pati atomorum, & aliud atomati, atomatum enim patitur extrinseco alterante, & ordinem atomorū mutāte. atoma vero patiuntur, & alterantur inuicem propter vacuum facta atomati corruptione, & dissolutione, nam tunc vagantes per vacuum, contingit inuicem pati, & alterari, & rursus misceri, atque venire ad compositionem. Dicunt etiam Demo. & Leucippus fieri & augmentationem subintrantibus atomis in poros atomati, & in hoc dare videtur Arist. de mente Democriti poros non tamen sicut Empe. nam Empe. illos dedit aere, vel aliquo tali corpore repletos: Demo. posuit illos vacuos, nulloque corpore repletos.

Ant.c.169

Fere autē & Empedoclem necesse est dicere, vt & Leucippus inquit. esse enim quædam solida, indiuisibilia, aut si non vbique pori continui sunt, hoc autem impossibile est. nihil enim aliud solidum erit præter poros sed omne vacuum. Necesse est igitur, tangentia quidē esse indiuisibilia, media autem eorum vacua, quos ille dicit poros. Ita autem & Leucippus dicit de ipso facere & pati.

Dilucidate c. eiusdem.

Empedocli itaque fere necessariū est dicere, quemadmodum Leucippus ait, esse enim solida indiuidua, tamē nisi vbique meatus sit continui, quod impossibile est, nihil enim solidum esset præter meatus ipsos. Immo vacuum oē, necesse igitur erit indiuidua ipsa cōtingua quidē esse media vero eorū vacua, quos ille meatus vocat. Sic itaque Leucippus & de actione & passione scribit.

Com.169

Declarauit Leucippum cogi, dicere de vacuo, quæ dixit Empedocles, nunc contra. declarat Empedoclem cogi dicere indiuidua solida, quæ ponit Leucippus, quasi sit agens inter meatus, quos concessit Empedocles, vel interponit solida ligamenta, aut nihil, si nihil, totum erit vacuum, si aliqua: tunc habetur propositum, quæ dicit patent. Animaduerte tamen, quod hæc non dicit Emp. sed cogitur dicere propterea dixit fere necessarium est &c.

RECO.

Cum posuit differentiam inter positionē Empe. & Democriti: nunc (vt Philoponus inquit) reducit positionem ad illam Democriti, & ostendit, quod si dentur pori, oportet ponere solida indiuisibilia, quæ poros contineant, alioquin corpus esset totum porus, vnde inquit. Fere autem & Emp. necesse est dicere, vt Leucippus inquit. Dixit fere, qm̄ Empe ponēs poros eos repletos asseruit, tñ cogitur ponere solida indiuisibilia, quasi ligantia poros, & hoc inquit. Nam necesse est esse solida, indiuisibilia autem. si non vbique pori continui quasi vnus porus sit. Hoc autem inquit, est impossibile, quoniam nihil aliud erit solidum, hoc est corpus naturale præter poros: imo omne erit vacuum quod cum sit absurdum apud ipsum, necesse est tangentia quidem poros esse indiuisibilia, media autem eorum esse vacua, quos ille dicit poros, ita autem & Leucippus dicit de facere & pati scilicet quando atomatum patitur ab extrinseco faciente, sicut dicit Empedocles, Quare concordant quoniam ambo dicunt solida. Amplius ambo pati fieri dicunt per ingressum agentis proximi, loquor de pati atomati, non autem de pati atomorum.

Ant c.170

Modi igitur secundum quos hæc quidem faciunt, hæc autem patiuntur, fere hi dicuntur. & de his quidem, & hoc modo dicuntur, manifestum est.

Dilucidate c. eiusdem.

Comē.170

Modi quidem igitur per hæc quidem agunt, illa vero patiuntur, fere tot dicuntur, & de his quo modo dicunt patet.

Nunc epilogat, dixit tamen tot esse fere, quia forte plures, alii sunt & minus famosi, q non erant digni mentione.

RECO.

Epilogat, & duo facit primo epilogat positiones secundo epilogat comparationē positionum. ibi secunda {Et ad eorum positioness} & sic exponit Philoponus.

Ant c.171

Et ad eorum positiones quibus vtuntur fere confesse videtur contingere, aliis autem, minus. verbi gratia Empedocli quo modo erit generatio & corruptio & alteratio non est manifestum. His enim sunt indiuisibilia prima corporum, formis differentia solum, ex quibus primis componuntur, & in quæ vltima dissoluuntur. Empedocli autem, alia quidem manifestum est quod vsque ad elementa habent generationem & corruptionē. Ipsorum vero horum quomodo generatur, & corrumpitur coaceruata quantitas, nec manifestum est. nec contingit dicere ei, non dicēti & ipsius ignis elementū esse.

Dilucidate c. eiusdem.

Et ad eorum positio, quibus vtuntur fere illud videtur contingens, aliis vero minus, veluti Empedocli corruptio & alteratio non patent. Nam his corpora indiuidua

diuidua erant prima corporum figura differentia tantum, ex quibus primum generantur, & in quæ in vltimo dissoluuntur. Emp docli autē alia quidē patet, quod vsque ad elementa habent generationem & corruptionem, ipsorum autem talium, quo modo generetur & corrumpatur coadunata magnitudo neq; manifestum neq; sibi competit dicere, non dicenti etiam ipsius ignis elementum esse.

Com. 171

Leucippus quantum ad ea, quæ clare dicit, illud contingens videlicet quod motus omnis fit, concedit. at Empedocles, quātū ad ea, quæ explicite protulit, non dicit illud cōtingens, sed bene sequitur. & sic Arist quasi videtur inter eos differentiam quandam colligere. Hoc proponit .d. & ad eorum scilicet Leucippi & Democriti positiones, quib' explicite vtuntur, illud fere videtur contingens, quod dictum est, dixit fere, quia etiam ipse adijcit quædam quæ non explicauit Democritus, vel dixit fere, quia plura alia sequuntur Alijs vero illud contingens videtur minus, veluti Empedocli corruptio & alteratio, nō patent. Cuius rei explanationem subscribit d Nā his Democriticis & Leucippicis corpora indiuidua erant prima corporum figura tantū differentia, ex quibus omnia primum generantur, & in quæ vltimo dissoluuntur Empedocli aūt ꝙ alia habeāt generationem & corruptionē exceptis elemētis, patet. Ipsorum autem elementorum taliū quomodo generetur & corrūpat coadunata magnitudo, neq; manifestū, neq; sibi cōpetit dicere nisi asserat ipsius ignis esse elementū, & cæterorū similiter. Sic igitur Leucippus & Democritus manifeste potest omnium assignare causam, nā omne ens vel est factum ab atomis, aut atoma ingenerabilia, at Empedocles & si saluet generationē mistorū, generationem elemētorum non videtur saluare, nisi aut dicat illorum esse elementa, aut non generari contra sensum.

RECO.

Epilogat nūc cōparationē positionū, & acceptat (vt Philoponus inquit) magis positionē Democriti quam illam Empe. nam Demo. fecit talia principia, quæ sibi suffecerūt ad omnes motus at Empe per eius principia omnes mot' saluare non potest Dicens.n. ꝙ elementa sint impassibilia, & quod passiones sint eorum differentiæ, alterationē elementorū vel mistorū saluare non pōt, elemētorū quidē nō quoniam impatibilia sunt secūdum eorum passiones, mistorum minime, quia mista non alterantur, elementis existentibus inalterabilibus. Amplius dicens elementa impatibilia. & secundum substantiam, & secundum passiones, generationem mistorum saluare potest, dicendo illam fieri elementorū concretione & gnatione ipsorū elementorū facere non potest, quoniam non supponit ipsis elemētis aliqua simpliciora, per quæ elementa generari & corrumpi possit. At Democritici possunt generationem vtranq; saluare, quoniam possunt dicere mista fieri ex quatuor elementis, elementa vero generari ex atomis illis prioribus. Amplius saluare possunt alterationē scilicet atomorū transpositione, vel transfiguratione. Dicētes.n atomos impatibiles, ipsarum positione, & trāsformatione passiones fieri dicere videntur. Patet igitur duos esse modos quibus fit pati quoniā aut per poros, aut per vacuum (inquit) Et ad eorū positiones, hoc est ad eorum Democriticorum suppositiones, quibus vtantur, fere videtur contingere, quod dicunt de facere & pati, & de alijs motibus, nam ponentes atomos omnia saluare possunt. Alijs vero scilicet Empedocleis videtur minus sequi, quod dicunt de facere & pati, & de alijs motibus Nam (vt inquit) his scilicet Democriticis prima corporum sont indiuisibilia ac atomi, formis differentia solum, ex quibus tanquam, ex primis principijs componuntur, quæ fiunt, & in quæ vltima dissoluuntur quæ corrūpōtur, & sic possunt saluare generationē, & corruptionē tam mistorū quā elementorum. Empedocli autem alia quidem scilicet mista manifestū est, ꝙ habēt generationē & corruptionem vsque ad elemēta exclusiue, ipsorum vero elemētorū, quomodo generatur & corrūpitur coaceruata magnitudo, hoc est (vt Philoponus inquit) quomodo augetur & accumuletur aqua ex pluuia, aut aer ex aqua, quæ euaporat, aut ignis ex materia inflammata, neque manifestum est, neque contingit dicere non d centi, & ipsius ignis elementum esse eo prius.

Similiter autem & aliorum omnium, vt in Timæo scripsit Plato. Ant. c.172 Dilucida. te c.eiusdem Cōm. 172

Similiter autem & aliorum omnium veluti in Timæo scripsit Plato.

Potest legi sic, Similiter autē & aliorum omniū hoc est cæterorum elementorum, non posuit principia priora, & sic non potuit saluare ipsorum generationē, veluti Plato ipsorum generationem scripsit in Timæo, saluans illā per reductionem ad planities & indiuidua. Quibus in verbis recentiores colligunt inter Platonem & Democritum conuenientiam, nam ambo elementa ex indiuiduis fieri & ad indiuidua resolui concedunt.

Iste textus debet legi continuus præcedenti, vt Philoponus legit hoc pacto, nec cōtingit dicere ei, nō dicēti & ipsius ignis elementum esse Similiter autem, & aliorum omniū scilicet aeris, aquæ, & terræ, non cōtingit generationem dicere, non dicenti eorum esse elementū, vt in Timæo scripsit Plato. Vbi dicit quatuor elementorū, elementa esse plana, quæ sunt trigona, æquilatera, & rectangula, pyramidē vero non elementum ignis dixit, sed semen, eodē modo & terræ cubū, & aliorum simpliciter, aquæ quidem octocedrum, aeris vero exocedrum, & dicens plana esse elemēta quatuor corporum, indiuisibilia dixit, non vlterius enim diuidi hoc in alia principaliora asseruit. Et sic Plato & Depro parte conuenire videntur, in ponendo quatuor corporum simpliciora principia, & priora, vt saluarent eorū generationem & corruptionem, vt Philoponus exposuit. RECO.

In tantum enim differt vt non eodem modo Leucippo dicat, quod hic quidem solida, ille autem planities dicit indiuisibiliā. & hic quidē infinitis terminari figuris indiuisibilium solidorum vnumquodque, ille autem terminatis. quoniam indiuisibilia vtrique dicunt, & terminata figuris. Ex his itaque, generationes & segregationes. Leucippo enim duo modi erunt, & per vacuū & tactum, hac enim ratione indiuisibile est vnumquodque Platoni autem secundum solum tactum, vacuum enim non esse inquit. Ant. c.173

Differt enim adeo vt cum Leucippo eadem non dicat modo. Nam ille quidē ipsa indiuidua dicit corpora esse hic vero planities. Et ille cōstituit ait vnumquodq; figuris indiuiduorū corporū infinitis, hic aūt finitis. Nā & ambo dicunt indiuidua ipsa figuris determinari, ex quibus iā generationes & corruptiones sunt. Leucippo quidem duo erant sane modi, & per vacuū, & per plenum. Nam ratione hac nunquā quodque diuisum erat Platoni autē per plenum solum, cū vacuū nō esse dicat. Dilucida. te. c. eiusdem. Com 173

Quasi conuenientiam inter Leucippū & Platonem dedit, nunc quasi differentiam adijcit, & vt Auerroi placet, tres sunt differentiæ. Prima, quod indiuidua quæ græce dicuntur atoma apud Platonē sunt superficies, apud Leucippum corpora siue solida, quæ græce dicuntur sterea. Secūda, ꝙ figuræ quibus differūt indiuidua suor finitæ, apud Leucippū infinitæ Tertia ꝙ Leucippus saluat generationē & omnia vacuo & pleno, qa ex pleno cūcta fiūt, sed ex vacuo differunt, at Plato vacuū negat, & plenū tātū concedit, illud quod dicit, ex qbus iā generatiooes & corruptiones sunt ad indiuidua retulit, ex quibus propter differētias figurarum, fiunt generatiooes & motus. Itēque verbum illud plenum græce aphes est, latine tactus, sed apud nos sonat plenum, quod ideo aphes siue tactus dicitur, quia eo cūctæ vacuitates colliguntur cætera quæ dicit, patent, nec oportet immorari, cum non sint multum de substantia rei. RECO.

Cum posuit cōuenientiam opinionis Platonis cum illa Democriti & Leucippi, hic affert differētiā. & dicit ꝙ Platonis opinio dissidet ab opinione Leucippi & Demo. ꝙ Leucippei quidē indiuisibilia, quæ & prima elemēta faciebāt so

uida, hoc est corpora faciebāt. Plato vero prima elementa quæ fecit indiuisibilia, dixit esse non corpora, sed plana siue superficies. Secunda differentia est, quod Democritus atomos figurari dicebat infinitis figuris Plato autem terminaris, potius atem vna figura illa terminauit, quoniā omnia prima elementa dixit esse trigona, atque primo ex elementis fecit, dixit terminatis figuris terminari, qm̄ quinq. videlicet pyramide, cubo, octocedro, duodocedro & exacedro (inquit) In tm̄ en in differt Plato, vt nō eodem modo Leucippo dicat, quod hic quidē solida, ille autem planities dicit indiuisibilia Hæc est prima eorum differētia Asignat secundam (& inquit) & hic quidem .s. Demo. infinitis terminari figuris indiuisibilium solidorum vnumquodq; ille autem .s. Plato terminatis, intellige autem non quod Democri. dicat quod vnaquæque atomus infinitas figuras habeat, sed (vt Philoponus inquit) conuersim intelligendum est, q̄ hic quidē dicat figurarum vnamquamque infinitis indiuisibilibus terminari hoc est in vnaquaq; figura infinitis est atomis vtputa sphærica, cubica, & aliarū vnaquæque tanquam infinitæ figuræ sint Et quod ita intelligat patet statim, dicit enim quoniam indiuisibilia vtrique dicunt quod terminata figuris, quoniam atomus vnaquæque propriam habet figurā. Tunc dat conuenientiam & continuetur sic, quoniam indiuisibilia vtrique dicunt, ideo inq̄t; Ex his itaque generationes & segregationes hoc est corruptiones esse dicunt, differenter tamen Leucippo enim duo modi erunt, & per vacuum & per tactū. Dubitat hic Philoponus, quod Arist. videtur imponere contradictionem Democri. & Leucippo, quoniam superius facere & pati dixit fieri in vacuo dissolutis atomis, & hic dicit fieri duob⁹ modis, solutio est quod facere & pati aī quando fiunt tactu scilicet cum atomi se tangunt in vacuo, aliquando fiūt ab alterante exteriori p̄ hoc quod mutat atomos existentes in atomato, & sic generari & corrūpi dupliciter fieri dicit quare non contradicunt hæc, & sic Democrito (vt inquit) duo modi erunt, & per vacuum & tactum, hac enim ratione indiuisibile est vnumquodque hoc est vnaquæque atomorum, & ideo tactu & vacuo fiunt facere & pati, qm̄ atomi sunt indiuisibiles & prima corpora. q.d. fieri generationem & corruptionem vacuo & tactu, quoniam vnaquæque atomorum est quid indiuisibile: Platoni autē vn⁹

Ant.c.174 modus est secundum solum tactum, quō plana se tangunt vacuum enim non esse inquit.

Et de indiuisibilibus quidem planitiebus diximus
Dilucida. c.e eiusdē *in prioribus sermonibus, de diuisibilibus autem solidis quod amplius dicere accidit, relinquatur nunc.*

Et de indiuiduis planitiebus diximus in prioribus
Com. 174. *rationibus at de indiuiduis corporibus restat nunc aliquod accidens amplius quidem determinare.*

Nunc quasi epilogando proponit de indiuiduis corporibus quædam transigere. Nam quod superficies nō sint principia corporum naturalium. tertio cæli disputatū est satis. Quod etiam corpora indiuidua non sint & hic. alibi diximus nunc vero de his tantum dicamus prout nostro subseruit proposito, videlicet dato quod sint, vtrū possunt agere & pati, bene igitur dixi aliquod accidens derelinquī pertractandum, quia actio & passio sunt passiones, & accidentia corporum.

Excusat autem se (& inquit) Et de indiuisibilibus quidem planitiebus, diximus in prioribus sermonibus .s. tertio de cælo, quod non contingit naturalia corpora ad superficies resoluere. De indiuisibilibus solidis quæ atomi dicuntur, quod amplius dicere accidit, relinquantur nunc, quoniam in libro de indiuisibilibus dixit Philoponus sex rationib⁹ enititur destruere atomos, quarum quinque ponuntur.

Ant.c.175 tertio libro de cælo sexta vero ponitur tertio libro. ideo non oporteat immorari de his.

Vt aūt parū digredientes dicamus, necessariū est &
Dilucidate.c.eiusdē *impoßibile vnumquodq; dicere indiuisibiliū (nō.n. possibile est pati, nisi per vacuum) & nullius factiuum passionis neq; enim durum, neq; frigidum poßibile est esse.*

Vt autem parum digredientes dicamus, esse necessarium dicere vnumquodque indiuiduum non posse pati, Nam paßionis actiuum pati non potest, nisi per vacuū, quare neque durum neque frigidum esse poterit. Com. 17

Nūc exequitur & ostendit primo quod ad positionem eorū sequi, indiuidua illa nō pati, & nō esse, qualia, & arguit sic oē q̄ patiē, iō patitur, quia in se continet meatus, & vacuitates in quibus influentia actionis suscipitur, sed illa indiuidua non cōtinent vacuum, neque meatus, quia indiuidua sunt apud eos igitur nō patiuntur. quare neque erunt qualia, vt pote neque dura, neq; frigida, nec aliqđ cale. Animaduerte verbum illud quare neque, græce sonare, neque enim. Sed ego ad sensum transtuli sic, vt esset illatiuum, quo modo etiam Auerroes in paraphrase sentit.

Proposita excusatione, nunc quædam vult colligere cōtra atomos, & hoc proponit (cū inqui) Vt autem, hoc est, sed quasi parum digredientes dicamus necessariū est. q.d. q̄ nos parū digrediendo debeamus dicere de atomis, necessarium est, q̄ impossibile est dicere aliquod indiuisibiliū pati, nisi per vacuū ergo si aliquod indiuisibilium patitur, oporret vt intra se habeat porum vacuum, in quem agēs proximum intrans passionem inferat, quod quidem negāt, quare nulla atomorum pati potest, & sic nulla atomorū passionem aliquam habere potest, vtpote neque calidum, neque frigidum. Ex hoc infert, p̄ nulla atomus erit factiua passionis. probatur, quia conclusum est, q̄ nulla atomus passionē aliq̄ habeat, & sic neque durā esse, neq; frigidā possibile est. Atomus ergo nec facit, nec patitur, nō patiē quidē, quia intra se vacuum non habet, non facit vero, quoniam cum nullum habeat passionem, secūdum nullā facere pōt In cōmētarijs vero aliter verba legimus, & expositio stare pōt Philoponus tū verba hæc legit hoc modo, vt nunc diximus. A nīc.176

Quamuis hoc solum dare circulari figuræ calidum necesse enim est, & contrarium frigidum, alij alicui adaptare figurarum. Inconueniens autē est etiā, si hac quidem existunt, dico aūt caliditas & grauitas & duritia, frigiditas autem & leuitas & mollicies, non existunt. Sed tamen grauius secūdū excessum dicit esse Democritus quodā indiuisibiliū. quapropter, & calidus. Talia aūt existentia, non pati abinuicem, impossibile est. verbi gratia, multū excedēte calido leniter calidū. Delucidate.c.eiusd

Adhuc autem inconueniens erit circulari figuræ calidum tantum præbere, nam & contrarium quod est frigidum, alicui alteri figurarum necesse est accommodare, sed erit inconueniens hac quidem existere videlicet caliditatem & frigiditatem grauitatem autē & leuitatem, & duritiem & mollitiem non esse. Immo grauius secundum excessum vnumquodque indiuiduorū democritus ait esse quare patet quod etiā calidius sit. Sed talia entia nō pati adinuicem impossibile est vtpote a valde excellenti calido mite frigidum non pati inconueniens est. Com. 176

Quod autē s̄m positionem suā sit dicēdū oppositum vt q̄ indiuidua agāt, & patiātur deducit primo concedit Leucippus circulari figuræ conuenire calidū, & sic concedit calidum, igitur cōcedendum esse, & frigidū cōtrariæ figuræ competere. Nam (vt deducit Auer.) cum aliquid cōtrariū fuerit in aliquo genere, necesse est inuenire in eo aliud contrarium. secundo cæli. Sic igitur calidū & frigidū oportet esse, vltra, calidum & frigidum sunt in rerum natura. igitur durū & molle, & graue & leue, quia (vt dicit Auerr.) ista p̄cedunt illas, m̄ō si posteriora sunt, & priora erūt, & nō econtra, vt dicit in post prædicamentis Imo Democritus expresse concedit hæc, nam vult vnumquodq; indiuiduorum esse quid grau⁹ cæteris, cū cætera sint grauia pp̄ illa, & sic oportet cōcedere vnūquodq; eorū esse calidius alijs, cū causa sit magis talis q̄ causatū, & sic accipit hæc suppositio. v.g. q̄ indiuidua sunt calida frigida, dura mollia, lenta grauia & cætera id gen⁹. Tūc arguit, quæcūq; cōtrarijs qualitatibus afficiunt, agūt & patiunt: sed indiuidua contrarijs qualitatibus afficiunt. igitur agunt & patiuntur. De ratione primo tāgit suppositionem.

git suppositionem. Secunda ibi. {Sed talia entia} Ponit rationis vim, vt placet Auerroi.

RECO. Secundo (vt Philoponus inquit) Aristot. ostendit quod Democritici non sibiipsis cõstant. primo quidem quoniam inconueniens est dare circulari figuræ calidum. & alteri figuræ non dare frigidum, vnde dicit. Quamuis hoc conueniens sit solum dare circulari figuræ calidum, non necesse est & contrarium frigidum alicui alteri figurarum adaptare. Est enim regula quod si vnum contrariorum est, & alterum necesse est esse. Vbi patet Verbum quamuis, non esse aduersatiuum, sed potius confirmatiuum. Secundo argumentatur quod videatur absurdum, vt caliditas grauitas, & durities insint atomis, frigiditas atque leuitas & mollities non. Democritici enim atomos aliquas posuerunt calidas aliquas minus calidas, aliquas graues aliquas minus graues, aliquas veru duras, aliquas minus duras, hoc autem Arist. pro inconuenienti habet, nã si sunt calidæ, oportet vt sint frigidæ, si graues oportet vt sint aliquæ leues, si duræ aliquæ, oportet vt aliquæ molles sint, hoc pacto legit verba Philoponus propter quod patet verba Arist. corruptè legi in codicibus græcis. Tertiu argumentatur quoniam punit atomos aliquas grauiores, & calidiores aliquas, aliquas veru minus graues, & aliquas minus calidas. ergo inconueniens est non ponere illas pati, nam minus calidum potest pati à magis calido (inquit) Sed tñ grauius ſm excessum dicit esse Democritus vnũquodq; indiuisibilium, hoc est aliquod indiuisibile, aut.n. verbũ vnumquodq; corrupte legitur, aut vnũquodq; hoc est quædam indiuisibilia intellexit quã pp etiã aliquod calidius aliquod dicit, & talia existẽtia. s. magis & minus calida non pati abinuicem, impossibile est. V.g. à multum excedente calido leuiter calidum, ex quo patet q verbum {se tñ} confirmatiuum non aduersatiuũ est.

Ari.c.177 *Sed tamen si durum est, & molle. molle autem patiẽdo aliquid dicitur, quod enim cedit, molle.*

Quod si durum sit, & molle erit, molle vero eo quia patitur quicquam tam dicitur. nam & molle nuncupatur susceptiuum.

Dilucidate c. eiusdem. Com.177 Secundo arguit si durum est vt concedit, quia indiuidua vocat sterea, hoc est dura, erit & molle, per similem rationẽ contrariorum, qood si molle sit, igitur passio erit, nã molle dicitur quod facile cedit, & hoc est pati ab alio.

RECO. Quarto si aliqua atomorũ dura est, ergo aliqua est mollis, dico mollẽ in patiendo, nã qđ cedit molle est, vt scđo huius hf. Ex his patet, q verbũ {Sed tamẽ} cõfirmatiuum sit.

Ari.c.172 *Sed tamen inconueniens etiam est, si nihil existit, nisi solum figura. & si existit, vnum autem solum. V.g. hoc quidem durum, hoc autem calidum nec.n. vna aliqua esset, natura eorum. Similiter autem impossibile est, & si multa vni indiuisibile.n existens, in eodem habebit passiones. Quapropter & si patiatur secũdũ quod infrigidatur, secundum id & aliquid aliud faciet aut patietur. Eodem autem modo & de passionibus aliis.*

Dilucidate c. eiusdem. *Adhuc autem incõueniẽs est si nihil existat, nisi figura tñ, & si existat aliud quicquam, vnum tamen solum (vtpote aut durum quidem, aut calidum) tunc vtique nõ erit eorum natura vna. Similiter autem si plura insint vni, nam quod est indiuiduum in se passiones haberet, quare si patitur, vbi quidem infrigidatur, sic & aliud quid vel aget vel patietur, eodem modo & in cæteris passionibus.*

Cõm.178 Nunc quasi reducit ipsum ad cõtraria, vt exponit Auer. & placet, & põt sic ordinari. Si indiuidua sunt, aut nihil habent præter figuram, aut qualitatem vltra figurã habent, si nihil habent nisi figuram, inconueniens est, quia tunc non erunt actiua & passiua, & habetur vna pars, & si existit aliquid aliud præter figuram, vtpote qualitas, vel vna sola & semper intransmutabiliter, aut plures. Siquidem vna tantum, vt frigus vel durum, tunc illa erit alterius generis & rationis quia intransmutabilis, & per consequens habetur illa met pars, q videlicet neque actiu neque passio sint, cũ nõ possit esse per qualitatem intransmutabilem. Si vero plures habent qualitates, tunc indiuiduum plures põt habere passiones. & sic ſm alterã infrigidabitur, & secundum alteram indurescet, & ita erit diuiduum, & sic habetur alia pars & contradictio, & quæ ait patent.

Quinto argumentatur, aut atomo nihil præter figuram inexistit, & tunc non erit patibilis, aut aliqua passio vltra figuram inest. Si aliqua inest vltra figuram, aut vnicuique propria, & sic iterum nullius poterit pati, nisi corrũpatur. Præterea. Tunc different natura, & specie, quod est contra eos, aut vnicuiq; plures, insunt quod est impossibile, qm vnaquæq; in eodem plures habebit passiones, & sic poterit pati cum inf. igidatur, & poterit facere insimul (inquit) Sed tamen inconueniens etiam est si atomis ipsis nihil existit, nisi sola figura, qm nec facient, nec patientur, nõ .n. figura est de factiuis passionibus. Sin aute præter figurã vnicuique atomo inest passio vel vnicuiq; vna sola propria verbi gratia vt altera sit dura altera calida, tunc atomorũ nõ esset vna natura, sed quælibet erit suæ propriæ naturæ, & sic non poterunt inuicem facere & pati, quin corrumpãtur. Cuius contrarium autumant, qm dicunt eas incorruptibiles. Præterea. Si vnaquæque propriam passionẽ habeat tunc, nullam aliam poterit pati, & sic non erunt passiuæ & factiuæ inuicẽ. Quod nec habeat vnaquæq; plures passiones, vt duas. vel tres, aut plures probat (& inquit) Similiter aũt impossibile est, & si multæ passiones insint vni atomo. s. calidum & durum. nam indiuisibile magnitudine & potentia existens, in eodem habebit passiones diuersas. Animaduerte (vt Philoponus notat) quod Democritici ponẽtes atomos, ponunt vnamquãq; magnitudine, & potentia indiuisibilem. Alioquin non esset prima & simplicissima principia omnium. Ideo Ari. argumentatur, si vnaquæque atomus plures habet passiones, tunc in eodem puncto plures habebit potentias, ita vt sit possibile quod secũdum eundem punctum & potentiã infrigidatur, & patiatur, & ſm eandem faciet, quod ipsi habent pro impossibili, sic.n. atomus non primum & simplicissimum principium erit, sed multiplex potentia, & virtute. Qua ratione patet, q Arist. non ducit ad illud inconueniens, q idem faceret, & pateretur, sed ad illud, quod atomus non esset primũ & simplicissimum principium potentia & magnitudine, qm faceret & pateretur, quod esse non potest nisi sit potentia multiplex. Quod si ita est, digressio Philoponi non videtur necessaria in qua disputat, vtrum in eadem temperatura adsint diuersæ qualitates passibiles, qm argumentũ Ari. est ad hominẽ non simpliciter. & quia dixit, q tũc atomus infrigidaretur, & faceret addit. eodem autem modo & de passionibus aliis dici potest, sicut de frigiditate exemplificauimus.

Hoc.n. & solida & planities dicentibus indiuisibiles, contingit eodem modo, neque enim rariora, neque densiora est possibile generari, vacuo non existente in diuisibilibus. Ari.c.179

Idem n. & corpora & superficies indiuidua dicẽtibus contingit eodem modo, neq;.n. rariora, neq; densiora fieri possunt, ipso vacuo non existente ipsis indiuiduis. Diluc. reca. eiusdẽ. Com 179

Colligit quasi id in quo Plato & Leucippus conueniunt, & vult quod nemo eorũ põt cõcedere aliquod effici rarius vel densius ipso vacuo non existente in ipsis indiuiduis. Nam cũ indiuiduũ additum indiuiduo maius non faciat, rarum non erit, nisi per vacui interpositionem inter indiuidua, & sic nisi vacuum sit ipsis in indiuiduis, minime erit rarum uel densum Hæc igitur est eorũ conuenientia. Auerroes tamen ostendit vtrosque uportere confiteri contradictoria, vt declaratum est de Leucippo, quæ res patet.

Philoponus exponit hũc textum dupliciter, vno mõ sic. RECO. Huc.n.s. q neque vnã, neq; plures passiones habeãt, vnaquæque atomos accidit etiam his qui dicunt planities, nam etiã planities sunt indiuisibilia. ergo sicut atomus non põt habere propriã passionẽ, nec plores, sic nec superficies. Oĩa.n. absurda q cõtra primã positionẽ inducta sunt. et cõtra scđm induci possunt, qm si vnã propriã passionem planities vnaquæq; habeat non poterit pati. si plures, non erit potentia principium & simplicissimum principiũ. Tunc Philoponus

verba sequentia legit illatiue.f. enim pro igitur, hoc pacto: {Neque igitur rariora, neque densiora est possibile generari vacuo non existente in indiuisibilibus} & accepit generari pro esse Philoponus, & vult quod istud quod infert ex dictis intulit. quoniam atomus est indiuisibilis & plena, nullum habens intra se vacuum, ideo nō potest aliquis esse maior, vel densior, cum rarum & densum non nisi implexu vacui fieri existimant. Aliter exponit Philoponus non corrumpendo textum (vt dicat) hoc enim scilicet neque vnam, neque plures habere passiones contingit eodē modo dicentibus, & solida, & planities indiuisibiles vt expositum est. Non enim quo ad hæc prima verba est differentia expositionum. Deinde quoniam quis posset dicere in atomo vel superficie posse esse diuersas passiones secundum diuersas atomi particulas, vel secundū diuersas superficiei partes. Contra obijcit, quoniam non potest atomus vel superficies habere diuersas particulas, nisi possit esse rarior, & densior, maior atque minor. hoc autem est falsum, quod ꝓbat (& inquit) Neque enim rariora, neq; densiora est possibile generari, hoc est esse vacuo non existente in indiuisibilibus. Ecce quomodo verba non corrumpuntur. quoniā secundum hanc expositionē Arist. remouit tacitam responsionem. In commentariis vero aliter intelleximus. & quidem non ab ratione.

Ant.c.180 *Amplius autem inconueniens est, & parua quidem indiuisibilia esse, magna autem non. Nunc enim rationabiliter maiora magis confringuntur quam parua. hæc.n. dissoluuntur facilius paruis. verbi gratia. magna offendunt enim multa. Indiuisibilia autem omnino, quare magis quam magnis, inexistunt paruis.*

Dilucida. te.c.eiusdem *Amplius autem & inconueniens videtur parua quidem indiuisibilia esse, magna vero non. Nunc quidem enim rationabilius maiora franguntur magis quam parua ipsa. Nam magna quidem facilius finduntur, (emergunt enim ex pluribus) omnino igitur indiuisibilia propter quid magis sunt parua ipsa quam magna?*

Com. 180 Hactenus pertractauit, vtrū indiuidua ipsa possint agere & pati, nunc q̄ nō sint talia simpliciter indiuidua probat & syllogizat sic. Si parua illa īdiuidua sunt indiuisibilia, magna etiā erunt indiuisibilia. Sed magna nō sunt indiuisibilia. igit neq; parua, syllogismus est a destructione cōsequētis ad destructionem antecedentis (inquit) Amplius aūt inconueniens, subaudi videtur, parua quidem indiuisibilia esse, magna vero non, est igitur vis ista, si parua sunt indiuisibilia. igitur magna hæc consequentia ex commento declaratur, quia tam magnum quam paruum sunt eiusdē rationis quātitatis. igitur ambo erunt per se diuisibilia, vel indiuisibilia, eis enim quæ sunt eiusdem rationis, semper idem cōpetit. secundū cæli com.49. destruit consequens. d. Nunc quidem .n. rōnabilius maiora franguntur magis quam parua, nā magna quidem facilius finduntur. Emergūt enim ex pluribus, & sic habetur quod magna sunt diuisibilia, quia sunt facile scissibilia. Tunc quasi dat consequens. d. Omnino igitur indiuisibilia propter quid magis sunt parua ipsa quā magna? q. d. quod oportet ponere vtrunque aut neutrum. verbum igitur in græco codice est de, sed ad sensum latinum sonat vt diximus, sic igitur patet nō esse corpora indiuidua. Anim aduerte quod paruitas & magnitudo non variant rationem diuisionis. Nam & paruum est quātum, & magnum est quātum, igitur non variant rationē diuisibilitatis sed variant modum diuidendi, nam paruitas interdum facit ad difficilem diuisionem magnitudo ad facilem, aliquando ecōtra, vt in paraphrasi dicit Auerr. propter quod decepti sunt per fallaciam accidentis, eo quia paruitas non est causa indiuisionis, sed difficilis diuisionis.

RECO. Textus iste satis perspicue exponitur in cōmentariis, vbi verba illa {indiuisibilia autē omnino} lege sic. Indiuisibilia autem omnino quare magis inexistunt paruis, hoc est quare magis prædicantur de paruis corporibus, q̄ magnis hoc est q̄ de magnis. q. d. quare parua corpora sunt dicenda magis indiuisibilia quā magna, cū vtraque sint in infinitum diuisibilia, & solum differant facile & difficile diuidi, vt Philoponus notat.

Ant.c.181 *Amplius autem, vtrum vna omnium sit natura illorum solidorum, an differunt altera ab alteris? quemadmodum si hæc quidem essent ignea, hæc autem terrea secundum tumorem. Si enim vna natura est omnium? quid est diuidens? aut quare non fiunt tangentia vnum, quemadmodum aqua aquam quando tangit? nihil enim differt posterior aqua a priori. Si autem alia, qualia hæc sunt. Et manifestum est, quod hæc ponendum est principia & causas contingentium magis quam figuras.*

Dilucida. te.c. eiusdem *Amplius autem vtrum illorum omnium corporum, vna sit natura, aut altera differt ab aliis. Quemadmodum si corporeitate hæc quidē ignea sint. illa vero terrea. Si quidem enim vna sit omnium natura, quid est distinguens, aut propter quid dum se tangunt, vnum non efficiuntur, veluti dum aqua aquam tangit. non enim refert prius a posteriori. At si altera qualia hæc? & manifestum quod hæc statuenda sunt principia, & causæ magis accidentium, quam figuræ ipsę.*

Secundo arguit per argumentum diuisiuum sic, si hæc corpora sunt, vel erūt vnius naturæ vel differunt natura, si vnius naturæ, tunc cum minima illa congregabuntur, tunc efficientur vnum continuum, veluti cum aqua occurrit aquæ, aut ignis igni. Si differunt naturis, hoc est qualitatibus sensibilibus, vt exponit Auerrues, tunc differentiæ illæ erunt magis dignæ esse rerum principia & causæ quā figuræ nam illæ erunt magis actiuæ, quæ dicit patent. verbū corporeitas græce est ogcos, latinè est magnitudo, siue tumor, at senius est ille. Com. 181

RECO. Sexto argumentatur contra Democritū. & quærit vtrū vna omnium sit natura illorum solidorum, hoc est vtrum vna eademque sit natura atomorum, quas Democritus ponit an altera solida in natura differant ab alteris solidis, ita q̄ atomi inter se differāt natura. Dico differāt in natura quemadmodum si hæc quidam essent ignea, hæc autem terra secundum tumorem. hoc est si hæ quide atomi habeant molem & corporeitatem igneam, illæ vero terreā vel aqueā. Si enim vna natura est oium atomorum, sicut vna natura omnium aquarum, vel omnium ignium. Cōtra quæritur primū quid est diuidēs, hoc est, quid atomos diuidit in tot. Secundo, quare quando se tangunt, non coalescunt in vnū continuum, quemadmodum aqua quando tangit aquam. Sed dices, atomos propter paruitate non coalescere, veluti neque testa confracta, testa enim cōfracta propter paruitatem particularum non potest coalescere, sed bene conrugari. Ad remouendum ergo hoc, adiecit, principium cū dixit, quid est diuidēs, hoc est quid est, quod atomos cōfregit, vt testā. Si enim detur licentia fingēdi, non videtur posse causam afferri. Addit etiā. nihil.n. differt posterior aqua à priori, hoc est posterior aqua, quæ superuenit, & vnita est priori, nihil ab ea differt, & ita vnita est ipsi. Sin aūt (vt inquit) hæc solida indiuisibilia sint alia atque alia in natura, tunc hæc erunt qualia, hoc est, ea per quæ differunt, erunt qualitates vltra figuras, & manifestum est, quod has ponendum est principia corporum, non atomos, nam qualitates hæ (vt Philoponus inquit) principaliores erunt.

Ant.c.182 *Amplius autem differentia natura, & facient & patientur, approximantia ad inuicem.*

Dilucida. te.c. eiusdem. *Amplius ea quæ natura differunt. siue quod agant, siue quod patiantur, inuicem se tangunt.*

Com. 182 Tertio ad idem arguit, quæ se tangunt agere possunt & pati, differentia in natura, hoc est illa minima si differūt natura se tangunt. igitur agunt & patiuntur. de ratione est igitur minorem tantum.

Confirmat, q̄ nō differūt natura, qm̄ si differrēt nā atomi essent similes & dissimiles, vt Philoponus assumit, & sic factiuæ & passiuæ adinuicem. Sed dices. hoc non est cōtra Democritū, quoniā ipse cōcedit cōsequēs, dico q̄ hoc est cōtra eum: qm̄ nō posuit atomos factiuas & passiuas passione corru-

ne corruptiua, vt sequitur, quoniam si atomi essent passiui corruptiue non essent prima rerum principia. posuit autem eas factiuas & passiuas perfectiue & contactu.

Ari.c.183 *Amplius autē, quid est quod mouet? si enim aliud passiuum. si autem ipsum seipsum vnumquodq;, aut diuisibile erit secundū aliud quidē mouens, secundū aliud autem motum. aut secundū idem contraria inerunt, & non solum materia erit numero vna, sed & potentia.*

Dilucida. te.c. eiusdem *Adhuc autē quid mouet si quidē.n. alterū, passiua erunt si vero vnūquodq; idē se moueat, aut diuisibile erit (secūdū mouēs quidē aliud secūdū motū vero aliud (Aut secūdū idē cōtraria inerunt, & non tantū secundum materiā numero vnam, sed secundū potentiā etiā.*

Com.183 Quarto arguit si dātur hæc indiuidua, cū apud Democritum moueātur continuo in vacuo, quid mouet, quæret quis, si quidem alterum mouet illa, & non ipsa se moueant, erunt, passiua tantum, & sic non principia prima, quia erunt alia priora, vtpote mouentia, si vero vnūquodque idem se moueat, sequitur alterū duorum, aut q vnumquodque illorum sit diuisibile. videlicet in partem mouentem, & partē motam, aut quod eidem cōtraria insunt, tam secundum subiectum & materiam, quā secundum potentiā & rationem. Hoc est quod vnamet res secundum eandem potentiam mouet, & moueatur quod est impossibile. Animaduerte quod contraria inesse eidem est possibile secūdū materiam, quoniam materia est vna contrariorum, sed non secundum potentiam, quia alterius contrarij est altera potentia, & alterius altera. Ex isto textu colligitur error eorum, qui volunt idem realiter, & formaliter esse mouens se, & motum a se, vt graue, & quando infertur quod tunc idem esset in actu & in potentia, cōcedunt hoc
Error contra recentiores de motu grauium. diuersimode. Est enim in actu virtuali, & in potentia formali, patet hoc esse plasma, data enim hac solutione argumentum Aristotelis contra Democritum esset nullum, dicerent enim Democritici quod idem mouet se, & quod idem est in actu & in potentia (vt dicunt) quare hæc distinctio est contra Aristotelem directe.

Hoc est septimum argomentum, quod satis pulchre in commentarijs patet. Quo vero ad verba attinet (inquit)
RECO. {& non solum materia erit numero vna, sed & potentia} vno modo hæc verba legi possunt, vt destruat Arist. per hæc consequens q d. falsum est quod cōtraria insint eidem atomo, quoniam materia, quæ est atomus, non solum apud Demo. est vna numero subiecto, sed potētia etiā, vel (vt legit Philoponus) si atomus mouet & mouet, nō solum atomus erit materia vna, sed potestate erit vna, nam qua ratione potest se mouere & moueri a se, eadem ratione & in contrarijs, contraria enim sunt actiua & passiua, quare eadem ratione eadem atomus simul contrariorum habebit potentiam, siquidem secundum vnum & idem simul mouet, & mouetur, ergo eadem potentia erit secundum quā facit, & patitur, hoc est secundum quam calefacit, & calefit. quare & simul contraria erunt, hoc pacto Philoponus intellexit. in commentarijs tamen melius intelligitur, quoniam non videtur absurdū hoc quod Philoponus inquit, quoniam eadem est potentia contrariorum.

Ari.c.184 *Quicunque igitur per pororum motionem inquiunt passiones contingere siquidem & plenis poris, superfluunt pori. Si enim patitur sic oē & si nō poros habēs, sed ipsum continuum existens, patietur eodem modo.*

Dilucida. te.c. eiusdem. *Quicunque quidem igitur propter meatuū susceptionem dicunt passiones euenire, siquidem illæ eueniūt plenis meatibus, superfluent meatus. Nam si ratione hac patitur omne quamuis meatus non habeat sed si vnum continuum existens, eodem patietur modo.*

Com.184 Corpora indiuidua hactenus confutauit: nunc meatus ipsos refellit, & arguit primo sic, repletis meatibus adhuc aliquid patitur ab agente, alter meatibus repletis cessaret, omnis actio. Igitur meatus superfluunt, quia siue sint, siue non, omnino actio & passio erunt quæ dicit, patent. Animaduerte verbum illud susceptionem, græce dicit cinesim, latine vero motionem, siue motum, at in proposito susceptionem transtuli, quia sic consonat.

Hic redarguit positionem Empedo qui dixit passionem fieri per poros, argumentū vero sm Philoponū sic fit, qui poros posuit nō posuit ipsos vacuos sed tenuissimo corpore repletos scilicet aere. Hac enim ratione differunt, qui vacuū supponebant. Tunc argumentor, vel faciēs facit, solum tangendo labrum repleti pori, & sic superfluus est porus, nam faciens tangens labrum, & non ingrediens facit. ergo si porum non habuisset, tactu solo egisset. vel faciens facit ingrediendo porum, & hoc vel expellēdo corpus, quod intus erat, vel agendo in illud corpus facit, non expellendo, quoniam tunc repleret illum porum illo expulso, & sic nō posset amplius illud repletum pati, nisi rursus fieret nouus porus, & sic in infinitum Si agit in corpus inclusum in porum, cum illud corpus non habeat porum, ergo passio fieri potest sine poro (inquit) Per pororum motionem, exponit Philoponus, propterea quod patiatur & mouetur corpus quod imporus est, cum faciens tetigerit ipsum. In commentarijs vero bene exposita sunt hæc.

Amplius autem, quomodo contingit de inspiciendo Ari.c.185
accidere vt dicunt. neque enim secundum tactus contingit transire per transparentia neque per poros, si plenus sit vnusquisque. Quid enim differret ab eo quod est non poros habere? omne enim sic esset plenum Sed & si vacua quidem hæc sint, necesse autem si corpora in se habere, idem continget rursum.

Amplius autem quonam modo de ipsa visione con- Dilucida. te.c. eiusdem
tingere potest vt dicunt: neque enim a principio per trāsparentia transire contingit, neque per meatus, si vnusquisque plenus sit, quid enim refert meatus non habere? cum totū ipsum similiter plenum sit, quod si vacua quidem fuerint corporibus tamen in ipsis repositis, necessario idem rursum eueniet.

Nōc q ipsi meatus nō prosint ad visionē (vt dixerunt) Com.185
declarat, & arguit sic, cū visio fiat vel extra mittendo, vel intra mittendo, oporet vt ipsum visile transeat ad oculos vel visilis radius transeat ad visile, tunc vel transit per diaphanum sua natura plenum, aut meaticum, & porosum Si per diaphanum sua natura plenum meatus superfluūt, si per diaphanum meaticum, cum contingat meatus ipsos repleri radijs, tūc amplius visio fieri nō poterit. Vel sic. Vel visio fit dum pleni sunt meatus, vel antequam sint pleni, non antequā sint pleni, quia tunc agēs nō intraret meatus, neq; dū pleni sunt, quia tunc nō posset visio diu fieri, nam repletio fit subito (inquit) Amplius autem quonam modo de ipsa visione contingere potest id vt dicunt quod videlicet fiat aut extra mittendo, aut intra mittēdo, neq; n. a principio hoc est ante repletionem meatuum per transparentia trāsire contingit visile ipsum, aut radius, vnde verbum illud a principio, græce est cata tas archás, latine est secundū principia, siue origines, & sic quasi intendit vt dixi, tu vero melius pesita, neque per meatus, si vnusquisque plenus sit, hoc est postquam plenus est, aut dū plenus est, quid enim refert tunc meatus non habere? quasi dicat nihil, cū totum ipsum simile plenum sit. verbum illud totum, græce est pan, latine sonat, vt dixi Dicat quis q meatus sunt vacui, & nō pleni. Cōtra arguit, q videlicet si sint vacui cōtingit repleri ipsos Dicit quod si vacua quidem fuerint, corporibus tamen in ipsis repositis, necessario idem rursus euenit; sic sonant græca settes, licet non sic taceat.

Ari. (vt Philoponus inquit) loquitur more pspectiuorū de
visione, q fiat extra mittēdo p hoc q radii visuales exeāt RECO.
ab oculis Præterea, Loquitur etiam more antiquorum, qui crediderunt radios visuales esse corpora, reliqua in cōmentarijs manifesta sunt.

Si autem tanta sint secūdū magnitudinē, vt nō susci- Ari.c.186
piant corpus aliquod, ridiculū est paruū quidē existimare vacuum esse, magnum autē nō esse, neq; quātuncūq;

aut vacuum aliquid aliud existimare dicere, nisi regionem corporis. Quapropter manifestum est, quod omni corpori secundum tumorem æquale erit vacuum.

Dilucida 3.c.eiusdẽ *Si autem hæc secundum magnitudinem talia sint, vt non suscipiant corpus aliquod risu dignum erit, paruũ vacuum putare esse magnum vero non, neque vacuum quoduis aut vacuum aliquod aliud putandum est dicere, præter corporis locum, nam omni corpori æquale est secundum continentiam vacuum ipsum.*

Comẽ.186 Sed dicet quis ad rationem tactã, dari parua vacua, quæ pori dicuntur, magna vero non plena corpore dari est impossibile. Contra ob jcit.d. Si autem hæc secundum magnitudinẽ talia sint in paruitate, vt non suscipiant corpus aliquod, ridiculum erit paruum vacuum putare esse, magnũ vero non Nam in his quæ sunt eiusdem rationis, quicquid vni est impossibile, ceteris etiã erit impossibile, a cæli.commẽ.49: Sed dices. nunquid aliquo modo vacuum sit possibile Respondet. neque vacuum quoduis ex se, neque vacuũ aliquod aliud magnum putandum est dicere præter locũ, græce verbum illud locum est choram latine regionem, tamen consonat magis vt dixi.

Nec qua le vacuum Sed dices 4. physi dictum est q locus non est vacuum Respõdet. nam omni corpori æquale est vacuum secundũ continentiam. igitur non datur vacuum simpliciter, sed secundum continentiam, qui locus dicitur, siue chora verbũ illud, nam græce est oste, latine sonat quare, non tamen ad propositum est. Illud vero secundum continentiam græce est hogcon quod est Tum secundum tumorem. Tum secũdum magnitudinem, melius autem sonat, vt diximus nos. Animaduerte quod vacuum datur apud Aristote. dupliciter est. Vno modo vt omni corpore careat, & sic impugnatur hic alio modo secundum continentiam, quia potest continere illud vel hoc corpus, & hoc ideo vacuum dicitur, quia non plenum certo corpore, quia potest esse cum varijs corporibus Nam dum plenum est aqua, igne vacat, & sic regio & locus dicuntur vacui non vacuitate simpliciter, sed secundum quid, pro quanto plenus vno vacat alio.

RECO. Verba illa {neque quantuncunque} legenda sunt sic, ridiculum est paruum quidem existimare, vacuum, magnum autem non esse neque quantumcunque, quoniam si conceditur paruum, debet concedi magnum, & quantumcunq; amplum, quoniam æque impossibile est vtrunque. Aut supple ridiculum est paruum quidem existimare dicere nisi regionem hoc est locum corporis, nam accipere vacuum ꝓ loco corporis non videtur rationi dissonum, & quoniam cõcessit vacuum accipiendo vacuũ pro loco infert, quapropter manifestum est, quod omni corpori secundum tumorem hoc est secundum concaui eius continentiam vacuum quod est ei⁹ locus, erit æquale. In commentarijs aliter legitur, & potest expositio satis bene verbis accommodati.

Ant.c.187 *Vniuersaliter autẽ poros facere superfluum. Si.n. nihil facit secundum tactum, neq; per poros trãsiẽs faciet*

Dilucida. 3.c.eiusdẽ *Omnino autẽ meatus facere superuacaneũ est, si quidem n. educens, neq; per plenum, neq; per meatus agit.*

Com.187 Dubitaret quis vtrum posito q actio neq; fiat ꝑ plenum neq; ꝑ vacuũ, pori ipsi sunt ponẽdi? Respõdet omnino aũt meatus facere subaudi modo quo faciunt antiqui. videlicet q sint simpliciter vacui, supuacaneũ est, si quidẽ. n. educent

Quales pori apud Arist. hoc est dato, est educẽs, neq; ꝑ plenũ agat neq; ꝑ vacuũ, sic .n. oĩno supuacanei sunt, cũ ad actionẽ passionẽve nõ ꝓsint. Ari. tñ si eos cõcedit, vacuos quidẽ simpliciter nõ vult esse, sed vel ẽm quid, & ẽm æquiualẽtiã, vt diximus. Animaduerte vt dixit Arist. plenum interdum appellasse aphen, q̃d ideo est, quia continuum est, vt supra diximus satis.

Isti textus in simul legendi sunt ẽm Philoponum, in quibus Arist. (vt Philoponus inquit) resumit vim rõnum, hoc modo, si faciens non põt tactu facere, ergo nec ꝑ poros faciet. nã solum ingreditur patiens, & postea nihil faciet, q̃m tactu nihil facit. Si autem postquam ingressum est faciet, licet illic non fuerint pori, tactu vtique faciet, quare superflui sunt pori (inquit) Vniuersaliter aũt poros facere superfluũ est, q̃m vel faciens tactu nihil facit, vel tactu aliquid faciet, si nihil facit secundũ tactum, neq; per poros transiens, postquam stabit intus, & replebit poros, nihil faciet intus quoniam tangendo non facit. Si autẽ postquã se fecerit intus tangendo plena quæ sunt circa poros facit, etiam tunc, poris non existentibus eorum quæ nata sunt pati, hæc quidem patient, hæc aũt facient, q̃m si intus põt facere in plenum solo tactu, & extra etiã solo tactu facere poterit, & sic pori superflui sunt. Sed dices. quod vsus pororum est ad patiẽdũ ẽm ꝓfunditatem. Contra obijcit Philoponus q̃m vsus pororũ bene est, vt faciẽs passo appropinquet, vt cũ faciens ingreditur ꝑ os, & ꝑ ventrem, non tamen conferunt ad faciendũ aliqd, sed solũ, vt faciẽs, & patiens approximẽtur, & vt se tãgãt, ergo tact⁹ satis est ꝓ factione & passiõe.

Si aũt tangendo, & poris nõ existentibus, hæc quidẽ patiẽtur, hæc aũt facient, ad inuicem hoc mõ natorum. Ant.c.188

Si autẽ tactione meatibus ipsis nõ existentibus actio fiat & passio eorum quæ hoc modo apta sunt. hæc quidem patientur. illa vero agent inuicem. Dilucida. te.c. eiusdem

Sed dices. si meatus ad actionẽ nõ prosunt, neq; ad passionẽ, nõ possint hæc pati, illa agere alio mõ Respõdet q sic, vt pote cõtractione ipsa, & nõ meatibus existentibus (inquit (Si aũt tactione meatibus ipsis nõ existentibus subaudi in græco actio fiat & passio, tunc eorũ quæ hoc mõ apta sunt agere & pati, hæc quidẽ patientur, illa vero inuicẽ agẽt, & sic non poris actio fit & passio, sed contactione tantum. Cam. 188

Quod ergo ita dicere poros, vt quidã existimãt, aut mẽdaciũ, aut inane est. manifestũ est ex his. Diuisibilibus aũt omnino corporibus existẽtibus, poros facere, ridiculũ est. secũdũ .n. quod diuisibilia sunt, possunt separari.

Quod quidem igitur meatus ita dicere vt aliqui putant, sit vel mendacium, vel vanum. ex his est perspicuũ. Adhuc corporibus ipsis vndique diuisibilibus, existentibus meatus facere ridiculum est, nam quatenus, illa diuisibilia sunt, separari possunt. Ant.c.189 Dilucida. te.c. eiusdem.

Propter duo meatus cõcesserunt antiqui, vt ꝓpter actionem & passionem, & ꝑꝑ distinctionem, crediderunt enim partes non diuidi, nisi ꝓ quanto ad vacuũ irent, & vacuũ esse diuisionis causa epilogat igitur nunc meatus ad vtrumque supuacaneos esse (& inquit) Quod quidẽ igitur meat⁹ ita dicere vt aliqui putant, sit vel mendacium. vel vanũ, ex his est perspicuum, & hoc quantum ad actionem & passionem, q vero quãtũ ad diuisionẽ etiã declarat. d Adhuc corporib⁹ ipsis vndiq; diuisibilib⁹ existẽtibus meat⁹ facere, hoc est facere meatus ad saluandam corporum diuisionẽ, ridiculum est, nam quatenus illa diuisibilia sunt, taliter possunt separari, subaudi possunt diuidi non existentibus poris igitur sic & separari Hæc pauca de meatibus. Com. 189

Epilogat, & recte in commentarijs diximus, verũ quo ad verba attinet (Aristoteles inquit) {poros facere, vt quidam existimant} Addit vt quidam existimant, quoniã (vt Philloponus optime inquit) nõ simpliciter poros destruit, nam sunt, vt diximus intestina, venæ, arteriæ, & reliqua. Non tamen hæc necessaria sunt ad patiendum, sed vt faciẽs appropinquet passo, vt possit illud tangere. Et his Aristoteles refutauit poros, prætermisit autem refutationem vacui aut ex quarto physicorum, aut quia eisdem rationibus refutari potest. RECO

Quo autẽ modo insit generare entibus & facere & pati, dicamus, accipientes principium dictũ sæpe. Si. n. est hoc quidẽ potestate, hoc autẽ actu tale, natũ aũt est nõ. Tum quidem pati, Tum autẽ nõ pati, sed vbiq; secundũ quod est tale, magis aũt & minus secũdũ quod tale magis est & minus, sic vtiq; poros aliquis dicet magis inesse, vt in metallicis extẽdũtur passiui vena cõtinua. Cõtinuũ igitur vnũquodq; & vnũ existens, impassibile est Ant.c.190

Generatio vero & actio & passio quoniã mõ ipsis in rebus sint trãsigamus principiũ accipiẽtes, quod frequẽter diximus. Si enim est hoc quidem potentia, illud vero actu tale aptum vero non secundum partẽ quidem pati. secundũ partem vero non, sed sit vniuersaliter Dilucida, te.c. eiusdem.

quantum

quantum tale minus vero & magis quatenus tale magis est & minus, quia ratione vtiq; meatus quis dicet magis, veluti in metalllcis venæ quædā eius quod passiuum est perpetue porriguntur.) Connaturale itaque vnumquodque alicui, & vnum cum eo existens, ab illo impassibile erit.

Cōm.190 Confutatis positionibus antiquorū de actione & passione, & de generatione, transiens nunc ad veritatem, talem ꝓbat cōclusionē, videlicet nihil pōt pati ab aliquo q̄ sibi est cōnaturale, hoc est vel eiusdē spēi & naturæ, vel cōgenitū Ad quod probandum sumit tres suppositiones pro antecedente, & infert consequens propositum. Prima, entium aliquod est in actu, & aliquod in potentia. Secunda, omne passiuum est secundum se & quodlibet sui passibile, & non secundum partem sic, & secundum partem non. Tertia, quanto patiens erit magis vel minus aptum & affectum, tanto magis vel minus passiuum est. vt exemplo metallorum declarat, in quibus sunt venæ quædam continuæ porrectæ, propter quas redditur metallum passibilius,, quibus acceptis pro antecedente. dat consequens dicens. Connaturale itaque vnumquodque subaudi alicui, & vnum subaudi cum illo existens, ab illo subaudi impassibile erit, verbum illud connaturale, græce est Symphyes, & Auerroes in sua glossa. Coadunatum intelligit. & ita vult quod agens & patiens non debeant esse congenita sed bene contigua, & se tangentia, forte & melius per symphyes intelligit connaturale, id est eiusdem naturæ, nā Passum ipsum semper est contrarium agenti, modo contraria differunt natura & specie, & genere conueniunt, & quocunque exponatur modo, stare potest. Animaduerte tamen quod vtroque modo exponendo, per accidens verbum Aristotelis falsum potest esse, nam paruus ignis pati potest a magno, & tamen natura conueniunt, hoc enim p accidēs, est prout magnū contrariatur paruo. Itemque calor naturalis agere potest in humidum radicale, & hoc est per accidens prout nutrit se, vt diximus Animaduertendum ex antecedente posse tribus syllogismis deduci conclusionem. Primo sic, agens est in actu, patiens in potentia. igitur patiens non potest pati a sibi connaturali. Secundo sic, patiens patitur secūdum se & quodlibet sui ab agente, igitur non a connaturali, aliter non secundum quodlibet sui pateretur. Tertio patiens magis affectum magis patitur, & minus affectum minus. igitur non a connaturali pati potest, nam connatutale æque coafficitur cum sibi connaturali. Vnū igitur enthymema est parētia tres syllogismi.

RECO. Reprobatis positionibus priscorum, hic vult propriā & veram opinionem exponere, quo modo facere & pati fiāt & vult hanc conclusionem, quod faciens & patiens nec debent esse vnum continuum. nec duo remota. Sed debent esse duo diuersa sese tangentia, aut immediate, aut per medium Et ideo textus hi legi debent continui, & non separati, vt in commentariis leguntur. Philoponus enim cōtinuos legit: Aristoteles ergo primo accipit intentionem (& inquit) Quo autem modo generare, & facere, & pati insint entibus, dicamus Dixit generare quo ad substantias, dixit facere & pati, quo ad qualitates ac passibiles affectiones. Hæc est intentio. ante vero quam conclusionem inferat, accipit suppositionem, quam sæpius hic, & in physicis accepit (& inquit) Accipientes principium dictum sæpe, deinde accipiens suppositionē, loquitur suspēsiue vsq; ibi {Continuum igitur} Suppositio vero est q̄ entium alterū actu, alterū ptāte, est potestate autem ens dico quod est aptum natum pati non secundum quid sic, & secundum quid non, sed quod totum est natum pati, non tamen ita aptum totum pati, quin possit secundum aliquid magis, & secundum minus pati; hæc suppositio, quæ secundū Philoponum vna est, & non tres, vt in commentarus diximus, est vna dico, quia aliud ponitur in declaratione alteri' (inquit) Si enim hoc quidem potestate, hoc autem actu est, exponit quid p ens potestate intelligat (& inquit) Dico autem supple ens potestate, quod natum est pati, non tum quidem pati, tum autem non pati, sed vbique simpliciter est aptum natū pati quatenus tale passiuum est, vt calidum est, actu calidum, & aptum secundum se totum esst frigidum, non tamen dico ita secundum se totum aptum pati, vt æqualiter sit aptum pati, nam magis & minus est aptum pati secundum quod tale magis & minus est aptum pati Potest enim pati magis secūdum aliquam partem, minus secundum aliquā: vnde & propter hanc causam poros dicet quis magis inesse, quam vt fiat passio, potius enim pori videtur esse, vt passuni facilius patiatur in partibus porosis, quam in partibus non porosis, vt in metallicis eius quod patitur venæ continuæ extendūtur, & tanquam pori habentur vt facilius patiantur in partibus illis Hæc est suppposirio, tūc infert conclusionem, & terminat suspensionem (inquit) Cōtinuum igitur vnum quodque & vnum existens cum ipso faciente ab illo est impassibile. Similiter autem & non appropinquantia si sint factiuum, & passiuum, neque sibiipsi, neque alijs, scilicet medijs, quæ sunt apta facere & pati. Est enim medium pati aptum a faciente, & facere aptum in extremum passum. Exponit aūt se (& inquit). Dico aūt, quod ignis non solum calefacit aliquid tangendo illud. sed etiam si longe sit, modo mediū calefacit, aerem enim ignis aer autem corpus. sc licet lignum calefacit, qui aer aptus est facere in lignum & pati ab igne. Patet ergo quod patiens non patitur ab eo quod est sibi continuum, nec ab eo quod est sibi remotum, ergo ab eo, quod ipsum tangit, quando illud est aptum facere, ipsum pati, vel a medio apto facere & pati Hæc est expositio huius.

Ant c.191 *Similiter autem, & non appropinquantia, neque sibiipsis, neque alus, quę facere nata sunt & pati, Dico autem vt non solum tangens calefacit ignis sed & si longe sit. aerem enim ignis, aer autem corpus calefacit natus & facere & pati.*

Diluc date eiusdem. *Similiter autem & quæ nec sibiipsis, nec alijs appropinquant quæ apta sunt agere & pati, dico autem hoc quia non tantum ignis tangens calefacit, sed si procul sit, nam ignis quidem aerem, aer vero corpus aptum agere & pati, calefacit.*

Cōm.191 Accepit antecedens ex tribus constitutum, & dedit vnū consequens, seu vnam partem consequentis, nunc dat aliā, & quasi vult quod nihil patiatur a connaturali, neque a remoto vltra sphæram passionis, quod est dicere quod agēs non sit nimis passo proximum, neque nimis remotum. Nam a proximo propter connaturalitatem non patitur a remoto propter distantiam minime (inquit) Similiter aūt non patiuntur supple tu & quæ nec sibiipsis, nec alus appropinquāt, alus dico quæ apta sunt agere. & pati. igitur oportet agens non esse nimis proximum passo, nec nimis remotum. Animaduerte quod idem specie pati potest ab eodem specie, vt paruus ignis ab igne magno propterea dixit nec sibiipsis, & potest pati ab alio alterius speciei, & propterea dixit nec alijs. Exponit autem hoc, quia agens & per contactum agere potest, & per medium, propterea oportet vt tangat omnino passum, aut per se, aut per medium, & hoc ait. dico autem quia non tantum ignis calefacit tangēs sed si procul sit, cætera patent Animaduerte verbum illud oion frequenter reddere causam, ideo transtuli, quia tā quam reddat causam. & rem hanc latini ignorant.

Nota,

Nota quid oion.

Aa.c.192 *Existimare autem tum pati, tum autem non, determinantes in principio hoc dicendum. Si enim non vbique diuisibilis sit magnitudo, sed est corpus indiuisibile aut latitudo, non vtique erit vbique passibile, sed neque continuum nullum.*

Dilucidate eiusdem. *Putare vero aliquid parte quadam pati quidem, parte vero quadam non, determinantes a principio rē hanc transigamus. Nam si quidem magnitudo non omni ex parte diuisibilis esset, sed aut corpus sit aut magnitudo indiuidua, nihil vtique omni ex parte passiuū erit immo neque continuum.*

Com.192 Ex his confutat errores veterū, & primo ꝓbat contra Democritū patiēs nō esse cōpositū ex corporib indiuiduis quæ atoma, siue adiæreta nūcupāt. Aue vero videt q̄ Ari. ꝓbet q̄ corpus nō patitur p parte aliquā sic, & per aliquā.

non, cuæ fuit vna suppositio. Et hæc expositio consonat principio textus, mihi vero videtur Arist. confutare errorem Democriti vt dixi, & petit, quod omne patiens patiatur secundum se, & quodlibet sui. Tunc arguit, si corpus naturale ex indiuiduis componeretur, tunc non secundum quodlibet sui pateretur, quia non secundum partem indiuiduã, nam probatum est indiuiduum nõ pati (inquit). Putare vero aliquid parte quadam pati quidem, parte vero quadam non pati, determinantes a principio rem hanc trãsigamus & sic supponit hoc, & rem Democriti a principio pertransit. d. Nam si quidem magnitudo non omni ex parte diuisibilis esset (vt Democritus credit dari atoma) nihil vtique omni ex parte passiuum erit, immo neque continuum, quoniam ex indiuiduis non fit maior. Expositio igitur Auerrois conuenit principio literæ non autem conuenit fini & conclusioni. Animaduerte verbum, illud magnitudo græce esse platos modo etiam latine accipitur pro magnitudine, quanquam proprie pro latitudine, intelligatur.

platos gd

RECO. Dixit, quod id quod est per naturam tale potentia non partim quidem pati, partim vero non, sed penitus quatenus est tale. Nunc secundum Philoponum vult ostendere ad quam positionem sequatur quod corpus non sit penitus patibile, sed partim quidem sic, partim vero minime (& inquit) Existimare autem, tum pati, tum autem non, determinantes a principio hoc dicendum, hoc est ad quam positionem hoc sequatur. Posita vero intentione (inquit) Si enim non vbique sit diuisibilis magnitudo, sed est corpus indiuisibile, vt Democritici & Leucippei dixerunt, aut latitudo, vt Plato dixit, qui planities indiuisibiles posuit corpus naturale non vbique erit passiuum, neque erit continuum nõ passiuum quidem vbique, quoniam non erit passiuum secundum indiuisibiles magnitudines, neque secundum planities, quoniam indiuisibilia non sunt patibilia, non continuum vero, quoniam indiuisibilia non possunt coalescere. Patet ergo ad quam positionem sequatur id quod patitur, non pati secundum totum simpliciter.

Anti.c.193 *Si autem hoc mendacium, & omne corpus diuisibile nihil refert diuidi quidem tangere autem, aut vtique diuisibile esse. Si enim segregari potest secũdum tactus (vt aiunt quidam) & si nondum est diuisum possibile erit diuisum esse, fit enim nullum impossibile.*

D lucida. c.c.eiusdẽ *Quod si illud mendacium sit, & sit corpus omne diuisibile, nihil refert diuidere quidem, dum contiguum aut diuisibile sit, vbi namque secundum tactus segregari potest (vt aiunt quidam) si nondum diuisum sit erit diuisibile. Nam potest esse diuisum. cum nullum fiat impossibile.*

Com.193 Respondet vni dubio, dictum est quod corpus naturale est diuisibile in semper diuisibilia, & quod passum est diuisibile in semper diuisibilia, aliter non secundum se & quodlibet sui pateretur, ideo quæret quis, vtrum passum semper debeat in partibus esse continuum & vnum, an satis sit quod sit vnum contiguum ad hoc vt sit passum vnum, quasi quæreret quis vtrum passo sit necessaria vnio continuitatis in partibus, an vnio contiguitatis. Respõdet quod si illud Democriti sit mendacium, & sit verum quod diximus. verbi gratia, quod omne corpus sit semper diuisibile, quantum ad passionẽ nihil refert diuidere quidẽ, dum mõ sit passum in partibus contiguũ, vel potentia diuisibile. q. d. sufficere passo esse vel vnũ contiguũ vel continuum. Cuius causam subscribit. d. vbi nanque continuum passum potest segregari secundum tactus, hoc est effici contiguum, si nondum diuisum sit, erit diuisibile. Nam potest esse diuisum, cum ipso posito in esse nullum fiat impossibile quia non ponitur in esse secundum actum completum, sed secundum potentiã mistam actui. Sic igitur siue passum sit vnum contiguitate, siue continuitate, quantum ad passionem non refert. Hunc locum ignorant nostri, ob malas translationes.

RECO. Hic textus satis expositus est in commentarijs, sed quærit Philoponus texto præcedenti. Vtrum in corpore sint pori determinati, & quidam argumentatur primo. quod sic, in dies fiunt sudores, ergo sunt pori, per quos sudores exeunt. Secundo dicunt medici quod sunt quædam vnctiones rarefactiuæ, & aliæ densatiuæ corporum, quæ esse non possunt, nisi pori essent, Rarefactiua enim vnctio porificat & facit poros, per quos exhalat materia apostematum densatiua vero tollit poros & sic maturat, atque conglutinat, repercutit vt vnctiones frigidæ repercussiuæ. Respondebant quidam, quod vnctio dicitur rarefactiua, non quod faciat poros, sed quod omnes partes quæ prius erant densæ, fiant rariores, nulla porificatione facta. Simili ratione aliqua vnctio est densatiua, quatenus omnes partes, quæ prius erant rariores, facit densiores. De sudore vero dicũt quod sudor est humiditas, quæ per partem post partem fit ad cutim, non quod per poros exeat. Contra obijcit Philoponus, quoniam hoc quod dicunt de sudore esset verum, quando humiditas esset qualitas tantum, quæ migrãdo se faceret ad cutim corporis, vt postea Arist. dicit, sed quoniam humiditas, quæ est sudor, est corpus humidum ergo nisi sit penetratio corporis per corpus, oportet dare poros. Præterea Medici ex obseruatione sciunt aliquas medicinas calefactiuas appositas apostematibus cutim porificare, & conuertere materiam in vapores, qui exhalant per poros, aliquas esse medicinas frigidas repercussiuas, quæ poros constringendo repercutiunt materiam ad interiora. constat autem hoc fieri non posse nisi pori cutanei claudantur alij intus aut fiant, aut per antiperistasim dilatentur, vt per eos materia defluxa retrocedat. ergo oportet concedere poros, non tamen vt dixerunt Empedoclei propter passionem, vel rerum diuisionem.

Vniuersaliter autem hoc, generari modo scissis corporibus, inconueniens est. destruit enim hic sermo, alterationem. Videmus enim idem corpus continuum existẽs quandoque quidem humidum, quandoque autem coagulatum, non diuisione & compositione hoc patiens, nec conuersione & tactu sicut ait Democritus. neque enim transductum, neque transpositum neque transmutatum secundum naturam coagulatum ex humido generatum est neque nunc sunt dura & coagulata, indiuisibilia tumoribus, sed similiter omne humidum, quandoque autem durum & coagulatum est. Ant.c.194

Actionem autem illo modo inesse simpliciter propter corpora ipsa indiuidua, est inconueniens. ratio enim hæc alterationem interimet, immo videmus idem corpus existens continuum, humescere quidem interdum vero arescere, & non diuisione, & compositione id pati sed nec conuersione, & tactu, vt Democritus ait. quia nec translatum, neque transpositum secundum naturam arefactum ex humido fit neque quæ magnitudine indiuisibilia sunt. dura sunt & arida. sed similiter totum humidum est, interdum tamen durum est atque aridum. Dilucida c.c.eiusdẽ

Secundo ostendit quod per atoma saluari non potest alteratio, vt dixit Democritus, & hoc proponit d. Fieri autẽ hoc modo, idest agere & pati inesse corporibus ipsis scissis, hoc est propter corpora indiuidua (quæ schizomena vocat Quia sua natura scissa & diuisa sunt, licet congregatione vnum faciant) est inconueniens. Ratio enim hæc alterationem interimit. Quod declarat per ea quæ sensu visuntur. d. immo videmus idem corpus continuum manens, humescere quidẽ interdũ, arescere vero interdũ, & nõ diuisione cõpositione atomorum id pati, sed nec conuersione sm situm, neque tactu, hoc est congregatione noua imminente, vt dicebat Democritus, quia nec translatum nec transpositum secundum materiam arefactum ex humido fit, & sic atoma ad alterationem non prosunt Sed dices. nonne atoma sunt dura, videtur quod sic, quod sunt indiuidua. igitur non apta scindi igitur dura. obijcit contra. d. neque magnitudine indiuidua sunt, dura sunt & arida, vt dixit Democritus, sed similiter totum humidũ est secundum se & quodlibet sui. Interdum tamen durum est atque aridum. Sic igitur totum patiens oportet esse eiusdem rationis vel molle Comẽ.194

secundum

secundum se & quodlibet sui vel durum secũdũ se & quod libet sui, efficitamen interdum durum ex molli, & contra interdum.

Plato dixit fieri non posse alterationẽ nisi per contactũ & ideo scisso corpore in particulas Contra obijcit Ari. (& inquit) Vniuersaliter autem hoc modo generari scilicet qualitatem quæ alteratio prius scissis corporibus, inconueniẽs est, nam destruit hic sermo alterationem hoc est hic sermo Platonis destruit sensum quem habemus de alteratione. Videmus enim idem corpus existens continuum non fractum quandoque quidem humidum quãdoque autem coagulatum, vt lac quod alteratur, patiens hanc mutationem neque diuisione, neque continuatione atque compositione noua, sed idem manens, hæc contra Plato. Contra vero Demo. (inquit) Videmus corpus fieri humidum, & siccum & tamen atomi non patiuntur in atomato conuersionem siue transpositionem, neque ad extra tactum ab alio exteriori, vt ait Demo neque enim transductum, neque transpositum, neque transmutatum secundum naturam hoc est substantiam lac coagulatum ex humido factum est, & quoniã quis posset dicere atomos in coagulatione lactis fieri duras, ideo inquit neque nũc sunt dura & coagulata indiuisibilia suis tumoribus ac corporeitatibus. Sed similiter totum atomatum secundum se & quodlibet sui est humidum, quandoque autẽ durum & coagulatum. ergo non est necessarium vt alteratio fiat vt isti dicunt.

Ant. c. 195

Amplius autem, neque augmentationem possibile esse & diminutionem. non enim quodcunque erit factum maius, si quidem erit appositio, & non omne transmutatum, aut mistio aliquo, aut secundum se transmutato. Quod igitur est generare & facere, & generari & pati adinuicem & quomodo contingit & quomodo inquiunt quidam, non contingit autem. determinatum sit hoc modo.

Dilucidatio eiusdem

Amplius autem neque auctio neque imminutio possibiles erunt. non enim quodcunque erit maius factum, si quidem erit appositio & totum non erit auctum vel mistio aliquo vel per se corrupto. Quod quidem igitur sit generare & agere, atque generari & pati inuicem. & quomodo contingat, & quomodo quidem dicant aliqui licet non sit, hoc determinatum sit modo.

Com. 195

Tertio arguit si auctio est appositio & nõ mistio vel corruptio, vt Democritus concedit tunc datis atomis auctio non esset (inquit.) Amplius autem neque auctio neque imminutio possibiles essent. hæc est conclusio, quam probat. Non enim quodcunque erit maius factum idest non quælibet pars aucti erit aucta subaudi. igitur datis atomis, nõ est auctio. ponit antecedens primum siquidem auctio erit appositio & totum non erit auctum vel mistione aliqua, vel per se corruptione est igitur syllogismus a primo ad vltimũ sic. Si auctio est appositio & nõ mistio vel corruptio, tunc non quælibet pars aucti, erit aucta, & si non quælibet pars aucti, erit aucta, tunc non erit auctio. deinde epilogat & patet.

prima quæstio, an idẽ agat in se. Argumenta affirmatiua.

Nunc digrediendo quæ recentiores pertractant trãsigamus. Quærunt itaque primo vtrum idem possit agere in seipsum, quod sic arguunt pluribus argumentis, nos vero per duo arguimus primo de intellectione & volitione, quæ sunt actiones immanentes igitur remanent in agente secũdo, de aqua calefacta, quæ reducit se. De dubio solent duo inquiri primum est, vtrum idem possit agere in se actione intentionali. secundum vero, vtrum idem possit agere in se actione reali.

Ordo quæstionis. Positio recentiorũ. Rationes. Prima. Secunda. Impugnatio. prima

Quantum ad primum recentiores omnes tenent quod idem in se agere potest actione intentionali. Primo, quia actus intelligendi & volendi sunt duæ actiones intentionales nouæ. igitur habent agens & patiens, & agens nõ est phantasma ipsum, quia nihil agit extra genus igitur agens est intellectus, & ille est patiens igitur ut supra. Secundo visio causatur a visu & non nisi in seipso. igitur idem agit in se. Sed hæc positio est contra maiorem partem Philosophorum Auer. enim 3 de anima. commen. 4. & 5. recipit tanquam impossibile intellectum agere in se, quia tunc idẽ esset in actu. & in potentia, & Aristoteles in litera intulit quod dato illo nihil esset immotum.

Ratio secunda. Responsio recẽtiorũ. Replica.

Ad hoc etiam faciunt duæ rationes, quas recentiores cõtra se faciunt: prima tunc idem esset in actu, & in potentia. Nec fieri potest (vt dicunt) quod idem sit in actu per essentiam hoc est virtuali, & in potentia formali. Primo, quia non posset probari motorem primum esse, dicerem enim cælum ipsum esse primum motorem, & quando diceres nihil mouet se, negarem, quia fieri potest vt idem sit in actu, & in potentia diuersimode. Et si dicitur quod restat via per infinitatem, vel per hoc quod moueri est dispositio accidentalis motori, & omne per se potest stare sine posteriori & per accidens, hæc nihil sunt. Primo quidem non. quia deum & primum motorem esse infinitum est creditum, vel saltem non est demonstratum apud omnes, & per creditũ nihil demonstratiue scitur. Secunda minime quia apud Platonem moueri est dispositio necessaria motori, qui deus est, qui seipsum mouet, & sic omnes demonstrationes Aristotelis de primo motore euerentur stante isto.

Responsio. Replica. secunda ratio. Positio propria.

Secundo principaliter arguo, quia in textu Aristotelis contra Democritum probauit indiuiduum non seipsum mouere, quia tunc idem esset in actu, & in potentia. vbi igitur idem esse in actu & in potentia diuersimode non sit impossibile, ratio Aristotelis nulla esset. Propter hæc animaduertendum est quod formæ vt forma est agere tantum, vt in materia vero est pati, vt Auerroes tradit. 9. meta. commento. 2. Ex hoc sequitur veritas quæsiti, quod videlicet actione intentionali nihil agit in se. probatur. nihil agit actione intentionali, nisi ea quæ est forma tantum, & nullo modo in materia. Sed forma vt forma non patitur, sed agit tantum, igitur actione intentionali nihil agit in se. de hac re plura diximus in libro. de substantia orbis.

Ad argumenta.

Nunc ad argumenta recentiorum dicamus. Et ad primum quod intellectus nihil agit in se. nam intellectio non differt a re intellecta, modo res intellecta secũdum Aristotelem. & Auerroem est perfectio æterna intellectus, & non actio noua, vt disputamus in libro de intellectu, similiter & de voluntate. Vel dicatur, quod causatur a phantasmate vt tertio de anima patet, vel qđ causat intellectionem postquam est reductus in actu ab intelligibili. Ad secundum de visione dicemus. Visio enim non est actio penitus intentionalis, sed realis perfectiua tamen, & propterea est a forma materiali, & ideo sensus agit in se vt sensus. recipit vero vt in organo, sed de hoc postmodum.

De actione reali secundum. Actio realis duplex. Positio.

De actione vero reali nunc dicamus. vbi debes scire quod actionum realium quædam sunt perfectiuæ vt sensationes & motus locales, & hæ quæ nihil a subiecti substantia remouent, quædã sunt corruptiuæ, vt generatio & corruptio, alteratio, auctio & imminutio, de quibus hactenus, tunc cum recentioribus teneo aliquid posse agere in se actione reali perfectiua non tamen secundum vnam & eandem partem Sed propter diuersas partes, vt graue ratione formæ mouet se ratione materiæ mouetur a se. nã ratione formæ est in actu, ratione materiæ est in potentia, itemque ferrum. ratione affectus sibi a magnete tributi mouet se, ratione ferri & subiecti mouetur: rursum visorium ratione visus videt, hoc est agit visionem, ratione oculi patitur, vt in libro de sensu agente scripsimus.

Dubitatio.

Sed circa hæc dubitares. nam ratione entis in potentia nihil mouetur, quia omne quod mouetur est. quinto physicæ auscultationis, igitur ratione materiæ nihil mouetur. Secundo, tunc stante hoc nulla esset via probandi motorem immobilem. dicerem. n. cœlũ ratione formæ se mouere, & ratione materiæ moueri.

Ratio mouendi & recipiendi quæsiti. Primum notabile. Sequela.

Animaduertendum primo quod immediata ratio quare aliquid mouetur est forma, non quidem absolute, sed vt in materia, est quidem forma, quia quod mouetur et quod ratio motus est in actu, & omne quod est in actu, est tale propter formam. Ex hoc colligitur quod ratio quare aliquid mouet est forma, & quare aliquid mouetur nam mouetur quidẽ vnumquodque pro quanto est forma in materia, mouet

vero

vero vt forma Secundo animaduertendum quod vt forma mouearur habet a materia, quia ab illa constituitur in esse igitur & ab illa sit potentialis materia vero mouet, vt in actu, quia forma in esse constituitur, & per consequens in esse actuali Ex hoc datur quod sola forma materialis mouet & mouetur, s. est rō proxima agēdi motū & recipiēd., quia ipsa & est forma & est in materia, quia nāq; forma mouet, vel est rō mouēdi quia in materia mouet vel est rō patiēdi motū. Tūc ad primū dico q̄ mouēs est totū graue & mobile est totū graue. Rō proxima agendi motū est forma, rō proxima patiendi illū, est forma vt in materia, remota vero est materia ipsa, & sic non est inconueniens aliquid in potentia esse rationem recipiendi motum non proximam, sed remotam Ad 3m concedo, quod cælum rōne formæ primæ mouet, & ratione cœli mouetur. Illa tñ forma est actus tantum, quia ratio motus solum, & non ratio recipiēdi motum, quia est forma tantum, vbi autē esset forma & in materia constituta, tunc esset generabilis & corruptibilis. De actione vero reali, & corruptiua, omnes conueniunt nihil posse generare se nec per se, nec per accidens,

De actione reali & corruptiua De generatione.

vt dicimt secundo de anima. Declaratur quod omne generans, siue per se, siue per accidens non est modo nihil potest esse, & non esse & hanc conclusionem non dubito de corruptione, alteratione, & auctione. cōis opinio est recētiorū, q̄ aliquid pōt se corrompere. alterare, vel augere vel minuere non per se, sed saltem per accidens. De alteratione

De alteratione.

parer in aqua calefacta, quæ se per accidens reducit. ipsa n. ob calorem est præter naturaliter rarior quam esse debeat, & sic exit præternaturaliter locum in quo erat. cum autem suæ naturæ dimittitur, ipsa ab intrinseco per se mouetur localiter a circunferentia ad centrum, & quoniam cum tanta densitate in materia non stat caliditas illa, per accidens corrumpitur, & par frigiditas per accidens generatur, quare videt̄ hæc reductio esse ab intrinseco & ab extrinseco, ab intrinseco quidem per accidens ratione motus localis. ab extrinseco per se vbi enim illa non esset ab intrinseco, nulla esset causa quare reduceretur ad maiorem quam sit, & si non ab extrinseco, in hyeme non reducta esset ad maiorē quam in æstate. Quod si dicas tunc motus localis causaret frigiditatem, dicendum quod in subiecto apto nato facit frigiditatem, aliquando vero caliditatem in calefactibili quoniam motus non per se, sed per accidens est causa vtriusq;.

Dubitatio an idē se generet.

Sed dices contra hæc. nam tunc idem posset generare se p̄ accidens: nam generata frigiditate in aqua generatur & intenditur substantia & forma aquæ secundum Auer. 3. cæli commē. 67 forte concederent aliquod totum posse generare se s̄m partes diuersas & per accidens, de his tamen latius diximus in libro de substantia orbis. Quod idem possit se

De corruptione.

corrumpere per accidens patet de calore vitali, qui humidū resoluendo se necat. Simili ratione & idem potest se minoere, per resolutionem partium materialium. Sed dubitabis quare aliquid potest se mouere in loco per se, & nihil alterare vel augere se per se. vt dicit Auer. primo commen. secundi physicorum.

Dubitatio quare aliquid se mouet in loco, sed nihil alterat.

Dici potest, quia alteratio est medium generationis, modo si aliquid posset se alterare per se. igitur generare per se vt in principio huius libri diximus Per hæc ad argumenta patet solutio. Multa tamē diximus in li. de substātia orbis.

Solutio secundum quæstio an simile agat in simile. Prima positio secunda positio

Secundo quæritur, vtrum simile possit agere in sibi simile. Hic sunt tres positiones principales. Prima vult quod simile in qualitate & gradu etiam actione directa agit in sibi simile in qualitate & gradu, stante tamen dissimilitudine in aptitudine, veluti continens frigidum vt sex congelat aquam & reducit illā propter aptitudinem eius ad maiorē frigiditatem, quod sit illa medi Secunda positio est quod propositio Aristotelis. est quod simile in qualitate & gradu non agit in sibi simile in qualitate, & gradu nec aliter oportet Aristotelis propositionem intelligere. Alij

Tertia positio.

volunt quod propositio Philosophi est quod simile in qualitate & gradu condensatione & raritate & actione non agit in sibi simile tamen actione directa, quicquid sit de

Primo rō.

actione reflexa. Vt vero videatur quæ positio sit vera Arguo pro tertia positione, & contra ipsam. Primo accipiendo quod simile in qualitate & gradu agit in sibi simile similiter, & pono quod. a. calidū vt quatuor egerit in. b. passum calid tatem vt quatuor, & arguitur quod. a po est vlterius agere in b. nam a. potest condensari remanente eadem caliditate sub eodem gradu præexiste. igitur facta cōdensatione. a esset fortius quam ante. Secundo, omne agens fortius

Secunda.

agit per lineas breues quam longiores, quoniam maiorata distantia actio minoratur, sed in tali condensatione extrema puncta ipsius a. continuo agerent per lineas breuiores, quia quanto plus appropinquarent ad centrum. a. tanto minus elongarentur a medio puncto. b igitur a. continuo agere in b. Tertio sit a. pedale terræ caliditatis vt qua

Tertia.

tuor, & b. aliud pedale rarius. a. tantæ potentiæ in caliditate cum igitur eadem caliditas vel similis in materia densa sit fortior quam in materia rara, oportet caliditatem. b. esse intensiorem caliditate. a. tunc arguitur. virtutes eiusdem speciei & æque fortes possunt producere caliditatem vt

Quarta.

quinq; igitur. a pōt p̄ducere caliditate vt quinq;. Quarto, cum caliditas coniuncta siccitati fortius agat quam coniūcta humiditati ipsa eadem, vt obseruatio docet de calore ignis, & aeris, sit igitur caliditas siccitati coniuncta vt quatuor, & sit. b. vna alia tantæ potentiæ coniuncta humiditati, quo admisso sequitur q̄. b. caliditas sit intensior a. caliditate, sed. b potest producere gradum intensiorem quam vt quatuor: igitur etiam. a. cum sit tantæ potentiæ & habetur intentum. Hæc sunt præcipua argumenta pro tertia positione. Contra hanc positionem arguunt quidam. Primo, quia potentia rei attenditur penes multitudinem formæ. sed tanta est multitudo formæ in materia rara, vt in eadē

Confutatio illius per aliquos. prima ratio.

densa. igitur tanta potentia. maior probatur, quia potentia passiua attenditur penes multitudinē materiæ. igitur actiua penes multitudinem formæ & per consequens forma vna & eadem non est maioris potentiæ in rara quam densa. Secundo, data hac positione aliquod calidum remissum posset generare intensiorem caliditatem quam ignis summus. probatur quod ignis summus non potest genera-

Secunda.

re caliditatem intensiorem caliditate summa. sed aliquod calidum remissum potest intensiorem generare quam summa, quod declaratur, & supponitur quod caliditas summa sit vt octo, tunc sit. a. est calidum vt quatuor. igitur est remissum calidum, sed per condensationem continuo fit maioris potentiæ, & fortius agit per opinionem: igitur condensatum ad duplum erit in duplo maioris potentiæ, & in duplo magis & fortius aget, sed iam agit caliditatem vt quinque igitur tunc aget caliditatem vt. 10. Tertio sequitur, quod sint aliqua duo similia in qualitate, raritate, & densitate, & gradu, quorum quodlibet potest reliquum in infinitum intendere. probatur, & pono quod. a.

Tertia.

condensetur ad duplum, qua facta. a. intendet. b. in duplo, & quod in fine intensionis. b. erit tantæ potentiæ quantæ est. a quia sicut a. est in duplo densius. ita. b. tunc erit in duplo intensius. ponatur igitur quod. b. factum intensum ad duplum incipiat condensari, & sequitur quod fiat maioris potentiæ quam a igitur poterit intendere. a. postquam igitur a. erit alteratum ab ipso b. pono quod iterum condensetur. a. & habetur circulatio infinita in alterationib. Quarto sequitur, quod caliditas coniuncta humiditati est maioris potentiæ quam eadem coniuncta siccitati, quod est con

Quarta.

tra eos, & patet cōsequē ia, q̄a calid tas ignis cōiuncta humiditati aeris est in materia densiori Aīaduertēdum quod dū quæritur, vtrum simile, agat in simile quæstio est non de ratione agendi, sed de agente & passo, & sic teneri potest q̄ simile agat in simile, non tamen ratione similitudinis sed ratione contrarietatis, & quod contrarium in contrarium agat non ratione contrarietatis tantum, sed ratione similitudinis & sic actio fit ratione contrarietatis similis vel ratione similitudinis contrariæ. Secundo, animaduerte quod nec potentia actiua nec potentia passiua attenduntur penes multitudinem materiæ. actiua quidem non, quia penes materiam non est actio. passiua vero minime, quia materia est tanta nunc quanta ab æterno. Amplius potentia actiua non sequitur multitudinem formæ quia vel multitudinem essentialem vel multitudinem accidentalem. non essentialem, quia forma secundum essentiam est indiuisibilis, nec accidentalem, quia accidentia se tenent

positio p̄pria primum notabile.

Secundū notabile. Prima pars. Secunda.

ex parte

Positio propria

ex parte subiecti, & materiæ, vt dicitur primo, physicorum. Rursus potentia actiua attenditur penes recessum ab immo, vel accessum ad summum. nam potentia est quædam qualitas intensibilis & remissibilis, sed quælibet qualitas intensibilis & remissibilis est latitudo, & omnis latitudo attenditur penes recessum ab immo vel accessum ad summum secundum Arist. & Auer. Quarto, licet formaliter potentia dicatur maior vel minor propter accessum & recessum, dispositiue dici potest maior a forma propter dispositiones diuersas, vt quia in materia densiores quia coniuncta siccitati vel alijs huiusmodi. His stantibus uidetur mihi quod positio Arist. sit hæc, quod nullum simile possit agere in simile seruata paritate potentiæ vndecunque sit illa potentia, vbi tamē non seruetur similitudo potentiæ, simile pōt agere in simile quolibet siue in gradu siue in forma siue in oibus alijs modis dempta sola potētiæ similitudine hoc est simile in potentia non potest agere in simile in potentia nec si sint eiusdem generis nec diuersi generis & hæc est positio Alexan. primo metheo. & Auer. 4. metheororum. & omnium peripateticorum. Tunc ad argumenta vtriusque partis. Ad prima. omnia concludunt pro me, nam ibi non seruatur potētiæ similitudo. Ad opposita: Ad primum patet solutio non enim intensio potentiæ habet attendi penes multitudinem formæ vt patet. Ad auctoritatem satis patet solutio. Forma enim est principium agendi, non propterea sequitur quod potentia actiua sequatur eius multitudinem, quia non est causa totalis. Ad secundum diceret forte aduersarius quod illud est necessarium, propterea quia licet ignis summus sit maior in forma, non tamen maior in potentia. verum est tamen quod cuiuslibet actionis naturalis est datus terminus ad maximum, & minimum, & sic non potest agere nisi vsque ad octo, ponendo quod illud sit maximum. Ad tertium dicerem tandiu per condensationem alternam illa possunt se augere, donec potentia agendi veniret ad summum, tunc quum essent æquales, cessaret actio, argumentum enim supponit non dare maximum in potentia neque minimum. Ad quartum, licet argumentum sit contra illos, non est contra me, quia ego dico potentiam esse maiorem propter gradus.

Primum dubium.

Quærunt hic primo vtrum caliditas realis possit se augere per antiperistasim hoc est per assistentiam contrarij. omnes respōdent quod sic. sed de modo est difficile. Anima aduertendū tamen quod vnaquæque qualitas sensibilis, & maxime tactilis multiplicat se intentionaliter per lineam sphæralem vsque ad certū datum terminum, ita vt res ipsa sensilis sit, vt centrum & sphæra ad quam terminantur lineæ sensiles porrectæ a re sensili est, vt orizō. Secūdo animaduerte quod intentio rei sensibilis efficit in subiecto apto, & intentionem qualitatis & qualitatem realem, vt caliditas intentionalis sphæraliter multiplicata in materia causat realem caliditatem, in tactorio intentionalem. patet, quia manus distans ab igne est realiter calefacta, vt corpus alterabile, & intentionaliter, vt tactorium. Tertio animaduerte quod intētionalis qualitas potest reflecti a cōtrario reali, vt intentio caloris potest reflecti a reali frigiditate, & intentio frigiditatis a reali calore, est autē hæc reflexio reditus intentionis ad suam radicem. nec inconuenit accidens intentionale migrare de subiecto in subiectum, quia cum sit intentionale, non dependet ab illo sed ab agente. Ex his patet solutio dubij, quod. videlicet caliditas realis per intentionum reflexionem augetur. nam cum species illæ redeunt in radicem, inueniunt subiectum aptum calefieri igitur illæ calefaciunt per supposita. & sic radix augetur.

Secūdum dubium.

Secundo dubitant, vtrum virtus vnita hoc est in materia densa sit fortior seipsa in materia dispersa hoc est, rara. quidam simpliciter respondent quod sic. Primo, per verba Aristo. in metheoris. Secūdo, per obseruationem nam caliditas manus est minor caliditate aeris. & tamen quia in materia densa, fortius agit. Tertio, vt argutū est, omne agēs fortius agit per breuiores lineas, quam per longiores. Alij volunt virtutem vnitam, hoc est in materia densiori esse fortiorem in resistendo, & non agendo, vel si est fortior in agendo, non est intelligendum respectu effectus. sed respectu temporis, non enim oportet vt. a. calidum condensatum fortius agat quam prius tam respectu temporis quam respectu effectus. & sic soluitur auctoritas, & obseruatio Similiter ad rationem, licet per lineas breuiores fortius agat agens, nō tñ maiorē aut intensiorē effectū producit sed hmōi fortitudo intelligitur penes tempus, & nō penes effectum. Illud vero quod est melius apud plures est quod potest forma esse eiusdem potentiæ in rara & densa materia, vt calor potest esse tantus in materia rara. vt quatuor, & in materia densa vt tria, non tamen formæ eiusdem rationis possunt esse æqualis potentiæ, quando vna sit in materia densa & alia in materia rara eiusdem quantitatis. Si enim per possibile vel impossibile quantus calor est in igne tantus in ferro & econtra æqualis erunt potentiæ. Sed non est possibile, vt duæ. materiæ eiusdem quantitatis quarum vna sit densa: altera rara, recipiant formas æqualis potentiæ.

Tertium dubium.

Tertio dubitant, vtrum duo lumina e diuersis luminosis effluxa in mediu faciant vnū intensius. Respondat quidam quod in medio illa remanēt duo, & quod non se intēdūt. Primo, quia faciunt duas vmbras vt perspectiui dicunt. Secundo, quia tunc deberet apparere clarius & intensius quā si ibi esset vnum tantum lucidum. consequens est contra experientiam, quia non apparet plus lucida vna candela, quā si essent centum accensæ. Tertio, tunc in medio litera melius legeretur quam prope alteram candelam. Quarto, vnum potest corrumpi altero remanēte. igitur duo sunt. Alij tenent quod illa lumina in medio sunt vnum in esse, quia vnum subiectum non potest habere plura accidentia numero quinto metaphysicor sunt tamen plura repræsentatiue, propter argumenta nūc tacta. Tunc ad primam concedunt illud totum facere duas vmbras, quia est duo repræsentatiue. Ad secundum concludit quod in repræsentādo sunt duo, propterea non repræsentantur vna candela lucidior. Ad tertium respondetur, quod in medio est debilius in repræsentando, quia non faciunt vnum repræsentatione, sed esse, & propterea est secundum esse intensius. Ad quartū dicerem, quod vno corrupto totum est aliud quam prius, remissius tamē. tu vero responde, vt placet, quia problema est neutrum: Hæc de quæstione.

Nō de ratione 3. prime rō. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta.

Quærunt tertio. vtrum omne agens in agendo repatiatur, & arguitur quod nō. Primo, quia possibile est quod aliquando actio ipsius agentis protendatur remotius quam possit actio ipsius passi. Secundo tunc esset idem nobilius & ignobilius respectu eiusdem. Tertio, idem esset in actu & in potentia.

Quarto, tūc tales essent infinitæ actiones & reactiones & vna actio infinita. Quinto, tunc a proportione æqualitatis, vel minoris inæqualitatis fieret actio ponendo quod summe calidum & summe frigidum æque multos gradus habeant. & sint vtræque vt. 10. tunc ponatur summū calidum agere in summum frigidum, sequitur quod cum quælibet per casum, sit vt. 10. quod fiat actio a proportione qualitatis, cum sint æquales. In ista quæstione breuiter. Primo dicam ea in quibus cum recentioribus conuenio Secundo, ea in quibus differo. Tertio, mouebo dubitationes contra dicta & soluā.

Ordo quæstionis. Cōmonia & principium cōditiones reactionis.

Quantū ad primū concedo cū recentioribus ad reactionem. quatuor requiri. Primo, quod agens agat in patiēs actione reali & corruptiua, cuiusmodi est alteratio. nam color agit in visum, & tamen non repatitur. itemque intelligentia mouet orbem, & non repatitur, quia motus est actio realis perfectiua. Secundo, quod agens & patiens conueneriint in materia, nam sol alterat sphæram elementariam, & non alteratur.

Secundū

Tertio, quod agens & patiens debite applicentur & econtra: nam si agens esset extra sphæram actiuitatis passi fieret actio absque reactione. Quarto, requiritur contrarietas sufficiens mutua agentis ad passum nā si agēs excederet passum tam in actiuitate quam in resistentiam actio fieret absque reactione.

Prima differentia.

Secūdo principaliter concedo quod actio & reactio sunt possibiles, quod probant obseruationibus & rationibus. Differo tamen primo, quia non a qualibet proportione maioris inæqualitatis prouenit actio vel reactio. probatur. quia non quilibet excessus sufficit ad mouendum. igitur nec quælibet proportio maioris. inæqualitatis sufficit ad alterum antecedens patet. per Aristo. & Auer, primo cæli commē. 126. vbi vult potentiam actinam

unm re. minai per maximum in quod potest: q si quili-
bet excessus sufficeret ad motum, non terminaretur p ma
Secunda ximum in quod potest. Secundo, teneo q per quantum ali
qua qualitas est actiua per tantum est resistitiua, & econtra.
Prima rō per quantum aliqua qualitas resistit, per tantum est actiua.
probatur. per quantum aliquid est actiuum, per tantum suf
ficit se conseruare. per quantum sufficit se conseruare. per
tantum contrario repugnat per quantum contrario repu
gnat per tantum resistitiuum est. igitur a primo ad vltimū
per quantum qualitas potest agere, per tantum & resistere.
Secundo, per quantum agens potest agere per tantū est
Secunda. forte per quantum est forte, per tantum cōtrario repugnat
Tertia. & sic per tantum resistit. Tertio, agere est contrarium re-
mittere. igitur agere est resistere. cōsequentia deducitur, qa
per quantum contrarium remittitur, per tantum agens su
perat contrarium. & per quantum superat, per tantum resi
stit. Quarto, per quātum agens potest corrumpere, per tā
Quarta. tum potest se in esse custodire, & per quantum potest se in
esse custodire, per tantum resistit. Quinto, si qualitas non
Quinta. per quantum agit per tantum resistit, tūc frustra elemēta
duplici qualitate componerētur, deducit cōsequentiā Auer.
quarto metheoro. cō. 10. Ex his teneo secundum Aristo &
Auer quarto metho. commen. 10. & alibi, & secūdum Ale
Positio, xandrum quod actio & reactio non fit secundū eandē qua-
propria litatem. vt si ignis agit in aquam per caliditatē agit & per
humiditatē ab aqua patitur, & ita si caliditas ignis remittit
frigiditatem aquæ, frigiditas non reagit in caliditatem, sed
humiditas aquæ agit in siccitatem ignis, & non econtra.
Ex hoc sequitur quod actio & reactio sunt possibiles sm
diuersas qualitates, & non secundum eandem, & hanc posi
Qualitera tionem innuit Auer tertio de anima cōmēt. 20. vbi voluit
possibiles intellectum agere in phantasma, & econtra phantasma in
intellectum, ideo infer. igitur in intellectu sunt duæ partes.
altera qua agit in phātasma. altera per quā patitur, q si secū
dum idē esset actio & passio, nihil valeret ratio Auer. Sed
Dubitatio in hac positione occurrūt dubitationes vt proposui in ter
nes cōtra tio dicendorum. Primo contra positionem, quia data, tunc
positionē inter elementa symbola non esset actio & reactio. & inter
Prima. terram & ignem, quia vtrunque eorum est siccum. igitur
ibi solum secundum duas qualitates fit actio & passio. vide
licet per frigiditatē & caliditatem, & non reactio. hoc vide
tur contra Arist. dicentem Quod tactus naturalis est corū
actiuorū & passiuorum inuicem, quorum vltima sunt si-
mul. mō ignis & aer se naturaliter tangunt, & per conse-
Secunda. quēs agunt & patiuntur inuicē. Secundo, tunc non quādiu
duraret actio, esset reactio, immo valde cito reactio desine
ret. nam cum ignis in aquam ageret. actio caliditatis in frigi
ditatem esset velocior quā humiditatis in siccitatē. Sed quia
cū corruptione humiditatis corrumpitur frigiditas sequitur
statim q humiditas erit debilior siccitate, & sic non vltra i
erit reactio. Tertio sequeretur q quando caliditas & frigi-
ditas essent æquales similiter humiditas & siccitas nō fieret
Tertia. reactio, tenet consequentia per me, cōsequens est falsum. &
contra experientiam. Quarto. omne agens naturale cōmu
Quarta. municans in materia cū passo in agēdo repatitur. Sed sym-
bolum est agens naturale in materia cōmunicans cum alio
symbolo passo. igitur in agendo repatitur. Quinto, mistio
Quinta. est alteratorū vnio, sed hoc est impossibile nisi esset actio &
reactio in omnibus. Sexto, ferrum proiectum in aqua cale.
Sexta. facit aquam & frigefit. igitur actio & reactio secundum ean
dem qualitatem. idem & de cibo alterat & alteratur sm vnā
qualitatem. Ad hæc respondetur, tenendo positionē Arist.
& Auerr. & Alexandri. Ad primum concedo quod quādo
Responsio inter symbola elementa est actio nō est reactio, vt si ignis
nes per excessum siccitatis ageret in aerem per defectum humi
Ad primū ditatis, aer non reagit, quia non per qualitatem, per quam
patitur, nec per qualitatem communem igitur nullo mo-
do. Tunc propositio Philosophi est hæc, quod tactus secū-
dum omnes conditiones est inter actiua & passiua mutuo:
talis tactus secundū omnes conditiones non est inter sym
bola, sed sufficit quod vnum agat, & alterum patiatur. vn
de proprie dictū Aristo. est verum quādo inter agens & pa
tiens est contrarietas secundū ambas qualitates. Ad secūdū
Ad secun concedo. semper. n. reactio citius desinit, quā actio, quia a de-
dum

biliori contingit virtute. Ad tertium respondet. Aue 4 met
heororum. cō. 10. q propter illud elementa non lim tant
Ad tert sibi qualitates ambas in summo sed propriam in summo.
Secundatiam vero remisse & hoc vt fiat actio & reactio.
Ad quartum maior est vera seruatis omnibus cōditioni
Ad quartū bus, & præcipua est q agens & patiēs differant in ambabus
qualitatibus. Ad quintū respondet Auer. vt supra q mistio
Ad quint est possibilis. nam qualitates possunt frangi dupliciter per
se per propriam corruptionem, & per via sequelæ per cor-
ruptionem alicuius sibi naturaliter coniuncti vnde potest
calor ignis remitti ab humiditate aeris, per hoc q remittit
siccitatem sibi coniunctam. Ad sextum concedo illud fie-
ri p diuersas qualitates per se, in alijs fit per viam sequelæ,
Ad sextū vt Suisethus calculator declarat. Secundo dubitatur, vtrū
Secunda omnes qualitates primæ sint æqualiter actiuæ & æqualiter
dubitatio. resistitiuæ. Respondent recētiores absque distinctione qua
tuor qualitates non esse æquales, nec actiuitate, nec resisten
tia. Primo, quia Arist. appellat humiditatem & siccitatē
Positio re passiuas, frigiditatē & caliditatē actiuas. Iō cōstituūt duas la
centiorū titudines resistētiæ & duas actiuitates & emergūt quatuor:
at tu vide eos. Sed hæc positio vt diximus erronea est. nam
qualitas quantum actiua est, tantum resistit. Propterea ani-
Confo. maduerte q eiusmodi qualitates possunt cōparari ad mediū
Positio p & ad contrarium. Siquidem comparantur ad medium hoc
pria est ad tactū, ea est actiuior, quæ magis mouet tactum, & sic
caliditas est maxima. Secunda est frigiditas. Tertia est humi
ditas. Quarta est, siccitas, & propterea duæ sunt dictæ acti-
uæ caliditas & frigiditas, quia sensibiliter mouēt tactū. duæ
passiuæ, quia hebetes sunt ad motum. Si uero comparetur
ad contrariū, vt caliditas ad frigiditatē, & humiditas ad sicci
tatem, & econtra. Tūc quælibet est æqualis probatur, quia
quælibet est destructiua sui contrarij, & præseruatiua sui a
suo contrario. quare quælibet est æqualis virtutis, & hoc
ignorant isti. Ad rationes eorum per hæc patet solutio. Ter
tio dubitatur, vtrum agens quod agit in passum, possit re
Tertia du pati ab illo. si mediet aliquid. Quidam respondent quod rea
bitatio ctio fit, quando nihil mediat, nam si mediaret aliquid, fit gra
tia argumenti aer, tunc aer simul frigefieret & calefieret. Te
Responsio nemus quod aliquid reagere potest per medium, & tunc cō
propria cederem q in illo medio inducitur frigiditas, & caliditas,
non tamen calefit, vel est calidū, neque frigefit vel est frigi-
dum, causa est. quia neutrum illorum permanenter induci-
tur, ideo neutrum sufficit denominare. Sed contra hoc ar-
guūt quidam. Primo, motus specificatur a termino ad quē,
Replica. vt dicit. Auer. quinto physicorum. commen. 9. igitur si in-
ducitur caliditas erit calefactio. Secundo aliqui tenent q la
titudo acquiritur successiue per partem post partem conti
Secunda nuo aliam atque aliam, & tamen per illam aliquid calefit.
Dici potest quod motus specificatur a termino ad quē pma
nentem, aliter non. Ad secundū dicendum q apud illos di
cetur illa calefactio, quia via ad calorem tandem permanen
Responsio tem, nam licet continuo sit alia atque alia, tandē permanet
vltimus terminus, vel dici potest tutius q calidū calefacit
illud medium vsque ad aliquā partem, & frigidum frigefa-
cit vsque ad aliā, tūc illæ partes medij agunt & patiuntur
inuicem reducendo se ad mediū temperamentū, quod vir-
tute agentis calidi remittit frigidū, & virtute agentis frigi-
di remittit calidum. Quarto dubitatur si reactio est possibi-
lis siue secundum vnum, siue aliam qualitatem. tunc vna
Quarta pars simul calefieret & frigefieret probatur. accipiatur ali-
dubitatio quod agēs quod sit. a. cuius pars ppinquior
passo sit. c & sit passum. b. tūc si. a. repatiatur
Suisseth. a. b hoc est secūdū partem c. propinquiorē
calculator ipsi passo. sit igitur. a calidū & b. frigidum,
tūc q cito. b. remitteret caliditatē in ipsius. c
siue per se, siue per viā sequelæ, tam cito. c
pars esset dissimilis in gradu residuo agētis,
Responsio sed q cito erit sibi dissimilis, tā cito residuū
ipsius. a. quod ipsi c. est coniunctum calefa-
ceret c. igitur simul. c. pars ipsius a. calefie-
ret & frigefaceret, quod est impossibile.
Ad hoc argumentū respōdēt multipliciter
mihi tamen videtur q. c. pars est. a. b. ipso
passo reagente frigefacta, & certa latitudine frigida, & tūc
nego

nego q.a.ita cito sicut c.est sibi dissimile, agat in.c.corrumpendo frigiditatem illam non obstante q sit maioris potētiæ quā illud, nam pars illa resistit in virtute totius b & ipsius.a.residuum non bene illi applicatur, quia est omnino cōtinuum, & propter multas causas, quas omitto. Per hæc adhæc ad argumenta principalia patet solutio. Hæc pauca de reactione secūdū peripateticos.

Probat q nō solū alterationem destruunt, p hæc quæ dicunt, sed etiam augmentationem, & diminutionem, vnde inquit. Amplius autem neque augmentationem & diminutionem possibile est esse, & sic non solum alterationem, sed etiam augmentationem destruunt. & probat hoc. & dicit. si quidem erit appositio, & non omne cui apponitur, sit transmutatum in maius, augmentatio non erit, nō enim quodcunque erit factum maius. Dico non erit quodcūq; factum maius, siue misto aliquo, siue secundum se transmutato. dixit {siue misto aliquo} scilicet cibo. Cibo enim immisto, fit maius totum. dixit {siue secundum se trāsmutato} vt cum dimittatur aqua in aere. Etenim in hoc omnis aquæ particula maior facta est. verū hoc non auctio, sed generatio est. Quod forte addit, vt ostēderet (quemadmodum Philoponus inquit) q neq; generationem saluare possunt, nā si ex aqua aer fit, cū fiat ex certis atomis, quæ sunt in aqua nō oportebit aeris motum fieri maiorē. Quod autem auctionem saluare non possint, patet quoniam siue fiat additis quibusdam in poris, vt Emp. dicit, siue in vacuis, vt Demo. aut tactis planitiebus (vt Plato dicit.) nunquā auctio fit, qm̄ solum pori aut vacua replebuntur, & nunquā fit quælibet pars maior. Præterea Dato q sit porus vel vacuum maior nullum indiuisibilium fit maius, tunc epilogat, quid igitur sit generare, & facere, dixit generare scilicet in substantia, & facere in passionibus, est enim generare mutare substantiā potentia in substantiā actu. Facere vero mutare quale potētia in id, quod est quale in actu, & quid sint generari & pati quæ sunt contraria Passiua enim factiuis contraria sunt, nā generari est duci de potentia substantia in substantiā actu. pati vero duci de quali potentia in quale actu, & quo modo contingit vnumquodque horū, quoniam materia versa secundum totum, & quo modo inquiunt quidam, non contingit autem. Nam dicunt generationem & corruptionem fieri concretione, & secretione. facere vero & pati p poros vel vacuum, vel tactum, quæ stare non possunt. Circa præsentem Aristotel. determinationem, in commentarijs quæritur, vtrum simile possit a sibi simili pati. Vbi debes scire quod quæstio hæc pendet ex hoc dubio, vtrū vna & eadem siue æqualis forma sit æqualis potentiæ in densa, & rara materia Prima positio dicit q sit, nam (vt Aristoteles inquit in metheoris) potentia vnita est fortior seipsa vel sibi simile dispersa. modo vnita potentia est forma in materia dēsiori, dispersa vero in materia rariori, hoc quod Ari. ait, obseruatione perspicuum est. nam caliditas manus minor est aeris caliditate, quia tamen est in materia densiori ac magis vnita pollentior est. Præterea. Potentia vnita passo applicata agit per lineas breuiores, vt in commentarijs patet. Tunc si hæc suppositio est vera, patet. quod simile in gradu potest facere in sibi simile in gradum, vt si alterum sit magis vnitum & densius. Alterum vero dispersum & rarum, vt in commentarijs probatum est. Alij vero dixerunt, quod quanta potentia est in materia rara, tāta erit in densa, quando forma est æqualis in gradu, licet sit melius disposita, probatur. quoniam potentia formæ est ipsa forma potens. ergo quanta est ipsa forma in gradu, tāta est eius potentia in gradu Hanc partem in commentarijs probauimus multis argumentis. Et tunc iuxta hāc positionem oportet dicere, quod simile in gradu non facit in sibi simile in gradu, quoniā tunc simile in potentia faceret in sibi simile in potentia. In cōmētarijs nos tenebamus, q simile in gradu potest pati a simili in gradu, modo sit illi dissimile in potentia, quoniam factiuum assimilat sibi passiuum in eo, in eo quo est illi dissimile. Factiuum autē potentia factiua, est factiuum, passiuum, vero potentia passiua, ergo faciens assimilare intendit sibi patiens in potētia quod est de mente Auer: & Alexandri Vtrum vero cum similibus in gradu, stet similitudo potētiarum, est quæstio difficilis, & pro vtraq; parte habet fautores, communiter autem tenetur pars affirmatiua. Vbi debes scire (quicquid in cōmentarijs diximus sequendo iuniores) q intensio potētiæ attenditur penes effectū, & penes causam. penes effectum quidem illa potentia dicitur maior secūdum peripateticos, cuius effectus est intensior & maior, penes causam vero, cuius sunt plures, vt superius diximus. Non enim potentia dicitur maior vel minor penes recessum vel accessum ad summū, vel ad non gradum, nam dato quod nō detur summum, vt in potētia dei, vel non gradus, saltem ad imaginationē, aliqua potentia penes causam dicitur maior vel minor, & hoc non ab aliud, nisi quoniā eius gradus sunt plures vel pautiores. veluti multitudo pecuniarū altera est altera maior, quo vnitates sunt plures. Cognoscitur aūt hæc graduū pluralitas ex effectu. vt dicitur primo de cælo. Et tūc teneri pōt, quod licet latitudo alicui^9 formæ, vt caliditatis, & latitudo eius potentiæ sint idē quod forma s. caliditas, tamen altera latitudo dici potest maior, altera minor & penes effectum, quoniā à caliditate inquantum caliditas effectus minor proficisci poterit, quā ab eius potentia, vt potentia, ;& penes causam, qm̄ gradus potētiæ possunt esse plures, hæc pro positione posita in commentarijs. Sed contra hanc positionem tunc est vnum dubium, nam si caliditas, vt octo in materia densa, & vnita poneretur. hæc in materia aliqua vel aliquo passiuo posset agere caliditatem vltra octo. Præterea. Quæro de potētia huius vel est præcise, vt octo, vel maior, si vt octo. ergo latitudo potētiæ correspondet latitudini formæ, & sic habetur intentū, si non correspondet, quoniam est maior, ergo latitudo aliqua extenderet se vltra gradum octauum. Hoc enim dubium coegit primos dicere potentiam nō esse maiorē, neque minore forma, cuius est. Animaduerte ergo quod casus isti ficti, & cōmentum omnes sunt impossibiles, nam secundū peripateticos nūquā pōt calidū esse in materia densa, nisi eo vsque, quousq; eius potētia fiat vt octo ponendo maximum de quolibet generato, & sic calidum secundum tot grad^9 formæ stare potest in materia densa secundum quot potētia eius factiua erit intensa, vt octo, & ita poterit esse, q gradus formæ in tali materia erūt, vt quatuor, & propter maiorem condensationem potētia factiua erit, vt octo. Quare cum vlterius ponitur q augeatur densum, dicendū q stante eadem caliditate, casus est impossibilis. alioquin daretur maius maximo, quoniam potentia factiua fiet maior q̄ vt octo, sic natura ordinem seruauit in rebus naturalibus, vt essent in maximo, & minimo commensuratæ. Ex hoc sequitur q si in ferro fieret caliditas maior. quā requirat factiua potentia vt octo, corrumperetur ferrum, quoniam destrueretur ordo rerū, nisi corrūperetur tale densum. Sequitur etiā q si aliqua caliditas in gradu sit vt quatuor, in aliqua materia densa, si eius potentia factiua sit vt octo, tale densum non potest augeri, nisi ad imaginationem mathematicorū, quoniam si posset augeri. posset dari maius maxima potentia. Præterea. Nec posset illa caliditas fieri maior, nisi minoretur densitudo propter eandem causam. Hæc sunt dicēda pro positione posita in commentarijs olim. Non enim potest aliter dici, si velimus positionem illam sustinere, Sed pulchrum esset pro veritate dicere in quæstione, quoniam peripatetici non cognouerunt potentiam nisi penes effectum. & ita si potentia aliqua calefacit vt octo, cogimur dicere, faciens esse vt octo calidum, quoniam dicere quod sit minus calidum propter materiam densam, est ignotum, cū nullo sensibili effectu id sciri potest. Non. n. video quomodo peripatetici scire possunt in aliquo subiecto caliditatem esse secundum gradum remissiorem, & secundum potentiam intensiorem cum in sensibus nihil sit tale, quo id scire possint, quoniam non penes alterationem factam in tactu, nec penes congregationem homogeneorum. Isti. n. effectus arguūt potentiæ magnitudinem. ergo dicere quod forma possit esse maior secundum gradum quam sua, potentia: hoc est commentitium & mathematicum, non autem sensibus consonum, pro altera parte sunt auctoritates, & rationes. ideo veritas est difficilis, & causa est. quoniam Aristoteles non determinauit nec eius aliquis græcus expositor. nobis autem satis sit locum monstrasse.

dubium

An simile faciat in simile Vtrū vna vel æqualis forma in gradu sit æqualis in potētia, in materia rara & densa.

Secunda positio.

Positio propria.

Quæst io difficilis.

Intēsio potentiæ penes quid.

Secūda q: in cōmentarijs de antiperistasica auctione.

dubiumque aperuisse. Secundu in commentarijs quætitur vtrum calidum possit se augere per antiperistasim, hoc est contrarij circumpositione. In commentarijs:ergo definitur hæc dubitatio fm communē modum dicendi. Verum nunc dici potest, q calidum frigido augetur, non ex reflexione specierum calidi illud calefaciente, sed qm prohibita calidi sphærica multiplicatione tota caliditas, quæ erat per totam sphæram multiplicata, remanet multiplicata per paruam sphæram, & hoc modo sentitur maior. illa enim caliditas, quæ erat multiplicata per sphæram.d.e f circundāte frigido circa.a e. b calidum, cuius cēttum est.o. totū remanet intra sphærā à.c.b. & sic remanet maius cū remaneat in minori subiecto, hæc est sententia Aristo. & Alex primo meth. & in quæ re illic nostra commentaria. Tertio



quæritur in commentarijs, vtrum faciens in faciendo repatiatur. Quidam probarunt hanc repassionem ridiculis argumentis. primu qm oculus meus videt tuū, tuus vero meū. Secundu, manus mea calida sentit frigiditatem tuæ frigidæ, & tua frigida sentit caliditatem meæ. Tertia, duo amici ex improuiso obuij mutuo afficiuntur: Quarto, lupus & agnus obuij contra afficiuntur, lupus enim lætatur, agnus tristatur. Quinto, duo gladij omnino similes, cum se percutiunt, se hebetant. Quæ argumenta ridicula sunt, quoniam nullus peripateticus loquitur de talibus passionibus. Sic.n. dicere possemus deum repati, quia amat nos, & nos eum diligimus. Arist.n. loquitur de facere & pati, quæ hic definita sunt, facere quidem quod sit ducere ad passionē siue ad passibilem qualitatem. pati vero q sit duci ad illam. Ideo his ridiculis prætermissis, quod faciens in patiendo repatiatur, probatur physicis experiētijs. prima de ferro ignito in aqua submerso, vbi patet ferrum infrigidari, aquam calefieri. Secunda de glacie posita in vola manus, quæ liquefit, & manum infrigidat. Tertia de duobus gladijs, qui sese percutientes se hebetant, vel frangūt, idē de vasculis. Quarta de gutta supra carbonem diffusa, quæ extinguit aliquam carbonis partem, & ipsa in vaporem vertitur. Quinta de duobus corporibus densis quorum alterum si super alterū cadit, ambo cōdensantur. pro hac parte est auctoritas Auer. 4 li. methe. vbi probat, quod si non esset repati, mistio non esset possibilis. Amplius (vt Philophonus exposuit) Arist. mouit, & soluit hanc quæstionem. ergo omne faciens in re faciendo repatitur. Præterea. Libro de generatione animalium. ca. 3. Arist. expresse reactionem probat, pro altera parte sunt augmenta fortissima, primum, quod si faciens in faciendo repatiatur, ab æquali vel à minori proueniret factum quod Auerro 4. physico. negat, & Arist. in lib de causa motuum animalum. Secundum argumentum difficile est de parte tepassa, quod illa simul calefieret, & frigefieret, vt in commentarijs deducitur. Tertium argumentum quod tangitur in cōmentarijs, est quod si inter faciens calidum, & patiens frigidum mediaret aer, ille simul calefieret & frigefieret. Quartum argumentum est, q si faciens pateretur nunquam posset perfecte illud sibi assimilare, vel nunquā posset illud intendi ad summum, quoniam semper relinqueretur remissum. Alia argumenta quæ fieri solent sunt friuola. Debes scire quod istud problema est neutrum, & pro omni parte defendi potest, ideo in his commentarijs de mente Auer & Alexandri tenui repassionem. In commentarijs physicis tenui opinionem calculatorum, & asserui repassionem priuatiuam, & non positiuam. Et ideo arbitror problema istud posse pro omni parte defendi. Verū in hac ætate, cū legissē Philoponi cōmētaria in hoc libro reperi eum velle omne faciens in faciendo repati, his conditionibus obseruatis, quod facientis & patientis vna sit communis materia, & ideo cœlum facit in elementis, & non repatitur. Secundo quod sint contraria circa subiectum, dico circa subiectum, quoniam album & nigrum non faciunt, & repatiuntur, quoniam sunt contraria (vt Philoponus inquit) circa potentiam visiuam, & non circa subiectum in quo sunt, nisi ratione subiecti proximi, vt complexionis, vt superius diximus. Præterea. Calidum facit in luto exiccationem, & tamen non repatitur quoniam non sunt contraria. Tertio, quod sint approximata, nam si essent remota non in inuicem facerent & paterentur. His.n stantibus Philoponus vult, quod omne faciens in faciendo repatiatur, & omne patiens in patiendo contra facit, nam Arist. nec Philoponus posuit aliam in hoc quæsito considerationem Tunc respondetur ad argomenta quæ destruunt repassionem. Ad primam dicēdum quod in compositis ex materia & forma, non est inconueniens ab æquali & à minori prouenire passionem. Calidum enim patitur à frigido, quoniā ratione materiæ est passiuum ab illo. Econtrario etiam, quoniam frigidum ratione communis materiæ pati potest. Verum est tamen, quod si caliditas & frigiditas essent formæ separatæ à materia, non inuicē facerent & paterentur. Secundo dico quod in motu locali mouens debet superare resistentiam mobilis vel medij. In alteratione vel factione satis est, vt sint contraria circa subiectum, & sit eorum communis materia. causa differentiæ est, quoniam in motu locali mouentis ad mobile ad mediū non est contrarietas circa idem subiectum, nec semper mouens & motum communicant in materia. At faciens & patiens & sunt contraria circa subiectum, & communicāt in materia. ergo in talibus sic compositis contrarijs aliquid pōt pati ab æquali & à minori propter causas dictas. Ad secundum in commentarijs diximus, verum non recedendo ab his, quæ Philoponus dixit ca de augmentatione, possumus dicere, quod sicut membrum augetur totū apposito nutrimento alicui sui parti, quoniam virtus augmentatiua est in toto. Diminuitur vero totum, apposito diminutiuo alicui sui parti, sic.b. cum applicetur ipsi.c. parti totius. a. totum. a. calidum remittitur in caliditate, non enim est absurdum secundum partem fieri applicationem, totum autem diminui, vt dictum est: quam solutionem nullus animaduertit. Huic est consona experientia, quoniam apposito ipsi igni calefactibili secundum aliquam sui partem, totus augetur. ergo apposito infrigidanti alicui sui parti totus, debet diminui: ergo pars c. non diminuitur ipso toto: a. existente æque, intenso, vt prius, sed tota ma. remittitur applicato remittente ipsi c. eius parti. Ad tertium de medio, dici potest quod si corpora illa contraria sint remota sufficiēter, per antiperistasim alterum alterum augebit, sin autem sint propinqua sufficienter paruo aere intermedio, in tali corpore medio fiet quædam qualitas remissa media, quæ vtrisque comparata habebit rationem alterius contrarij, & sic ratione alterius potest facere in alterū & econtrario, & sic in vtrunque, declinabit autem ad latus fortioris facientis. Ad quartum dicendum, quod nunquam completur generatio alterius contrarij, semper enim remanet remisse genitum, verum reducitur sicut aqua calefacta a continente virtute cœli. Cum enim calidum assimilauit sibi passum vltra mediam latitudinem, postea virtute cœli cōtinēs reducit ipsum eousq; quousq; fieri pōt, vt dictum est de aqua calefacta, quod exposuit Tho. aperuit secundo huius Vel fortasse reducitur a motu, nam calidum motu inflammatur, frigidum vero frigefit. Sed circa hæc sunt dubitationes. prima, quoniam si calidum patitur a frigido ratione ipsius materiæ, tunc ratione materiæ, calidū resistet ipsi frigido, respectu.n. eiusdem est pati & resistere, si ratione materiæ erit resistentia, cū materia nullius sit resistentiæ, tota latitudo frigidi corrumperetur subito. Dicendū q facere & agere est rōne actus, pati rōne materiæ, resistere vero ratione contrarietatis vel incompatibilitatis, vel indispositionis, vel ineptitudinis. Frigidum enim patitur a calido & calidum à frigido, quia sunt in materia, calidum vero facit. atque agit in frigidum & contrario, qm̄ actus vel in actu, resistit autem alterum alteri & econtrario quia contrarium vel incompossibile, vel ineptum, vel indispositum

De repassione.

Cōm 20.

Com. 71.

Dubitationes in materia de repassione.

positum, & sic nego quod ratione eiusdē sit resistere & pati. Resistere enim potius ad agere, quam ad pati reducitur. Secunda dubitatio, si ab æquali vel minori posset prouenire actio, tunc cum calidum vt quatuor applicaretur frigido vt quatuor, posset facere, & agere in illud, & sic nūquā posset dari complexio temperata in actiuis: contra medicos dicendum quod licet ab æquali actio & factio prouenire possit, non tamen nisi sint contraria & eiusdem communis materiæ, & inuicem approximata modo calidum vt quatuor, & frigidum vt quatuor non sunt contraria, stant enim simul cum numerus graduum vtriusque non excedat numerū latitudinis alterius, vt in metaphysicis disputationibus diximus. Tertia est, dato quod calidum, vt octo agat in frigidum vt vnum. vtrum repatiatur ab illo, videtur enim quod sic, quoniam est illi contrarium, & eiusdem materiæ, & illi approximatum, dicendum quod non, quoniam in primo instanti applicationis frigidum illud perfecte esset ipsi calido, vt octo assimilatum, quare nō sufficit, quod sint contraria eiusdem materiæ, approximata, sed oportet vt agens sit aptum generare prius minus se modo minus frigido vt vnū non est generabile. Aliæ enim quæstiones esse possunt, sed satis sit aperuisse viam. Ex his patet, quod illa opinio Auer. quod repati sit possibile secū dum diuersas qualitates, non est peripatetica Aristot. enim & Philoponus ad hoc vt faciens repatiatur, nihil aliud necessarium esse voluit nisi quod sit approximatum contrarium, & eiusdem materiæ. Hactenus de repassione.

Ant, c. 196 *Reliquum autem est videre de mistione, secundum eundem modum methodi. hoc enim erat tertiū propositorum a principio. Scrutandum autem, & est, quid est mistio, & quid miscibile, & quibus existit entium, & quomodo. Amplius autem vtrum est mistio, an hoc, mendacium?*

Dilucidate et eiusdem. *Cæterum autem per eundem doctrinæ modum de mistura est considerandum. nam eorum quæ proposita sūt a principio, hoc erat tertium. Considerandum sane & quid mistura ipsa sit quid immiscibile, & qualibus entium insit, & quomodo, itemque vtrum mistura sit, aut mendacium.*

De mistione. Com. 196 Hactenus de tactu, actione & passione, nunc de tertio, quod græce est mixis, latine vero (vt placet Materno) mistura siue mistio. de mistura itaque agendo proponit intentionem in generali & speciali. In generali proponit de mistura dicere modo doctrinæ eodem quo in cæteris duobus processit, vtpote diuidendo, & componēdo, & dubitādo. In speciali proponit quatuor quæsita. Primum, quid mistura ipsa sit. Secundum quid miscibile hoc est, & qualibus entium insit, verbum illud qualibus græce est tisin, sed græca series sic intelligit. Tertium & quomodo mistura ipsa fiat. Quartum, an mistura sit vel ne. In soluendo hæc quatuor quæsita, non seruat hunc ordinem Sed alium, quē dicemus.

Nunc de mistione. vbi (vt Philoponus animaduertit) debes scire quod ipsa mistio vniuersalior est tēperie, & appositione, & reliquis aggregationibus, quæ ex pluribus fiunt,

R ECO. Hic tamen genus pro specie accipitur. s. mistio pro temperie, & sic vult Philoponus quod Aris agit hic de temperie Alij vero dixerunt mistionem esse substantiarum elementalium, temperiem vero qualitatum vt medici, vnionem enim formarum substantialium, græci mixin, latini mistionem appellant. Vnionem vero qualitatum crasim, latini temperiem, siue temperationem. Medici mepte complexionem Sed vtcunque sit, quinque de mistione proponit, quid est mistio, & quid miscibile, & quibus entiū existit & quomodo, & an mistio sit, an ipsam esse sit mendacium.

Ant. c. 197 *Impossibile enim est aliquid alterum alteri misceri, sicut dicunt quidam. Existentibus enim adhuc mistis, & non alteratis, non magis nunc mista esse. inquiunt esse inquiunt quam prius sed consimiliter se habere. altero autem corrupto, non mista esse. sed hoc quidem esse, hoc autem non esse. mistionem autem similiter habentium esse. Eodem autē modo, & si ambobus conuenientibus, corruptum est mistorum vtrunque non enim esse mista, nullatenus existentia.*

Dilucidate, c. eiusdē *Impossibile namque est alterum quodpiam alteri misceri ut uti quidam autumant. remanentibus quidem enim adhuc miscibilibus ipsis & non alteratis, nihil magis nunc quam prius misceri fatentur, immo eodem se habere modo. At altero corrupto, mistura non erit, sed vnum quidem erit. Aliud non erit mistura autem est eorum quæ pariter afficiuntur. Eodem vero modo & si concurrentibus vtrisque vtrunque miscibile corrumperetur, misceri enim nō dicūt quæ nullatenus remanēt.*

Com. 197 Quæsitio an res sit, est prima quæstionum secundo posteriorem, propterea primo an mistura sit quærit Auerroes autem videtur velle quod Aristo. primo quærit quæ sint miscibilia, & arguere videtur quod non sint res, quæ nullatenus in mistura afficiuntur, quia tunc non esset mistura, sed congregatio, neque miscibilia ita sunt vt vnum corrūpatur, alterum remaneat, quia mistura est eorum quæ pariter afficiuntur neque miscibilia sunt ea quæ in mistura corrumpuntur, nam nulla est mistio eorum quæ non sunt. Multa verba hic transtulit non ad significationem, sed ad sēsum, quia græca series id expostulat, vt patet græcas literas degustantibus.

Sicut dicit Philoponus, an est, primum problema est, dubitat ergo Arist. an mistio sit, & probat quod non, quoniā necesse est, quæ miscentur, quum ad minimum sunt duo, aut vt vtraque in mistione seruentur, aut vtraque perdantur, aut alterum quidem seruētur, alterum vero perdatur, non enim est aliud membrum præter hæc, Quare si nullo horum modorum mistio esse potest mistio nihil erit, non potest ergo dici quod vtraque seruentur, quoniam tunc non esset mistio, non enim differrent à prioribus, hoc enim modo nullum eorum esset magis postea quā antea mistū. Si vero vtraque perdantur, nec dici possent mista quæ. n. miscentur, opus est vt sint, ad hoc, vt misceantur. Sin autē alterum seruetur, alterum perdatur, hoc pacto non potest esse mistio, quoniam opus est, quod sint ea quæ miscētur. Sed in tali casu, hoc quidē esse dicitur. s. quod seruatur. Hoc autem non esse, quod perditur. At mistio est eorum, quæ similiter se habent, & sunt, vt dictum est. Non enim si alterū corrumpitur, alterum seruatur similiter se habent & dixit secundum eundem modum methodi, quoniam prius opiniones veterū deinde propria ponet, vel dixit hoc quoniā pri⁹ dubitando, & postea determinando vt est eius modus. hæc est dubitatio per quam videtur quod mistio non sit.

Ant. c. 198 *Hic igitur sermo videtur determinando quærere, quid differt mistio a generatione & corruptione, & quid miscibile a generabili & corruptibili. Manifestū enim est quod oportet differre, si est mistio. quapropter his existentibus manifestis, quæsita soluentur vtique.*

Dilucidate, c. eiusdem. *Sermo quidem igitur huiusmodi quærere videtur, quo mistura ipsa a generatione atque corruptione discrepet, & quo miscibile a generabili atque corruptibili. nam si quidem sit, patet eam ab illis differre oportere, insuperque euidenter his statibus, quæ quærebantur. per soluentur iam.*

Com. 198 Pro solutione quæstionis proximo motæ (vt dicit Auerro.) vna est præcognitio videlicet an mistura a generatione & corruptione discrepet, & miscibile ab ipso corruptibile. oportet. n. hoc supponere, hoc est quod differat, si ipsa mistura sit, estque talis inquisitionis vtilitas alia, quod differentia hac percepta cæterea quæsita tolluntur. & sic ex hac præcognitione duo habentur videlicet rei veritas in se, & vtilitas ad cætera quæsita: verba patent.

Ostendit qualis est hæc dubitatio, nā licet hæc dubitatio sit an sit mistio, tn̄ determinando videtur quærere alia quæsita, vt quid differt mistio a generatione, & corruptione,

& quid

& quid miscibile & generabili & corruptibili. Causa autem quæ viderut hoc quærere hæc dubitatio est, quoniam misstio videtur differre a generatione & corruptione, & miscibile a generabili corruptibili ergo (vt inquit) His existentibus manifestis, q generatio differt à mistione, & generabile a miscibili, quæsita accepta, & quæ possunt accipi, soluntur. Dixit autē notāter q hic sermo vt quærere determinādo hāc differentiam, quā sermo ille directe quærit an sit mistio. Verū nō potest sciri an mistio sit, nisi hæc determinentur.

Anti. 29 *At vero nec materiam, igni misceri dicimus, neque misceri cum ardet, neque ipsam suis particulis, neque igni. sed ignem quidem generari, hāc autem corrumpi.*

Dilucidate c. eiusdē *Veruntamen neque materiam igni misceri dicimus, neque misceri cum comburat, neque ipsam seipsa particulis, neque igni, sed ignem quidem generari ipsam autem corrumpi.*

Com. 199 Quod mistura a generatione differat: Primo probat q formam non dicimus misceri materiæ. formam dicimus generari ex materia. igitur mistura nō est generatio. quasi sic arguat, ex forma & materia fit generatio. ex forma & materia non fit mistura igitur in tertia figura mistura non est generatio, & per cōsequēs neque corruptio. De ratione tangit vim minoris tantum. & verba patent.

RECO. Secundū Philoponum Arist. hic duo facit simul, quoniā demonstrat quod generatio & corruptio differant a mistione, & ponit exempla eorum, quæ superius dicta sunt. s. quod neque vtrisque corruptis est mistio, neque vtrisque seruatis, neque seruato altero. Exponit autē Philoponus, at vero hoc est, neque enim scilicet materiam cū igne mistam esse dicimus. Non enim miscentur ligna cum igne, sed corruptio quidem est lignorum, generatio vero ignis (vnde inquit) At vero hoc est, neq; n. materiā cū igne misceri dicimus. Cuius causā affert, qm̄ supple, neq; dicimus lignū misceri igni, cū ardet, sed corrūpi, ignum vero generari. & hoc esse potest exemplum eius. s. quod vno saluato, altero corrupto, non fit mistio. Secūdo dicit, neq; ipsam materiam. s. lignum dicimus misceri sui particulis, & hoc est exēplum eius, quod neq; vtrisque corruptis fit mistio. q. d. neq; dicimus lignum cum ardet misceri, suis particulis, ita vt ex ipsis fieri posit vna flamma, quoniā particulæ illæ, & lignū ipsum corrumpuntur, ignis vero generatur. verbum illud {neq; cum igne} (vt Philoponus inquit) aut superflue ponitur, aut debet sic intelligi, quod neque particulæ ligni miscētur in flamma, sicut neque dicebamus illas misceri cum igne.

Ant. c. 200 *Secundum autem eundem modum, nec corpori cibū.*

Dilucidate c. eiusdē *Eodem vero modo nec corpori nutrimēntum.*

Com. 200 Quod vero differat ab incremento, syllogizat sic ex nutrimento & corpore nutrito fit incrementū. ex nutrimento & corpore nutrito non fit mistura igitur mistura nō est incrementum De ratione tangit minorem tantum.

RECO. Fortasse hoc est exemplum etiam eius quod dixit quod mistio nō est hoc quidem saluato, illo vero corrupto. Vel fortasse per hoc vult innuere differentiam inter mistionē & auctionem. Vt Philoponus inquit.

Ant. c. 202 *Nec figuram ceræ mistam figurare tumorem. neq; corpus & album, neque totaliter passiones & habitus possibile est mista esse rebus. saluata enim videntur. Sed tamen neque album & disciplinam contingit misceri, nec aliud non separabilium aliquod.*

Dilucidate c. eiusdē *Neque figuram ceræ mistam, neque figuræ corpus mistum neque corpus & album, neque penitus passiones & habitus misceri possunt subiectis. nam saluari videntur, etiam neque album & disciplinam neque inseparabilium aliquod misceri contingit.*

Com. 201 Quod mistura non sit alteratio. probat p inductionē. Primo quia nō dicimus figurā ceræ misceri, neq; contra corpus cereū figuræ misceri. Secūdo neq; dicimus albū & corpus misceri in tertio. Tertio neq; dic mº passiones, vt sunt qualitates passibiles, neq; habitus, vt dispositiones, & id genus misceri subiectis siue rebus cuius causā dicit, quia hæc enim insunt subiectis illæsa ac salua Sed in mistura miscibilia aliqua ratione afficiuntur quare hæc non miscentur. Ad huc addit quod affectiones non possunt inuicem misceri, neque inseparabilium aliquod, quandoquidem hæc saluata manet, miscibilia vero aliquo modo afficiuntur.

Ponit exemplum eorū quæ vtraque saluantur & simul ostendit quod mistio non est eorum quæ sunt in subiecto & quod differat ab alteratione (vt Philoponus inquit) vnde dicit Neque figuram ceræ dicimus tumorem mistam figurare q. d. quod cum tumor. s. sigillum figurat. figuram ceræ, non dicimus hoc fieri mistione, quoniam est hoc quidem subiectum, illud vero forma, neque corpus & album mista esse dicimus, neque omnino passiones, & habitus siue accidentia possibile est mista esse rebus. s. subiectis. dixit passiones. s. corporeæ, habitus vero aīales & causa est, quoniā accidentia non miscentur subiectis Dixit etiam quod neq; album & disciplina, neque aliud inseparabilium aliquod misceri diximus, & est exemplum hoc eius, quod vtraque saluantur. q. d. album & disciplina & si sint in eodem subiecto. s. animali, non dicuntur misceri, & induxit hoc exemplum (vt Philoponus inquit) ad demonstrādum q quæ in eodem subiecto sunt, misceri non possunt, cū neque faciunt neque patiuntur adinuicem, & ad demonstrandum quod miscibilia debent esse separabilia. Potest autem ad demonstrandum hæc, exemplum accipi accommodatius de flauo & dulci, quæ sunt in melle (vt Philoponus inquit) & non miscentur, qm̄ nec factiua & passiua sunt, neq; separabilia.

RECO.

Ant. c. 202 *Sed hoc dicunt non bene, qui omnia quandoque simul esse dicunt, & mista esse. non enim omne omni miscibile est, sed oportet existere separabile vtrūque mistorum, passionum autem nulla separabilis.*

Dilucidate c. eiusdē *Dicunt tamen circa hoc non bene & omnia interdū simul esse profitentes, & mista esse, non enim quodlibet cuilibet miscibile est, sed esse oportet miscibilium vtrunque separabile passionum autem nulla separatur.*

Com. 202. Ex his increpat Anaxagorā, q omnia simul fuisse interdum, & mista, & nō excepit accidentia, nec affectus, & errauit. nam omne miscibile est separabile passiones nō sunt separabiles igitur non miscibiles. & sic omnia simul fuisse, & mista, est falsum saltem de affectionibus.

RECO. Colligit Philoponus, quod ad hoc vt aliqua misceantur non debent vtraque saluari neque esse inseparabilia, sed p se subsistere posse. & ob hanc rem neque qualitas cum subiecto miscetur, qualitas enim non separabilis est, neque forma cum materia neutrum enim separabile est: Ex quibus haberi potest quibus inest mistio. scilicet quod opus sit, vt ipsa possint per se subsistere.

Ant. c. 203 *Quoniam, autem sunt entium hæc quidem potentia, hæc autem actu contingit mista, esse aliqualiter & non esse, actu quidem existente alio generato ex ipsis, potentia autem quid vtriusque eorum quæ erant antequam miscerētur, & nō perdita hoc aūt sermo quæsiuit prius.*

Dilucidate c. eiusdē *Quoniam autem eorum quæ sunt, hæc quidem sunt potentia alia vero actu: contingit mista, modo quodam esse, & modo alio non esse actu quidem est, quod ex his generatur alterum. Potentia vero sunt miscibilia vtraque ad id quod præhabebāt antequam miscerentur vel frustillarentur, quærebat enim hoc sermo prior.*

Com. 203 Ex his soluit ad quæstionē. petebamus enim qualia mista sunt, & qualia miscibilia, declaratum est enim quod mista non sunt corrupta per differentiam. videlicet inter generationem & misturam, nec saluata actu penitus, per differentiam inter misturam & alterationem & auctionem. Igitur mista sunt potentia, & mistum actu. mistum quidem est actu, quia ex mistis generatur, omne enim gēnitū actu est. mista sunt potentia, quia possunt effici & deduci ad illud quod præhabebant, & sic mista sunt in dispositione media, & sic patet qualia sint mista vel miscibilia ipsa, & sic soluitur quæstio mota prius. videlicet quæ & qualia sunt miscibilia & mista. Animaduerte quod textus græcus sit de

verbo

verbo ad verbũ interpretaretur, non eſſet intelligibilis, ego vero ad ſenſum ſic tranſtuli, non quidem mutando verbum, ſed orationem, ſi vero rapis ipſum inepte, quæ te tranſlationes veteres.

RECO. Soluit nũc.q & vult, ꝙ miſcibilia in miſto maneãt in potentia, nõ aũt actu, verũ ꝑ potentiã nõ eſt intelligendũ (vt Philoponus inquit) & poſterius dicetur aptitudinem qũo in igne potentia eſt aer, nec habitum, ſicut dormiens eſt potentia geometra, ſed quoniã non ſincere in miſto ſunt, & hoc pacto aqua & vinum miſcentur in temperamento: Vtrunque enim in temperamento caſtigate agit, ita quidem vtraque potentia ſaluãtur, actu vero neutrum, nam quod perfectum eſt, potentia quidem eſt vtrunque eorum ex quibus miſtum eſt, actu vero neutrum, quare ſolutum eſt dubium ſcilicet quod partem quidem ſaluata ſint, ea quæ miſta, ſunt partim vero minime.

Art.c.204 *Videntur autem quæ miſcentur prius, & ex ſeparatis conuenientia, & poßibilia ſeparari rurſus. Neque manent igitur actu, vt corpus & album, neque corrũpuntur neque alterũ neque ambo. ſaluatur enim potẽtia eorum. Ideo hæc quidem relinquantur.*

Diluc. te. co. eiuſdẽ. *Videntur autem miſta ex ſeparatis prius coire, & ſeparari rurſus poßibilia. igitur nec actu remanent, veluti corpus & album nec corrumpuntur alterum vel ambo. remanet enim ipſorum potentia. ideo hæc quidem remanent.*

Nũc quaſi ad formã quæſtionis reſpondet. Arguebatur .n. ſi miſcibilia ſint, vel entia vel nõ entia. Reſpõdet dicẽs. Quod miſta ſunt actu & potentia ſunt quidem actu, quia aliquantulũ eſſe habent in miſto ipſo. potentia vero, pro quãto virtus eorũ ſaluatur in miſtura, & quæ dicit patent.

Com. 204 Exponit quaſi ſolutionẽ datã (vt Philoponus innuit (& dicit. Vidẽtur aũt quæ miſcẽtur & ex prius ſeparatis conuenientia, & poſſibilia ſeparari rurſus q.d. his miſtio ineſt, quæ quidẽ & ipſa per ſeipſa præexiſtebãt, & poſt miſtionẽ etiam ſeparari ſunt apta per naturam. Exponit autem Philoponus hæc dupliciter. Vno modo, quod miſta ſint, non quæ omnino ac perfectam in miſtura formam perdant, ſed ſolummodo ſinceram, quam perfecte integram rurſus ac propriam aſſumere poſſunt. vt de miſtura vini & aquæ, vbi aqua & vinum ſolum ſinceram formam perdunt, non tamen omnino, quoniã iterum poſſunt illam aſſumere, vt ſolet fieri diuiſio per quendam modum artificialem. Et ſecundum hanc expoſitionem Philoponus velle videtur, quod elementa remaneant in eſſe remiſſo, non ſimpliciter corrupto, qm̃ rurſus poſſunt fieri perfecta, & intenſa, vt eſt opinio Auer. Aliter velle vr̃, ꝙ miſta ſint illa, quæ prius fuerũt ſeparata, & poſtea poſſunt ſeparari nõ ꝙ ipſa poſſunt ꝑfici, qm̃ ſunt actu corrupta, ſed qm̃ ſunt apta nata ſeparari quantum eſt ex ſe, & ſic velle videtur. quod elementa non manent in eſſe remiſſo in miſto, ſed ſolum in aptitudine, qm̃ ex miſto ſunt apta fieri elementa. Ideo, concludit Ariſt. neque manent igitur actu vt corpus & album, neque corrumpuntur, neque alterum, neque ambo, & ſic differt ab alteratione, & a generatione. Saluatur enim potentia eorum in miſto vel quoniã in miſto non ſunt ſincere & ſecundum eſſe perfectum, vt prima expoſitio Philoponi dicit, vel quoniã ex miſto fieri poſſunt elementa vt ſecunda expoſitio intelligit, ideo (vt inquit) hæc quidem relinquantur, quæ de dubitatione mota ſunt.

Continuam autem his queſtionẽ diuidendum, vtrũne miſtio ad ſenſum aliquid ſit, vt quando ita in parua
Art.c.205 *diuidũtur quæ miſcẽtur, & ponũtur hoc mõ adinuicẽ, vt nõ manifeſtũ vnũquodq; ſit ſenſui, tũc miſta ſunt.*

Sed his annexa dubitatio pertractanda eſt, vtrum miſtura ſit aliquid ad ſenſum? Quando enim miſcibilia ita in minima franguntur & iuxta ſe ponuntur modo tali, vt ſingulum ſeorſum eſſe ſenſu non diſcernatur tunc miſcentur.
Dilucida. te. c. eiuſdem.

Iuxta quæſtionẽ principalẽ ſolutã, petit vtrum miſturã ſit aliquid hoc eſt vnio ad ſenſũ verbũ illud annexa, græce eſt ſynechès, latine continua, ſed ad ſenſum tranſtuli. verbum illud pertractanda, græce eſt diæreteon, hoc eſt dicendũ clarius tractanda. Arguit ad partẽ affirmatiuam, & ſumit quaſi vim maioris. d. Qñ. n. miſcibilia ita in minima, Cõm. 20 vel parua (magis iuxta græcum) frãgũtur, & ita iuxta ſe ponuntur, mõ v.g. tali, vt vnumquodq; ſubaudi ſeorſum eſſe ſenſu non diſcernatur, tunc miſcẽtur. adde minorem, ſed in vnione, minimorum ad ſenſum eſt eiuſmodi. igitur miſtura eſt vnio ad ſenſum, verbum illud græce delon, latine fieri diſcernatur, vt clarius eſſet.

Mouet nunc dubitationẽ annexã his (vt Philoponus exponit) quid nam ſit miſtio, ſunt enim duo modi miſtionis primus quod miſtio ſit particularum minimarũ vnio ad RECO. tantã paruitatẽ reductarũ vt non diſcernatur aliud ab alio, vt cũ farina tritici cũ farina ordei miſcetur. Alius modus eſt, quod miſtio ſit eorum adinuicem taliter vnitorum, vt quodcunque vnius tangat quodcunque alterius, vt lateres in theatro q.d. ſecundus modus eſt, non quando multa ſimul ordea tangunt multa tritici, ſed quãdo ita miſcentur, quod vnumquodque tangit vnumque, vt lateres in theatro. vnde dixit. Continuam aũt his quæſtionẽ diuidendum hoc eſt determinandum, vel dixit diuidendum, (vt Philoponus inquit) quod quaſi per diuiſionem dubitãda ſit, nam quærit quid ſit miſtio, & deducit ſermonem ꝑ diuiſionem. vtrum ne miſtio ad ſenſum aliquid ſit, vt quãdo ita in parua diuiduntur, quæ miſcentur & ponuntur hoc modo adinuicem, vt non manifeſtum ſit ſenſui vnũquodque, tunc ſint miſta. Eſt ergo primus modus, vtrum miſtio ſit vnio corporum paruorũ, quorum nullum per ſe ſenſum diſcernere poteſt.

Aut non eſt, ſed eſt vt quæcunque ſecus quãcunque Art.c.206 *ſit particulam miſtorũ? Dicitur igitur illo modo, verbi gratia ordeum miſtum eſſe frumento, quando quodcũque ſecus quodcunque ponetur.*

Aut non, ſed eſt quando qualibet pars eorum quę Dilucida. te.c eiuſdem. *miſcentur eſt iuxta quamlibet. dicitur quidem igitur illud, hoc eſt ordeum miſceri tritico quoties quodlibet iuxta quodlibet ponitur.*

Reſpondet ad dubitationẽ per poſitionem aliorũ, ꝙ notat illa particula, aut quæ eſt nota ſolutionis non certe (& Com. 206 inquit) Aut nõ, hoc eſt miſtura nõ eſt oĩum paruorũ ad ſẽſum, ſed tunc eſt miſtura, quãdo quælibet pars eorum quæ miſcentur eſt iuxta quamlibet, hoc eſt quando quodlibet vnius tangit quodlibet alterius. propter quod infert. dicitur quidẽ igitur illud, hoc eſt ordeum miſceri tritico, quoties quodlibet iuxta quodlibet ponitur, & ſic non ſufficit vt tantum ſenſu non diſcernatur vnumquodque, immo oportet vt quodlibet vnius ſit cum quodlibet alterius.

Hic tangit ſcḋm modum, quo quis poteſt dicere eſſe miſtionem, quæ ſit vnio multorum ſic ſe habentium, ꝙ vnũ RECO. quodq; tãgat, vel iuxta ponatur alteri, ſiue illa ſint minima inſenſibilia vel ſenſibilia, (& inquit) Aut non eſt miſtio illo modo ſed eſt, vt quæcunque ſecus quãcunque ſit particulam miſtorum, ita. ſ. vt taliter vniantur, quod vnumquodque ponatur iuxta alterum, ſiue ſint parua, ſiue magna. Tunc ponit exempla & inquit dicitur igitur illo modo verbi gratia ordeum miſtum frumento, quando quodcunque granum ordei tãgit quodcunq; granum frumẽti. Et licet Philoponus velit hoc exẽplum eſſe primi modi, mihi videtur, quod ſit ſecundi modi.

Si autem eſt omne corpus diuiſibile, ſiquidem & eſt Art.c.207 *corpus corpori miſcibile, homæomeram quamcunque vtique oportebit partem fieri ſecus quamcunque. Quoniam autem non eſt, in minima diuidi, nec compoſitio idem quod & miſtio, ſed aliud, manifeſtum eſt quod neque ſecundum parua ſaluata oportet quę miſcentur dicere miſta eſſe. cõpoſitio. n. erit, & nõ craſis nec miſtio.*

Si vero corpus omne diuiſibile eſt, ſiquidem eſt & ſimilare corpus corpori miſcibile, partem vtique Dilucida. t.c. eiuſdem. *vnamquamque iuxta vnamquamque fieri oportebit, quoniam autem non eſt in minima diuiſibile, & neque*

mistura idē est quod cōposit., sed aliud perspicuum erit quod nec ſm parua saluata oportet dicere miscibilia misceri, esset n. cōpositio & non cōtēperatio, neq; mistio.

Soluit ad dubitationē ſm positionē aliorū, nūc soluit ad illā ſm ꝓpriā positionē, & cōclusio text⁹ hæc est. ſm parua saluata nō est mistura q̄ est prima suppositio. & arguit hypotheticè sic. si corpora sūt diuisibilia in minima, mistura est ſm parua saluata, destruit añs, sed corpora nō sunt diuisibilia in minima. igitur mistura nō est ſm parua saluata (inqt,) si vero corp⁹ oē diuisibile est subaudi in minima, si quidē est & similare corpus corpori miscibile, partē vtique vnāquāq; iuxta vnāquāq; fieri oportebit. i. mistura erit ſm parua saluata, & quia quis posset dicere corp⁹ esse diuisibile in minima, nō aūt miscibile nisi cū corpore alterius speciei vt rōnē faceret vlēm, adijcit, siqdē est & similare corp⁹ corpori miscibile. Tūc destruit añs. d. Qm̄ aūt nō est in minima diuisibile, & neq; mistura idē est qđ cōpositio, infert oppositū cōñtis. d. ꝓspicuū erit q̄ nec ſm parua saluata oportet dicere miscibilia misceri cuius rōnē subscribit. d. esset. n. compositio, & nō cōtemperatio neq; mistura. hæc est prima suppō. Verbū crasis apud ineptos est cōplexio, trāstulit ſi cōtēperatio. Sed circa hāc rōnē est dubitatio de forma, quia ab opposito añtis nō infert oppositū cōñtis, vt dr̄ secūdo topicorū. Secūdo de mā, qa vr̄ q̄ oē corp⁹ sit diuisibile in minima, qm̄ cōpetit corpori, vt nāle est, & sic vr̄ minor falsa, q̄ fuit oppositū añtis Dici pōt (vt ex verbis. Auer. colligi pōt) q̄ duplex est mistura. s. quātitatiua & qualitatiua, mistura quātitatiua est vnio corporū minimorum, & saluatorū. at mistura qualitatiua est mistura rerū alteratarū, vt dicem⁹. vult igit̄ Auer. q̄ Ari. velit q̄ cōpositio minimorū nō sit mistura ꝓprie & qualitatiue, sed large. Tūc ad dubitationes dicerē, vt colligit̄. 7. physico cō. 6 q̄ in terminis cōuertibilibus argui pōt destructiue, & cōstructiue ꝓ cōñtiā in ipso secūdo topicorū. mō isti termini cōuertunt̄. v. g. esse diuisibile in parua, & esse miscibile paruis saluatis. Et sic patet ad primū. Ad ſm dicendū, q̄ oē corpus physicū sua natura est diuisibile in minima, nō tū oportet vt in mistura semper diuidatur, & hoc Aristoteles intelligit.

Crasis qd.

RECO. Secūdū Philoponū hic Ari. redarguit hos mistionis modos, & accipit duo ꝓloquia, quorū primū est, q̄ oē corpus est diuisibile in infinitū. Secūdū vero, q̄ mistio est aliud a cōpositione. primū ꝓloqnū accepit, vt, demōstratū in physicis, ſm vero sumit, vt ꝑ se notū, & de cōi hoium cōsēsu. His ergo stātibus redarguit illos mistionis modos, primo, ꝓbādo q̄ nō fit mistio appōne minimorū vel quorūcūq; corporū inuicē, & vnī syllogismis hypotheticis prim⁹ syllogismus est, si aūt oē corpu sest cōtinuū & diuisibile in infinitū, hoc fuit ꝓloquiū, & si est corpus corpori miscibile, vt primus & secūdus modus mistionis dicit, homæomerā quācūq; partē vtiq; oportebit fieri secus quācūq;, hoc est ois ps oi parti homæomera fiet, qđ est absurdū, nō. n cū corpus corpori miscetur pōt ois pars oi parti fieri homæomera, nisi penetratio fieret. Prætetea. Dato q̄ nō fieret penetratio, adhuc nō quælibet pars misti esset mista, qm̄ nō corpus quod miscetur, erit mistū. Secūdus syllogismus est, qm̄ aūt nō est in minima diuidi, sed oē corp⁹ est diuisibile in infinitum, vt primū ꝓloquium dicit, nec cōpositio est idē q̄ mistio, vt ſm ꝓloquiū dicit. Manifestū est q̄ neque ſm parua saluata (vt dicit primus modus) oportet quæ miscentur, dicere mista esse, quoniam (vt inquit) cōpositio atque iuxta positio erit, & non crasis, nec mistio.

Aue. 208

Neq; habebit eādē rōnē cū toto pars. Dicimus autē siquidē oportet mistū est aliquid, mistū homæomerū esse. & quemadmodū aquæ pars, aqua, ita & temperati.

Dilucida. te. c. eiusdem.

Neq; pars secūdū rationē eādē se habebit toti, dicimus aūt. siquidem mistionem oportet esse aliquid, miscibile similare esse, & veluti pars aq̄ aqua est sic coutēperati.

Com. 208

Secundo arguit ad eādē suppōne sic S mistio est cōpositio ſm minima saluata oīno, tūc totū & pars nō essent eiusdē rōnis in mistura ꝓbatur, qa minimū est corpus aliquātū & tāgit suum cōpar nō ꝑ quodlibet sui. igit ſm partē, quare pars eius miscibilis est & nō totum. igit rōne differunt pars & totū, & quæ dicit patet Aiaduertēdū q̄ minimum naturale est quoddā totum quātitatiuū, cū sit quātū, & ꝑ cōñs habet partes, certū est q̄ qn̄ cū alijs miscet minimis nō tangitur ab illis ſm se, & quodlibet sui, quia tūc esset penetratio corporū, quare ei⁹ ps est miscibilis, & totū nō & sic totū erit alterius rōnis a ꝑtib⁹. Aiaduerte secūdo q̄ si totū minimū sit toti minimo miscibile. adhuc totū esset alterū a partibus nā totū q̄ secabatur in minima erit alterius rōnis a minimis, cum minima sint miscibilia, & totum non.

Prætetea argumētatur tertio (syllogismo hypothetico) & inqt) Si subaudi mistio est minimorū corporū, neq; habebit eādā rōnē cū toto pars, hoc est sequetur q̄ nō quælibet pars misti erit mista. tūc destruit cōsequēs, & dicit. Dicimus aūt siquidē oportet mistū esse aliquid, mistū homæomerū esse, hoc est, qđ quemadmodū pars aquæ est aqua, ita pars temperati ac misti est temperata ac mista. Consequentiam autem probat Philoponus, quoniam minimum vnumquodque est misti pars, & tamen non est mistum. RECO.

Si aūt secūdū parua cōpositio esset mistio, nihil cōtigere horū, sed solū qdē mista ad sēsū. & idē, huic qdē mistū. si non videt qs acute. Lynceo aūt nō mistū videbit̄. Anti. 207

Si aūt secūdū parua cōpositio est mistura, nihil horū contingere, sed tātū ad sensū mista esse, & idem hinc quidē esse mistū, si nō acute videt. Lynci vero oī mistū Dilucida. te. c. eiusdē

Tertio arguit. si mistura esset cōpositio minimorū saluatorū, tūc mistura esset ad sensū & si ad sensum tūc simpliciter nihil esset mistū, at in respectu, vt respectu, infirmæ visionis mistū, respectu Lyncis nō mistū. verba parēt. Com. 209

In cōmentarijs hic signatur tertia rō, siue quarta. verū ſm Philoponū hic remouetur quasi dubitatio, qm̄ posset dici, q̄ mistū nō est homæomerum, & sic non oportet q̄ quælibet pars misti sit mista. Contra obijcit, quoniā si totum mistum non est homæomerum, tunc mistio esset apparens, & non existens, & sic Lynceo non erit mistio. RECO.

Neq; diuisione, vt quacunq; pars secus quācunq; sit impossibile enim, ita diuidi. Aut igitur non erit mistio, aut dicendum hoc, quomodo contingit fieri rursus. Anti. c. 210

Neq; diuisione sic vt quælibet pars quālibet iuxta sit. nā est impossibile sic diuidere. igitur aut non est mistura, aut dicendū rursus quomodo cōtingat fieri illud Dilucida te. c. eiusdē

Quarto arguit. nihil pōt diuidi, sic vt quodlibe vnius cōtingat qđlibet alterius igit̄ mistura nō est aggregatio minimorū saluatorū. añs patet quia tūc esset penetratio hæc. n est penetratio qn̄ quodlibet vnī⁹ est iuxta quodlibet alterius. cōñtia patet. nā aliter mistura esset iuxta positio. & nō ꝑfecta vnio, & sic patet hæc suppō. v. g. qđ mistura non est vnio minimorum saluatorum, ex hac suppositione procedit ad veram solutionem dubitationis, & primo repetit eam dubitationis. d. Igitur aut non est mistura, aut dicendum rursus quomodo contingat fieri illud. Cōm. 210

Postquā probauit quod mistio non fit oppositione nūc ꝓbat q̄ non fit diuisione (& inquit) Neque mistio fieri pōt diuisione, hoc pacto. s. vt quodcunque mistorum sit iuxta quodcunque, quoniam hoc fieri non potest, nisi miscibilia sint diuisa ad minima, modo hoc est impossibile corpora illa diuidi, cum sint in infinitum diuisibilia. Hæc Philopon⁹. RECO.

Sūt itaq; (vt diximus) entiū hæc quidē factiua, hæc aūt ab his passiua. Hæc igitur cōuertūtur, quorū eadē materia est, & factiua adinuicē & passiua abinuicem. hæc aūt faciunt, impassibilia existentia, quorum nō est eadem materia. Horū igitur, non est mistio. Ideo neque medicinalis facit sanitatē, neq; sanitas mista corporib. Aue. c. 211

Sūt itaq; (vt diximus) entiū, hæc quidē actiua. illa vero ab his passiua cōuertūtur quidē igit̄ ea quorūcūq; eadē est mā hoc est actiua sūt inuicē, & ab alijs passiua. agunt autem impassibilia existentia ea, quorumcunq; materia non est eadem horum quidem igitur nō est mistura, propter quod cum medicinalis sanitatem agat, sanitas corporibus non mista est. Dilucida te. c. eiusdē

Cæpit soluere ſm positionem propriam, nunc exequitur, & primo petit q̄ mistura non est eorum, quæ non reciproce agunt & patiuntur. Ad hanc petitione declarandā sumit q̄ actiuorū & passiuorum quædā conueniunt in materia, quædam differunt materia, tunc vult misturam non Com. 211

esse

esse corũ, quæ in materia nõ cõmunicant. & verba patet.

Reprobatis modis falsis de ipsa mistione, nũc trãsit ad RECO. proprium modum & ex commentarijs, quæ dici, clara, sunt: Philoponus tamen vult, vt Arist dicat quid sit mistio, & quorum verba tamẽ vltima obscura sunt (cum inquit) {Ideo neque medicinalis facit sanitatem, neque sanitas mista corporibus} intelligit Philoponus, ideo neq; ars medica facit sanitatem in corporibus subaudi miscendo se corporibus, quoniam dato quod faceret in corporibus sanitatem, non propter hoc diceretur mista corporibus, quoniam non cõtra Patitur a corporibus, neque sanitas est mista corporibus. scilicet si faceret in corpore sanitate, q̃m non contra patitur. Aut fortasse verba corrupte, legũtur & debent sic legi, neque medicinalis faciens sanitatem est mista sanitati in corporibus quod mihi magis placet. Ex his vult habere, quod mistio non est eorum quæ inuicem nõ faciunt & repatiuntur, quod est præcipua suppositio in commentarijs.

Ant, c. 212 *Factiuorum autem & passiuorum quæcunque sunt facile diuisibilia, multa quidem paucis & magna paruis composita, non faciunt mistionem, sed augmentationem dominantis. transmutatur enim alterum in dominans. Ideo gutta vini, decies mille amphoris aquæ nõ miscentur. soluitur enim species & transmutatur in omnem aquam.*

Dilucida. te c. eiusdẽ *Actiuorum autem, & passiuorum quæcunque facile diuiduntur, multa quidem paucis & magna paruis composita, misturam non efficiunt, sed prædominantis incrementum conuertitur enim alterum in prædominans vt vini stilla innumeris aquę amphoris non misceetur. species. n. euanescit totumq; in aquam conuertitur.*

Secundo petit quod nõ miscẽtur, quæ omnino magnitudinibus & potẽtijs non sunt proportionata, declarat p̃ Com. 212 exẽplũ, quia est stilla vini nõ miscetur in multa aqua sed in illam conuertitur, quia sua forma euanescit, & materia conuertitur in substantiam, aquæ (inquit) Actiuorum autem & passiuorũ quæcunque facile diuiduntur. multa quidem paucis, hoc est plura corpoteitate paucis corpoteitate, & magna virtute paruis virtute nõ miscẽtur, cætera patent.

Secundũ Philoponum hucusque Arist dixit quid sit mistio, & quorũ q̃m eorũ quæ sunt eiusdem materiæ Sed q̃m RECO. non omnia, quæ sunt eiusdem materiæ miscentur, non. n. lapis, & lignũ miscibilia sunt, ideo vult declarare, quia miscibilia sunt eorum quæ sunt eiusdem materiæ Et exponit esse quæ facile diuisibilia sunt, hoc est, quæ bene terminabilia sunt, bene autem terminabilia sunt humida. ergo vult declarare, quo pacto humida sint miscibilia, & hæc est expositio Philoponi, verum in cõmentarijs ponitur optima expositio, quam lege. At secundum Philoponũ Arist. vult humida esse miscibilia, cum sint proportionata, ita vt alterum in alterum facere posset, & econtrario ab illo pati, taliter vt non conuertatur in dominans.

Quando autem potentijs adæquantur aliqualiter, tunc transmutantur vtrunque in dominãs ex suispsius Ant, c. 213 *natura. non generatur autem, alterum sed medium commune.*

Dilucida. te. c. eiu. dẽ *Quando autem aliqua ratione coæquãtur, nũc trãsmutatur quidem vtrunque ex sua natura in medium secundum prædominium alterius neque alterum efficitur sed medium & commune.*

Petit tertio q̃ miscibilia sint secundũ potẽtias propor- Com, 213 tionabilia hoc est nec æqui potentia nec sic q̃ aliud ex toto prædominetur, sed proportione quadam coæquata de qua dicemus. Illud verbum in mediũ secundum prædominiũ alterius, græce est cratoun. latine prædominans, sed sic nõ sonat, propterea illo modo transtuli. Ex his tribus petitionibus patet solutio quæstionis annexæ, vtrum videlicet mistura sit vnio ad sensum. patet quod non vnio quantitatiua, sed qualitatiua, consurgens. scilicet ex actione & reactione, & fractione, miscibilium inuicem. Hæc de quæstione annexa.

Cæpit declarare mistionem esse humidorũ. & dixit, esse RECO. humidorum non quorumcunq;, quoniã non eorum, quorum alterum penitus alterũ exuperat, quoniã sic non mistio, sed auctio, vel corruptio esset, nunc addit, q̃ sit eorũ, quorum alterum ad alterũ est excessus, sed non quo illud exuperat, sed quo possunt simul stare in tertio medio ex vtrisque composito, & hæc est Philoponi expositio. ideo concludit q̃ manifestum sit, quæcunque facientiũ contrarietatẽ habẽt, hæc. s. quæ humida sunt, & alterũ exuperat alterũ non omnino, sed aliquo modo sunt miscibilia, q̃m hæc sunt inuicẽ passiua Quo vero ad verba attinet, dixit {aliqualiter} quoniam oportet vt alterum exuperat alterum non omnino, sed aliquo modo, vt dictum est. Ex hoc loco colligi videtur, q̃ contraria non possunt esse æqualia in misto, & sic non datur æquale ad pondus.

Manifestum est igitur quod hęc miscibilia sunt quæcunque facientium, contrarietatem habent. hęc enim Ant c. 214 *sunt abinuicem passiua.*

Manifestũ igitur est hęc esse miscibilia, q̃ ũq; eorũ Dilucida. tet c. eiusdẽ *q̃ agũt cõtrarietatẽ habẽt, nã hęc sũt abĩuicẽ passiua.* Soluit in generali quæ sint miscibilia, & quæstionẽ annexã Cõm. 214 videlicet an mistura sit ad sensum, nũc in speciali redit ad declarãdum quæ sint miscibilia, & vult miscibilia esse, quæcunque sunt contraria, & actiua & passiua: nam hæc sunt passiua abinuicem & per consequens miscibilia.

Et parua autẽ secus parua posita, miscentur magis. Ant. c. 215 *facilius enim in seinuicem & citius transeunt. multũ autem, & a multo, tardius hoc operatur. Ideo & bene determinabilia diuisibilium & passiuorum, miscibilia sunt. diuiduntur enim in parua hæc facilius. hoc enim erat bene determinabilis esse. verbi gratia: humida, miscibilia maxime corporum. bene determinabile enim, maxime humidũ diuisibilium, si non viscosum sit. Hæc enim ampliorem vtiq; & maiorem faciunt tumorem.*

Parua aũt & paruis iuxta posita mistentur magis Dilucida. te. c. eiusdẽ *facile enim & magis inuicem, conuertuntur. multum autem a multo tardius agit illud. Ideo miscibilia ea diuisibilium & passiuorum sunt, quę bene terminabilia sunt, quando quidem illa facilius in parua diuiduntur, Nam hæc est eius quod bene determinabile est, ratio, veluti corporum humida maxime miscibilia sunt, quia humidum eorum quę diuisibilia sunt, maxime bene terminabile est, nisi viscosum sit. facerent enim hęc maiorem iam & ampliorem tumorem.*

Quæ sint bene & facile miscibilia nũc declarat. d. Parua Com 215 tem & paruis iuxta posita, miscentur magis, cuius causam adducit Facile enim & magis inuicẽ conuertuntur. multũ enim a multo tardius agit illud, hoc est tardius cõuertitur, nec obstat q̃ similis est proportio totius ad totũ, & partis ad partẽ. nam non sunt cætera paria, quando quidem pars melius parti applicatur, quã totum toti. Ex hoc in speciali declarat q̃ humidũ est maxime miscibile, nisi sit vnctuosum, siue viscosum, vt nouus expositor declarat, & recte. nã sic nõ misceretur, sed supernataret maiorẽ faciens amplitudinẽ, & huius syllogismus est, bñ terminabilia facilius miscibilia, humida bene terminabilia, vt secundo huius dicetur. igitur bene miscibilia sunt, accipit maiorem. d. Ideo miscibilia ea diuisibilium & passiuorũ sunt, quę bene terminabilia sunt, hæc est maior, quã p̃bat. d. Quãdo quidem ea facilius in parua diuidũtur, nã hæc est eius quod bene determinabile est ratio, siue esse siue definitio, bene. n. terminabile secundo huius describitur q̃ sit facile diuisibile hæc est maior, & eius declaratio. deinde sumit minorẽ & conclusionem. d. veluti corporũ humida maxime miscibilia sunt, hæc est conclusio. deinde minorẽ addit d. quia humidũ eorũ quæ diuisibilia sunt, maxime bñ terminabile est, cætera patent & sic in generali quid sit facile miscibile accipitur, & in speciali, quod sit humidum hæc latius in secũdo declarabuntur.

Cum declarauit, quod mistio nec secundum appositio- RECO. nem nec secũdũ diuisionẽ in parua sit, nunc dicit q̃ licet

nec appositio nec diuisio, fit mistio, tamen ad mistionē conferunt, & dicit. Et parua autem secus parua posita, miscentur magis, facilius enim in seinuicem, & eorum transeūt, hoc est, faciunt & contra patiuntur. Multum autem & a multo tardius hoc operatur, patet ergo quod diuisio in parua confert ad mistionem Ex hoc infert, quod bene terminabilia de numero diuisibilium & passiuorum bene supple, & facilius miscibilia sunt, quoniam in parua facilius diuiduntur, & quod in parua facilius diuiduntur eo patet, quia hoc scilicet facilius in parua diuidi erat bene terminabilis esse, & ratio, vt parebit secundo huius. Et sic patet per genus, quod bene miscibilia sunt bene terminabilia, per speciem vero, quod humida sint maxime de numero corporum miscibilia. causa autem; quoniam maxime humidum de numero diuisibilium est maxime & bene determinabile, modo nō sit viscosum, & nam viscosa humida ampliorem & maiorem tumorem faciunt, non autem facilem mistionem. Viscosa intelligit glutinosa, vt oleum, viscum, picem liquidam & quæcunque talia. Hæc enim propter glutinositatem difficulter diuisibilia sunt, difficulterque separabilia, & elabūtur cum ipsis, quæ infunduntur, & non in profundum permeant, & ob id neque miscentur, quo fit vt cum coeāt, nullo pacto misceantur, sed solum molem ampliorem faciunt.

Distinctio philopōi Dubitat autem hic Philoponus, quoniam non videtur, q parutum a paruo facilius patiatur magnum vero a magno tardius, quoniam particulæ ad particulam eadem proportio videtur, totius ad totū, & sic diuisio in parua nihil conferre vt ad mistionē. Præterea potētia vnica fortior est seipsa diuisa. ergo totū facilius in totū facit, & ab ipso patitur, quā si vtrunque esset diuisum. Videmus. n. in grauibus, cū diuidūtur, eorum grauitatem non sentiri proportionabiliter, vt in auro, quod si diuidatur in folliculа vix particulæ grauitas sentitur. Philoponus respondet, & si recte percipi quæ ipse dixit, velle videtur, quod aliquod totum in parua diuisum cum alio toto contrario etiam in parua diuiso facilius misceantur. Ea vero tota non diuisa facilius faciāt ac repatiantur ad corruptionem, & sic tota in parua diuisa facilius faciunt, & repatiuntur factione & repassione facientibus ad mistionem, in qua non quæritur alterius corruptio. eadem vero non diuisa facilius faciunt & patiūtur factione, & repassione facientibus ad corruptionem alterius Huius rei experientia est, nam ignis quo magis est vnitus calidior est, & ideo magnum lignum in magna fornace proiectum confestim accenditur, non autem in minori flamma paruius lignum secundum proportionem, id pati poterit. ergo duo tota contraria in parua diuisa facilius faciunt, & repatiuntur factione repassione facientibus ad mistionem. Eadem vero integra facilius faciunt, & patiuntur factione, & passione facientibus ad corruptionem. Hæc ex Philopono.

Ant. c. 216 *Quando autem alterum solum passiuum erit, aut vehementer, hoc autem valde parum aut nihil amplius erit mistum ex ambobus, aut parum, quod quidem contingit circa stannum & æs. Quædam enim balbuciunt ad inuicem & ancipitia sunt.*

Quando autem alterum tantum sit passiuum, aut valde. alterum autem parum valde, aut nihil amplius Dilucida. te. c. eiusdē *est mistum ex ambobus, vel parum, quod quidem contingit circa stannum & æs balbutiuntur enim quædam entium inuicem & confunduntur.*

Com. 216 Quæ male miscibilia sint, declarat & vult quod quæ male proportionabilia sunt in passione, vt quod vnum passiuum sit omnino vel multum, alterum vel nihil, vel parū, hæc male miscentur, veluti circa stannum, quod est valde passiuum, & æs, quod est parum passiuum. hoc declarat p simile in oratione, nam oratio est mistura literarum, modo in tali mistura aliquæ literæ prolatione excellunt alias, vt in balbutiēte, & inde fit mala literarū mistura & cōfusio

RECO. In commentarijs optime hi duo textus exponūtur, verum debes scire, quod stannum male miscetur æri (vt Philoponus inquit) quoniam stannum est aereum, atque plenum aere, & ideo stannum est paratum in mutationē aeris propterea cum calefit ob ignē euaporat, & aer fit, & sic non potest æri misceri, & solummodo colorat æs, quoniā non per totam eius substantiā concedit, sed superficiē colorat, & ideo non miscentur leue sed imperfecte, quædam n. entiū quæ miscentur, balbutiunt adinuicem, & ancipitia sunt, hoc est male mista sunt, modo quo syllabæ in balbutientibus: videntur enim aliqualiter, & mista remisse, velut in balbutientibus syllabæ ea quæ imperfecte miscentur, d co remisse, quoniam alterum se habet, vt subiectum susceptibile, alterum vt species, & forma. Quod in his contingit scilicet stanno & ære, nam stannum se habet vt passio sine materia existens, æs vero vt subiectum, quoniam euanescit, & stannum, & aer fit, & ideo solum colorat æs. Ex his, vult habere balbe misceri, quæ sic se habent, vnde (vt Philoponus inquit) ex his, quæ verbis accidunt, ostendit idem rebus accidere.

Videtur enim aliqualiter & mista remisse, & vt alterum quidem susceptibile, alterum autem species. quod in his contingit. Stānum enim vt passio aliqua existēs sine materia æris, pene euanescit, mistum omne colorās solum Idem autem hoc, contingit & in alijs. Ant. c. 217

Videntur namque aliquantulum & debiliter mista; & alterum quidem vt susceptibile alterum autem vt species, quod quidem & in is his euenit. stannum enim vt passio quædam æris sine materia fere euanescit, & mistum omnibus, tantum colorat, contingit vero hoc idem & in cæteris. Diluc da te. c. eiusdem.

Com. 217 Crederet forsitā aliquis q stānū & æs. & ea quæ sic se habēt. vt alterū summe passiuū sit, alterū summe impassiuū, nullatenus miscerent, ideo declarat q aliquātulū miscētur, verū in mistura stāni cū ære alterū se habet vt forma, stānū. videlicet, æs aūt vt materia & subiectū, pp q in eorum mistura parū stanni restat, immo solus color, & multum æris & vt dicit in his, in cæteris, etiā idem spectari potest.

Ant c. 218 *Manifestum est igitur ex his quæ dicta sunt, & quod est mistio, & quid est, & quare est, & quæ miscibilia entium. quoniam sunt quædam talia, qualia sunt abinuicem passibilia, & bene determinabilia, & bene diuisibilia. Hæc enim, neque corrupta esse necessarium est quādo mista, neque adhuc simpliciter eadem esse quæ prius, neque compositionem esse mistionem eorum, neq; ad sensum. Sed miscibile quidem est, quando bene determinabile existens passiuum fuerit & factiuum, & tali miscibile. ad homonymum enim miscibile. Mistio autem est miscibilium alteratorum vnio.*

Delucida. t. c. eiusdē *Perspicuum igitur ex his quæ dicta sunt. & quid est mistio, & quod sit, & propter quid est, & eorum quæ sunt, qualia miscibilia sint, quoniam sunt res quales quædam eiusmodi, quæ inuicem aptæ sunt pati, beneque determinabiles, facileque diuisibiles, quas neque corrumpi est necesse dum miscentur, neque easdem simpliciter adhuc esse quæ præerant. itemque nec misturam esse cō positionē earum, neque ad sensum. erit itaque miscibile quidem dum bene terminabile existens, passiuum fuerit ac actiuum, & miscibile tali. hoc est ad similare miscibile. mistura vero vnio est eorum quæ alterata sunt.*

Com. 218 Tria epilogat, primum circa misturam absolute d. Perspicuum igitur ex his quæ dicta sunt, & quid est mistura, & quod sit mistura; & propter quid est mistura, hæc quo ad misturam in se. Epilogat secundo circa miscibile. d. & patet etiam quod eorum quæ sunt, qualia miscibilia sunt, quoniā sunt res quales quædam eiusmodi, vt calidæ frigidæ, & id genus, quæ inuicem aptæ sunt pati, beneque terminabiles, facileque diuisibiles, quas neque corrumpi est necesse dum miscentur, neque est necesse adhuc simpliciter esse, quæ præerant. hæc quo ad mista ipsa. epilogat tertio quo ad misturam in respectu d. itemque nec est nec esse misturam esse earum rerū qualium compositionem, neque est necesse misceri ad sensum. hæc quo ad misturam

in

in respectu Tūc concludit finē libri.d.erit itaque miscibile quidem, dum bene terminabile existens, passiuū fuerit ac actiuum & miscibile tali quale ipsum est, hoc est miscibile ad similare, non simpliciter, sed in genere. mistura vero vnio eorum quæ alterata fuerunt. Hæc est lib. primi com. Ex his patet quod tātum elementa sunt miscibilia secundum omnes conditiones Arist. & si qua nūc bilia erunt, oportet esse vel elemēta, vel in virtute elemētorū misceri.

Digressio Auer.

Auer. narrat hic positionē Auic quā sectari videt, quia illam non refellit (& iniquit) Et Auic. in sermone suo sup capitulū in sermone Arist voluit dicere quod modus Aristo. est quod miscibilia sunt in potentia in misto, & illa esse in suis essentijs, quas habent separata, & sic voluit Auic quod elementa remanent essencialiter in misto secundum formas ac eorū essentias, quas. v. g. habent in proprijs sphæris. Sed cōtra. quia Arist. dixit, mista esse in misto in potentia & non in actu. Respondet & dicit primo, quod essentia est potētia, qua elemētū pōt multa. Dicit secūdo q̄ hæc essentia q̄ est potētia, est cā in reb⁹ tā simplicib⁹ q̄ mistis caliditatis, & frigiditatis: qualitates. n primæ sequunt formas, sed qualitatū passiuarū, vt siccitatis & humiditatis cā est mā, quia ā ma est pati, sed de hoc alias. Sed contra hæc adhuc obijcies quia potētia dicit de potētia passiua, & nō de forma. Rñdet & alterius modi, quia analogice dicitur potentia, quæ est præparans hoc est passiua, qua aliqđ reddit habile ad recipiendum motum, & transmutationem hoc est potentia dicitur equiuoce de potentia passiua & de forma. & sic non male essentia & forma elementi vocatur potentia. Adhuc cōtra, quia si elemēta essent in misto sm essentias, igit non differt esse elemēti in misto. ab esse eius in sphæra propria. Respōdet. & ista essentia saluat in mistione & frāgūtur siue remittuntur accidentia. & sic differt elementum in misto, & a se in sphæra, quoniā in sphera habet esse completū & perfectum ac intensum in essentia & qualitatibus. at in misto habet esse perfectum in essentia, non autem in qualitatibus. nam qualitates eius in misto remittuntur. Deinde declarat quid est essentia elemēti, & vult quod essentia elementi, sit forma substantialis eius carens nomine proprio dicit In aqua enim frigida nōn est essentia, hoc est ipsa aqua non est pura essentia, sed est effectus essentiæ, hoc est formæ, vel frigiditatis, quæ vulgo forma dicitur aquæ. aqua enim non est essentia hoc est forma pura, sed effectus essentiæ, hoc est effectus resultans ex compositione formæ cū materia. est dico effectus essentiæ, hæc est ponderositatis, & etiā cætera accidentia sunt effectus essentiæ aliter & aliter. accidentia enim fluunt ab essentia. aqua vero componitur ex essentia, & sic essentia est forma aquæ. Sed dices. omnes essentiam aquæ vocant formam, & formam dicūt esse ponderositatem siue grauitatem, aliquando frigiditatem. igitur essentia erit accidens. Respondet quod homines nō habentes nomen illius essentiæ illam essentiam vocant nomine ponderositatis. vnde. 4. cæli grauitas dicitur forma substantialis elementorum, sumentes nomen ab effectu, & similiter aliquando vocant essentiam nomina frigiditatis, vt Alexander. tunc concludit propositum. d. Et illa essentia (licet frigiditas remittatur) saluatur in aqua, & ita in mistione. Ex his concludit Auicenna quod elemēta sunt actualiter in misto secundum essentias, sed remissa sm qualitates, & sic saluantur essentiæ in mistura, quibus elementa ipsa possunt redire ad eosdem effectus. hoc est ad esse completum in propria sphæra & hoc nisi fuerit impediens vbi. n. sit impediens, dato, quod mistum resoluatur elementa non redeunt, propter hæc verificatur Auicenna dictum Aristo. q̄ miscibilia nō sunt actu in misto. qa qualitates sunt remissæ, & sunt potētia, hoc est essentia, quæ est potētia. Hæc nūc Auer. tenet, & hoc notat Auer has paraphrases in iuuentute fecisse, nā tertio cæli cōtradicit huic positioni, vt dicemus postmodū. Circa hæc plures emergunt dubitationes.

Prima q̄stio de formis elemētorum.

Quarū prima est, vtrū formæ elementariæ possint intēdi & remitti. Et licet de hac quæstione, & alijs plurima dixerim in libello de mistura facto p defensione Auer. nō bonū erit aliqua scribere, vt sit aliqua, quæ tūc nō dixerim, occurrant, adijciā Et si qua minus castigata dixerim, etiam corrigā & sequar in hoc ordinem recentiorum. Circa hanc quæ-

Positio Auer.

stionem est positio Auer. tertio cæli. cō 67. vbi supponit nulla formam substantialē perfectā intendi, vel remitti, sūt aūt formæ substātiales pfectæ formæ mistorū. Et p hāc verificat dictū Arist. in pdicamentis, cū dicit substātiā nō suscipere magis & minus Secundo, supponit accidētia saltē quædā intendi & remitti hoc docet experientia. Ex his infert q̄ elementariæ formæ sunt quasi mediæ inter substātias & accidētia cū accidētibus. n. conueniūt q̄ suscipiūt magis ac minus, cū substātijs vero, quia aptæ sunt constituere subiectum, quod informant in specie. tunc positio Auerro. est quod formæ elementariæ intenduntur & remittuntur.

Prima ratio.

Secūda rō

Mouetur aūt Auer. ad hoc vnica ratione pronunt, & arguit si qualitates elementorum intenduntur & remittuntur. igitur formæ consequētia declarat, quia si forma ignis potest remanere perfecta sua caliditate remissa in vno gradu, pariter pōt remanere remissa in duobus & sic in omnibus. nam omnes gradus sunt eiusdem rationis. Contra hāc positionem surgunt omnes. Et primo. quia tunc in medio essent plures formæ elementariæ. & ita in pluribus speciebus. nam quælibet dat esse Secundo, nihil est magis tale in nomine elementi. igitur elementum nō suscipit magis & minus. Tertio, nullum elementum posset alterari pura alteratione. nō enim posset alterari nisi remissa qualitate, & per consequens etiam remissa forma. Quarto, tunc vnum elementum non posset immediate fieri ex alio nam dum ex aqua fieret ignis, oporteret aquam remitti, & sic conuenire ad medium, & per consequens non immediate, quia immediate tale est esse absque medio. Quinto, tunc ex duobus elementis posset mistum effici. nam cum ignis non possit aquam calefacere nisi remittendo formā aquæ, & introducendo formam ignis, in medio calefactionis erit vnum mistū ex duobus elementis. Sexto, tunc, in omni generatione mistorū esset multitudo mistorū media nā semp ex noua proportione formarum elemētorū esset vnū nouū mistū, sed in quolibet instanti transmutationis est alia. igit in quolibet esset alia mistio cum igitur in tempore trāsmutationis sint infinita instantia. igitur mista infinita. Septimo, tunc aer in hyeme esset plus aqua quā aer. nam in eo plures sunt qualitates aquæ. Contra rōnes Auer dubitatur

Dubitationes cōtra Auer. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima.

Dubitationes prima.

Et primo cōtra primā, quia tunc inter contradictoria daretur medium. nā inter substantiā & accidens datur mediū, sed substantia non est in subiecto accidens vero est in subiecto, sed hæc sunt contradictoria. Secūdo, medium est eiusdem generis cum extremis. 10. metaphysicæ. Sed substātia & accidens non possunt esse eiusdē generis. igitur inter ea non est medium. Tertio omnis differentia sm formā substantialē variat speciē. 8 metaphysi. igitur si forma ignis reciperet magis & minus, tunc ignis differret a semetipso specie. Sic igitur prima ratio quæ erat elementa remitti atque intendi, quia media, nulla est. Contra secundam instāt. Primo, quia ea data probarem formam misti posse esse sine tota dispositione qualitatiua. nam si potest esse sine parte. igitur sine tota, sic arguit Auer 10.

Secunda. Tertia.

Dubiō cōtra secūdā Prima

Secundo per idem materia posset esse sine forma, quia sine hac & sine illa. igitur sine forma. Tertio, p idē corpus esse pōt sine loco. Quarto, si forma elementaria remitteretur, vel ad remissione alterius qualitatis vel ambarum nō vnius tantū. nam dum generatur ignis ex aqua remittuntur ambæ nec ambarum, vt in generatione aeris ex aqua. Quinto, tunc generatio elementi esset alteratio, quia est remissio vel motus. quia successiua Pro responsione est considerādum quod impertinens est nostro proposito illud problema: videlicet vtrum elementum limitet sibi vtrasque qualitates in summo, vel alterā tantum. Primo, quia Auer. varijs locis sustinet vtrasq; positiones, vt quarto metheo. quod non, & in secundo huius quod sic Secunda quia neutra harum est necessaria. Sed illud accipiendū est tanquam necessarium alteram saltem qualitatem esse elementi proprium accidens & essentiale, quod tribus coniecturis declaratur. Primo, quia antiqui semper elementorum quodlibet definiunt per eiusmodi qualitates, quod esse non potest, nisi quia qualitates illæ sunt differentiæ essentiales, vel propria accidentia elementorum. Secundo, omnis species debet habere aliquod accidēs proprium, quo mediate exerceat

Secunda. Tertia. Quarta.

Quinta.

propriā operationē, modo videmus ignē exercere operationē propriā mediante calore, & aquam mediante frigore. igitur calor igni, frigus aquæ, proprium accidens erit. Tertio, videmus vigente calore ignem multiplicari, vigente vero frigore, multiplicari aquam. Ex his sumit Auerroes qualitates primas esse proprias & essentiales passiones elementorum Tunc per hæc ratio Auerrois efficax est. nam si potest forma elementi perfecta esse absque parte accidentis proprij & essentialis potest & absque toto. pars enim & totum sunt eiusdem rationis & æqualis essentialitatis respectu subiecti, & hinc sequitur ad remissionem qualitatum remitti formas, & secundum esse, & secundum essentias. Tūc ad rationes. Ad primum dicendum medium bifariam dici remissione, quomodo calidum remissum, quod est tepidū, dicitur remissione medium, hoc quandoque dictum est ab Auerroe medium permutationis, quia non potest fieri mutatio de extremo in extremum, nisi prius veniat in tale medium. Aliud dicitur medium formæ quando per gratia prima extrema sunt ita in medio proportionata, quod merentur formam vnam specificam, quomodo mistura equi medium formæ est, quia talis est extremorum fractio, quod mereatur formam equi. Tunc dicendum ꝙ si elementa veniunt ad medium permutationis, tale medium non differt ab extremis, immo essentialiter est sua extrema remissa, licet accidentaliter sit in specie medij. si vero faciunt medium formæ sic tale medium non est in pluribus speciebus, sed in specie illius formæ tantum. Ad secūdum dicendū, quod in nomine elementi, quod est in sphæra propria nihil est magis tale, at in nomine elementi, quod est in mistura aliquod est magis igneum. aliquod. minus, vt medici narrant Ad tertium respondet Auerroes secundo de anima com 115. quod elementum non potest alterari plura alteratione. Sed bene alteratur alteratione mista generationi. potest tamen alterari de figura in figura, & in alijs eiusmodi. Ad quartum dicetur. elementum immediate posse effici ex alio per carentiam medij formæ, non autem per carentiam medij permutationis. Ad quintum dicendum ex duobus elementis effici posse mistum, quod est medium quoddam permutationis, non autem mistum quod sit medium formæ. Ad sextum dicendum, infinita mista quæ sunt media permutationis fuisse genita, non tamen mista infinita, nec quæ sunt media permutationis, nec media formæ, vel (vt peripatetice loquar) infinitā mista in potentia quæ sunt media permutationis fuerunt genita nū autem infinita actu. Ad septimum respondet Auerroes secundo de anima comm. c 15. semper in aere & aqua esse vapores & illos nunc calefieri. nunc frigefieri, & sic aer non est corpus simplex. sed mistum imperfectum, quod vno tempore virtute vaporum fit magis aqueum alio tempore minus. Tunc ad rationes contra rationem. Ad primam dicendum, quod medium est multiplex, vel participatione, vel negatione. & medium participatione duplex vel participatione formarum, vel conditionū formarū qu dēvt rubrū, nā participat albo & nigro, participatione cōditionū, vt simia, est. n. mediū inter brutū & hominē, pro quanto in quibusdam imitatur hominem, in quibusdam brutum. Auerroes igitur tenet formas elementarias esse re vera substantias, nam in subiecto non sunt. tamen, quantum ad aliquas conditiones sectantur formas accidentales, & inde mediæ dictæ sunt. Ad secūdum similiter, medium enim participatione formarum est eiusdem generis rū extremis alter non. Ad tertiū dicēdū oēm differētiā substantialē perfectā esse specificā, sed substantialē imperfectā minime. Ad rationes contra secundam. Ad primam dicendum. quod qualitatina dispositio est essentialis mistu, non quidem. sub oī gradu, sed sub certo modo, & pondere. qualitas vero elemēti est sibi essentialis secundum se, & quodlibet sui, similiter & argumenta de materia, & de loco tollūtur. Ad quartam dicendum formam elementi remitti ad remissionem ambarum si ambas sibi limitet, vel alterius si alterā. vel proportionis, si sibi limitet proportionem. Ad quintā dicendū ꝙ nec esse successiuum est de ratione motus nec esse momentaneum tollit rationem motu. nā auctio est momentanea, & tamen est motus. generatio elemēti est successiua gradualiter & quantitatiue, & tamen non est motus. Sed differūt tantum, quia generatio est in subiecto ente in potentia. motus vero in subiecto ente in actu, & tu vide codicillum nostrum de mistura, & plura alia inuenies. Secundo quærunt, vtrum elementa remaneant formaliter in misto. videtur quod non per verbum Arist. dum, dicit remanere virtutes eorum. In oppositum est Aristoteles dū dicit mistura est vnio eorum, quæ alterata sunt. igitur non corrupta. & sic manent formaliter. Ad hanc quæstionem respondet Auerroes tertio cæli. comment. 67. quod elementa remanent formaliter, hoc est secundum suas formas in materia tali videlicet modo quod ex formis ipsorum mistura quædam resultat, quæ est medium formæ (vt dictum est) vel equi vel bouis vel alicuius talis Sed contra hanc positionem omnes conueniunt quod sit falsa, & argumenta infinita adducuntur, vt in libello de mistura scripsimus, nunc vero tantum quatuor pcipuas assumemus primo forma elementaria nata est cōstituere compositum per se subsistens in genere substātiæ. igit si sunt plures formæ elementariæ in misto, q̄libet cōstituet suppositum, & sic in omni misto essent plura supposita, vt suppositum aquæ suppositum ignis, quorum quodlibet natū est per se subsistere Secundo omnem substantiā corpoream consequitur sua propria dimensio, quæ est ppria passio illius, vt in libro de substantia orbis Sed forma elementi q̄ḿcunq, remissa cū materia cōstituit substātiā cōpositā igitur ipsam consequitur sua ppria dimensio, sed eadē propria dimensio non est plurium subiectorū. igitur in vno subiecto erunt plures dimensiones, vt, alia misti & aliæ elementorum, & misti erit compositio. Tertio, mistum generatur ex elemento, & corrumpitur in illud, igitur talis est incompossibilitas inter formā misti & formā elementi qualis est, inter terminum a quo generationis, & terminum ad quem. igitur forma misti & forma elementi in eodem subiecto non compatiuntur secum. Quarto, si quatuor elementa vel quatuor formæ elementorū essent coextensæ in materia, tunc in quolibet puncto materiæ essent quatuor formæ igitur penetratio saltem substantiarum, quæ est impossibilis Multæ rationes fieri possunt, sed hæ nunc satis, quia in libro de mistura diximus.

> An elemēta remaneant formaliter in misto. 3. c.

Pro solutione tamen ad hæc argumenta. Animaduertendum primo. quod elementa in misto nec simpliciter manent, nec totaliter & simpliciter corrumpuntur. Manent quidem secundum formas substantiales, sed quia non intēsas sed remissas, ideo manent in potentia corrumpuntur autem actu. quia non manent secundum compositionem formæ cum materia, vnde bene manet inhærentia formæ materiam. Sed non informatio faciens per se vnum ex materia & forma quoniā forma misti existens in actu & non potentialis ad vlteriorem formam sola informat materiam, & tollit informationes cæterarū, sic quod forma misti informat materiam mediantibus formis omniū elementorum, tam substantialibus, quam accidentalibus, neque distinguuntur hæ formæ loco, & subiecto, quia omnes coextensæ sunt eodem in loco, eademque in parte subiecti, neque dimensiones illarum sunt diuersæ, sed sicut omnes materiæ vnam faciunt materiam per continuationem, sic omnes dimensiones inuicē continuantur, & reddantur omnes quantæ vna dimensione cōmuni propria formæ misti. Ex his sequitur ꝙ forma elemēti aliter est in misto, aliter in proprio elemēto, sunt enim in misto, vt dispositiones, & propterea fuit necesse esse sub esse remisso. Nō. n. dispositio debet esse ita intensa in proprio subiecto vt est in subiecto extraneo nam in subiecto proprio est ꝑ per se, & vt constituat speciem. In alieno vero est, vt disponat. Secundo sequitur ꝙ eiusmodi dispositiones in misto non dāt nomē, neq; definitionē, neq; mistū ipsum denomināt denominatione speciei, quia cū non informent nō reponuntur in specie. Per hæc ad argumenta. Ad primum dicendum, quod forma elementaria nata est constituere indiuiduum in specie, quando inest materiæ secundum esse perfectum, & gratia sui, & non vt dispositio ad vlteriorem formam, sed vt informans, & sic non oportet ipsum mistum esse quatuor supposita, aut in quatuor speciebus-

bus Ad 4m dicendũ omnem substantiam corpoream, & oẽm formã substantialem perficientẽ materiã & informantem consequi propriam dimensionem Modo nec ex materia misti & forma elementi fit substãtia composita in specie elemẽti nec forma ipsa elementi, informat materiã Sed disponit tantum ad vlteriorem formam, ideo dimensio eius est illi vltimæ formæ. Ad tertium dicendum, quod qũ generatur mistum ex elementis corrumpuntur omnia elementa, non quidem corruptione tollente formam elementorum aut inhærentias earum ad materias suas, sed tantum tollente informationem & denominationem & speciem. nam in ipso misto remanent elementorum formæ & materiæ, non quidem loco separatæ, sed cũ inhærentia priori subtracta informatione & denominatione specifica elementi. nam forma misti aduenit, quæ sola informat, & denominat, vnde nulla est pars misti quæ sit ignis vel aqua aer vel terra, licet in qualibet parte misti sint omnes. Patet igitur quod forma misti & forma elementi esse non possunt in eodem modo, sed sunt incompossibiles incompossibilitate quæ est inter formas perficientes. Ad quartum quidam, tenent non esse inconueniens substantiarum penetrationem concedere sed corporum generatio est impossibilis. Aliter dici potest quod elementa etsi maneant in misto secundum formas tam substantiales quam accidentales, nõ tamen secundum materias coextensas, & propterea nõ est ibidem proprie loquendo penetratio corporum de prædicamento substantiæ, cum ex materia & forma elementi in misto nihil fiat per se, sed tantum per accidens aut per congregationem. Ad hoc autem vt sit penetratio vel corporũ vel formarum, oportet vt vel corpora vel formæ æqualiter, & eadem ratione recipiantur in eodem loco modo sola forma misti per se recipitur in materia vt informans, cæteræ vt dispositiones Multa alia tetigi in libro de mistura. Nunc hæc satis. Tertio quærunt vtrũ mistio sit possibilis,

An mistio sit possibilis q. tertia.

& videtur quod non, quia tunc vel naturaliter, vel violenter nõ naturaliter, quia vel leuia naturaliter descenderent, vel grauia naturaliter ascenderent, vel ambo essent. In contrarium Aristoteles est in textu.

Pro solutione quæstionis animaduerte. Primo, quod quæstio potest intelligi vno modo, vt possibile sequitur

Sensus. q.

ad inesse, & necesse esse, vt in libro de interpretatione dr solem lucere esse possibile, quia necesse est solem lucere, & hominem currere est possibile, si de inesse homo currit, & hoc modo quæstio non est dubia, quia, de inesse est aliquod mistum. igitur potest esse mistio. Alio modo intelligi potest pro contingenti, quod distinguitur contra inesse, & necessario inesse, qua ratione dicimus hominẽ currere esse possibile si non currit, & sic contingens & possibile sumunt vel ꝓ eo qđ nõ est & põt esse, vel ꝓ eo qđ est & põt nõ esse. & sic iterũ dupliciter intelligi põt. Vno mõ vt sit sensus qđ nulla sit mistio, & quæratur vtrũ possit esse, & sic quæstio nõ habet locum, quia semper fuit mistio, & semꝑ erit mistio. Alio modo vtrum ex puris elementis possit de nouo proficisci aliqua mistio, & sic quæstio intelligitur. De quæstione sunt duæ positiones, vna est quod ex puris elementis non

Prima positio.

potest proficisci aliqua mistio de nouo, quemadmodum ex pura materia non proficiscitur compositum, sed quemadmodum ex materia non plura fit compositum, hoc est ex materia quæ præerat cum aliqua forma, fit compositũ corrupta forma priori, sic ex elementis fit mistum, non ex puris elementis, sed ex elementis corrupta mistura priori cũ qua erant. Imaginantur enim isti quod sicut materia nõ datur sine forma, ita nec elementa sine mistura, & quod sicut ex materia fit compositum corrupta forma priori, sic ex elementis fit mistum nouum, corrupta priori mistura. Coloratur autem hæc positio, quia vt secundo huius dicetur, tria sunt ex parte materiæ. videlicet prima materia, quæ est subiectum primorum contrariorum, prima contraria, quæ sunt materia elementorum, elementa quæ sunt materia mistorum. igitur materia nunquam est absque contrarijs, & contraria nunquam absque elementis, ita elementa nunquam absque mistura esse poterunt, & vt vnum compositum fit ex materia corrupta forma priori, sic mistum ex elementis corrupta priori mistura. Pro hac positione arguitur. Primo, omne essentialiter ordinatum in aliud tanquam in suam perfectione, nunquam est absque illo, nisi violenter. sed elementa ordinantur in mistum, vt in propria perfectione, vt tertio cæli commen 67. igitur nũquã erunt absque mistione. Secundo, partes essentiales alicuius nunquam esse possunt absque illo. sed elementa sunt partes essentiales misti. igitur nunquam elementa esse poterũt absque misto. Tertio, perfectibile nunquam esse potest absq; perfectione sua, sed elementa sunt perfectibile misti a pfectio. igitur elementa nunquam erunt absque mistura. Sic igitur patet ex elementis proficisci mistum, vt ex materia cõpositum non tamen ex elementis puris. alij & fere omnes tenent elemẽta esse pura, & ex his puris mista ista proficisci vt enim corruptio siue dissolutio est ad elementa pura, sic mistura est ex elementis puris, non tamen ipsis remanentibus in actu, sed refractis secũdum qualitates & formas. Animaduerte quod passibile, vt scribit Auer. primo cæli com. 124. aut est ex se, hoc est ab intrinseco, aut ab extrinseco, possibile ab extrinseco est rõne materiæ & subiecti, possibile ab intrinseco est ratione agẽtis. Mistura itaq; est possibilis ab intrinseco, & ab extrinseco, ab intrinseco quidẽ, quoniam elementa sua natura ordinantur ad mista veluti materia in suam formam, vt dicet Arist. secundo huius. & sic mistio est possibilis ex parte subiecti, & materiæ ab extrinseco vero, quia ex parte agentis: elementa enim cum sua natura possint misceri, al quod agens est, quod potest illa miscere. Sed quid sit illud agens ex parte cuius mistura est possibilis ab extrinseco, est difficultas. In mistura enĩ quæ immediate fit ex elementis, quidam volunt agens esse elementa ipsamet virtute proportionis siue fractionis Imaginantur enim quod quoties elementa reducuntur ad vnum locum, tunc agunt & patiuntur, atque reducta ad fractionem generant mista. Sed contra hoc instant. Primo quia elementa producerent aliquid nobilius eis, quia mistum quantuncunque minimum semper est excellentius elementis, Secundo, quia tunc effectus esset sine agẽte, quia in instanti generationis misti elementa desinunt esse. Tertio, tunc nulla esset causa, quare magis ab elementis generaretur mistum. a. quam mistum b. quia elementa sunt causæ vniuersales Quarto, elementa non intendunt formam misti, sed magis sibi simile generare Quicquid sit de positione ipsa hæc argumenta non valent. Primum non, quia ab elementis proficisci potest nobilius virtute cæli, & vti a causa secunda. Secundum minime, quia elementa manent, vel dato qđ desinãt, satis est qđ primũ instãs esse misti sit primũ nõ esse elemẽtorũ. Tertiũ nec valet, quia elemẽta virtute fractionis gñant, modo fractionis sunt diuersarũ spẽrum. Quartum licet elementa vt elementa non intendant formam misti, vt redacta ad fractionem bene intendunt. Propterea arguo contra hanc positionem. Primo. quia elementa non virtute propria veniunt ad locum misturæ igitur non virtute propria gñant mista. Secundo tũc res euenirent de necessitate materiæ, & non de necessitate agẽtis. Contra Ari. vbique. Alij dicunt elementa misceri. & mista efficere virtute seminali, & virtute cælesti, hoc est propter cæli aspectum. Sed hæc positio vera est de misto, quod non fit nouiter ex elemẽtis, sed a semine Quæstio nostra est de mistione noua, quæ immediate fit ex elementis idcirco videtur mihi quod immediatum agens est calor cælestis multiplicatus in sphæra elementaria vt dicit Auer. 12. meta. commen. 18. quoniam enim elementa virtute caloris cælestis veniunt ad locum misturæ etiam virtute eiusdem reducuntur ad minima per actionem & passionem eorum mutuam, qua ratione mista ab eis proficiscuntur. Est autem calor iste varius, prout stellæ ipsæ varia ratione cũ sole miscẽtur, cum enim cælestis mistura sit varia, etiã inde varius calor ad nos mittit, & inde varia sit hic elemẽtorũ agitatio; Hic. n. calor generat (vt dicit Auer.) aĩalia ex putrimã orta qñ. s. multiplicat ad nos. Sed hic accidũt dubitationes Prima qd est forma mistionis ad q̃ elemẽta ordinãtur. Ad hãc respõdet qdẽ qđ est forma corporis. Imaginãt. n. elemẽta ipsa corrũpi in mistura, & ex eorũ corruptione generari formã mistionis, q̃ dr corporeitas, & hãc eãdẽ nu. ꝑficeant remanere in mortuo. de hac re prolixe diximus. Propterea nũc vi-

detur q forma mistionis sit forma specifica rei mistæ. v. g. equi. illa enim forma equi est specifica equi, sibique propria & mistionis forma, vt quidem educta de potentia materiæ virtute misturæ dicitur forma mistionis, vt vero præbens equo nomen & definitionem dicitur specifica. Secunda dubitatio, quomodo fit mistio? Respondent tenentes formas elementorum non remanere in misto, quod miscibilia primo diuiduntur in paruas partes, deinde agunt & reagunt inuicem tandiu quod omnium illarum particularum formæ substantiales elementariæ corrumpuntur, & tunc de totali illarum massa composita educit formam misti, per cuius eductionem materiæ illarum redduntur continuæ, quæ prius erant contiguæ, cum stabant sub formis elementarijs propterea concedunt primo ad generationem misti non sufficere partium iuxta positionem, sed cōtinuationē. concedunt: secundo quod non fit diuisio miscibilium in infinitū, sed stabit ad partes minimas concedunt tertio quod omnis mistio est generatio, non autem econtra, nam mistio est corruptio multorum & generatio vnius continentis omnia illa virtute & potentia, non autem semper generatio est hoc, quia multotiens aliquid generatur, & nō corrumpuntur miscibilia illo modo. Sed hæc positio est confutata iam in libro nostro de mistione, & in isto libro. & secūdo huius tex. com. 45. mouet Ari. q. hanc, & soluit eam tex. cum. 46 & 47. & inde, & volt q miscibilia nec totaliter corrūpūtur in misto, nec totaliter remanent, sed corrūpūtur sm excellentias, & remanēt sm refractiones, & tu lege locū illū Ideo dicēdū aliter secundū Arist. & Auer. quod cum elementa conueniunt ad misturæ locū, diuiduntur ad minima, donec iuxta ponantur, tunc tandiu agunt & patiuntur quousque in cuiuslibet elementi materia inducuntur p generationem formæ aliorū elementorū priori forma nō corrupta. ad quarū formarū generationē sequitur cōtinuatio materiæ elementorū omniū, & nō extēsiu, nec penetratiu. Sic igitur non magnis tādiu agūt in minima aquæ & econtra, q in materijs vtrorūq; formæ inducūtur prioribus non corruptis, & sic facto, forma misti educitur de potentia materiæ illis præinductis Ex hoc primo sequitur q non semper mistū immediate proficiscitur ab elementis tā quam ex termino a quo, vt quando ex aīali cadauer, vel ex semine animal generatur tunc enim ex misto mistū fit tanquam ex termino a quo, non autem ex elementis. interdū vero immediate mistum aliquod fit ab elementis facta in minimis iuxta positis generatione formæ priorib. nō corruptis, vt quando rana fit in media regione aeris. Secundo sequitur q formæ priores licet nō corrūpātur simpliciter desinūt informare māas ac specificare, & incipiūt disponere pro forma misti, ecōtra aūt qū mistū corrūpitur, formæ illæ desinūt disponere ad tertiū, & informare ac specificare incipiūt. semp tñ remanēt sm inhærētiā. Tertio sequitur interdū ex vno elemēto mistū initiari. ex quatuor tñ semp cōstare, vt si virtute cæli in aere generētur tria elemēta, & dato q in media regione aeris nō sit neq; aqua, neq; terra ex solo aere nō cōcurrēte a principio altero elemēto posset mistū generari, qm cælū ex vna parte illius aeris posset gñare ignē. ex alia parte aquā. & ex alia parte terrā. qbus inuicē iuxta positis poterūt inuicē p alterationē misceri & ex eis mistū generari, & sic initiatiue mistura vnū ab elemēto inciperet, dispositiue vero à quatuor. Tertia dubō est cum elementa ad minima diuidātur quid est diuidens illa? Respōdet q sicut aqua & vinū se diuidunt suis grauitatibus p motum localē, & ignis diuidit ligna p motu alterationis, ita elemēta venientia ad misturā se diuidūt p alterationē, ac etiā per motū localem, & sic ipsamet elemēta se diuidunt propter grauitates & leuitates, & propter qualitates actiuas & passiuas. Respōsio hæc deficit nisi suppleatur semper. n. sese diuiderent & semp ad minima, ꝓpterea dicendū q diuidens est generās, sed mediantibus qualitatibus motiuis & alteratiuis. Ex hoc patet cur elementa magis in vna parte quam alia diuiduntur, hoc quidem enim est ex parte agentis siue generātis, quia generans nō æqualiter applicatur ipsis, ideo ibi diuidit, vbi melius applicatur. ex parte etiam passi, quia ipsum passum diuisibile nō est vniforme in resistētia potest etiam esse ex parte cæli, & cōstellationis.

Quarta dubitatio est, vtrū ex mistis possit mistū effici. Respondent quidam quod sic, propter contrarietatē quam habent mista inuicem, vt in metallis constat, & liquoribus, quæ inuicem miscentur. Sed contra obijciunt. Primo, elementa non inuicem miscentur pro generatione elementi. igitur nec mista pro generatione misti. Secundo, vnū elemētum non est in potentia reuersionis in altero elemento igitur nec vnum mistum in altero Tertio, non potest forma vnius elementi esse dispositio ad formam alterius elemēti. igitur nec forma vnius misti ad formam alterius. Ego vero dico mistum mistura prima non effici nisi ab elementis quoniam ex eis primo constat, & in illa vltimo resoluitur mistura, quodam modo: secunda, mistum potest ex misto componi, vt animal ex membris compositione secūda. Sed ex prima materia & prima forma compositione prima & sic argumenta nulla sunt, oīa. n. concludūt non effici mista ex mistis cōpositione prima, sed bū compositione secūda effici possunt, & p idē patet mistū nū posse misceri elemētu, mistura secunda, & quasi iusta positione quadam, mistura vero prima minime. Quinta dubitatio, verum mistio sit naturalis Respondent quidam quod est naturalis naturalitate communi, non autem naturalitate propria, veluti naturalitate communi, graue ascenderet ad implendum vacuum, non autem naturalitate propria. Mouentur autem quia nulla species naturaliter secundum se ordinatur in aliam, modo elementa sunt species & perfectæ, igitur in nullam aliam ordinantur. Mihi videtur quod sit naturalis naturalitate propria ex parte miscibilium, quia elementa ipsa naturaliter ordinātur in mista veluti materia in composita Secundo, naturalitate communi ex ordine naturæ vniuersalis, quæ est constitutio vniuersi. Tertio, ex parte agentis, quod sua natura miscet elementa ad generationem tertij. Tunc ad argumentum patet. quod mistio est naturalis nec inconueniens grauia ascendere, vel leuia descendere propter motum naturæ vniuersalis, vel forte quod vniuersale agens generabit grauia & leuia ex vno elemento, vt diximus. Hæc de mistura. Multa alia diximus in libro nostro de mistura, quæ debent conferri cum his, & restabit totius positionis Aristotelis veritas, etiam aliqua addemus in secūdo huius. circa expositionem Aristotelis, quæ erunt vtilia his omnibus. Hæc de primo libro.

Epilogat (& inquit) manifestum est igitur ex his, quæ dicta sunt, & quod sit mistio, hoc est in subsistētia rerū, & non (vt quidam putant) apparens solummodo, & non existens, & quid est, vt postea dicet, & quare est, propterea quod communis materia subiecta sit, his quæ miscentur, & sint æquæ factiua, & passiua abinuicem, & quæ entium miscibilia, quod neque solida, neque omnia humida: sed quatenus sunt bene terminabilia & diuisibilia, non existentia glutinosa, neque dilabantia in diuisione, & quomodo fiat. Hæc enim scilicet mista non necesse est vt corrupta sint, neque vt sint simpliciter eadem, quoniam mistio non est corruptio. permanent enim vtraque potentia quidem, quæ quidem erant, antequam miscerentur, actu vero nequaquā, Amplius patet quid non est mistio, nam neque necessarium est mistionem esse compositionem, neq; ad sensum, sicut coguntur dicere, qui dixerunt mistionem esse quamlibet particulam secus quamlibet. Sed hoc est quare miscibile quidem est, quando bene determinabile existens passiuū & factiuum fuerit, & tali miscibili aptum misceri, dico tali miscibili, quia ad homonyonum, hoc est ad vniuocum, & sibi simile in genere. Sumpsit enim homonymum pro vniuoco (vt dicit Philoponus.) mistio vero est miscibilium alteratorum vnio, hoc est vnio per alterationem, quando enim quæ miscentur, altera a fuerint, ita vt vnū quoddam totum homœomerum ex eis fiat, tunc vnita sunt, & mista. vnde Philoponus definiens mistionem inquit, mistio est vnitio miscibilium quæ alterata sunt; secundum qualitatem quæ sunt facti oa & passiua neutro quidē secūdum actum manente eodem, potentia vero vtrique. Circa finem in commentarijs quæritur primo, si formæ elementariæ intendi ac remitti possint. Vbi animaduerte, quod positio Auer. est difficilis & ideo iocunda, nam (vt Plato inquit) difficiliora iocūdiora sunt. Est etiam probabilis, nam

RECO.

An formæ elementorum intensibiles.

is, nam argumenta quæ sunt contra ipsam non demonstrant, vt in nostris libellis quā plurimis paret. Est tamē verum, quod nullus ante me ausus est ipsam defendere, omnes enim tanquam falsam, contra Aristotelis mentem dereliquerunt, putantes ipsam esse Auerrois inuentum, atq; cōmentum. In hac autem ætate assero positionem huiōi esse, vt dixi, probabilem, habere tamen difficultates, que semper in dies acerescent, & propterea si quis vult tenere oppositum, solum respondeat argumentum vnum Auer. quo argumentatur quod tunc forma substantialis elementaria posset stare sine omni gradu suæ ppriæ qualitatis, vt ignis sine omni gradu caliditatis. Nā nullam aliam habebit difficultatem. Ideo dicendum quod proprium est duplex, quoddam concomitatiuum, quod quidem Physici dixerunt fluere ex principijs speciei. Alterum dispositiuū, per quod forma inducitur in materia, per cuiusque certam latitudinem conseruatur in materia. Tunc dico qualitates primæ non sunt propriæ elementis, prima ratione, quoniam non fluūt ex principijs specierum eorum, sed secunda rōne. Non enim potest forma ignis fieri in materia nisi præcalefacta, & exiccata, nec conseruari nisi stantibus caliditate & siccitate in materiam in sub certis mensuris. Ad formam ergo dicendum quod quando propriū primo modo intēderetur ac remitteretur forma, cuius est, oportet vt intēdatur ac remittatur, quoniam proprium est secundum se & quodlibet sui essentiale ipsi formæ, & de hoc proprio argumentum Auerrois valet. At qualitate sunt propriæ elementis non hac ratione, sed secundo modo, ideo possunt intendi ac remitti forma nec intensa, nec remissa, vt patet de formis mistorum quarum dispositiones intēduntur ac remittuntur, ipsæ vero perfectæ sunt. Quare facile positio posita defendi potest. Vlterius in commentarijs quæritur ad in misto maneant substantiales formæ elementorū. Animaduerte quod positio Auerrois licet sit probabilis, vt nos in quam plurimis locis demonstrauimus, tamen satis bene positio opposita teneri potest. Possumus n. dicere, qđ forma mistionis verbi gratia anima bouis, est virtualiter quælibet forma elementaria, simplex tamen, virtute multiplex, complexio quoque bouis, est qualitas simplex formaliter, virtute vero omnis elementaria qualitas, vnde sicut sanguis apud Aristotelem, est omnis humor, & anima ōis forma, sic complexio omnis qualitas, nam est complexio instrumentum animæ adæquatum, & sic est instrumentaliter multiplex, sicut & anima est vna forma virtute multiplex. Contra hanc positionem non inuenitur argumentū vrgens, quoniā nō valet, quod data hac positione, tunc cōplexio esset qualitas simplex, nā concedo quod est qualitas simplex formaliter, cū sit vna forma qualitatiua, vt vero instrumentum animæ, quæ est forma mistionis, est virtute multiplex, potēs calefacere, & humectare, & exiccare. Sed dubiū est antiquū, qđ tūc hæc cōplexio in oībus mistis esset æqualis. s. aut æque calida, aut æq; frigida, aut id genus aut æqualiter oīa hæc. Amplius oēs hoēs essent eiusdē cōplexionis specificæ & gradualiter, qm̄ in oībus esset qualitas simplex. Ampli⁹ misto esset corruptio elemētorū, vel miscibiliū, & generatio formæ misti, corruptio etiā qualitatū miscibiliū, & generatio cōplexionis, quæ videntur cōtra Ari. & Philoponum & Alexandrū. Sed hæc nō cogūt. primum quidē non, quoniā licet in omnibus sit formaliter æqualis, non tamen virtualiter, æqualis, qm̄ in alijs est virtualiter magis humida, in alijs magis sicca, in alijs est tēperatior. Secundū minime. quoniā nō est in oībus virtualiter eadē, vt dictum est. Tertiū cōcedo qđ mistio est corruptio multorū & generatio vnius virtualiter cōtinentis oīa illa corrupta. Ex corruptione enim formarū elementorū vel miscibiliū gn̄atur forma misti, ex corruptione vero qualitatū miscibiliū generat cōplexio, nec cōtra hoc sunt verba Arist pro hac parte est illud argumentū qđ si miscibiliū formæ remanerēt in misto, tunc cū mistio fieret ex mistis, multæ formæ mistorum nec intensæ nec remissæ manerent in eadē materia, veluti in electuario fieret. Quod cum sit absurdum dicere oportet omnia miscibilia corrumpi, & mistum generari. Verum de his in secundo.

An in misto substantiales elementorū formæ maneant.

Finis primi libri Arist. de generatione & corruptione.

TRALATIO VETVS SEDVNDI

De generatione & corruptione Aristotelis ex græco recognita, ad R. P. D. Guillermum Briconnetum Episcopum Meldensem.

Anti. primi c.

De mistione igitur, & tactu, & de ipso facere & pati dictum est quo modo inexistunt rebus transmutatis secundum naturam. Amplius autem de generatione & corruptione simplici, quo modo & cuius est, & propter quam causam. Similiter autem & de alteratione, dictum est quid alterabile, & quam habet differentiam eorum vnumquodque. Reliquum autem est considerare circa vocata elementa corporum.

aliter verū que ipsorum ad inuicem. De vocatis elementis

Eiusdem Aristotelis de generatione & corruptione Liber Secundus, interprete & expositore Augustino Nipho.

Diluc. te. ca. eiusdē.

De mistura quidē igitur & tactu deq; agere & pati, quo mō his, quæ per naturā trāsmutantur, insint, dictū est, atq; ad generatione & corruptione simplicibus, quo mō & qua ratione sint, etiā quā ob causā similiter autem dictum est, & quid est alterabile in alteratione, & quā habeat differentiam ab eorum vnoquoque. Cæterum autem de his quæ corporum elementa nūcupantur, transigendum est.

Cōm. 1.

Epilogat omnia quæ in libro primo perscrutatus est, & quæ nunc dicturus est, proponit. Sed circa intentionē huius secundi dubitabis, nā de quatuor elementis tractat liber de cælo. igitur de his non est agendum modo. aliter Arist. hic esset superfluus. Respondet Auer. tertio cæli. commen primo, qđ. de quatuor elementis consideratur in libr. cæli & in libro de generatione. aliter tamen atque aliter in libro cæli enim consideratur vt partes mundi, & vt species subiecti illius libri. at in libro de generatione cōsideratur, vt partes misti generabilis & corruptibilis. atque vt causæ generabilium & corruptibilium, & sic nō superfluit consideratio. verba Aristotelis hic patent.

RECO

Cum Arist in primo libro egit de generatione atq; corruptione in communi, & de auctione, ac alteratione, & de alijs, nūc vult agere speciatim de generatione & corruptionē scilicet elemētorū. Et circa hæc primo epilogat omnia, quæ in libro primo pertractauit. Secundo præmittit intentionem ad dicenda, ibi secunda {reliquum autem} Epilogādo aūt nō seruat ordinem, quem obseruauit in primo dū de illis seorsum egit, quoniam in epilogat nō est is ordo necessarius, qui in narratione est obseruatus, vt tertio rethoricorū colligitur. vnde dicit. De mistione igit̄ & tactu, & de ipso facere & pati dictū est quonā modo insunt rebus naturalibus, quæ transmutabiles sunt secundum naturam. dictum est quidem (vt Philoponus inquit) vniuersaliter, nō enim de his egit speciatim, sed generatim. Præterea. Dictū est de his non per se, sed per accidens, quatenus nec generatio, nec corruptio nec auctio, nec alteratio esse possunt sine illis. Dixit etiā quo mō insunt rebus, quia tactus, agere, & pati insunt rebus naturalibus propter qualitates alteratiuas, hoc est primū eorum, quæ dixit. Deinde epilogat secūdū (qđ inquit) Amplius aūt dictū est de gn̄atione, & corruptione simplici, quo mō est, & cuius est, & pp quam causam est. Philoponus per generationē simplicem intelligit generationē entis perfectioris, cuiusmodi est generatio ignis respectu generationis terræ, q. a est ignis generatio simplex, terræ vero s̄m quid. Quæ expositio mihi non placet, appellat enim hic simplicem generationem omnem generationem, quæ non est alteratio, aliter epilogus nō esset pfectus, prætermisisset enim generationē substantiæ imperfectioris. ergo per simplicem generationē intelligit generationem

Que Philoponus. Resu.

tionem in subiecta quæ comparatione generationi accidentium dicitur simpliciter, veluti subiecta dicitur ens simpliciter rompa atione accidentis dixit quomodo est, quia est per mutationem, totius in totum nullo sensibili remanente. vt Philoponus animaduertit, & dixit, cuius est, quia dixit generationem esse entis in potentia. quod verbum in Philoponi græco codice non legitur, Dixit & propter quam causam quia propter materiam, quæ est communis causa omnium eorum quæ generantur, & corrumpuntur quæ enim sunt sine materia generabilia non sunt, & sic intellexit Philoponus hoc secundum eorum, quæ dicta sunt in libro primo. Epilogat tertium (& inquit) Similiter autẽ & de alteratione dictum est libro primo quid alterabile sit quoniam dictum est alterabile esse corpus sensibile affectũ qualitatibus passibilibus, & quam habet differentiam, hoc est, & dictum est eorum vnumquodque, quæ alterãtur quã differentiam habet, hoc est quam qualitatem passibilẽ. Appellat enim qualitatem passibilem differentiam, quatenus corpora generabilia talibus qualitatibus differunt, vt dicit Alexan Philoponus vero aliter legit literam, quia aliter verba Aris. habebat. dicit enim esse dictum de alteratione quid alterabile est, quod est subiectũ alterationis, & quã differentiam habet vtrunque ipsorum alterabilium adinuicem, quia dictum est, quod alterum sit actiuum, & alterũ passiuum Hæc de epilogo. Deinde præmittit intentionem quasi proœmium, & dicit reliquum est considerare in hoc secundo libro supple tu (vt Philoponus suppleuit) de generatione & corruptione circa vocata elementa, quæ sunt de numero corporum, ergo intentio est agere de generatione, & corruptione elementorum corporalium quod dicit (vt Philoponus notat) ad differentiam elementorum non corporalium quæ sunt materia, & forma. Vel verba legantur hoc pacto, reliquum autem est considerare de elementis vocatis, quæ sunt corpora, quæ vocantur elementa, nõ sunt autem, quia vera elemẽta sunt materia, & forma. Verbum enim circa græce est peri, quod exponi potest pro de, veluti circa apud nos quãque accipitur pro de. ergo intentio erit agere de corporeis elementis. s quo ad generationem & corruptionẽ eorum, & in idem venit hæc de intẽtione.

Ari.c.17 *Generatio enim & corruptio, omnibus natura cõsistẽtibus substãtiis, nõ sine sensibilibus corporibus inest.*

Generatio quidem enim & corruptio substantiis omnibus per naturam subsistentibus non insunt sine sensibilibus corporibus.

Dilucidatio c. eiusdem. Quod consideratio de elementis sit transigenda, declarat & syllogismus est. de causis generationis & corruptionis est considerandum. ponit minorem. d Generatio quidẽ enim & corruptio substantijs omnibus per naturam subsistentibus non insunt sine sensibilibus corporibus, hoc est absque elementis conclusio erit quod de elementis est agẽdum. Et in hoc apparet differentia inter elementa considerata hic. & in libro cæli nam in libro cæli considerantur vt effectus cæli hic autem considerantur vt causæ, vt dixit

RECO. Auerroes.

Nos in commentarijs imitati expositionem diui Thomæ diximus Ari. hic assignare causam quod de elementis sit agẽdũ, Philoponus vero si quæ dixit, recte intellexit, velle videtur quod Aristo postquã præmisit intentionem, hic prosequatur iuxta cuius expositionem oportet legere, verbum enim quod græce est gar, latine quasi sit executionis nota. Arist. ergo secundum Philoponum exequendo, sumit hanc suppositionem quasi ex his, quæ in primo dicta sunt, perspicuam videlicet, quod generatio & corruptio insunt substantiis omnibus, quæ per naturam consistunt non sine elementis, quæ sunt corpora sensibilia. nec aliter probat illam, sed solũ ex his, quæ dicta sunt primo huius, vult illam esse probatam. Sed dices, cur Arist. non dixit, omne quod generatur, & corrumpitur esse sensibile corpus, sed dixit non esse absque sensibilibus corporibus. Philoponus assignare videtur causas, primam quidem, quia aliqui dixerunt cælestia corpora generari & corrumpi, quæ non sunt corpora sensibilia, quum non sint mista, non tamen sunt sine sensibilibus corporibus quæ expositio non placet, qa qui ponit cælestia corpora generari, asserit ipsa nõ esse simplicia, sed mista, vt dixit Empedo. Melius autem exponit & dat secundam causam, quod Arist. hoc dixit propter virtutes naturales, quæ generãtur & corrumpuntur in corporibus naturalibus. quæ virtutes non sunt sensibilia corpora, verum nõ sunt sine sensibilibus corporibus, cum sint collocatæ in ipsis sensibilibus corporibus, vt in subiecto, nã tactiles qualitates cum generantur, non possunt generari, aut corrumpi sine sensibilibus corporibus. Sed in dictis Arist. est contradictio, quia septimo physi. voluit Arist potentias & vitas non generari vel corrumpi sed solum corpora, hic asserit virtutes ac potentias generari. Respondet Philoponus, quod in libro physicorum Arist. locutus est de generatione simpliciter, qua generatione virtutes & corporũ potentiæ minime generantur. Hic vero ampliat verbum generatio, etiam ad generationem secundum quid. accepit enim generationem communiter dictam ad omnem generationem tam corporum quam potẽtiarũ corporalium. Ergo supposi io est, quod generatio insit rebus naturalibus omnibus nõ sine corporibus sensibilibus. Contradictio in dictis Arist. hęc tollitur.

Horum autem subiectam materiam, hi quidem inquiunt esse vnam. puta aerem ponentes aut ignem, aut aliquid medium horum & corpus existens. & separabile. Hi autem plures secundum numerum vna, nam hi quidem ignem & terram. hi autem & hæc, & aerem tertium. hi autem & hæc, & aquam, quartum, vt empedocles, ex quibus congregatis. & segregatis aut alteratis, contingere generationem & corruptionẽ rebus. Suppositio Anti. c. 3

Materiam igitur his subiectam, alij vnam quidem esse narrant. veluti aerem aut ignem, aut horum medium aliquod quod seorsum existit, profitentes. Alij vero numero plura vno, sed hi quidẽ ignẽ atque terrã. Alij & hæc atque aerem tertium. Alij autem & horum aquam quartum quemadmodum Empedocles. Ex quibus segregatione & cõgregatione atque alteratione in rebus ipsis generationẽ & corruptionem euenire ait. aliter autẽ & aquam horum q̃rtum. Dilucidatio c. eiusdem.

Hic de proposito prosequitur, & licet de, græce vt plurimum aduersatiua sit. hic tamen executionis nota est, de materia ipsa narrat positiones dici solitas & verba patent. Com. 3

Imitari expositionem Diui Thomæ in commentarijs diximus Arist. de intentione pręmissa nunc exequi. Secundum vero Philoponum, cum præmisit suppositionẽ, ostẽdit quod nec elementa omnia simul nec aliquod vnum eorum est subiectum primum eorum, quæ generantur, & corrũpuntur, sed q̃ gñationis & corruptionis primũ subiectũ est prima materia. In ostendendo vero, q̃ nec oia nec plura, nec vnum elementorum est generationis, & corruptionis primum subiectum, primo narrat opiniones veterum, & dicit. Horum autem. scilicet corporum generabiliũ & corruptibilium sub ectam materiam, hi quidem dicunt esse vnam, qui subdiuisi sunt, nã alij dixerunt omnium cõmunem materiam esse aerem, vt Diogenes appolliniates, & Anaximenes. Alij ignem, vt Heraclitus ephesius, & Hipparchus. Alij aquã vt suppleuit Philoponus, quẽadmodũ Thales, & Hippon. Alij autem (vt Anaximander) posuit aliquod medium horum, quod quidem est & corpus, & separabile ab his elementis nec exposuit, quorum sit mediũ an aquæ & terræ, an aeris & ignis, an omniũ, quia in libro physicorum dictum est, & per corpus separabile intellexit naturale, & non mathematicum, vt recte Philoponus inqt. Hæ sunt opiniones eorum qui materiam subiectam dixerunt esse vnam. Deinde narrat eorum opiniones, qui materiã subiectã fecerũt plures, & dicit. hi aũt dixerunt materiã secundum numerum esse plures vna, nam hi quidem ignẽ & terram, vt Parmenides materiam communem fecerũt. Hi autem & hæc duo, & aerem tertium communem omnium materiam dixerũt vt Ionchius Tragicus Alij & hæc & aquam quartum omnium communem materiam assignauerunt, vt Empedocles, qui dixit rebus naturalibus cõ

tingere

tingere generationem & corruptionem. generationem quidem congregatis, corruptionem vero segregatis, aut alteratis, vt primo huius dictum est. Animaduersione dignū quod licet huiusmodi opiniones differant, vt perspicuum est, omnes tamen in hoc conueniunt, quod communis materia sit corpus existens in actu tam si vnum, quam si plura sit vt perspicuum est.

Anti 4. *Quod igitur primus principia & elementa bene habet dicere sit com probabile, ex quibus trāsmutatis aut secundum congregationem & segregationem aut secū dum aliā trāsmutationem contingit generation esse & corruptionem. Sed facientes quidem vnam materiam extra prædicta, hanc autem separabilem & corpoream peccant. Impoßibile enim est, sine contrarietate esse corpus hoc sensibile existens, aut enim leue, aut graue, aut calidum, aut frigidum necesse est esse infinitum hoc, quod quidam dicunt esse principium.*

D'lucida te c.eiusdē *Erit quiddem igitur comprobabile dicere prima se habere vt principia & elementa, ex quibus siue congregatione & disgregatione, siue alia mutatione transmutatis, generatio & corruptio sint. Sed facientes materiā vnam extra dicta, & hanc corpoream separatam, aberant. Nam absque contrarietate tale corpus sensibile existere non potest, quia aut leue erit, aut graue, aut frigidum, aut calidum infinitum illud quod quidam principium esse aiunt.*

Com. 4. Vtroq̃ dictum est positiones oēs de materia reducuntur in duas, quia vel omnium rerum materia est vna vel plura. Nunc ostendit quantum ad quid bene dixerunt dicentes elementa esse rerum materiam. & quātum ad aliquid errant dicentes omnium materiam esse vnam, & separatam. Dicentes quidem igitur plura, hoc tantum bene aiunt quod congregatione generant & disgregatione corrumpūt res ipsas. Dicentes vero materiam vnam & separatam hoc errant quod ponunt eam corpus sensibile & separatum. Nā impossibile est esse corpus sensibile & absque contrarietate, vt non leue neque graue neque calidum, aut id genus. verba patent. Animaduerte quod illud principium materiale quod voluit esse, materiam posuerunt corpus aperion hoc est infinitum, non quidem per totius occupationem, sed per abstractionem a sensibilibus differentijs, & propterea aperion, hoc est non determinatum certa data forma esse volunt.

RECO. Cum narrauit duas opiniones alteram eorum, quia plura alteram eorum, qui vnum materiale principium omniū posuerunt. Nunc vult disputare has positiones, & primo ostendit quid ponentes materialia principia plura bene, & quid male dixerunt. Et in commentarijs verba sunt exposita vno modo. At secundum Philoponum aliter exponuntur. vult enim ponētes plura materialia principia, hoc bene dixisse, quod corpora prima sint principia, & elemēta. Ideo legit verba hoc pacto, Quod igit corpora prima, ex quibus trāsmutatis aut scdm congregationē, & segregationē aut scdm aliam transmutationem, contingit generationem esse, & corruptionem esse principia & elementa rerum, quæ fiūt, bene se habeat dicere sit cōprobabile. ergo prima corpora ex quibus alia fiunt, vocare principia & elementa rationabile est. Tacuit aūt quid male dixerunt, quia (vt Philopon⁹ inquit) tanquā consequens manifestum omisit, & est prima illa corpora subijci generationi & corruptioni rerū. Hæc enim tanquam aperte falsum omisit. ergo quod illa prima, ex quibus cætera fiunt, sint dicenda principia & elementa, bene dixerunt, sed quod illa prima subijciantur, vt materia generationi, & corruptioni, hoc male dixerunt, hæc Philoponus de positione eorum, qui posuerunt materialia principia plura. Deinde redarguit Anaximandrum qui posuit vnum materiale principium, corpus in actu, sed aliud, & separatum ab elementis & argumētatur sic secundum Philoponum, tale corpus medium est sensibile. ergo non potest existere sine contrarietate. ergo oportet, vt sit aut leue, aut graue, aut frigidum, aut calidum, illud tale corpus quod ipsi appellant infinitum. Quare oportet dicere ipsum esse elementum. hoc vltimum cōsequens (vt Philoponus inquit) tacuit Aristot. quia facile potest subaudiri. Quo vero ad verba attinet Arist. dixit {hanc autem separabilem, & corpoream} quia (vt Philoponus inquit) si posuissent vnā materiam separatam a corporibus incorpoream, & informem, bene dixisent, quia hæc est positio Aristotelis,

Vt autem in Timæo scriptum est, nullam habet determinationem. Non enim dixit manifeste, pandeches si separatur ab elementis. Nec abutitur vllum, dicens esse subiectum aliquod vocatis elementis, prius. vt aurum, operibus aurei. Certe & hoc non bene dicitur, hoc modo dictum. Sed quorum quidem alteratio est, ita est, quorum autem generatio & corruptio, impoßibile illud enuntiari ex quo generatum est. Sed tamen inquit, longe verißimum esse aurum dicere vnumquodque esse sed elementis existentibus solidis, vsque ad planities facit dissolutionem. Impoßibile autem est, materiam primam, planities esse. Ani .c. 5.

Sed vt in Timæo scribitur res hæc nullam habet determinationem. non enim aperte dixit an omni capax ab his quæ elementa vocantur, separetur, verum non recte vtitur asserens subiectum illud esse prius his quæ vocantur elementa veluti aurum aureis operibus. hoc .n. ratione ista explicatum non bene dicitur. nisi eorum quorum alteratio est, ita sit. Sed de illis quorum generatio & corruptio sunt, quibus mediantibus res fiunt. impoßibile est enuntiari. Cum ipse asserat longe verius aurum dici esse quam vnumquodque. Facit tamen elementorum corporeorum resolutionem vsque in superficiē. Impoßibile autem materiā primā planitiem esse. D'lucida re.c.eiusdē

Nisi breuibus quid Plato in Timæo dicat, apponit (& inquit) Sed vt in Timæo scribitur, res hæc supple ru nullā habet determinationem Non enim aperte dixit an pandeches, hoc est omni capax ab his quæ elementa vocantur, separetur. Ecce, quomodo de separatione materiæ nihil certum asserit Plato in Timæo. Animaduerte ꝙ pandeches græce venit a pan, & dechome, hoc est omnia capiens. propterea dici potest omni capax. Reprehendit tamen ipsum primo de similitudine. Per quam materiam descripsit dicēs, verum non recte vtitur asserens subiectum illud esse prius illis quæ vocantur elementa, veluti aurum est prius aureis operibus, vt idolis & annulis, & cæteris quæ ex auro efficiuntur. Et hoc arguit dicens. hoc enim ratione ista explicatum non bene dr nisi respectu eorū quorū alteratio est, ita sit sed de illis quorum generatio & corruptio sunt, quibus mediantibus res supple fiunt, impossibile est illam methaphoram enuntiari. cum etiam ipse asserat longe verius aurum suscipere nomen entis quam vnumquodque quod ex auro fit. Si igitur si exemplum illud de auro cōparat ad alterationem recte facit, sed ex hoc non habet intē tum. maxime cum ipse velit aurum dici verius & actualius ens quam ex eo facta, sic enim notat materiam esse ens in actu. Sed si exemplum illud est ad generationem, nullum est, & per dicta sua, & per rationem tactam, vnum tamen dicit inexcusabile, quod videlicet elementa resoluantur ad superficiem. nam sic materia erit planities siue plana res, quod non stat cum principijs naturæ. Animaduerte quod textum hunc fideliter transtuli. mutaui tamen nonnullas particulas nullius momenti vt sensus grecus expostulat, vt facilius intelligeretur. Com. 5.

Textus iste obscure legitur in commentarijs. Philoponus tamen vult, quod cum Arist. refutasset eos qui materiale principium vnum constituerunt, nunc Platonem carpat. & Philoponus vult quod Aristoteles primo carpit Platonem ex eo quia in Timæo loquens de materia, asserit materiam RECO.

riam esse principiũ rerũ naturaliũ, non tamen determinat verũ possit separari a corporeis elementis, quæ sunt ignis aer, aqua, & terra, an non vnde inqt. vt ait in Timæo scriptum est, illud quod de materia supple dicit Plato, nullã habet determinationem. Quod exponit, & dicit. Non enim dixit manifeste materiã quã pãdeches appellat, si separat ab elemẽtis corporeis. Dico notanter elemẽtis corporeis, quia Plato posuit elementa mathematica, vt cubos, & superficies, quæ arbitratur etiã elemẽta rerũ, vt dicemus. Philoponus defendit Platonẽ, & dicit, q licet Plato nõ dicat manifeste, nec eisdem verbis quibus Arist. vsus, tñ dicit quędã ex quibus colligitur de materia, id, quod Arist de ipsa tradit. Secundo increpat Platonem ex eo, quia ipse in mundi origine asserit materiam esse subiectum omniũ eorũ, quæ fiunt, & tamen loquens de generationibus rerũ ad nihil eorũ, quæ fiunt, vtitur materia, sed asserit omnia, quæ fiunt, ex superficiẽbus fieri, vnde dicit. nec ad vllum eorum, quæ supple. vtitur ipsa materia, quam in prima rerum factura posuit materiale omnium rerum principium. & hoc inquit, nec ad vllum eorum quæ fiunt vtitur materia, dicens materiam esse aliquod subiectum vocatis elementis prius, hoc est in prima mũdi origine. Dico materiã elemẽtis esse subiectũ, vt aurũ operibus aureis, ad generationẽ nullius rei postea ea vtitur, sed superficiebus, & hic est secundus Platonis error. Tertio increpat Platonẽ, q ipse voluerit materiã esse principalem subiectam eorum quæ fiũt ex ipsa, & ea quæ fiunt potius a materia denominari quam a formis. Contra obijcit. Arist. quod hoc Plato dicit falsum est in generatione substantiarum. sed bene in alterationibus. In alteratione. n. principale est materia, & id q denominatur fieri est subiectum, dicimus. n. parietem fieri album, & non albedinem fieri At in generatione subiectæ dicimus hominem fieri, & non materiam fieri hominem. vnde dicit. Certe & hoc non bene dici ut hoc modo dictum. s. quod materia sit ad ea, quæ ex ipsa fiunt, vt aurum ad opera aurea. Sed quorum quidem alteratio est, ita est de auro ad sua opera, quorũ aũt generatio & corruptio sunt impossibile est illud quod fit, enunciari ac denominari ab eo, ex quo generatũ est. Sed tamen Plato inquit longe verissimum esse dicere aurum esse vnumquodque eorũ, quæ ex ipso fiunt, non tã in alteratione, quã in generatione substãtiali, & in hoc errauit. Vltimo increpat Platonẽ, q elementa corporea resoluerit ad superficies tanquã ad propriã materiã. & hoc inquit, sed elementis existentibus solidis ac corporeis vsque ad planities facit dissolutionẽ veluti ad materias proprias, hoc aũt (vt inquit) est impossibile. s. materiã primã planities esse. Philoponus defendit Platonẽ in hoc. & dicit non esse credendũ q Plato p superficiem voluerit materiã sumendo superficiem geometrice, sed bene sumendo superficiẽ physice s. p materia superficiata, ac dimensionibus extẽsa. Quod Auer etiã concedit in libro de subiecto orbis. Ex hoc patet solutio ad secũdũ, nã Plato in generationibus particularibus rerũ vtitur superficiebus, pro quãto sumũtur pro materia superficiata vt ita loquar, accepit enim superficiẽ physice, & non geometrice Ad aliud argumentũ Arist. de denominatione laborat Philoponus soluere, & si recte percepi eius verba, innuit hanc distinctionẽ q compositum denominari a materia potest intelligi, aut secundum ornatũ, aut secũdũ necessitatem, tunc vult compositum denominari a forma secũdum ornatum, homo enim dicitur ab eius anima secundũ ornatum, ab eis materia dicitur secũdũ necessitatem, similiter in generatione materia fit s̃m necessitatem, compositũ vero & forma secundũ ornatũ, hoc pacto Philoponus defendit Platonẽ Verũ (vt mihi videtur) hæc nõ est Platonis defensio, sed reductio eius opinionis ad opinionẽ Arist.

Philoponus defendit Platonem.

Arist. 6

Nos autem dicimus esse aliquam materiã corporũ sensibilũ sed hanc non separabilem, sed semper cum contrarietate, ex qua generantur vocata elementa.

Dilucidatio eiusdem.

Nos vero vnã corporũ sensilium materiã esse dicimus, non tamen separabilem, immo cũ ea semper cõtrarietate, ex qua illa quæ vocantur elementa, generantur

Quæ de materia dixit pluribus in locis, nũc breuiter pstringit, de ea duo asserens. Primo, q sit vna omniũ elementorũ. Secundo, q nunquã denudetur a primis ipsis contrarijs, ex quibus elementa combinantur An materia sit vna disputatum est pluries, sed an expolietur interdum a primis qualitatibus, dubitabile est, primo qa prima cõtraria generantur & corrũpuntur igitur aliquãdo desinunt etiam in materia, aliquãdo incipiunt esse in illa. Secundo, nulla cõtraria sunt materiæ coæterna igitur verbũ Physicis falsum est. Respondet Auer. a auscultationis phy. cõ. 11 Ari. intelligit qđ priuatio coæterna materiæ nũquam denudatur a primis contrarijs, modo priuatio siue sit forma generica siue priuatio, denudatur quidem ab his vel illis contrarijs, nunquam tamen a contrarijs denudatur specifice tentis sicut materia semper habet formam & nunquã est siue forma, habet enim semper formam, quia nunquã est verum dicere ipsam esse absque forma, forma semper caret, quia illa vel illa caret. Quod autem materia nunquam denudetura cõtrarijs, patet. quia nunquam denudatur a formis elementorum, & illæ sunt in materia mediantibus primis cõtrarijs igitur nunquam a contrarijs. Tunc ad argumenta. Ad primũ concedo q hæc vel illa incipiũt vel desinunt esse in materia. nũquam tñ materia denudatur a contrarijs specifice tentis. Ad secundum Sorticolæ aiunt non valere. a cõtrarijs denudatur materia, igitur materia denudatur a contrarijs, quia in prima ille terminus contrarijs determinare tenetur in secunda confuse tu vero responde, vt supra.

Com.

Dilucid. eiusdem.

Vult Philoponus q Arist tunc propriã opinionẽ, quam habet de materia, exponat, & hoc vt inter ipsum, & Platonem cognoscatur differentia. Quæ vero de materia dicit (vt in commentarijs diximus,) & Philoponus innuit sunt duo. Quorũ primum est, q pro gñatione & corruptione oium sensibiliũ corporũ supponẽda est vna qđã materia. Secundum vero quod ista materia, quæ supponitur, nunquam per se subsistit, sed semper cum aliqua contrarietate est commista, ex qua contrarietate, cum materia semper generantur elementa: Sed dices, non videtur verum elementa fieri ex materia & contrarietate, quia tunc elementa non haberent aliam formam quam contrarietatem, innuit Philoponus in suis verbis solutionem, quod Aristo. velit ex contrarietate fieri elementa, vt ex disponẽte, non autem simpliciter. In commentarijs quæsiuimus, vtrum materia sit separabilis ab omni contrarietate, & per contrarietatem intelligimus duas qualitates, quarum combinatione constat elementum, vt calidum & siccum, quibus ignis constat. Calidum & humidum, quibus constat aer, & in alijs similiter. peripatetici, vt Diuus Thomas, & Philoponus, dixerunt quod materia sit separabilis ab omni cõtrarietate successiue, non autem simul. Sed quid sit dicendum de rigore logico non est leuis quæstio. Sorticolæ cõcedunt hanc, materia est separabilis ab omni contrarietate, & negant illam, ab omni cõtrarietate materia est separabilis, quia prima propositio æquipollet huic, materia potest cũ aliqua contrarietate non esse, & hoc propter negationem inclusam in illo termino separabilis, quæ præcedens vniuersalẽ affirmationem, facit eam æquipollere particulari negationi. At secũda propositio huic non æquipollet, sed virtute illius signi, omni, accipitur ille terminus contrarietate vniuersaliter: & sic hæc est falsa, ab omni contrarietate materia est separabilis, quia esset sensus, ab hac contrarietate materia est separabilis, & ab illa contrarietate materia est separabilis, & sic de singulis, quod falsum est. Contra hanc captiũculam diximus in ludicris, quod sicut apud intellectum formaliter concipientem nulla est differentia inter has ab oi cõtrarietate est materia separabilis, & materia est separabilis ab oi contrarietate, ita nec inter illas in voce, cũ ea, quæ sunt in voce, his quæ sunt in anima, subordinentur Quod autem apud intellectum illas formaliter concipientem nulla sit differentia patet, quia intellectus illas formaliter concipiens, semper concipit illum ablatiuum ab omni contrarietate, ũt casuale illius termini separabilis, cum vbique positus in voce semper regatur a parte post: ergo intellectus formaliter concipiens illas, semper ablatiuum illum cõstruit eodem modo apud suã

RECO.

Quæstio in comentarijs quæ hic recognoscitur.

RECO.

con

conceptionē cū illo termino separabilis. Qua ratione fit vt hæ sint synonimæ, ab omni contrarietate materia est separabilis, & materia est separabilis ab omni contrarietate, quare sicut in secunda, ille terminus contrarieta te supponitur in illa propositione ab intellectu determinate, siue particulariter, ita in prima, & sic de rigore logico vtraque est vera, de quibus in Iudiciis. Et si quæres propter quid non refert terminos præponere, & postponere, in propositionibus, signa vero, & negationes refert, Causam assignauimus in Iudiciis, ideo de his hactenus.

Anti. c. 25 Anti. c. 7.

Determinatum est autem de his, certius in aliis. Sed tamen quoniam & hoc modo sunt ex materia corpora prima, determinandum est & de his.

Dilucidate. c. eiusdem.

Decisum aūt est diligētius de his alibi, nūc vero quo modo prima corpora ex materia sint etiā differēdū est.

Com. 7.

Quasi se excusat. nam de elementis dictum est ad plenū igitur non est res hæc repetenda, excusat igitur se, & proponit intentionem ad dicenda & dicit Decisum autē est diligentius de his in aliis, vt in 3. cæli. nunc vero quo modo prima corpora ex materia sunt, etiam differendū. Sed circa hæc dupliciter dubitat, primo cur pertractatio de elemētis facta in tertio & quarto & secūdo cæli est hacriuestera, hoc est diligentior atque certior, quā ea quæ hic tangitur. Secundo, cur elementa ab Arist. prima dicantur. corpora, cū & cælestia priora sint. Ad primū respōdēt, quod de elementis in libro cæli discussum est sub ratione vniuersalior, vt in quantum corpora mobilia ad locum, hic vero vt mobilia ad formā modo cōius est mobile ad locum quā ad formā. igit diligētiori & certiori mō de his est dictū ibi. cū vlia sint certiora min' vniuersalibus. Melius aūt dicitur q certiori & diligentiori modo de his est determinatū ibi quā hic, qm in ordine ad plura quæsita, vt in ordine ad mūdū, vt sunt partes mundi in ordine ad motū, prout hæc sursum hæc deorsum ferunt, in ordine ad accidentia p se, vt sunt figuræ, & in ordine ad principia. vt an ex indiuiduis vel superficiebus. in ordine ad locum, & in ordine ad cælum. an recipiant cælestes impressiones, & hæc græce hacrioestera nuncupatur pertractatio, ac de elementis hic nulla alia ratione, nisi vt causæ generationis & corruptionis, & vt generabilia & corruptibilia propter hæc pertractatio minus curiosa dicitur.

Dubitat prima. Respōsio aliquorū. Respōsio propria.

Ad 2m respōdet, q prima dicūtur corpora respectu generatorum, & sic motus & qualitates sunt priores respectu illorū. Melius autem dicendū q vti elementa vocantur more antiquorum, qui illa stichia dicunt, quia putauerunt non pura, sed mistia. Sic more aliorum antiquorum qui vocāt hæc hylia, hoc est materias, prima dicuntur corpora. Et q non debeant dici prima respectu generabilium patet, quia si sint prima via compositionis sunt vltima via resolutionis, & sic non magis prima quā vltima. itēque & si dicuntur prima, quia partes mistorū mista dicentur prima, quia tota. est enim totum prius parte, vti forma prior materia, & ita protasomata, hoc est prima corpora dicantur, more veterum Hæc de excusatione, ac intentione.

Respōsio, ad secūdu Responsio, propria. Cōfirma,

RECO.

Non recedendo ab introductione. quam in cōmētariis fecimus Arist. vt Philopono consonat præmittit excusationem, qua præmissa, proponit intentionē, verba sic lege (vt Philoponus inquit) q & si ostensum sit elementa esse ex materia in quantum suscipit contrarietates, vt patet primo physicorum, cum hoc non sufficiat ad doctrinā, determinandum est de his contrarietatibus; nunc, quænā sint, & quot, & quō aduenientibus materiæ perficiunt elementa (inquit) Determinatū est aūt de his s. materia & cōtrarietatibus diligētius in aliis, vt primo physi hæc est excusatio. Deinde ponit intētionem, & dicit, sed tā qm & hoc modo quo dictum est prima corporea. scilicet elementa sunt ex materia hoc modo. s. in quantum suscipit contrarietates determinandum est & de his. s. contrarietatibus, quibus materia suscipit formas elementorum, & quæ sunt, quot sint (vt exponit Philoponus) nā illud quod in libro physico. dictum est, non sufficit ad hanc doctrinā, cum sit nimis cō mune. Ex his sequitur primam quæstionem motam in commentariis secundum hanc Philoponi expositionem non esse necessariam, quia de materia & contrarietatibus non in libris de cælo, sed in primo physico. est dictum (vt Philoponus inquit) assignat autem causam Philoponus cur de materia & contrarietate exquisitius dictum est libro physico quam hic quia ibi est dictum de materia seorsum, & de priuatione seorsum, & de contrarietate seorsum. at hic solum de modo quo materia recipit elementorum formas mediantibus qualitatibus disquirit.

Anti. c. 34

Principium quidem & primū existimātes esse materiam inseparabilem quidem, subiectam autem contrariis. neque enim calidum materia est frigido, neque hoc calido sed subiectum amborum.

Dilucidate c eiusdem.

Et de his quidem principium putantibus esse & primū materiā inseparabilem quidē subiectam tamen cō trariis, non enim frigido calidū materia est. neque calido frigidū. Sed quod est vtrisque subiectū, differendū.

Cōm. 8.

Nunc exequitur, & primo sumit materiā esse inseparabilem a primis corporibus, & primis cōtrariis subiectum, quod declarat, quia nec calidum est materia frigidi, nec contra frigidum est materia calidi. Sed vtrisque est subiectā quoddā cōe, q vocat hyle, hoc est materia. Dubitari solet, quō materia est subiectū cōtrariorum. Primo vr q nō, quia contraria sunt qualitates & subiectum qualitatum est compositum. non prima materia Secondo, quia secundo de anima dicitur commento 4. quod accidens inest enti in actu, forma substantialis materiæ respondent quidam q tam materia quam compositum dicuntur subiecta contrariorum sed aliter atque aliter, compositum quidem subiectum dicitur primum secundum resolutionem. Materia vero primum subiectum dicitur secundum compositionem. Alii & rectius dicunt quod materia est subiectum remotum, compositum vero est subiectū proximū. Alii quod materia sit subiectū partiale, cōpositū vero totale. Ego vero dico q Ari. nō distinguit nūc inter prima cōtraria prout sunt accidētia, & prout sunt subiectæ, ppterea indistincte loquitur, donec res hæc pateat. insup prima cō traria vt accidentia sunt, & interminata sunt in materia; & prima contraria, vt vero sunt terminata, sunt in compositis eorum, & sic tollitur quæstio omnino.

prime dubitat. Secunda Ratio aliquorum. Respōsio propria.

RECO.

Verba hæc {& de his} Philoponus, vt visum est cōstruit cum verbo præcedenti. In commentariis vero ab illo verbo {&} fecimus notam executionis. vnde Philoponus continuat hæc verba quod cum proposuit determinare de contrarietatibus, exequitur, & determinat primo quæ sunt principia elementaria (vt Philoponus inquit) & non principia factiua Et vult q primum elementarium principium est materiā, secundum forma quæ est contrarietas: tertium sunt ipsa elementa quatuor. Cur vero dicantur hæc elementaria principia, dicemus. proponit ergo q materia sit primū elementariū principiū & dicit principiū quidē & primū existimāes esse materiā, quia quis posset dicere, si materia sit primum elementarium principiū. ergo a principiatis & a secundariis principiis separabile, hoc remouens (inquit) Inseparabilem quidē. s. a cōtrarietatibus, quæ sunt secūdaria principia, & ab elemētis, quæ sunt tertia elementaria principia, subiectam autem contrariis quæ sunt secūdaria principia. Quod materia sit cōtrariis subiecta, probat, & dicit. neque enim calidum materia est ipsi frigido, nec hoc s. frigidum est materia ipsi calido, sed ipsa est vtrisq; subiectū, vt sumit ex lib. physicorū. sic igitur patet materiā esse subiectā cōtrariis. Sed cur sit primū inter elemētaria principia. Philoponus assignat causā ex eo quia materia ipsa incorruptibilis est, contrarietas vero, quæ est forma naturalis, est corruptibilis, quoniam secundum hanc est ipsum corrumpi.

Ant. c. 9

Quapropter primo quidem, potentia corpus sensibile, principium est, secundo autem, contrarietates. dico autem. verbi gratia caliditas & frigiditas. tertio autem, iam ignis & aqua & talia.

Diluc. te. ca. eiusdē.

Quare corpus sensile potentia, & quod est principiū primo loco est, Secundo vero sunt contrarietates. Dico autem

autem vt frigiditas & caliditas. Tertio autem sunt ignis & aqua simul atque cætera id genus.

Accepit materiã esse inseparabilem & subiectum primis contrarijs, nunc ex hoc concludit ordinem principiorum generationis, & vult primum principium esse materiam, quod dicitur corpus sensile potentia, & principiũ p excellẽtiam. Secundo loco sunt cõtrarietates, quæ primitus in materia ipsa pro generatione recipiuntur. Tertio, mediantibus his sunt quatuor elementa, quæ prima corpora nuncupantur, & sic Auer. narrat in paraphrase huius tria rerum & generationis principia, ordine tamen quodam primum omnium est prima materia, quæ idcirco primum omniũ dicitur, quia ipsa pro sui esse nihil præsupponit, & cætera omnia supponunt ipsam principium secũdo loco sunt prima contraria, quæ ideo secundo loco habentur, quod primam supponũt materiam, & ipsa supponuntur ab elemẽtis principium. Tertio loco sunt elementa ipsa quæ tertio loco sunt, quia materiam, & prima cõtraria supponũt. sed

Dubitatio prima. Secunda.

ipsa ab omnibus mistis supponuntur. Sed dubitatur primo quo genere causæ hæc tria dicantur principia. Secundũ videtur quod prima contraria sunt tertio loco, quia prima contraria sunt accidentia, & accedentia sunt post substantiã. Dicendum quod hæc tria omnia subeunt rationem

Ratio. ad Primũ

principij materialis, vnde vt Auerro. inquit principium materiale vnum est, quod videlicet est primum & intrãsmutabile. Illa alia duo reducuntur ad illud pro quanto præpa-

Ad secundum.

rant illud pro receptione formæ vltimæ. Ad secundũ dici potest, quod prima contraria nomen principij sibi comparãt, vt interminata sunt. nam sic primitus in materia recipiuntur, & sunt dispositiones eius vt vero terminata, cõsequuntur formas. & potius principia ra dicuntur. Ex hoc

Error quorundã

apparet quomodo non recte intelligunt prima contraria esse principia formalia primorum corporum. non enim hæc Arist dicit, nec est ad propositũ. & propterea qui quærunt verum prima contraria sint principia formalia elemẽtorũ, frustra quærunt. cum in textu res hæc non habeatur.

RECO.

Optime in commẽtarijs hic textus cum proximo cõtinuatur, vt etiam Philoponus continuat, ideo lege: quapropter primo loco quidem materia, quæ est potentia corpus sensibile, principium est. Est quidem primo loco, nõ dignitate (vt Philoponus inquit) sed quo est subiectum contrarietati siue formæ materiali, & per potentia corpus sensibile, intelligit materiam (vt exponit Philoponus) & dicitur potentia corpus sensibile, quia secundum suipsius rationẽ est actu incorporea, potentia tamen corpus sensibile, & p sensibile corpus non mathematicum intelligit, sed sensibile hoc est physicum vt exponit Philoponus. Secundo aũt loco principiũ sunt contrarietates, quia in materia sunt, vt calidũ, & frigidũ, & id gen⁹. Tertio loco sunt ignis & aqua & talia, quæ (vt Philoponus dicit) non sunt principia simpliciter, sed solum respectu mistorum. Intendit autẽ Philoponus per prima cõtraria, formas naturales, non quod velit substantiales formas elementorum esse primas contrarietates, vt Alexander opinabatur, sed donec determinet, ita asserit Et p principia intellexit elemẽtaria principia q̃ sunt partes totius, q̃q; dicunt partes essẽtiales a nostris. Et sic cessat oẽs dubitationes quæ in cõmẽtarijs mouebantur.

Arist. c.10

Hæc enim transmutantur adinuicem, & non est vt Empedocles & alij dicunt neque enim vnquam esset alteratio. Contrarietates, autem non transmutantur, sed non minus etiam vt corporis, qualia & quot, dicendũ principia, alij enim supponentes, vtuntur, & non dicunt quare aut talia, aut tot.

Dilucida. ex c. eiusdẽ

Hæc quidem enim adinuicem transmutantur, & nõ vt Empepocles & alij aiunt. nam nec alteratio erit nec contrarietates transmutabuntur, quanquam etiam non minus dicendum sit quod corporis principia sint talia & tot. nam alij sunt quidem qui supponentes vtuntur, & non dicunt qualia & quot.

Com. 10

Dicit elementa esse principia & transmutari. quis põt dicere tunc hæc est positio Empedoclis. nam Empedocles ait quatuor elementa esse principia & transmutari. nam lite generantur, amicitia corrũpuntur. Respondet Arist. & ait. q positio sua differt. ab illa Empedoclis, quia Empedocles dicit illa trãsmutari respectu tãtũ, at subiecta æterna sunt. Sed ipse ponit ea alterari in qualitatibus, & aliquando transmutari in substantijs dicit tamen quod dato quod elementa nec in qualitatibus alterarentur, nec in subiecta trãsmutarentur, adhuc oportet concedere illa esse principia, talia, hoc est materialia, & tot, quia quatuor. cuius rationes ait d. Nam alij sunt quidem qui supponentes vtuntur, & non reddunt causam, quare sint talia, hoc est materialia, & tot, & sic siue sic siue aliter, hæc oportet esse principia materialia, & quatuor, quæ dicit patent.

RECO

In commentarijs verba hæc exponuntur vno modo, ab expositoribus nostris etiã alio modo. Verum secundũ Philoponum hoc pacto cõtinuẽtur, q cum Arist assignauit ordinẽ in elementarijs principijs, & dixit magis esse primo loco inter materialia principia constituendum. Secundo vero contrarietates siue naturales elemẽtorũ formas. Tertio vero elementa ipsa & assignauit causam, cur contrarietates inter elemẽtaria principia secundo loco habenda sint, hac in parte assignat causam, cur tertio loco elemẽta ipsa habenda sin, principia & contrarietates secundo & asserit hoc esse pro tanto, quia elementa ipsa cum sint cõposita ex materia, & contrarietatibus, sunt per se corruptibilia, & generabilia. Contrarietates vero non, nisi per accidẽs, quatenus sunt partes elemẽtorũ, quæ per se corruptibilia & generabilia sunt, & sic elementa magis recedũt a rõne principij, cũ magis accedãt ad corruptibilitatẽ. Cõtrarietates vero cũ magis accedãt ad rõnẽ principij q̃ est ipsã semper manere, iure secũdo loco cõtrarietates, elementa ipsa tertio inter elemẽtaria principia constituenda sunt. vnde dicit Hæc n. s. elemẽta ipsa trãsmutãtur adinuicẽ, & nõ est de his dicendum vt Empe. & alij dicunt, qui asserũt ipsa non esse in substantijs trãsmutabilia, nam si ita diceret nõ esset in eis alteratio. Cuius oppositũ apparet sensib⁹. sic igitur elemẽta trãsmutãtur in substãtijs & p se, cõtrarietates aũt ipsæ q̃ sunt naturales elemẽtorũ formæ, nõ trãsmutãtur p se, cũ frigidũ nõ suscipiat calidũ, nec siccũ humidũ transmutantur aũt p accidens, quo sunt partes elementorũ, quæ q se trãsmutãtur (vt inquit Philoponus) ergo contrarietates secũdo loco elemẽta tertio cõstituẽda sunt. Sed dices, si cõtrarietates nõ trãsmutantũ, nõ vidẽtur esse elemẽtaria principia, quasi respõdẽs inquit, Sed nõ minus etiã vt corporis sunt cõstituẽda principia. q. d. licet cõtrarietates nõ transmutentũ p se, nõ minus, vt corporis generabilis & corruptibilis dicẽdũ est ipsa esse principia & qualia & quot sint principia, nã (vt inquit) alij supponẽtes ipsas contrarietates esse principia vtunt ipsis, vt principijs, verũ in hoc defecerũt, quia non dixerunt quare sint principia, & cur talia, & tot sint contrarietates, quæ sunt principia. ergo nos sufficienter dicemus contrarietates esse principia, nõ obstãre, q non transmutentur p se & quales sint, & quot sint hæ cõtrarietates, quæ sunt principia Ex his habes rationẽ ordinis, & proœmiũ ad dicenda, hoc pacto verba hæc Philoponus exposuit, licet aliæ expositiones non displiceant.

Arist. 11

Quoniã igitur quærimus sensibilis corporis principia (hoc aũt est tãgibile) tãgibile aũt cuius est sensus tactus, manifestum est quod nõ oẽs contrarietates corporis species, & principia faciunt, sed solũ quæ secũdũ tactũ. nã & secundũ contrarietatẽ differunt, & secũdũ tangibilẽ contrarietatẽ, Ideo neque albedo & nigredo neque dulcedo & amaritudo, similiter aũt neq; aliarũ sensibilium contrarietatum aliqua, facit elementum.

Dilucidatio ex eiusdem.

Quoniam igitur quærimus sensilis corporis principia (hoc aũt est tactu) tactile aũt. s. cuius tactus sensus est, manifestũ etiã quod nõ oẽs cõtrarietates causant principia & species corporis, sed tãtũ hæ, quæ sunt secũdũ tactum. etenim secũdum contrarietatem differũt & secundum tactilẽ repugnantiã. quo fit vt nec albedo & nigredo nec dulcedo & amaritudo. insuperq; nec aliorum sensiliũ cõtrarietas aliqua elemẽtũ causabũt.

Dixit

Dixit prima contraria esse causas elemētorum, & quā
Com. 31. contraria prima sunt in multiplici differentia, vt. a. de anima tanguut, quædam enim sunt prima contraria in visu, vt album & nigrum, quædā in gustu vt dulce & amarum. dixit quod per prima contraria, quæ sunt prinripia corporum intelligit prima contraria in tactu, & huius syllogismus est, quia taliter de primis contrariis est intelligendum quomodo & sensili corpore intelligimus. Sed per sensibile corpus de quo in hoc libro agitur, intelligitor secundum tactum. igitor & de contrariis primis tactus intelligitor. Animaduerte quod verbum illud causant græce est pinsin latine faciunt, sed quia facere conoenit agenti, caosare vero omnibus, melius sonat causant. Ex hoc concludit nullam cæterorum sensilium contrarietatem causare elemeotum nec vt materia, nec vr forma. & res tota patet.

RECO. Philoponus hoc pacto textom hunc cum priori continuat, quod com Arist dixisset tria esse elementaria principia, nunc proponit dicere qoænam sint specificæ contrarietates, quas assumens materia, simplicia perficit corpora, procedit autem ad hoc agendum (vt Philoponus inquit) methodice valde, & per demōstratiuam conseqūētiā hoc modo, nos quæriusus priucipia corporis non perpetui. ergo quærimus principia corporis gn̄abilis & corruptibilis, corpus generabile & corruptibile est quale. Nō. n. esse pōt aliqđ corpus generabile & corroptibile non quale, cum generatio & corruptio materiæ sint sm̄ passiones. ergo oportet esse quale. Præterea. Corpus generabile est materia, materiale est motum habens, motus autem naturalis fit aut grauitate aut leuitate. ergo corpus materiale oportet esse graue aut leue, sed grauitas & leuitas sunt qualitates corporis, ergo quærimus principia qualis corporis. Vltra, corpus quale est sensibile, sensus enim qualitatum sunt comprehēsiui, & omne quod habet qualitates sensus ipse suscipit, quare cum nos quæramus principia corporis, & naturalis & sensibilis contrarietates quærendæ sunt sensibiles. Sensibiles, vero, quæ sunt primæ materiæ scilicet proxime & communissimæ, quæ per omnia corpora generabilia discurrant. Tales autem sunt tactiles, nam licet visus sit dignior, tactus est prior, communior, cum ipso ablato cæteri sensus auferantur. & ipso posito, non ponātur alii omnes. Quare tactiles differentiæ ac contrarietates primæ sunt, & communiores, nam colores non competunt omnibus, tactiles vero omnibus, quibus colores insunt. Amplius soni non oībus cōperunt, tactiles vero oībus, quib⁹ & soni insunt. Præterea. Odores nō oibus cōpetūt, tactiles vero oībus, quibus odores insunt, Insup neq; gostabiles oibus, cū non elemētis, at tactiles oībus insunt: ergo tactiles sunt primæ & communissimæ Quare hæ potissimum accipiendæ sunt principia. Ex his sequitur quod contrarietas in aliis sensibus, vt albedo & nigredo nō sont principia poneuda corporum generabiliom (inquit) Quoniam igitur qoærimus sensibilis corporis principia. Cuius causam assignauit Philoponos, quia quærimus principia corporis oaturalis generabilis, & corruptibilis. ergo quærimos principia corporis qualificati. ergo corporis sensibilis. Hoc aūt scilicet corpus sensibile est tangibile, cuius scilicet est sensus tactus, nam omne sensibile quocunque sensu, est sensibile sensu tactus. Tom quia sensus tactus est prior & communior cæteris sensibus, Tom quia contrarietates ac sensibilia sensu tactus sunt sensibilia priora & vniuersaliora sensibilibus cæterorum sensuum, ideo concludit, quod non omnes contrarietates faciunt principia & species corporis sensibilis, hoc est, sunt ea, ex quibus fiunt principia & species sensibilis corporis, sed solum contrarietates, quæ sunt secundum tactum, nā (vt inquit) istæ differunt & sm̄ cōtrarietatē absolute, & sm̄ tangibilem contrarietatem. Calidum enim & frigidum non solum sunt contraria simpliciter, sed contraria erga sensum tactus. At album & nigrum licet sint contraria simpliciter, non tamen sunt contraria secundum tāgibilem cōtrarietatē, quæ, est inter actiua & passiua. Ea his concludit. quod neque albedo & nigredo, quæ contraria sunt in visu neque dulcedo & amaritudo, quæ sunt contraria in gustu, neque aliqua aliarum sensibilium contrarietatum, quæ sunt aliorum sensuum facit elementum, hoc est, est illud ex quo vti ē principio elementario fit elementorū. est ergo ratio, quærimus principia sensibilis corporis, sensibile corpus est tangibile. ergo qoærimus principia tangibilis corporis contrarietates circa quas versator tactus sunt principia tangibilis corporis ergo contrarietates has, vt elementaria principia quærimus, hoc modo exponit Philoponus, quæ expositio non multum differt ab ea, quæ in commentariis assignata est, nisi quod hæc resoluit textom in syllogimos.

Quamuis prior, visus est tactu, vt & subiectum prius. non tamen est corporis tangibilis pr̄sio secundum quod tangibile est, sed secundum aliud, & si fuerit natura prius. Aat. c. 12

Et licet visus ipso tactu prior sit, ita vt etiam illius subiectum prius sit, non tamen tale subiectū erit tactilis corporis quatenus tactile, passio. Sed quatenus illud est aliquod aliud, & si tactu aliquid natura prius contingat esse. Dilucida te c. eiusdē

Dubitaret forsitan quis an prima contraria visus sint Com. 12
principia corporum, & vr quod sic, quia visus est prior tactu, & ita sensibile sensu visus est prius tactili, tunc sic, eis cōpetit magis rō principij, quibus magis cōpetit primitas sed visile est prius tactili, vt visus prior tactu. igitur magis habet rationem principij Respondet q̄ aliquod potest dici prius simpliciter, q̄ nō est prius respectu huius. mō licet visile sit prius tactili, quia communius, non tn̄ prius respectu elementorum, & corporis tactilis, quod principaliter intendit. verba patēt. Aīaduerte q̄ adiecit particulas quasdā, quas græca cōstructio expostulat, nō tamē superfluūt. Aīaduerte vt ex verbis Auer. cōm. 7. colligitur, q̄ tactil a vno mō est cōmunius visili alio mō visile tactili. In gn̄abilibus quidem tactile cōmunius est visili quia omnibus generabilibus, cōpetit. Sed in corporibus ipsis visile prius est, quia competit cælis & generabili, & sic aliqoid potest esse prius in genere, qood est posterius in specie. Itemq; aīaduerte etiā eodē cōmento q̄ siue sic siue aliter, visile fine & forma, hoc est perfectione & nobilitate prius est tactili. at cōtra tactile prius est illis secundū materiā & originē, quia in his quæ competunt tactile præcedit vt materia, & talem prioritatē quærimus, quia nos de principiis materialibus tractamus. Animaduerte etiā quod subiectū sensus qđ nostri obiectum vocant, græce dicitur hypocime ooo, hoc est subiectum siue obiectum siue incidens.

RECO. In commentariis per pulchre textus iste exponitur, q̄ s. Arist. remoueat tacitam dubitationem, dictum est. n. tactum tangibiliaq; ipsa priora cæteris esse, ideo inter principia elementaria statuēda sunt. Modo hoc videtur falsum, visus tactu & visibile tāgibili semper prius est: Respondet, & dicit. Quāvis prior visus est tactu, vt etiā subiectum visus s. visibile sit prius subiecto tactus. s. tangibili, noo tamē visibile est passio corporis tangibilis, quatenus tāgibile est, sed potius secondū aliā rationem, scilicet quia corpus tangibile est diaphanum terminatum, vt dicitur in libro de sensu. Est enim color extramitas diaphani in corpore terminato sic igitur visibile noo est passio corporis tangibilis vt est tangibile, & si sit natora & vniuersalitate prius ipso tāgibili. Quod vero ad verba attinet debes scire, qđ visibile vt visibile simpliciter est prius tāgibili dignitate & vniuersalitate, dignitate q̄dē, qoo visus est tactu ipso dignior: Vniuersaliter vero, quo competit generabilibus, & cælestibus. Tactile vero est prius visibili origine, quatenus in generabilibus visibiles qualitates sequūtur tangibiles, & communitate, quia tangibile competit omnibus generationibus, vt mistis, & elementis, visibile, nō nisi mistis. Quo vis aūt modo sit cū nos quæramus principia generabiliū corporum, & contrarietates visibiles non sunt generabilium, vt generabilia sunt. igitor contrarietates visibiles noo possunt accipi vt elementaria principia generabilium.

Ipsorū aūt tangibilium, diuidendū est primo quæ prima differentia & contrarietates. Sūt aūt cōtrarietates secundum tactum, hæ calidū, frigidū, humidū, sic Ant. c. 13

cu.a

cum,graue,leue,durũ,molle,lubricũ,aridum,asperũ, leue,crassum,subtile, Horum autem graue quidem & leue,neque actiua sunt,neq; passiua,nõ enim faciendo aliquid aliud,neque patiendo ab alio,dicuntur. Oportet autem actiua & passiua abinuicem esse elementa. miscentur enim,& transmutantur in se inuicem. Calidum autem & frigidum,& siccum,& humidum, hæc quidem quia actiua sunt hæc autem quia passiua dicuntur. Calidum enim est, quod congregat homogenea. segregare enim quod inquiunt facere ignẽ, congregare est ea quæ eiusdem tribus sunt, cõtingit enim tollere alienigena. Frigidum autem, quod contingit & congregat similiter & syngenea & quæ non eiusdẽ tribus.

Dilacidatur.c.eiusdem. *Ipsorum itaq; tactilium quales primæ qualitates atque contrarietates sint diuidendum est primo. Sunt aũt secundum tactum contrarietates hæ calidum frigidum humidum,siccum.graue,leue molle,durum,lubricum, aridum,asperum,lene,crassum,subtile. Horum itaque graue quidem & leue.nec actiua nec passiua sunt. Nõ enim quia in aliud quoddam egerint, vel ab alio patiãtur, nuncupãtur. Licet elementa esse oportet adinuicem actiua atque passiua,cũ misceãtur atq; transmutantur inuicem. At calidũ & frigidũ, & durũ atq; molle dicuntur quidem hæc quidem alia, quia actiua sunt illa vero quia passiua. Calidum enim id est quod congregat cognata nam disgregare,quod quidem ignem facere, autumant, est congregare cognata. accidit enim alienigena excipere. Frigidum vero id est quod coniungit &*

Com. 13 *congregat similiter & cognata & alienigena.*

Hactenus fecit suppositiones,nunc prosequitur.& primo enumerat differentias omnes tactiles,& sermo patet. deinde ponit differentiã inter has. & vult harũ quasdam nec esse actiuas nec passiuas, vt graue & leue,q̃quã elemẽta actiua sint atque passiua. Quædã actiuæ sunt vt calidum & frigidum. Calidum quidem,quia per se cognata congregat & alienigena per accidẽs disgregat. Frigidum vero quia p se & cognata & alienigena congregat per se & indifferenter. Et verba Aristotelis patent per se.

Dubitationes. Sed circa hæc quæres. Primo,quia videtur quod graue, & leue agant ,quia sunt principia motus. Secundo videtur dubium vnde calidum habet quod congreget ,& vnde quod disgreget. Amplius videtur quod disgregare competat per se calido,quia ei competit per se rare facere, & hoc est disgregare.

Solutiones. Ad primũ dici potest quod Aristoteles loquitur de agere & pati, vt in proximo libro loquutus est videlicet pro alteratione. Modo graue & leue non per se alterationis sunt principia sed per accidens. Per se autẽ sunt principia motus localis. Ad secundum dicunt quidam , quod calidũ congregat & disgregat, quia rarefacit. cum enim calidum rarefaciendo calefacit , & rarefaciendo subtile euaporare facit,quo fit vt leuia sursum moueat & grauia deorsum. Sed hoc non placet,nam ab eo quod competit per accidẽs non sumitur prædicatum per se Sed rarefacere calido cõpetit per accidens. Propterea videtur mihi quod calidum congreget, & disgreget,quia calidum. Nec alia ratio est. Ad secundum videtur mihi quod per se competit sibi congregare similia, quia congregare est actus formæ, modo ipsi calidũ videt formalius cæteris. Tu vero cõsidera.

Conclusit esse quærendum, vt elementaria principia contrarietates tangibiles,quia vero(vt Philoponus inquit)hæ plures sunt, vt eligantur, quæ primæ harũ sint, & quæ magis habẽt rationem principij, enumerãdæ oẽs sunt. Vult autem Philoponus Arist.inter omnes has,quæ enumerabuntur eas esse eligendas,quæ & sunt vniuersaliores & non in alijs contentæ,& actiuæ ac passiuæ. Enumerat aũt contrarietates septem,vt calidum frigidum sit prima,siccum humidum secunda,leue graue tertia. durũ molle quarta.aridum lubricum quinta.asperum lene sexta septima vero tenue crassum.vnde dicit. Ipsorum autẽ tangibiliũ diuidendũ est primo quæ primæ differentiæ,& contrarietates sunt, Deinde supple tu eligendæ quæ sunt elementaria principia proposita intẽtione & ordine, exponit omnes.& dicit Sunt autem contrarietates secundũ tactum hæ calidum frigidum,& cæteræ aliæ,quæ,enumerantur ab eo. Hæc de enumeratione. Verum accidit quæstio quia rarum & densum videntur esse tangibiles qualitates,& tamen Arist. ipsas prætermisit. Respondet Alexãder eas Arist.prætermisisse,quia reducuntur ad graue,& leue,quoniam rarum est leue,& densum graue, Philoponus vero dicit has reduci ad tenue ac crassum,nam tenue, quod secundum qualitatem consideratur,non autem secundum quãtitatem, videtur idem esse cum raro, vt corpus quod tenui dicta visum est,tenue est,& rarum, densũ vero ad crassum,nã crassum non per quosuis poros ingreditur,sed per maiores,tale autem quodam modo est densum, cum sit multo corpore ad paucam molem cõpactũ. Deinde facta contrarietatum enumeratione , ponit inter eas differentias, vt eligat, quæ sint a nobis accipiendæ, vt elementaria principia(vt Philoponus cõtinuat)& dicit. Horum autem graue quidem,& leue, neque actiua sunt. neque passiua.sup.alterationis, cuius causam affert , quia non faciendo vel patiendo scilicet alterationem dicuntur, non enim graue,applicatum enim(vt Philoponus inquit) agit in eo producendo grauitatem,nec econtrario.at elementaria principia, quæ hic vocat elementa , oportet esse actiua & passiua ab inuicem,quoniam elementaria principia,vt primo huius dictum est,non sunt materialia principia elementorum vel mistorum, nisi misceantur inuicẽ in elementis simplicibus quidem per combinationem, in mistis per refractionem, modo hæc fieri non possunt,nisi elementaria principia sint actiua,& passiua. ergo graue & leue abijcienda sunt a numero elementariorum principiorum. Deinde eligit propter hanc rationem calidum & frigidum ,& humidum & siccum.& dicit. Calidum autem & frigidum & siccum & humidum eligenda supple sunt, vt materialia principia,hæc quidem quia actiua sunt calidum & frigidum. Hæc autem scilicet humidum & siccũ, quia passiua dicuntur. Quod vero ita sit. probat(vt Philoponus inquit)per earum definitiones, quas accipit, vt ab oibus concessas. Calidum enim est quod congregat homogenea. Sed contra. quia non potest homogenea congregare, nisi alienigena disgreget ergo calidum est id, quod facit vtrunque Respondet & inquit,segregare enim quod (inquiunt)facere ignem, est congregare ea, quæ eiusdem tribus,ac eiusdem generis sunt, & ita per se calidum est congregatiuum,per accidens & quasi ex consequenti disgregatiuum, quia vt dicit. Calidum contingit tollere siue disgregare alienigena, vtpote quo est congregatiuum homogeneorum. Deinde definit frigidum, vt ex definitione pateat ipsum esse actiuum, & dicit. Frigidum autem est quod & sygenea, hoc est similaria, & quæ non sunt eiusdem tribus, hoc est alienigena congregat. sup. æquè per se. Ex his sequitur vtrunque esse actiuum.

Humidum autem,indeterminatum proprio termino, bene terminabile existens. Siccũ aũt bene terminabile proprio termino,difficulter aũt terminabile alterius. Ant.c.14

Humidum vero proprio interminatum termino, bene terminabile existit. Siccum autem terminatum bene termino proprio , difficile ab alio terminabile est. Dilucidatur.c.eiusdẽ

Com. 14. Nũc de passiuis loquitur. d Humidũ vero proprio termino terminatũ,bene terminabile existit.subaudi alieno termino. Et per consequens passiuum est. Siccum vero terminatũ bene termino proprio. difficile terminabile est subaudi ab alio, modo terminari termino alterius & terminari proprio termino, cum vtrunque sit terminari, important passionem, & sic eiusmodi passiua erunt.

Quæstio. Respõsio aliquorũ. Sed dubitabis vnde humidũ terminetur termino alieno vnde siccũ terminetur proprio. Respõdet q̃ humidũ hoc habet instabile paruũ,quæ fluũt & refluũt.cũ. n. partes fluũt & refluũt,ideo recipiunt terminationẽ a cõtinente , aqua

enim

enim & aer, vinum, & oleum, & cætera id genus terminantur termino continentis. At sicca vt terra, lapides, metalla, & id genus, cum partes non fluant, nec refluant, non termino continentis, sed proprio terminantur. Animaduerte tamen quod (vt diximus) humidum ideo

Respõsio propria.

habet partes instabiles, quia humidum, & nulla est alia causa, & ideo terminatur termino alieno quia humidum. Nec est alia ratio nisi quia humidum est humidum. Similiter siccum eo habet partes stabiles, quia siccum est tale, & nulla alia est causa. Verum est tamen quod hæc, sunt duo ꝓpria quæ his competunt ordine quodam, vt humido quidẽ primo fluxus & refluxus partium secundo terminari ab alio. Sicco autem primo partium stabilitas. secũdo terminari proprio termino. Secundo animaduerte quod tam

Nota.

terminari proprio quam alieno termino important. passionem. nam per terminum figuram intelligunt. modo patet quod figura est veluti quædam forma ipsi terminato & terminatum veluti materia. Siue igitur a se siue ab alio patet quod terminari est pati, quia est figuram recipere. Et sic isti termini de primario signato importãt passionẽ. Sed

Dubitatio

circa hæc dubitates, quia videtur quod genus non sortiatur nomen a ratione speciei Modo humidum & siccum secundum rationem generis sunt passiua, secundum ratio-

Responsio

nem speciei, hoc est vt terminantur figura sunt passiua, mõ in plus est passiuum quam terminari. Similiter argui potest de calido & frigido. Diximus in primo huius. & addimus quod hæ qualitates possunt comparari ad tactum, q̃ est earũ mediũ. Ad sua contraria, vt singula ad propriũ contrarium. Et possunt comparari inter se. Siquidem ad tactum, cum calidum & frigidum maxime immutent tactum, maxime sortiuntur nomen actiuarum humidum & siccum parum immutent, sortiuntur nomen passiuarum. Si comparantur ad propria contraria, sic omnes sunt actiuæ omnesque passiuæ nam omnes sunt contrariorum corruptiuæ ab eisque corruptibiles. Et sic omnes sunt actiuæ & passiuæ. At si comparentur generatim inter se humidũ & siccum, videlicet ad frigidum & calidũ, sit speciatim illæ sunt passiuæ ab aliqua operatione. Illæ actiuæ ab alia operatione, Tunc patet solutio ad argumentum, hæc enim non dicuntur actiua secundum rationem generis. sed comparata ad speciem. Illa nec passiua nisi eodem modo. Nec incõuenit species comparatas speciebus sortiri nomen generis ab operatione specifica. Auerroes autem comento. 9. vult quod eiusmodi dicantur actiua, illa passiua secundum

Respõsio. Auer.

interpretationem nominum Nam thermon, hoc est calidum, psychron, hoc frigidum apud græcam linguam sic dicunt ab illa actione quæ est congregare. Zeron, hoc est siccũ & hygron, hoc est humidum, sic græce dicuntur a terminari termino alieno vel proprio. Et sic hæc actiua, hæc passiua dicta sunt non secundum rem, quia sunt secundum rem omnia passiua & omnia actiua, sed secundum nomina, ac nominum derivationem. Nec est inconueniens aliquod dici tale ab interpretatione nominum, quæ accipitur, partim ad placitum partim ab aliqua ꝓprietate, quod simpliciter non est tale.

Eligit nũc humidum & siccum ex eo quia sunt passiua.

REC O.

Quod probat ex eorum definitionibus ab omnibus concessis. & dicit, quod humidum est illud q̃ proprio termino male terminabile est, bene autem terminabile alieno. Siccũ vero illud, quod bene terminabile proprio male autẽ terminabile alieno. Ipsum vero male & bene terminabile (vt Philoponus inquit) passionum sunt significatiua vnde dicit. humidũ autem indeterminatum proprio termino est, hoc est male terminabile proprio termino. bene terminabile. sup. alieno existens. Siccum autem bene terminabile proprio termino, difficulter hoc est male terminabile termino alterius. at bene terminabile, & male terminabile, vt Philoponus addit passionum nomina sunt Sed multæ hic occurrunt quæstiones, quarum multæ in commentarijs sunt disputatæ Quarum prima est, quia non videtur has definitiones esse assignatas per primas differentias, ac per primas operationes. Calidi enim propria & prima operatio est calefacere, frigidi frigefacere, sicci exiccare, humidi humectare. Secundo, quia respectu propriarum operationum omnes sunt actiuæ, quia calefacere est caliditatem ꝓducere per corruptionem frigiditatis, frigefacere est frigiditatem agere in aliquo per corruptionem caliditatis quæ erat in illo. Simili ratione humectare & exiccare sunt agere qa humectare est ꝓducere, humiditatẽ in subiecto sicco, & siccare est producere siccitatem in subiecto humido, ergo respectu primarum operationum omnes sunt actiuæ Tertio dubitat Philoponus, quia non videtur quod calidum & frigidum sint actiua solum modo sed etiam passiua Patitur, enim calidum a frigido, & econtrario. præterea. Nec humidum & siccum videntur solum passiua. Si enim omnia elementa adinuicem transmutantur, necesse humidum & siccum adinuicem agere Præterea, Ipsemet Aristoteles dicit hic terram in aquam transmutari. Modo hoc fieri nõ potest nisi humidum agat in siccum eodem modo aqua transmutatur in terram, quod nec fieri potest nisi agent sicco in humidũ. Non. n. frigidum aquæ agit in frigidum terræ vel econtrario. ergo humidum & siccum sunt actiuæ. Præterea. Dubitatur tertio, quia respectu tactus omnes sunt actiuæ, & asperum & lene, & graue & leue, & id gen⁹ omnes enim mouent tactum. Adhuc contraria sunt actiua & passiua adinuicem, sed omnia sunt contraria. ergo omnia sunt actiua & passiua cum suis contrarijs, Quærebamus etiam in commentarijs alias quæstiones, quæ bene sunt disputatæ. Vlterius dubitat Philoponus speciatim, qa non videtur sic cum esse bene proprio termino terminabile nam cinis in siccitate existens diffluit. Præterea Flãma est sicca, & terminaẽ, ac configuratur figura causamini, & q̃ magis est, omnia elementa terminari videntur. termino alieno, cum non habeant figuram, nisi a continente, vt dicitur in libro de cælo Pro solutione Philoponus dicit, quod

Declaratio Philo poni.

hæc quatuor possunt cõparari simpliciter, & respectu misti si enim comparantur ad mistum, humidum & siccum passiua sunt, & vt materiæ se habent. Calidum vero & frigidum, vt actiua. & exemplum in constructione laterum & testarum apparet, vbi patet humidum & siccum concurrẽtia materiam testarum efficerent, frigidum vero conglutinat, cum vero ponuntur in fornace, calidum transmutat, & facit testam, quia facit euaporare partes rariores ineptas generationi testæ, congregat partes aptas generationi, & sic respectu mistorum humidum & siccum materiam efficiunt, frigidum & calidum formam. Omne enim mistum fit in medio elementorum, ac vniuersi, vt pote circa terram, cum omnia participent terra. Modo ex hac sola fieri non possunt, cum terra per se incolligibilis est, & ideo eget aqua colligente, & permiscente ipsam hæc vero duo commista licet sint continua, exquisitam comparationem ac cognationem non habent, cum sint alienigena, indigent ergo frigido ea congregante, & calido specificãte ac cõplente gñationẽ quatenus corrigit faciendo, euaporare partes generationi ineptas, & faciẽdo cõgregationem partiũ aptarũ gñationi qua rõne in hac mistura humidum & siccum materiæ rationem habẽt. Calidum vero & frigidum formæ. ergo ratione habita ad mistum humidum et siccum subeunt rationem materiæ et passiui, et calidũ & frigidum rationem actiua. Sui autem. comparentur ad generationem eorum quæ fit ad inuicem, omnes pari modo actiuæ, et passiuæ sunt. Quia ergo Aristoteles respexit est has sub ratione, qua veniunt. ad mistionem, iure alias actiuas alias passiuas appellauit, cum ratione habita ad mistionem, humidum veniat sub ratione, qua bene alieno termino est terminabile, siccum vero sub ratione qua male alieno, et bene proprio terminabile est. At frigidum venit sub ratione, qua siccum et humidum permista bene conglutinat, ac congregat, et sic venit ad mistionem vt est alienigenorum congregatiuum, calidum vero, vt est specificatiuum, & quasi correptiuum, quo constituit similia, & diuidit dissimilia. Infra autem & in qoarto metheororum respexit ad hæc qua teous ex inuicem generantur, & ita appellat omnia actiua, & omnia passiua. hæc ex Philopono, & quidem perpulchre. Ego vero possum dicere diffusius. vt pro parte in commentarijs patet quod

ratione habita ad potentiam, cuius sunt obiecta, omnes istę qualitates sunt actiuæ, etiam graue leue, durum molle, & id genus ratione habita ad mistorũ generationẽ, aliquæ sũt passiuæ. quæ quidem ad illa concurrunt sub ratione materiæ, & secundum operationes principaliter importãtes passiones. Aliquæ actiuæ, quæcunque concurrunt sub ratione formæ, ẽm operationes importantes actionem, Sin autem cõparentur ad generationem elementorũ simplicem, sic solum quatuor sunt actiuæ & passiuæ. Cæterum autem nec actiuæ, nec passiuæ, non enim durum & molle concurrũt vt principia in gñatione aliqua, nec cætera id genus Tunc ad rationes Ad primam patet solutio, Aristoteles dedit has definitiones respectu mistorum, quia horum elementaria principia quærimus, vt proposuit, mô respectu mistorũ hæ sunt ꝓpriæ & primæ operationes. Aliæ vero operationes sunt respectu generationes simplicium, & per idem patet ad secundam, & ad tertiam, & quartam. Ad quartam principalem patet solutio, etiam quia dictum est omnes esse actiuas respectu potentiæ tactiuæ, Ad quintam dicendum omnia quæ agunt & patiuntur esse contraria, nec posse agere aut pati nisi sint contraria. Contra vero non sequitur, quia multa sunt contraria, quæ non sunt actiua nec passiua, vt contraria circa visum. & alios omnes sensus præter tactũ. Ad sextã duplicationẽ de cinere. dicit Philoponus, ꝙ cinis potest terminari, veluti arena, quia pôt accumulari, non sic aqua nisi habeat alienum terminum, quia habet quandam propriam compositionem vt harena, cum vero dicitur cinerem fluere, non dicitur nisi per æquiuocationem, potius enim est sparsio, quàm fluxꝰ ad illud de flamma dicit quod licet flãma possit figurari figura ac termino causam in cõtinentis etiam est proprio termino bene terminabilis, vnflamma posita in plano propriam habet figuram. In camino vero violentum, vt sonitus eius ostendit. Ad autoritatem Arist. dicendum quod ratione habita ad naturam, ac ordinem vniuersalem, omnia elementa alieno terminantur, ratione vero habita ad naturã eorũ particularem, ad naturam scilicet misti, quæ ex his fit. Alia sunt terminabilia male vel bene, alia congregatiua, vt dictum est. Vnde potest solutio hoc pacto reduci ad normam, quia elementa vel qualitates tangibiles, aut possunt considerari secundũ naturam communem & sic omnia sunt passiua, cum omnia & figuram cæli, & alterationes ab illo recipiant, aut secundum naturam particularem. & sic aut ratione habita ad tactum, & sic omnia sunt actiua secundo de anima. aut ratione habita ad generationem mistorum, & sic actiua dicũtur, quæ ad illam concurrunt secundum operationes principaliter significatas per nomina actionem principaliter significantia, vt calidũ & frigidũ, quæ vero cõcurrunt ẽm operationes significatas, p̃ noia principaliter passionem significãtia, dicũtur passiua vt humidũ & siccum Aut rõne habita ad gñationem propriam simplicium, & sic omnes qualitates primæ sunt actiuæ & omnes passiuæ. Ex his sequitur quod congregare & terminari termino sunt primæ operationes elementorum respectiue, quia respectu generationis mistorum, cum secundum illas primo cõcurrãt eum quo tamen stat has operationes non esse primas simpliciter, cum calefacere & frigefacere sint ante cõgregare, humectare & exiccare ante terminari proprio vel alieno termino. Præterea Ante hæc sunt rarefacere & condensa-
Ant. c. 15 re secundum aliquos vt ante congre. Ante vero terminari sunt fluere, & constringere, respectu tamen generationis misti illæ sunt primæ operationes.

Subtile autem & crassum, lubricum & aridum, & durũ & molle & aliæ differentiæ, ex his sunt. Quoniã enim repletiuum est humidum, quia non est terminatũ quidem, bene determinabile autem existens, & quia sequitur ad tangens subtile autem repletiuum subtilium
Dila cida. te. c. eiusdem. *enim partium, & quod paruarum partium repletiuum, totũ enim tangit, subtile autem maxime tale est, manifestum est quod subtile quidem erit humidi, grossum autem sicci.*

Tenue vero & crassum, lubricum, & tenax. siue aridum & durum ac molle, & cæteræ differẽtiæ ex his sunt. Nam cum replere sit humidi; quia non quidem terminatum est, sed terminabile, & contineas sectetur. Si autem tetenue ipsum replens (per paruum enim est) & per paruũ sit replens (totum enim totum tangit) tenue autem maxime tale est. manifestum quod tenue humidi erit, crassum sicci.

Quia multas tactilis assignauit differentias, docet nunc reducere illas. Est hoc p oponit d Tenue vero & crassum lubricum & tenax, & durum & molle, & cæteræ differentiæ ex his sunt. hoc est ad humidum & siccum, reducuntur tanquã species ad gña. Et primo hoc syllogizat de tenui & crasso. Et facit vnũ enthymea, ꝙ põt resolui ad syllogismũ & ad per syllogismum sic. omne replens humidum est. tenue replet. igitur tenue humidum. pro syllogizatur maior sic. quod non termino proprio terminatur, sed sequitur figuram continentis, est humidum, vt per definitionẽ patet. Sed replens termino proprio non terminatur, sed figura continentis. igitur replens est humidum. Com. 15

Minor prosyllogizatur etiam sic. omne perparuum replet. tenue perparuum est. tenue replet. minor prosyllogizatur adhuc. omne totum tangens totum, perparuum est tenue totum rãgit totum. igitur tenue perparuum est (Inquit) Nam cum replere sit humidi. hæc enim est syllogismi principalis maior. videlicet omne replens humidum est. replere græce est anaplesticon, quod cum latine dictum non sit repletiuum, replere tanstuli hæc est maior principalis sylogismi Deinde tangit minorem prosyllogismi probantis maiorem hanc. Et inquit. quia non quidem replens ipsum terminatum est, sed terminabile, & continens sectetur. Hoc græce sic dicitur hacoluthin aprometeno. Et est sensus quod figuratur ad figuram continentis, siue contangentis. Hæc est minor prosyllogismi maioris. Deinde tangit minorem syllogismi principalis d. Sit autem tenue ipsum replens Hæc est minor. & hanc prosyllogizat d. perparuum enim est, & hæc est minor prosyllogismi. & perparuum replet hæc est maior. prosyllogizatur adhuc minor huius sic, totum enim paruum tangit totum tenue maxime tale, id est maxime tangit totum & ita tenue maxime paruum. Tunc infert conclusionem, principalem dicendo, Manifestum quod tenue erit species humidi. crassum autem sicci. Animaduerte quod illud quod græce dicitur micromeres, hoc est paruarum partium siue paruæ partile, dixi perparuum, clarius erit. RECO.

Cum demonstrauit, quod duæ sunt primæ contrarietates altera actiuorum, altera passiuorum, nunc reliquas omnes vult in has reducere, &, hoc proponit, & dicit. Subtile autem & crassum, & lubricum & aridum, & durum & molle, & aliæ differentiæ, ex his sunt, hæc est conclusio. Quo vero ad verba attinet, addit {et aliæ differentiæ} vel propter lenitatem, et asperitatem, quas, prius enumerauit nunc non. vel propter alias differentias, quas postea per diuisionem sicci & humidi assignabit. Duxit {ex his sunt} vt Diuus Thomas inquit, quia hæc sunt, vt effectus illorum, subtile enim est effectus humidi, sicci vero crassum. Philoponus aũt vult hæc contineri sub illis, vt in sui generibus. Hac conclusione posita, eam probat syllogismo quia omne repletiuum est humidũ tenue siue subtile est repletiuum. ergo tenue est humidum (inquit) Quoniam enim repletiuum est humidum, hæc est maior, quam probat. primo, quia repletiuum proprio termino non bene terminabile est, alieno vero bene terminabile existens. secundo, quia sequitur tangens, hoc est figuratur figura continentis, & sic patet maior. assignat minorem, & inquit. Subtile autem. sup. omne est repletiuum, probat quia ꝙ est paruarũ partium est repletiuum, & subtile est paruarum partium ergo est repletiuum, quod autem quod est paruarum partiũ sit repletiuum, probat quia quod totum tangit, totum est repletiuum, quod est paruarum partium, totum tangit totum: ergo quod est paruarum partium est repletiuum, & sic patet minor, tunc dat conclusionẽ. s. quod subtile sit humidi

midi, crassum vero sicci. s. vt Philoponus dicit pp cōtrarias cās, qa crassum nō est bene repletiuū, nec alieno termino bene terminabile. Sed occurres de cinere, & hauena, quæ sunt repletiua, & paruarum partium, & tamen non attinet ad humidum, sed ad siccum. Dicendum q̄ ea quæ Arist. dicit, debent intelligi simpliciter, & non comparabiliter. Cinis enim & arena sunt repletiua comparabiliter ratione habita ad lapillos, & ramenta lignorum, simpliciter aūt nō. At farina (vt Philoponus inquit) repletiua est, cum penetret per porulos valde paruos, per quos vnum penetrat, ideo farina attinet ad humiditatem. Ex his sequitur quod Aristo. vult subtile esse humidi, quo attinet ad illud, nō quo est simpliciter ingenere illius (vt voluit Philoponus) tu vero in his animaduerte. Anti. c.16

Dilucid. te. c. eiusdē. *Rursum autem lubricum quidem humidi (lubricum enim humidum aliquid passum est velut oleum) aridū autem sicci. Aridum enim est, quod perfecte siccum, adeo vt coagulatum sit propter defensionem propriæ humiditatis.*

Com. 16 *Amplius autem lubricum quidem humidi est. nam lubricum humidum quoddam est quod passum est, velut oleum. Aridum vero est sicci. nam aridum est perfecte siccum, ita vt etiā gelicidia humoris defectu sint.*

Reducit lubricum & aridum ad humidum & siccum, nā lubricum superaddit humidu tenacitatem quandam, propterea quia passum est a sicco. & inde sortitur aliquam siccitatem & tenacitatem. veluti oleum. Aridum vero superaddit sicco excessum siccitatis. Signum affert ex gelicidiis, in quibus humor totaliter euanuit vt in crystallo. Animaduerte vt bene dixit Auerro. quod hæc sunt nominum intepretamenta, quæ accipiuntur ab aliqua proprietate, & partim a voluntate, vt in libro de interpretatione dicitur. RECO.

Quo quidem modo subtile attineat ad humidum, crassum ad siccum, ex hisce patet. Quod autem lubricum ad humidū, & aridū ad siccum attineant, nunc probat (& inquit) Rursus autē lubricum quidem humidi est, hoc est ad humidum attinet, vt viscus, pix, oleum, cæra liquida, & id gen⁹, probat, quia lubricum est humidū, quod passum est a sicco aliquid, vt tenacitatem, vt oleum. Addit enim humido tenacitatem, quam a sicco passum est. Quod autem aridum attineat ad siccum probat. Aridum enim est, quod est perfecte siccum, adeo vt & coagulatum sit propter defectum humidi proprij, vt crystallus, cuius propria humiditas euanuit prima frigiditate loci. ergo lubrica attinent ad humidum, arida vero ad sicum. Aad. c. 17

Dilucidate. c. eiusdē *Amplius molle quidem humidi, durum vero sicci est, molle enim quod cedit in seipsum & non obsistit, quod quidem facit humidum, & ideo non est humidum molle, sed molle humidi, durum autem sicci. Durum .n. est, quod coagulatum est, coagulatum autem siccū est.*

Com. 17 *Adhuc molle quidem humidi. durum vero sicci sunt Nam molle est id qud valde cedit, & non resistit, quod quidem facit humidum. Propter quod & humidum nō ipsius mollis est, sed molle humidi. At durum sicci erit. nam durum gelidum est. gelidum vero siccum.*

Reducit molle & durum, & vt dictum est ab interpretatione nominum (inquit) Adhuc autem molle quidē humidi. Durum vero sicci species sunt Nam molle est id quod valde cedit, & non resistit, quod quidem facit humidum, hoc est quod est humido accommodatum. Animaduerte quod hypicon græce, latinē sonat subijciens, sed hic sonat cedens

Nota. Itemque antiistamen non græce, latine sonat surgens, cōsonat tamen magis hic pro resistere Propterea infert q̄ & humidum non ipsius mollis est species. Sed magis econtra molle ad humidum reducitur. nam molle participat humidi proprietat. & non econtra. Itemque omne molle est humidum, & non econtra. Animaduerte quod fecit Arist. Dubitatio

hic differentiam hanc, & non in alijs, quia apud quosdam græcos malacon & hycron confundebantur & non differebant. In cæteris nulla fuit differentia. nos autem latini sæpe molli pro humido vtimur. cætera patent. Dubitares forte, quia siccum videtur potius species duri. nam omne siccum durum, & non econtra. cum cælum durum ponatur, & non siccum. Itemque cur subricuit asperum & lene Respondēt quidam est primum quod durum cuius coagulatio est a sicco est siccum Durum autem cæleste nō est siccum, nec durum cuius coagulatio est a frigido, aut sicco & frigido simul. nam metalla dura sunt. & nō sicca. Ego autem credo quod cœlum non sit durum. quando quidem durum ab Aristot. ponatur qualitas tactilis nisi durities dicatur æquiuoce, & sic oppositum non destruit. Dicerem quoque omnem duritiem effici ob defectum humidi, & per consequens a sicco: defectum dico actualem non potentialem, & sic metalla erunt actu sicca, propter actualem defectum humoris. Verū vero sint potentialiter humida, medicis omitto. Animaduerte quod gelidum & coagulatum hic non differunt, voco enim gelidum omne priuatum humore actuali. Et hoc alchimici coagulatum siue congelatum vocant. Melius tamen diceretur constans: esset. n. commune pluribus, sed nomina grammaticis omitto. Respōsio aliquorum Respōsio propria. RECO

Quo quidem modo lubricum ad humido, & aridum ad siccum attineant, ex hisce constat, quomodo vero molle ad humidum, & durum ad siccum attineant, nunc expon t, & dicit. Amplius molle quidem humidi, hoc est ad humidum attinet, durum vero sicci est, & ad siccum attinet. Quod molle attineat ad humidum, probat, quia molle est quod cedit in seipsum, & non obsistit tāgentibus. Immo cum comprimitur, ad se retrahitur. Modo hoc idem facit humidum, ergo attinet ad humidum. Verum Aristo. quasi obiter, ex hac declaratione, colligit quod in plus est humidum quam molle, cum omne molle ad humidum attineat, non autem omne humidum molle est. Aqua enim humida est, quæ non est mollis, metalla quoque humida sunt, & non mollia. (vt Philopnus autumat) Quod autem durum ad siccum attineat, probat quia durum expiratione humidi proprij est coagulatum, & ita siccum, & sic patet Quatenus hæc ad illa reducuntur. Auer. 18

Dicuntur autē siccum & humidum, multifariam. opponitur enim sicco & humidum & vdum. & rursus humido & siccum & coagulatū. omnia autem hæc, sunt sicci et humidi primorum dictorum. Dilucidate c. eiusdem.

Dicuntur autem siccum humidum & multifariam. nam sicco & vdum & humidū opponuntur. Atque etiam humido siccum & congelatum. Sunt vero hæc sicci & humidi eorum quæ prima dicta sunt.

Com. 18 Declarata reductione, remouet dubiū. posset enim quis dicere vtrum humidum & siccum sint vno tātum modo dicta, Respondet quod humidum multipliciter dicit. & siccum similiter. Vdū. n. & humidū ambo humida dicūtur. qa ambo sicco opponūtur, siccum & cōgelatum ambo sicca, quia humido opponūtur. Propterea concludit quod vdū & congelatum, quæ sunt humidi & sicci, etiam sunt enumerandæ inter primas tactiliom differentias.

His reductis, nunc subdiuidit siccu & humidum. Vbi debes scire, quod siccum est triplex, aliud quod in superficie est siccum, vt assatum & lapis superfusa aqua. Aliud quod in profundo est siccum, vt valde elixatum, & coagulatum. Aliud quod in vtroque est siccum. vt lapis absolute. Aristoteles primo probat quod si siccū sit multiplex argumēto (vt inquit Philoponus) a contrario, quia habet duplex & fortasse triplex oppositū, ergo ipsum est multiplex: vnde dicit. Dicuntur autem siccum, & humidum multifariā nō æquiuoce (vt Philoponus innuit) sed multiplicitate specierum, probat & primo quod siccum sit multiplex loco ab opposito (& inq:) Opponitur enim ipsi sicco, & humidū, & vdum, supple tu, & perfusum, Intelligit enim (vt arbitror) per humidum, quod in vtroque est humidum scilicet & in superficie, & in profundo, et ideo per excellentiā quod in vtroque est tale, erit dicendum simpliciter humi- RECO.

dum ergo siccum est multiplex. Quod autem humidum multiplex sit, probat eodem loco a contrarijs, & dicit Et rursus humido opponitur siccum simpliciter, quod est siccum in superficie & in profundo, & eidem opponitur coagulatum, quod est siccū in profundo & supple etiā eidē opponitur siccum in superficie, quod de licentia dicatur exiccatum. ergo humidum multiplex est, & addit quod omnia hæc sunt sicci & humidi, quæ prima genera dicuntur. Nam humidum in vtroque & vdum, quod est humidum in superficie & persusum, quod est humidum in profundo sunt sub ipso humido tanquam sub genere. Simili ratione siccum in vtroque, & exiccatum quod in superficie siccum est, & coagulatum, quod in profundo siccum est, sub ipso sicco sunt, tanquam sub genere. ergo siccum & humidum de multis speciebus dicuntur.

Anti. 191 *Quoniam enim vno opponitur siccum & vdum quidem est quod habet alienigenam humiditatem superficietenus, persusum autem quod in profundo, siccum autem priuatur hac, palam est, quod vdum quidē erit humidi, oppositum autem siccum primi sicci. Rursus autem humidum & coagulatum similiter. humidū enim est, quod habet propriam humiditatum in profundo. coagulatum autem priuatur hac. Quapropter & horum erit hoc quidem sicci, hoc autem humidi.*

Dilucida. m, c, eiusdē *Et quoniam vdo opponitur siccum, & vdum quidē est quod exteram superficietenus humiditatem habet infusum autem in profundo. Siccum autem quod hac ipsa priuatur, manifestum quod vdum erit humidi. Huic autem contrarium siccum erit primi sicci. Adhuc autem humectum & congelatum similiter. Humectum quidem enim est quod habet propriam humiditatem in profundo congelatum illud est quod hac ipsa priuatur. Quare & horum erunt, hoc quidē*

Com. 19. *humidi. Illud vero sicci.*

Humidi duæ sunt species primæ, vdum videlicet quod dieron dicitur Et infusum quod & veuregmenon. dieron illud dicitur. quod in superficie humorē habet. Et hoc dupliciter vel a natura tale est. & hoc per licentiam madidū appello. vel ab alio. & hoc voco madefactum. veoregmenō est, qꝫ in profundo humorē habet. & hoc dupliciter, vel per naturā & dicatur humectū. vel ab alio, & dicai humefactū. Sic ipsius sicci duæ sunt spēs, quæ geminatæ erunt quatuor, nam quot modis dicitur vnum oppositorum tot & alterum dici necesse est. Verum hæc nomine carent. hanc multiplicitatē ostendit. d Et quoniam vdo ponitur siccum, & vdum quidem est, quod exteram superficietenus humidum habet. Infusum quod habet in profundo. Siccum quod hac ipsa vtraque priuatur, manifestum quod vdum erit species humidi, huic autem contrarium siccum. quod nomē nō habet, erit species primi, hoc est generici sicci, ad vdum igitur opponitur quoddā siccum nomen nō habēs. Adhuc autem humectum, quod græce per carentiam nominum hygron dicitur, & est species infusi, & congelatum similiter opponuntur. humectum quidem enim est quod habet propriam naturalem humiditatem in profundo, cōgelatū huic oppositum est illud, quod hac ipsa priuatur. In cæteris omisit explicare oppositiones, quia patent. Et cōcludit, quare & horum erunt hoc quidem species humidi, vt vdum & infusum. illud vero sicci, quod nomen non habet, Hæc de multiplicitate humidi & sicci, & oppositione breuibus dixit.

RECO Accepit quod siccum & vdum opponātur, & quod coagulatum & humidum similiter, nunc hæc probat, & primo probat primum, deinde secūdum, & in probando primum, primo illud proponit, & dicit Quoniam enim vdo opponitur. siccum scilicet quod in vtroque est siccum, est ergo conclusio, vdum, & siccum vtroque opponuntur, probat, & sumit tres suppositiones, prima est, quod humidum simpliciter, quod in vtroque est humidum, habeat superficietenus alienigenā humiditatem, patet, quia cum eam habeat in vtroque, etiam in superficie habeat, necesse est. Secunda est quod persusum est illud, quod habet humiditatē in profundo, patet ex quid nominis eius. Tertia est, quod siccum simpliciter in vtroque est, quod priuatur, sc. vtraque humiditate, cū sit siccū simpliciter, in vtroqꝫ, Ex his infert duo, & vdū sit humidi, hoc est attineat ad humidū tanquā illius pars, & qꝫ ipsi vdo, oppositum sit siccū simpliciter in vtroque, qꝫ est species prima & cōmuni sicci, quod est conclusio proposita, deinde probat secundam, & primo proponit illam. & dicit. Rursus autem humidum scilicet simpliciter quod est in vtroque, & coagulatum quod est siccum in profundo. Similiter opponūtur, vt siccū in vtroque, & vdum, quod probat per duas suppositiones Quarum prima est quod simpliciter humidum quod in vtroque est humidum est etiā quod habet propriam humiditatē in profundo, patet quia si habet in vtroqꝫ, et, in profundo habet. Secūda est, qꝫ coagulatū est qꝫ priuatur totali humiditate. ergo opponūtur, sicut & definitiones ipsæ oppo ni videntur, hinc concludit, quod coagulatum erit sicci, humidū in vtroque vero erit sicci, & sic opponi videntur. Quod vero ad verba attinet, debes scire qꝫ humidū in profundo & humidum in superficie differunt dupliciter. primo, quia quod est humidum in profundo, non est humidum nisi propria & naturali humiditate, vt metalla Humidum vero in superficie humidum est extera & alienigena humiditate. Secundo differunt penes locum humiditatum, quia alterum in superficie, alterum in profundo humiditatem habeant. At humidum simpliciter in vtroque, partim natura, partim alienigene humorem habet. Simili ratione & de siccis differentiæ sunt. Quæ vero nos ... tantis diximus pulchre dicta sunt, sed hæc ex Philopono colligimus. Dilucida. te, c. eiusdem.



Manifestum est igitur quod & omnes aliæ differentiæ, reducuntur ad primas quatuor. hæ autem non amplius in minores. neque enim calidum est quod siccum, vel quod humidum. neque humidū, quod calidum, aut quod frigidum. nec frigidum & siccū subinuicem nec sub calido & humido sunt. Quapropter necesse est, quatuor has. Com. 20.

Manifestum igitur quod cæteræ omnes differentiæ in has primas quatuor reducuntur. Hæc vero non amplius in pauciores. Non enim calidū est quod humidū. vel quod siccum. neque calidum, vel quod humidum, vel quod frigidum neque frigidum & quod siccum neque subinuicem, neque sub calido & humido sunt. quare necesse est has esse quatuor. Dubitatio

Concludit nunc quatuor esse primas qualitates & intendit sic arguere. nō possunt esse plures quam quatuor, nec pauciores quam quatuor. igitur tantum quatuor sunt. qꝫ non plures, declaratum est, quia cæteræ aliæ reducuntur ad humidum, & ad siccum. graue vero & leue actiuæ qualitates non sunt quod non panciores probat quia nec actiuæ ad passiuas, nec passiuæ ad actiuas. nec actiua & passiua ad actiuam. nec passiua & actiua ad passiuam reduci possunt & sic sunt quatuor primæ qualitates tantum. Et quæ dicit patent Dubitares forte cur Aristot. prætermisit rarū & densum. Respondet Alex. hoc fecisse. quia rarum & densum reducuntur ad graue & leue. aut ad durum, & molle.

Sed

Sed contra obiicit Auerro. rarū nō pōt reduci ad molle quia
Prima quæstio. vitrū est rarū & durū, neq; densū ad graue. quia nubes dē
sæ, sunt lenes & molles. melius igit̄ dicendū q̄ tacuit has
quia nō sunt actiuæ nec passiuæ. sed cōtētes has; Solēt q̄ri duæ
q̄stiones prima verū tātum quatuor sint primæ qualitates.
Secūdo verum harū duæ actiuæ sint calidū & frigidū. duæ
Ordo quæstionis. passiuæ hum dum & siccum. Quantum ad primum vide-
tur quod pauciores sint, immo vna, quia quod per super-
abundantiam dicitur vni soli competit. Videtur etiam q̄
plures, quia lux & motus, raritas densitas, figura & cæte-
Positio recentiorum de qualitatibus cæli. Quod cælo insint influentia. ra id genus. In isto quæsito primo disputabitur de qualita
tibus cælestibus. Secundo, de qualitatibus elementorū quæ
videlicet cōpetāt elemētis. Tertio, qualitates quæ dicant̄ acti
uæ, & quæ non. Quarto, de proposito. Quātū ad primū te
nēt recētiores cælo & stellis tres cōpetere qualitates, motū
lucem, & influentiam. quod quidem eis insint motus, & lux
omnes conueniunt, vt Aristot. secundo cæli, & Auer. com.
42. & in libro metheo. Quod autem influētia & alia ab illis
declarant. primo quia cælum non esset causa omnium qua
litatum. nam per motum & lumen solum causat calorem.
& sic cæteræ qualitates non essent a cælo. Secundo, cælum
conseruat terram in loco sibi naturali, & nō nisi per influē
tiā. Tertio, terra melius afficitur terra de nocte quam de
die, vbi minus illuminatur. igitur ab influentia melius affi-
citur. Quarto, cælū mouet ignē, & nō p hoc q̄ cælum intret
ignē nec per hoc q̄ sit illi continuum. nec per lumen, quia
non est aptum mouere igitur per influentiam, quæ est qua
litas intētionalis alia motu, & lumine. Quinto. in visceri-
bus terræ procreantur quædam & non a calore multipli
cato in aere & aqua. igitur ab influentia Sexto, multæ res
naturales a specie propria sortita sunt idiot opias ac virtu
tes insensibiles. igitur a maiori cælum. Septimo. Ptolomæ⁹
Positio nostra de influentia. primo apotelesmatum ponit Saturnum frigidum, Martē
siccum, & cæteros cæteris modis affectos, & non per quali-
tates sensiles. igitur per influentiam. Tenēt igitur quod in
cælo sunt duæ qualitates quæ nobis ingenerant calorem.
lumen siue lux & motus, & ambæ sunt sensibiles quod.
sol luceat cæteræque stellæ, patet quod vero moueantur
varius motibus. instrumentis sensibilibus etiam deprehen-
sum est. Vltra, has adhuc ponūt aliam insensilem siue inten
tionalem quam influentiā vocāt. Est autem hæc non vni⁹
generis, sed & frigefactiua quandoque, interdum cale-
Signū efficax. factiua interdum humefactiua, & quandoque exiccatiua,
ac cæteris modis actiua. Astipulantur huic astrologi qui-
dam, quia in æstatis consistentia sæpe spectatum est ma-
gnum frigus, quod esse non potest, nisi a constellatione,
quæ nobis mittit intentionalem affectionem, quæ in aere
apto infrigidari frigiditatem efficit. Simili ratione & in
hyeme visus est quandoq; calor. vt hyeme proxima
vbi frigus non percipimus, quod esse potuit a conuentu
Dubitationes contra se. trium planetarum Saturni, Iouis, & Martis in cancro, quæ
affectionem illam affecit occultam. Sed obijcies primo, quia
sic cælum per influētiā terram conseruaret sic multiplica
tā in sphæra terræ, tunc terra naturaliter ascēderet, quia a
gēs naturale corporeū fortius agit in propinqua quā in re
motū igitur influentia cōseruatiua terræ fortior erit pro-
pe cælū quam in sphæra terræ. igitur lo cus versus ignē, &
Responsiones, eorū. cælum, aptus est terrā magis conseruare. igitur terra debe
ret ascendere versus cælum Secundo tunc ignis non con-
seruaretur in loco naturali, quia ibi influentia terra conser
uatiua viget Respondet & tenent quod elementa locan-
tur per eiusmodi influentiam a cœlo ad cētrum terræ dif-
formiter multiplicatam. Vbi animaduertendum quod in-
fluentia calefactiua multiplicatur vsque in sphæram aquæ
exclusiue. Nam vt caliditas realis est multum actiua et pa-
rum resistiua sic ad minimam distantiam illa calefactiua
influentia multiplicatur. ideo non nisi ad sphæram aquæ,
et quia frigiditas magis resistit, et minus agit sic multipli
catur eius influentia vsque in centrum. Itemque sicut hu-
miditas fortius agit quam siccitas sic influentia illius ad
minus multiplicatur vt vsque ad sphæram terræ exclusi
ue. & quia siccitas maxime resistit. ideo illius influentia ma
xime multiplicatur vsque in centrum Tunc per hanc fi-
ctionem saluant elementorum situm. quia enim calefacti-
uæ influentiæ maxime vigent in sphæra ignis propter q̄
influentia frigefactiua ibi impeditur ab effectu quem nata
est conseruare, ideo ibi ignis situs est Deinde aer. quia ad
huc influentia viget calefactiua, & viget valde humefacti
ua deinde aqua. deinde terra per similes rationes Tunc pa
ter ad dubitationes. Ad primam dico quod licet sit influen
tia terræ sic prope cælum, tamen ibi terra generari nō po-
Quid de luce dicāt. De ordine eorū quæ cælo insūt test. quia est impediens. vt influentia calefactiua ibi fortior
est ideo ibi ignis collocatur. Amplius principaliter secun-
do tenent quod lux cælestis, & lux elementaria differant
specie, quia illa est prima qualitas, elemētaria vero secūda.
Tertio tenent quod licet lux, & motus per se insint cælo,
motus, est prior luce, & cælo, prius inhærens. Tum quia
motus circularis est primus motuum. 8. Physi. Tum quia
per motum immediatius agit, quam per lucem. Tum etiā
quia motus est instrumentum per quod prima causa per
Impugnatio. prius agit. Quarto, tenent quod lux est prior influentia.
Tum primo, quia influentia est fortior cum lumine quam
sine lumine, tum etiam, quia actio lucis est manifestior.
de influentia. hæc dicunt recentiores in prima parte quæsiti, Hæc & si co
lorate dicta sint, mihi tamen probabilius & verius omniū
istorum videtur oppositū. Et primo probo quod vltra ca
lorem a luce & motu causatum non est alia influentia. Pri
mo quia motus cæli est omnibus vita quæ per naturam
subsistunt 8 physico. sed motus non causat nisi calorem.
igitur nulla est influentia præter calorem. Secundo, Aristo
in secundo cæli tractans cæli omnia accidentia, influentiæ
nihil meminit. igitur ibi erit diminutus. quia prætermisit
vnum accidentium essentialium Tertio, Aristot. in libro
metheo, assignans causas omnium impressionum ex calo
re solū assignat ex parte cæli, & ex vapore ex parte ter-
De locatione elementorum. ræ. Modo valde facile sibi fuisset assignare cās ex influētia.
Et sic de mente Aristotel. non est dubitandum circa hoc,
quia nullibi dixit & prætermisisset, vbi sibi fuisset
necessarium dicere. De locatione vero elementorum,
vt mihi videtur, valde errant. Arist. enim in quarto cæli &
tertio physico de locis elementorum loquens, nunquam
aliud vult nisi elementum contentum locari per superficiē
elementi continētis, cuius causam subscribit Auer. quarto
physic. commen 42. quia elementum contentum quiescit
in elemento continente, & mouetur ad illud vt in finem
& formam; veluti ferrum ad magnetem, & nunquam in
fluentiæ meminit Sed arguitur per rationem primo, influē
tia frigefactiua, est pollentior in sphæra ignis quam in
sphæra quam in sphæra terræ, per eos. igitur semper
ignis erit violentia. vel saltem ignis violenter aliqua-
tenus ibi collocaretur. Secundo, vel illa influentia
recipitur in pleno vel in vacuo. non in vacuo, quia non
datur. Si in pleno tunc in aere, & igne, & aqua reciperetur
& sic violentum esset perpetuum. vt illa influentia violen
ter esset in illis perpetua. Tertio non potest realis frigidi-
tas terræ stare in eodem subiecto cum caliditate ignis. nec
illius siccitas cum humiditate aeris vel aquæ. igitur influen
tia frigefactiua non potest stare cum reali caliditate ignis
in eodem subiecto: nec influentia exiccatiua cum reali hu
miditate aeris. tenet consequentia. quia influentia illa est
fortior quam eiusdem realis qualitas, quia est a causa pollē
tiori vt a cælo: Quarto, influentia calefactiua multiplicat̄
vsq; in centrū vt patet pp illa quæ ibi generantur quæ nō
gñarentur nisi ad illa perueniret calor cœlestis qui est si cun
ctis vita. 12 metaphysi. com. 18. igitur non tantum vsque
in sphæram aquæ exclusiue, immo vsque in fundum aquæ
propter pisces ibidē genitos. Quinto, frigiditas causatur
De luce & pera positio, Confutatio, de luce. per priuationem causarum calefacientium sed prope cælū
adsunt omnes causæ calefactiuæ vt motus & lumen. igitur
nullo modo ibi potest frigiditas causari. Vlterius nō vt ve-
rum quod lux cælestis, & lux elementaria differant spe-
cie. primo, quia quæcūque conueniunt in aliquo accidente
essentiali, specifico nō differunt specie essentialiter. sed lux
cœlestis, & lux elementaria cōueniūt in illo essentiali accidē
te, vt in actore diaphanum. igitur non differunt specie. Se-
cundū, vtræque generant calorem essentialiter. Tertio
vtræque sunt obiectum visus essentialiter. igitur non dif-
ferunt specie.

Videtur etiam esse probabiliter dicendum quod lux cælo prius insit quam motus, quia potest intelligi in esse illi motu nō inexistente, vt quando cælum quiescit adhuc lucere intelligi potest.

De ordine eorū quæ cælo insūt Declō positionis quantū ad omnia.

Propter hæc primo declaramus opposita horum. Secundo ad rationes respondebimus in contrarium. De primo videtur secundum Arist. esse dicendum, cælum agere in nos lumine & motu. Is namque calorem efficit in sphæra hac elementaria, quo cuncta sunt & agunt. Verum ista calor non semper idem & æqualis. Est enim nunc intensus, nunc remissus, nunc generatiuus, nunc interemptiuus & varius ac varius prout stellæ varijs rationibus configurantur & ad luminaria & inter se vna, cum multiplex sit cælestis mistura, & calor iste lumine & motu causatus varius existit. Ex hoc sequitur quod influentia & calor non differunt nisi ratione. vt enim productiuus caloris in subiecto apto calefieri calor est, vt vero aptus efficere omnia, quæ virtute cæli fiunt, influxus siue influentia dici potest. Secundo sequitur quod omnes stellæ apud Aristo. influunt calorem, vt Auerro. declarat secundo cæli commen. 42. verū aliquæ dicuntur influere frigiditatem, aliquæ siccitatem, aliquæ humiditatem, non quidem simpliciter, sed in respectu, vt dicit. Et sic prout cum luminaribus varijs configurationibus consituuntur, sic variant calorem, cum nunc frigidiorem facientes in respectu, nunc humectiorem, nūc sicciorem ac varijs rationibus varium. De hoc in libro cæli, & in libro de substantia orbis satis. Tunc ad rationes contra hoc. Ad primum dico quod cæteræ qualitates non fiunt immediate a cælo, nisi in respectu, sed bene mediate. Calor enim cælestis eleuans vapores ab aqua in media regione generat gelaciditatem, ad quæ frigiditas sequitur maxima, siue aliter eleuans exhalationes in septentrione generat ventum septentrionalem ad quem sequitur frigus. Et sic calor ille immediate frigiditatem non generat, sed bene mediate. Et si immediate fiant illæ a cælo non fiūt nisi in respectu. Similiter de cæteris dicatur. Ad secūdū & ad tertium patebit responsio per ea quæ dicam de locis elementorum. Ad secundum dicendum quod mouet ignem per influentiam non distinctam a calore cælesti. Ad quintū dicendum quod penetrat illuc calor cælestis cantus per lumen, quod calefacit terram per partem post partem, & per motum varijs figuris lumen illud variando. Ad sextum negatur similitudo, quia in illis non sufficit qualitas sensibilis pro specie illarum conseruanda, sed cælo satis sunt lumen, motus. Ad septimum Ptolomeus loquitur de illis in respectu. Ex his sequitur quod nulla qualitas per se, & immediate secundum esse simpliciter efficitur a cælo præter calorem. Cæteræ vel fiūt in respectu, vt in hyeme frigus, in vere humor, in æstate calor, in autumno siccum, vel fiūt simpliciter, & hoc mediate, vt quādo per calorem cælum producit ea ad quæ cæteræ sequuntur qualitates. De his aliqua tetigi in libro nostrarum calamitatum, de locis elementorum vero Auerr. quarto cæli cō. 23. in fine aperte loquitur.

De locis elementorum.

Vult enim quod elementum continens sit forma, & finis elementi cōtenti. & hoc propter qualitatem symbolam, vt ignis continet aerem propter calorem symbolum, aer aquam, aqua terram propter idem. Et propterea nō oportet ponere aliud præter symbolas, & communes qualitates pro locatione elementorum. nec oportet locum esse omnino in omnibus similem locato, sed satis est, vt sit illius conseruatiuus per aliquid eius.

Tunc ad rationes. Ad primam quæ erat secunda, dico quod terra conseruatur in loco naturali per symbolum nō per aliud. Ad secundū dicendū q nec motus nec peius terra afficitur secūdum naturam terræ, quia semper continetur ab aqua, sed bene per accidens. Et p hoc soluis problema. videlicet quare in æstate fit frigiditas. Respondetur q illud est quia calor euarcitus propter motum configurationum stellarum ingenerat grandines vel ventum septētrionalem ad quæ sequitur frigus. & sic illud fit mediate: hæc de locatione elementorum. Vlterius dico quod qualitas prima & secunda non differunt specie, nisi accidentali, vt calor cælestis & elementaris non autem essentialiter. Propterea lux cæli, & lux elementaria accidentaliter differunt specie, non autem essentialiter. Vlterius etiam dico quod lux est prior motu, & est posterior. Secundum subiectum quidem motus prior est, quia insequitur quantitatē seu corpus in eo quod quantum. lux insequitur cælum in eo quod quale modo quantum est prius quali. Sed si cum prioritatem consequentiæ lux prius cœlo inest, quia potest ei in esse moto, & nōn moto. Et per hoc patet ad rationes. hæc de prima parte quæsiti. Quantum ad secūdum tenent quidam quod tactiles qualitates tantum elementis competunt quia tactiles competunt, & nullæ non tactiles. vt Aristot. enumerauit in litera. Alij vero tenent quòd competant eis tactiles, & visiles. Quod quidem eis competant tactiles ex textu patet. quod vero visiles declarāt, & supponunt colorem non esse aliud quam luminis reflexionem, siue lumen opacum, sed lumen potest reflecti a terra & effici opacum ab illa igitur terra potest esse colorata. Secundo cuicunque competit posterius eidem competit prius, sed elementis competit tactile, quod est posterius. igitur visile quod est prius. Eis tamen neque sapor, neque odor, neque sonus competere potest. Sapor quidem & odor non competunt, quia hæc sequuntur misturam primarum qualitatum. De sono est dubium quia sonus est sub ectiue in aere, quia fractio est in fracto, & motus in mobili. Modo sonus vel est fractio & motus aeris, vel non sine motu & fractione. igitur est in aere. Forte q sonus subiectiue est in aere, denominatiue in corpore duro. Et tunc iuxta hæc oportet dicere elementis competere qualitates sensiles tactu, visu, & auditu. non tamen omnibus. Verū tenendo quod color causetur ex mistura qualitatū primarum. dici potest quod elemētis subiectiuæ competūt tactiles & audibiles qualitates. visiles vero nō. ra vero quære in secundo de anima. hæc de secunda parte.

Secunda pars quæ qualitates sint elementorum.

De tertio tenent omnes quod actione reali & alteratiua siue corruptiua solæ quatuor tactiles sunt actiuæ & passiuæ, vt calidum frigidum, humidum siccum. Declaratur, quia visiles non sunt inuicem actiuæ ac passiuæ, nisi intentionaliter in visum, audibiles, gustabiles, odores etiam in proprios sensus. De tactilibus solę illæ sunt actiuæ & passiuæ, quia solę illæ agunt & patiuntur inuicem. cæteræ cū simul stare possint proximæ, non dicuntur actiuæ & passiuæ. Ex his patet primo quod graue & leue non dicuntur actiuæ & passiuæ ad sensum datum. quia solum motum efficiunt, inuicem tamen approximatæ nō agunt & patiūtur. Item etiam vel lumen & motus, & si producant calorem. quia non agunt cum contrarietate, quia possunt stare cū frigiditate. Sed ambigunt quæ sit cā remissionis & intensionis cæterarum qualitatum si non sunt actiuæ neque passiuæ vt vnde albedo intenditur & remittitur. Respondent eiusmodi qualitates intendi & remitti per intensionē & remissionem suarum causarum hoc est proportionem primarum qualitatum ad quas sequuntur. hæc de tertia.

Tertia pars est quæ sint actiuæ.

De quarta Arist. in litera vult quatuor esse primas qualitates actiuas non inuicem reducibiles, nec coincidentes. cacū dico quæ generatis & corruptibilibus competunt vt calidum frigidum, humidum & siccum. Istæ dicūtur primæ, non quidem simpliciter, sed respectu generabilium, quia lux est prior respectu cœli actiuæ propter graue & leue, & cæteras id genus, quæ non dicuntur actiuæ nisi æquiuoce. non coincidentes, quia specie essentialiter differunt, nec in alias reducibiles, quia cæteræ reducuntur in has quatuor, & ipsæ in nullas nec inuicē, vt in textu deductū fuit. Dicūtur etiā priores alijs & tēpore & causa. Tempore quidē, quia possunt alicui inesse sine alijs, & aliæ non sine ipsis. Cā vero non quidē principali sed dispositiua, quia redactæ ad certā pportionē sunt instrumētū quo forma misti, vel generās formā generat cōsequētia, & cæteræ secūdaccedētia. Dubitāt qūo calidū est effectus primi calidi cū calidū sit effectus solis, qui nō est calidus. similiter & in cæteris dicat. Rñdet expositor Ari. loqui de qualitatibus actiuis & passiuis inuicē, mō licet lux stellarū causat calorē, nō tñ agit & patit, quia nō communicat in materia. Melius dici pōt q calidum est effectus primi calidi a quo causatur

Quarta pars quot sint.

Dubitatio

Respōsio expositoris.

Respōsio propria.

inquantum

ro quantum tale, modo a stellis calidum non proficiscitur, inquantum stellæ sunt, sed vt lucidæ vel motæ. Per hæc ad argumenta patet solutio. Ad primum enim patet. quia dicuntur primæ per negationem prioris, & non positiuæ. Ad secundum patet solutio. Hæc de quæstione prima. De
Secunda quæstio quæ est de actiuis & passiuis.
secunda quæstione arguitur quod omnes quatuor sunt actiuæ, quia omnes sunt contrariæ. Secundo omnes sunt formæ. igitur omnes agunt. In contrarium est Aristot. qui harum quatuor duas esse actiuas duas passiuas asserit. In isto quæ-
Prima positio.
sito respondent quidam quod hæ quatuor qualitates possunt tribus modis comparari. Vno modo calidum & frigidum inuicem comparando. Secundo humidum & siccum: Tertio illa ad hæc vt calidum frigidum ad humidum siccum. Tunc tenent omnes esse actiuas & passiuas comparando quamlibet ad suum contrarium, vt humidum ad siccū vel econtra, Et calidum ab frigidum vel econtra. Dicunt secundo quod neutra est actiua vel passiua comparando ad suam compossibilem nisi per accidens, vt comparando calidum ad humidum vel siccum, & frigidum similiter ad illa. quia possunt stare cum illis. Dixi nisi per accidens, quia calidum agit in humidum per accidens, quando corrumpit aquam. videlicet corrumpendo frigiditatem eius. ad cuius corruptionem sequitur remissio ipsius humiditatis. Dicunt tertio quod quo ad actiuitatē duæ sunt actiuæ, calidum videlicet & frigidū, quia fortius agūt. Quo vero ad resistentiam duæ passiuæ sunt. videlicet humidum & siccum. Illæ enim sunt parū resistentes, & multum agentes hæ contra multum resistentes, & remisse agētes. Sed hæc positio est contra Aristotelem in litera. non
Confutatio.
enim vocat illas actiuas, quia plus agunt, neque illas passiuas, quia plus resistunt. Sed quia illæ quidem congregant Istæ (vt ita dicam) congregantur, quia terminantur ab alio quodam. Itemque etiam probatum est quod per quan-
Propria positio.
tum qualitas est actiua per tantum resistit. Propterea animaduertendum est quod hæ quatuor qualitates possunt comparari vel quælibet ad suum contrarium, vel geminatim inter se, vt calidum frigidum ad humidum siccum, vel omnes ad operationes, quæ ab his proficiscuntur, vel ad tactum, cuius sunt subiectum siue obiectum. Siquidem comparentur ad sua contraria omnes sunt actiuæ & passiuæ, & bene dixerunt, quia omnes possunt cōtraria corrumpere, & ab eis corrumpi. Si geminatim inter se, nec dici debent per se actiuæ, nec per se passiuæ, quia omnes compassibiles, nisi tantum per accidens ac per viā sequelæ. Si ad tactum sic omnes sunt actiuæ, & omnesque per se. Licet calidum & frigidum magis, quam humidum & siccum, quia illæ fortius immutant, hæ remissius. Si vero ad opera, sic duæ sortitæ sunt nomen passiui, vtpote humidum & siccum, quia hæ potius congregantur quam congregent, duæ nomen actiui, vt calidum & frigidum, quia ambæ congregant. Hæc in expositione literæ dicta sunt. Sed ambiges. quia agere & pati sunt cum alteratione corruptiua, modo congregare, & cōgregari non sunt cum alteratione corruptiua. Potest enim agens congregare nihil corruptiue alterando. Similiter & congregari etiam non corruptiue patiendo. Respondet quod a ratione generis omnes sunt actiuæ, & omnes sunt passiuæ. actiuæ quidem, quia omnes suorum contrariorum sunt corruptiuæ, passiuæ vero, quia omnes a suis contrarijs aptæ corrumpi a ratione speciei, & comparando vnum par ad alterum par, vt calidum & frigidum ad humidum & siccum, & sic duæ sortitæ sunt nomen passiui, vt humidum & siccum, quia aptæ terminari, ac congregari, duæ actiui. quia aptæ congregare Tunc ad formam dico quod duæ sunt actiuæ & duæ passiuæ a nomine speciei. Nec oportet vt operatio sit corruptiua, vt habent nomen a specie, sed sit habent nomē
Pulchrum dubiū an mistū dissimulare corruptum.
a genere. Secundo dubitant. vtrum mistum dissimulare quod etherogeneum dicitur, vt animal vel lapis existens in sua naturali dispositione, ac temperata complexione sibi secū dum speciem possibili sit aptum corrumpi ab intrinseco remoto omne agente extrinseco.

Respondent quidam & sapiētes, quod si quis esset tēperatus simpliciter complexione secundum speciem, & in aere temperato, & in cibis & potu temperatis, ab intrinseco nō quam corrumperetur. Probant quia omnis distēperantia prouenit ab aliqua sex rerum non naturalium. Sed tale tēperatum omnes res naturales temperare perficerat, dormiret naturaliter, quantum sibi competit, tantum ederet quantum vrgeret necessitas. & in cæteris similiter igitur restauret tale quale, & tantum quantum. hæc res pertractatur a medicis. Mihi autem videtur quod corrumperetur ab extrinseco saltem per accidens, quia cum partes sint dissimulares erunt inuicem actiuæ, & passiuæ. & sic aptæ disponi ad corruptionem, quare continuo erit aliud atque aliud, & per consequens non restaurabit tale quale vel tantum quantum.

Præterea Calidum ageret in humidum radicale illud exiccando. ergo nunquam posset restaurari quale prius, vel quantum prius. Vnum tamen dubiū est grande, quia ex cibo & potu & alijs temperatis fieri potest sperma tēperatum, ex quo fieri potest puer temperatus, & talis & tanti humidi, qualis & quanti fuit pater in pueritia, quare cū sperma sit superfluum nutrimenti videtur ex nutrimento fieri posse humidum tale & tantum, quale & quantum fuit illud puerile. & sic pōt restaurari tale quale, & tm quātū, hoc est difficile, medicis relinquo. esset tn̄ longæuū & corruptibile corruptione naturali. Et sic patet ad dubiū. Et consequenter ad argumenta inprincipio facta.

Duæ (vt dictum est a Philopono) conditiones sunt, vt REC O qualitates dicantur primæ, & omnes aliæ contineantur. sub ipsis, & ipsæ sub nullis. Hinc Aristot. concludit, quod quatuor tantum sunt primæ qualitates, calidum, frigidum & humidum & siccum, & hoc proponit, & probat (& inquit) Manifestum est igitur, quod & omnes aliæ differētiæ reducantur ad primas quatuor, tanquam sub eis contenta & hæc est altera conditio. Hæ autem non amplius in minores, tanquam in sub illis contentæ, prima conclusionis pars ex dictis patet, secūdam vero probat, & dicit. Neque enim calidum est quod siccum, & sic calidum non continetur sub sicco. vel quod humidum, & sic nō continetur sub humido, neque humidum est calidum, hoc est tāquam sub eo contentum, aut quod frigidum tanquam sub eo contentum. Probat hæc Philoponus, calidum. n. non est sub sicco (vt inquit) quia non omne calidum est siccum, aer enim calidus est, qui non est siccus, eadem ratione humidum non est, cum sub illo ipsum calidum non contineatur, aliquod enim calidum est, & non humidum, vt ignis. Simili ratione, sine humidum est sub calido, quia aqua est, humida quæ non est calida, nec sub frigido, quia aer humidus est qui non est frigidus. Insuper (vt Aristoteles inquit) nec frigidum & siccum sunt sub inuicem, cum non omne frigidum sit siccum, vt aqua, nec omne siccum frigidum vt ignis, nec frigidum, & siccum sub calido & humido sunt. Frigidum enim sub calido non est, quia nullum contrariū sub altero est, nec sub humido, quia ignis nō est humidus. Simili ratione siccum non est sub humido, quia suum contrarium est, nec sub calido, quia terra sicca est quæ sub calido non est: Ergo istæ quatuor sibi inuicem suppositæ nō sunt. Sed penitus abiunctæ, atque auersæ, & sic patet secu-



da, conditio. Quærit Alexander cur Aris. permisit asperū et leue Respondet primo, quia asperum, reducitur ad sic-

cum, ac coagulatum, leue autem ad humidū, nā humidum est quid æquale, Ad lene saltē in eius superficie æquale est. Melius (vt inquit Philoponus) dicit Alexander, quod hæ contrarietates neque actiuæ sunt neque passiuæ, cum non sint qualitates. Sunt enim potius in prædicamento positionis. Quod si non sunt qualitates, nec actiuæ nec passiuæ esse possunt. In cōmentarijs disputatio magna fit de qualitatibus cælestibus, vbi licet ea, quæ diximᵒ, pulchre dicta sint tamen determinatio quæsiti est aliquo pacto obscura, pro dilucidatione igitur sumamus primo quod cælum, siue cælestes stellæ nihil agunt in his inferioribus, nisi calorem immediate probatur quia cœlum est cunctis vita. Vita autē non nisi in calore consistit, ergo immediate agit calorē. Ex hoc sequitur cæteras stellas, quas mathematici frigidas, vel humidas, vel siccas appellant, etiam calorem causare, verū cæteras qualitates efficere dicuntur in respectu, qui calor aliquando vnius videtur frigiditas respectu caloris alteriᵒ vel siccitas, vel humiditas, vt calor martis respectu caloris Veneris videtur siccitas, calor Veneris videtur & Lunæ respectu caloris Solis & Martis humiditas, omnes tamē sunt calores, nec tibi hoc videatur importunū, cū ante Hyppocratem in elementis nulla alia qualitas fuit cognita nisi caliditas, quam varijs respectibus dixerunt esse omnē qualitatem. Secundo sumamus calorem istum causari mediante motu & lumine, non eodem modo. Mediante enim lumine per totum, etiam vsque ad viscera terræ, ad quæ licet non perueniat lumen quia tamen lumen calefacit terram, caliditas illa per partem terræ post partem ducitur, vsq; ad viscera. per motum vero, quia mouendo ignem & supremam aeris partem actione calefacit hæc autem quæ sunt infra aeris supremam partem, & infra ignem eū non moueantur a cælo, non calefiunt attritione. Verū quia varijs motibus stellæ, varijs modis figurātur, inde variæ fiūt misturæ luminum, & sic calor hic non est semper æqualis. Mediante ergo motu calefacit cælum dupliciter, aut mediante motu immediate aliqua mouendo, ac trituratione mediante, calefaciendo, aut varijs figuris stellas afficiendo vt lumen mistum varietur. ergo stellæ mediante motu agunt calorem quatenus mediante motu aliqua mouent, illa calefaciendo, vel quatenus mediante motu lumen ab illis emissum non æqualiter ad hæc venit. Mediante vero lumine, quo illuminando immediate vel mediate calefacit hæc. Ex quo sequitur quod calor infra supremum aeris & infra ignem non fit hic nisi a solo lumine, licet non sine motu illud variante. Tertio summo quod licet stellæ immediate non agāt, nisi calorem, tamen mediātibus causis secundis agunt omnes qualitates. Calor enim cœlestis diffusiᵒ in his inferioribus omnia agit, a qua enim agente in terram. cum aqua ex terra facit aquam & sic facit frigiditatem, & humiditatem mediante forma aquæ, cū aere agente in aquam facit aereas qualitates, immo cū homine facit hominem, & omnia hominis accidentia, hæc est opinio Aristot. Ex quibus patet dilucidatio quod nihil est in stellis præter lumen & motum, & nihil a stellis multiplicatur præter calorem, qui est immediate caloris tantum effectiuus, mediāte vero est omnium eorum productiuus, quæ hic fiunt. Verum in hac dilucidatione, occurrit quæstio propterea quid in rebus generabilibus præter formas, & qualitates elementarias dantur virtutes occultæ, vt magneti trahere ferrum. Reubarbaro educere choleram, stellis autem nullam virtutem præter lucem, vno modo dici potest quia virtus stellæ eiusque forma est præstantior forma misti, ideo plura potest agere vno instrumento, & sic possunt medici defendi. Alio modo dicere possumus peripateticos in mistis nullam posuisse virtutē nec occultam, nec manifestam præter formas substantiales eorū, & præter qualitates elementarias. Tunc dicendū quod rebarbarum educit choleram sua caliditate, non qua caliditas est, sed qua est instrumentū eius substantialis formæ. Simili ratione magnes trahit ferrū qualitate manifesta, quæ in eius cōplexione prædominatur. vt qua calidus non simpliciter, sed qua eius caliditas est instrumētū eius formæ, & sic argumentum supponit falsum. De locatione vero elementorum animaduerte quod elementum superius est corpus locans elementum in ipso contentum ratione suæ superficiei, & ratione suæ qualitatis symbolæ, & ratione situs, quem habet in vniuerso. Superficies quidē corporis continentis, locus est corporis contenti, quo corpus continens locat contentum quantitatiue. qualitas symbola, qua locat illud qualitatiue, ac simbolice. distantia vero ad cælum, qua locat illud formaliter, ac completiue. Non enim corpus per solam sui superficiem posset locare naturale corpus, quia sic indifferenter posset locare omne naturale corpus, quod est contra experientiā, quia ignis per sui concauam superficiem non potest locare naturaliter aquam vel terram. nec per sui qualitatē symbolam solam, quia tunc aer ad ignis concauum moueretur vbicunque poneretur, quod non crederem. Præterea Sicut per symbolā locaret, ita per dissymbolām contrariaretur. ergo nisi dissymbola regularetur ex cæli distātia, per symbolam solam nunquā corpus contētū naturaliter locari posset in continente. Qua ratione fit, quod continens corpᵒ contentum locet, omnibus illis, sed principaliter, ac completiue non, nisi per distantiam circunstantionatam ad cælum. Ex his sequitur non est necessarium ob locationē elementorum ponere influentiam præter lumen, & motum cum ad illam sufficiat distantia, quæ non est forte nisi qualitas symbola ad cælum sic distans, Hæc est opinio Auerr. & Auicennæ, & aliorum physicorum. Vlterius quæritur in commentarijs, vtrum aliæ qualitates præter tangibiles possint inesse elementis. Animaduerte, quod intentionaliter omnes qualitates possunt competere elementis, vt subiectis, quoniam possunt esse subiecta omniū intentionum qualitatum aliarum sensuum, vt patet discurrēti. Realiter vero non, nisi sonus in aere, & lumen reflexum in terra, q̃ nō est color. Cū etiam quæritur, quæ actiuæ, & quæ passiuæ, & cur quatuor, sæpius in recognitionibᵒ hisce patuit.

De qualitatibus cælestibus.

De virtutibus occultis.

De locatione elementorum.

An aliæ qualitates possint inesse elementis.

Quoniam autem quatuor elementa sunt, eorum autem quatuor, sex coniugationes sunt contraria autē non nata sunt coniungi (calidum enim & frigidum esse idem, & rursus humidum & siccū impossibile est) manifestum est quod quatuor erunt elementorum coniugationes, calidum & siccum, calidum & humidum, & rursus frigidum & humidū, & frigidum & siccū. Et sequuntur secundum rationē simplicia apparentia corpora, ignem & aerem, & aquā, & terrā (ignis .n. calidus & siccus est, aer autem, calidus & humidus. velut, vapor .n. aer, aqua autē frigida est & humida, terra autem frigida & sicca) vt rationabiliter distribuantur differentiæ primis corporibus & multitudo eorum sit secundum rationem.

Aut. c. [illegible]

aliter calidi & sicci & calidi & humidi. & rursus frigidi & humidi & frigidi & sicci.

Dilucida. e c. eadē

Quod vera quatuor sint elementa, & quia horum quatuor sex sunt coniugationes. Contraria autem constare non possunt (calidum enim & frigidum constare. & rursus siccū & humidū impossibile est) Manifestū etiā quod quatuor erunt ipsorū elemētorū constantiæ. vtpote calidi & sicci, & calidi & humidi. Itēq; frigidi & sicci. & frigidi & humidi. Et hæc ratio consentanea est his simplicibus corporibus quæ uidentur. videlicet igni & aeri. & aquæ & terræ. Ignis quidem enim calidus & siccus est. Aer vero calidus & humidus, nā aer est veluti euaporatio. Aqua autem frigida, & humida. Terra vero frigida et sicca. vt igitur rationabile est differentias primis corporibus distribuere, ita multitudinem eorum erit secundum rationem.

Com. [illegible]

Venatus est numerum qualitatum, nunc venatur ex illis numerū elementorum. Et ponit hanc cōclusionē. quatuor sunt elementa, & syllogizat sic constantiæ qualitatū sunt quatuor tātum. elementa sunt constanciæ qualitatū: Igitur elementa sunt quatuor tantum. Maior declaratur. quia omnes quatuor termini oppositi sex modis coniungantur, sed quatuor tantum constant, vt in exemplo.

Hæc



Hæc regula declarata est secundo topicorum. nunc autẽ supponatur. Secũdo idem ꝓbat à signo, quia sensu tantũ quatuor apparẽt igitur tantũ quatuor sunt elementa. Sed

Dubitatio

dubitabis. quia hæc ratio non ꝓbat nisi quatuor posse esse, quia ait sex esse coniugationes, & quatuor constãtia, hoc est & de sex quatuor possunt constare. Dicendũ ꝙ

Solutio.

in specie quicquid est possibile reperitur in aliquo indiuiduo. Si igitur potest esse constantia calidi & sicci, in aliquo indiuiduo erit, & sic habetur ignis. Et de cæteris eodem modo. verba patent.

RECO.

In commentarijs ponitur conclusio, & syllogismus, qui illam probat, & omnia sunt bene dicta, continuetur ergo textus quod cũ Aris. determinauit contrarietates siue qualitates contrarias, quibus elementa constant, nunc ex combinatione illarum concludit numerum elementorum. Ad cuius deductionem sumit tria, pro toto antecedente, ex quibus concludit quatuor esse illarum coniugationes, quas postea adaptat quatuor elementis. Et (vt Philoponus inquit) per elementa intelligit hic quatuor contrarietates elementarias. s. calidum, frigidum, siccum & humidum. vnde dicit. Quoniam autem quatuor elementa sunt, idest quatuor elementariæ qualitates, quæ vt Philoponus inquit ideo elementa dicta sunt, quia immediate post materiam sunt principia & elemẽta. Hæc est prima suppositio. Deinde ponit secundam (& inquit) Eorum autem quatuor elementorum siue elementariarũ qualitatum sex coniugationes sunt. Hæc est secunda suppositio. Deinde ponit tertiam. & dicit. contraria autem non nata sunt coniugari, quod probat & dicit. Calidum enim & frigidum esse idem siue coniugata. & rursus humidũ & siccũ esse coniugata impossibile est. Ex his tribus cõcludit numerum possibilium coniugationum (& inquit) Manifestum est quod quatuor erunt elementorum. idest qualitatum elementariarũ coniugationes, Quarum prima erit calidi & sicci. secunda erit & calidi & humidi. tertia erit & rursus frigidi & humidi. quarta vero erit & frigidi & sicci patet ergo quod quatuor sunt coniugationes. Deinde per sensum accommodat has quatuor sensibilibus corporibus. & dicit, ꝙ hæ scilicet quatuor coniugationes secundum rationem ad simplicia corpora sequuntur scilicet ad ignem, & aerem, & aquam, & terram exponit quomodo secundum rationem sequantur ad illa quatuor sensibilia corpora. & dicit. Ignis enim calidus & siccus est, & sic prima coniugatio accommodatur igni. Aer autem calidus & humidꝰ & sic secunda coniugatio accommodatur aeri. Probat autem quod aer sit calidus, & de alijs nihil probat, quia (vt Philoponus inquit) fuerunt aliqui qui opinati sunt aerẽ esse frigidum, & humidum, ideo probat aerem esse calidũ, quia est veluti vapor, constat autem vaporem esse calidum cum a caliditate generetur cælesti. deinde accommodat alias alijs, & dicit. Aqua autem frigida, & humida denique terra est frigida, & sicca, & sic rationabiliter numerus coniugationum est pro numero elementorum, vt primæ differẽtiæ elemẽtariæ rationabiliter primis corporibus distribuantur. & multitudo eorum. s. elemẽtorũ sit secũdum rationem sicut est secundum sensum. Ex his patet quod Aristoteles non probauit numerum elementorum per numerum conbinationum secundum expositionem Philoponi, sed probauit solum quod quatuor sint cõbinationes possibiles, deinde per sensum accommodauit illas quatuor corporibus apparentibus nobis & ostendit, quod ille numerus corporum est rationabilis, quia conuenit illis quatuor coniugationibus. ergo solum probauit, ꝙ ea quæ apparent sensibus scilicet, quatuor corpora, quorum quodlibet est cum duplici qualitate, conuenit rationi. Vnde Aristotel. supponit ad sensum quatuor esse corpora, & supponit ad sẽsum vnũquodq; illorũ cõstare

An Arist. probauit quatuor esse elementa.

sua coniugatione scilicet duplici q̃litate. probat aũt hæc quæ sensui subiacent conuenire rationi scilicet, quia cõiugationes non possunt esse plures. Et propterea dixit ꝙ istæ quatuor coniugationes secundum rationem sequuntur ad quatuor sensibilia corpora, vt innuat, quæ sensibus subiacet, conuenire rationi. In commentarijs vero sequuti sumꝰ expositiones latinorum, quæ sic verbis Aristo. conueniunt, sicut cœlũ terræ. Animaduerte quod Philoponus probat aerem esse calidum pluribus rationibus, primo, quia est leuis, modo leuitas datur calido, quod probatur, nam ignis calidus & siccus leuis est, & non ratione sicci, alioquin terra esset leuis. ergo ratione calidi. secundo elementa contermina habent aliquam conuenientiam, non n. essent bene approximata, nisi in aliquo conuenirent. Cum igitur aer differat ab igne per humidũ, oportet vt cum eo cõueniat, & cum non possit cum igne cõicare per frigidum. ergo per calidum tertio videmus ꝙ transmutatio ex aqua in aerem fit per calidum, nam aqua cum calefit, euaporando vertitur in aerem, vt Arist. dixit in metheoris. patet igitur aerem esse calidum.

Omnes enim & qui simplicia corpora, elemẽta faciunt, hi quidem vnum, hi autem duo, hi autem tria, hi autem quatuor faciunt. Quicunque igitur vnum solum dicunt esse, deinde densitate & raritate alia generent, his contingit duo facere principia, & rarum & densum, aut calidum & frigidum, hæc enim actiua vnum autem supponitur, quemadmodum materia.

Ant. c. 22

Omnes enim & qui simplicia corpora elementa faciunt. hi quidem vnum. Alij autem duo alij tria. alij quatuor faciunt. Quicunque quidem igitur vnum tãtum esse asserunt deinde cætera condensatione, rarefactione generãt his euenit profiteri duo esse principia & rarum & densum, aut calidum & frigidum. Sunt quidẽ enim hæc actiua. vnum tantum subijcitur, veluti materia.

Dilucidate c. eiusdem.

Positiones antiquorum de elementis nunc narrat. sed vnde ad hanc rem veniat. Auerroes & cæteri expositores Arist. ad hoc deuenire dicunt, vt ostendat non plura esse elementa quã quatuor. A stipulatur autem huic, quod concluserit elemanta esse quatuor, subscribit positiones antiquorum cum vna particula quæ reddit causam apud græcos vt plurimum. d. pantes gar, hoc est. Omnes enim. vbi videtur aperte reddere causam. Sed siue ad hoc deueniat ad suum propositum confirmet, siue vt positiones antiquorum confutet, certum est eum narrare positiones veterum, & illis contradicere & quia res facilis est, & sæpissime enarrata, raptim in his scribamus, cõtenti solum aperta translatione. De elementis itaque auctores quatripartiti sunt. Alij enim vnum elementum esse aiunt. & illud faciũt physicarum rerum materiam & subiectum, quodcunque illud sit. verum ex parte formæ duo dicunt, vt rarum & densum, aut calidum & frigidum. Illud vnum subiectum est. hæc duo res ipsas format. Alij faciũt duo. Alij tria. Alij quatuor

Cõm. 22.

quatuor, nemo excessit numerum quaternarium. Et hoc quia plura quatuor esse non possunt.

RECO. Duo accepit & probauit Aris & quod non sint plures quatuor qualitates, nec plures quatuor coniugationibus, & quod non sunt plura quatuor elementis sensibilibus, secundum Philoponum Aristo nunc vult ostendere per auctoritatem Philosophorum, qui de elemētis opinati sunt, quod illas qualitates induxerint, aut quasdā aut omnes, & quod elementa etiam induxerint, nā licet non sint locuti eo modo non de illis Arist est loquutus, tamen numerum quaternarium non excesserunt. scilicet nec in elementis, nec in qualitatibus. vnde dicit. Omnes enim, & qui simplicia corpora elementa faciunt, hi quidem vnum, hi autem duo, hi autem tria, hi autem quatuor faciunt, & sic numerum quaternariū nō excesserūt. Deinde ostēdit quo mō vsi sūt elementis, & qualitatibus & dicit. Quicunque igitur vnum solum dicunt esse, & deinde ex illo vno res generant densitudine, & raritudine, his contingit duo facere principia formalia, & rarum scilicet & densum, aut calidum & frigidum scilicet calidum pro raro. frigidum pro denso, hæc enim (vt inquit) actiua sunt, vnum autem supponitur, quēadmodum materia. Hæc igitur prima opinio sic elemen-

Ant.c.23. tis, & qualitatibus vtebatur.

Qui autem mox duo faciunt, vt Parmenides ignem

Dilucida.te.c.eiusdem. *& terram, media, misturas faciunt horum, puta aerem & aquam.*

At qui mox duo asseuerarunt, quemadmodum Parmenides ignem & terram, horum media materiam pro

Com. 23. *fitentur vt aerem & aquam.*

Parmenides ex parte formæ ait esse duo. videlicet ignē & terram, ex parte materiæ ponit media, qua recessu ab extremis migma, hoc est mistionem appellat Et licet pluraliter scribatur singulariter legi Et sic ex parte contrarij ponit extrema, ex parte medij ponit aerē & aquam materiam. Animaduerte quod migma græce est coitus mulieris a viro, & sic migma pro materia accepit, & ita materiam

RECO. transtuli quia sic sonat

Secundo loco exponit quomodo elementis, & qualitatibus vtebatur Parmenides & dicit. Qui autem mox duo faciūt, vt Parmenides ignē & terram, elementa inter hæc collocata & media, faciunt misturas ex extremis vtpote aerem & aquam. contrarietates vero (vt Philoponus inquit) induxerunt calidi & frigidi. hoc ergo pacto Parme.

Ant.c.24 elementis, & eorum contrarietatibus vtebatur.

Similiter autem & qui tria dicunt, quemadmodum Plato in diuisionibus, medium enim misturam, facit. Et fere eadem dicunt, & qui tria dicunt. præterquam quod hi quidem in duo diuidunt medium, hi autem vnum solum faciunt.

Dilucida.te.c.eiusdē *Similiter autem & tria. dicentes. quemadmodum Plato in diuisionibus. Facit enim medium mistionem. & fere eadem volunt. nisi quod hi quidem medium in duo incidunt. hi vero vnum solum faciunt.*

Com. 24. Plato cum Parmenide tria principia facit, magnum & paruum, & vnum. Et facit medium migma hoc est mistionem Addit tamen differentiam quod Plato medium facit vnum tantum Parmenides medium vnum in duo incidit. Animaduerte tamen quod vnum Plato ponit ex parte formæ. Magnū vero & paruum ex parte materiæ. Sed de positione Platonis nihil nunc, quoniam Simplicius vult Platonem idem sentire, cum Aristotele, de quo alias. Nunc tamen hoc accipias quod Aristoteles duo principia Platonis videtur ponere ex parte formæ Migma ex parte materiæ, nisi in tam breuibus verbis æquiuocasset circa verbum migma.

Ostendit quo pacto Plato vtebatur elementis, quasi alio modo ab Arist & ab omnibus alijs, (vt Philoponus expo-

RECO. nit) & dicit. Similiter aūt & qui tria dicunt elementa, quēadmodum, Plato in diuisionibus, eodem de elementis loquutur, vt Parmenides, saltem in parte, licet differat, & hoc exponit Medium enim misturam facit. Plato enim (vt Philoponus dicit) duo quædam supponit principia magnum & paruum. Aliud tertium supponit, quod quidem dixit esse misturam contrarietatis, magni videlicet & parui. vnde Plato magnum & paruum vocauit formales differentias, quas primum ipsa materia suscipit. misturam vero vocauit materiam. & hoc inquit, & fere eadem dicunt. Plato & Parmen. & qui duo & qui tria dicunt, qui. duo, dicūt scilicet Parm. qui duo extrema posuit, terram & ignē qui tria scilicet Plato, qui posuit tria scilicet magnum & paruum, & misturam Dixit autem Parme. posuisse duo, quia media quæ ponit non connumerauit inter elementa Plato vero posuit tria, quia medium inter elementa connumerauit. propterea dicit præter quam quod hi scilicet Parme. in duo diuidunt medium scilicet aerem & aquam. Plato verum medium facit, vnum scilicet misturam. Quo modo autem Plato ponebat medium illud mistum ex magno & paruo, quæstio est non leuis. Philoponus tamen dicit ꝙ Plato vult misturam illam esse mediū non ex magno & paruo mistum factum, sed eo quod in illo medio sunt magnum & paruum secundum partem, quasi velit illud medium est medium non compositione. sed participatione. nam per illud medium intelligit materiam dimēsionatam, vt superius dictum est, quæ participat saltem potentia magno & paruo. Per magnum vero & paruum intelligit formas nobiliorem & ignobiliorē. Verum alibi hæc Platonis opinio aliter exponitur, sed non refert. Notat hic Philoponus quod Aristot. hic meminit Platonis, nō ꝙ Plato introduxerit aliqua principia dictorum quatuor, calidi scilicet & frigidi, & sicci & humidi. Sed eius meminit primo, vt innueret quod Plato in principijs etiam quandam contrarietatem speculatur velut & Aristot. Secundo meminit Platonis propter similitudinem rationum, quæ est ad Parme. nam ambo vnum principium contrarietatum supposuerunt, veluti Parme. tertium quid ex igne & terra supposuit aerem & aquam, ita Plato materiam dixit tertium principium, contrariorum inter medium dixit ipsam esse, quoniam vtrisque subiectū est secundum partē, & propter hoc miscellam vtrisque, quæ vtraque suscipit, appellat Plato in diuisionibus, his ergo de causis Platonis opinionem introduxit. Sed quærit Philoponus quid Aristot. per diuisiones intelligit, cum dixit Platonem hæc dixisse in diuisionibus. Alexander dicit quod Arist. intelligit per diuisiones ea quæ in sophista dicta sunt, vocans diuisiones ea, quæ ibi dicta sunt Philoponus vero dicit primo ꝙ diuisiones inscriptæ a Platone sub hoc titulo non habentur. Secundo dicit, quod in sophista nihil tale Plato dicere videtur, quod hic de eius mente dictum est. tandem dicit esse dicendum cum Alexandro in vltima expositione. Dicit enim Alexander, quod Aristo. per diuisiones intelligit dogmata non scripta Platonis quæ Aristo vocāt diuisiones hic. ibi enim Plato dixit hæc quæ Aristo hic narrauit. Quo vero ad verba attinet, debes scire quod illa verba {& fere eadem dicunt & qui duo, & qui tria dicunt} & reliqua Philoponus dupliciter exponit, primo quod hæc de Platone & Parme. intelligantur, nam Parmen. duo principia dicebat, medium vero illorum nō principium appellabat Plato autem tria principia dicebat, quia medium etiā principium appellabat Et sic vtrique conueniunt in ponendo medium & extrema, licet Plato omnia principia appellet Parme. solum duo, est tamen differentia vt Aris. inquit, ꝙ Parme. medium illud diuisit in duo scilicet aerem & aquā Plato vero illud medium seruauit indiuisibile Aliter exponit, & vult quod verba hæc non de Platone intelligantur, sed de Parme. qui posuit duo extrema & medium, & de illis, qui posuerunt ignem & terram & aerem, vt superius patuit hi enim horum medium aquam posueruut. At Parmenides posuit duo extrema, & duo media. diximus .n. superius Parme. posuisse duo principia formalia, ignē & terram, & medium horum, quod in duo diuiditur scilicet aquam & aerem. Ionchius tragicus, posuit principia tria ignem & terram & aerem, medium vero aquam. De his ergo loquitur Aristotel hic. & dicit. & fere eadem dicunt, & qui duo scilicet Parme & qui tria scilicet Ionchius principia dicunt, dicunt inquam fere eadem, quia ambo ponunt extrema & medium, affert vero differētiā (& inque)

præterquam

præterquam quod hi, quidem scilicet Parmenidistæ in duo diuidunt medium. hi autem scilicet Iones vnum solū faciunt. nam Parmenidistæ medium diuidunt in aquam & aerem. Iones uero aquam ponunt tantum, quæ cum non faciant ad rem, non est amplius elaborandum in his.

Ant.c. 25 *Quidam autem & mox quatuor dicunt, vt Empedocles. congregat autem, & hæc in duo, igni enim omnia alia opponit.*

Dilucida te T. eiusdē *Alij vero mox quatuor aiūt, veluti Empedocles. Reducit tñ hęc & sic in duo. nā igni alia oīa cōtraponit.*

Com. 25 Empedocles concedit quatuor ex parte materiæ, reducit tamen omnia illa in duo, pro quāto igne in facit in vno contrario, cætera tria pro altero contrario. De positione. Empedo. hæc satis.

RECO. Ostendit quo pacto Empedo. vtebatur elementis. & dicit. Quidam autem & mox quatuor dicunt, vt Empedo. verum hoc pacto istis vtitur, quod hæc quatuor in duo reducit. nam igni ipsi omnia alia tria opponit, nam (vt Philoponus inquit) ignem dixit esse calidum, alia vero tria frigida, & sic reducit alia quatuor in duo.

Ant.c 26 *Non est autem ignis & aer & vnumquodque prædictorum, simplex, sed mistum. Simplicia autem, talia quidem sunt, non tamen eadem. verbi gratia, quod simile igni est igneum non ignis & quod aeri aereum. similiter autē & in alijs. Ignis autem est super abundātia caliditatis, quemadmodum & glacies frigiditatis. Congelatio enim & arsio superabūdātię quadam sūt, hæc quidem frigiditatis, hęc autem caliditatis. Si igitur glacies est congelatio humidi & frigidi, & ignis erit arsio. calidi & sicci. Ideo nihil ex glacie generatur, neque ex igne.*

Diluc. te. ca. eiusdē. *Verū ignis & aer & vnumquodque dictorum, simplex minime est sed mistū. Sunt enim simplicibus similiā, non tamen hæc. veluti igneum igni simile est, non ignis. Et aerum, aeri. Similiter & in cæteris. Sed est ignis caloris excessus veluti glacies frigoris. Nam cōgelatio & vstio excessus sunt quidam. hic quidem frigoris. Ille vero caloris. Quod si glacies humoris & frigoris congelatio est, ignis quoque calidi & sicci vstio erit: quare nec ex glacie nec ex igne quicquā generabit̃*

Com. 26 Sunt qui hæc ad Empedoclem referunt, dicentes Empedoclem voluisse elementa esse dupliciter, pura quidem, & impura siue mista. Quæ quidem oculis præsenta sunt, impura ait. non simplicia sed simplicibus similia. Nam simplicia in excessu consistunt, vt ignis excessus est caloris & sicci. Glacies siue aqua excessus frigoris & humoris. Sumit hic crystallum pro aqua pura, vt mihi videtur. Tunc ex his concludit: generari res effici non a puris elementis, sed ab imperfectis atque mistis. Non enim possunt extrema in misturam venire, nisi remittantur, & hoc est esse mistum. Mihi vero videtur Ari. hæc dicere ex propria intentione. De clarauit n. quatuor esse elementa. tunc contra ipsum obijci potest q̃ plura q̃ā quatuor sunt, vt ignis carbo, ignis flamma, aer calidus aer frigidus. aqua dulcis, aqua amara, terra alba, & terra nigra, quæ specie & idiotropia differūt. Huic Philoponus respondet quatuor esse elemēta simplicia. hæc enim non elementa, sed mista saltem imperfectē nuncupātur. Nam ignis purus est cuius constantia est ex excessu caloris & sicci. Aqua vero ex excessu humoris & frigoris. præterea concludit ex aqua & igne nihil generari, quod intelligo ipsis stantibus in sua puritate. Oportet enim reduci ad medium, si ex his aliquid fiet. Dubitant hic & recte, vtrum sit in rerum natura aliquod elementum purum seorsum a quocunque alio. Respondent quidam quod non. immo volunt q̃ sicut materia nunquam inuenitur nisi vt pars cōpositi, sic nec elementum, nisi misti pars. & vt materia semper formæ est coniuncta, sic elementum semper misto subest. persuadent hoc signo: nam Aristoteles ex parte materiæ tria principia fecit. videlicet subiectum primum, prima contraria, & elementa, vt igitur materia nunquam absque contrarijs. & contraria nunquam absque elementis, ita elementa nunquam absque mistura. elementa igitur esse non possunt, nisi partes sint mistorum. Et sic elemēta pura concedunt sed non seorsum ab ipsis mistis. Hæc positio in libello de mistura confutata est. Nunc vero contra eam arguo. primo vbi est dare aliquid participans. debet dari aliquid per essentiam. Mistum est tale propter elementa igitur & elementa sunt talia per essentiam. igitur seorsum. Secundo, quatuor sunt constantiæ primarū qualitatum possibiles in summo, igitur possibile est esse quatuor indiuidua elementorum talia in summo, sed omne possibile in specie, est de facto in aliquo indiuiduo. igitur de facto sunt quatuor indiuidua ex qualitatibus quadrupliciter cōstantibus in summo, & ita quatuor pura elementa. Tertio quatuor sunt motus simplices & puri. igitur quatuor corpora simplicia & pura. & sic tenem⁹ esse quatuor elementa pura. & aliqua esse impura. Ad argumentum patet solutio. non enim argumentum pro similiter est vniuersale. Animaduerte quod Alexander vult ignem in sphæra propria non multum calefacere, quia est in materia rara. Sed ignis in materia hic agit valde, quia in materia densa. Et sic vult definitionem ignis esse intelligēdam de igne isto. Contra hoc non arguit Auerro. nunc sed promittit se pertractare rē hanc. Alij vero tenent q̃ ille ignis summe ageret. & hoc quia est intensus secundum formam & secundum qualitatem, & est agens naturale, igitur si sibi applicaretur passum, ageret. res ista aget consideratione.

Philoponus in commentarijs huius loci, obscure loquitur, tamen ex his, quæ dixit, possumus eligere duas expositiones, prima quod Arist. remoueat vnum dubium an simplicia corpora quæ sunt sensibilia corpora, sint simplicia elementa. Respondet quod non, quoniam simplicia elemēta sunt formæ elementorum quæ sunt coniugationes duarum qualitatum, hæc enim dicuntur simplicia elementa. At simplicia ipsa corpora, licet sint simplicia corpora, non sunt simplicia elementa, cum simplex elemētum sit, quod non componitur ex alijs elementis. Modo simplicia corpora componuntur ex materia, & coniugatione tanquā ex elementis. ergo illa licet sint simplicia corpora non possunt dici simplicia elementa. Iuxta hanc expositionem lege verba (inquit) Non est autem ignis & aer, & vnumquodq; prædictorum simplex elementum, licet sit simplex corp⁹, sed est mistū ex elementis prioribus s. materia & forma, quæ sunt simplicia elemēta. verū sunt talia simplicia, hoc est similia simplicibus elemētis, quatenus ex his fit mistum ex eis cōpositū, non tñ eadem ipsis simplicibus elementis. probat hoc, exemplo quodam simili & dicit. verbi gratia, q̃ est simile igni, non est ignis, sed igneum. & quod est simile aeri, non est aer, sed aereū, similiter autem & in alijs. ergo a simili, quod est simile simplici elemento, non est simplex elementum, quia dixit Simile igni nō esse ignē, sed igneū, exponit, quid proprie ignis (& inquit) sed ignis, quod est proprie ignis, est corpus, in quo superabundat caliditas, sicut glacies hoc est proprie aqua est corpus, in quo superabundat frigiditas, quod autem aqua sit corpus in quo superabundat frigiditas. probat. quia congelatio, quæ abundat in aqua, est suprabundantia frigiditatis, & quod ignis sit corpus inquit abondat caliditas probat, quia in igne abundat arsio, quæ est excessus caliditatis ideo concludit si igitur glacies, hoc est, aqua est corpus in quo ad congelatio humidi & frigidi, hoc est, in quo hæc sūt in excessu, & ignis erit corpus in quo est arsio, siue excessus calidi & sicci, hinc concludit, nec ex glacie, hoc est pura aqua, neq; ex igne puro aliquid fieri nisi refrangātur. Hæc est vna expositio quæ colligi potest, ex Philoponi cōmētarijs scilicet q̃ licet corpora sensibilia sint simplicia corpora, non sunt simplicia elementa. Alia expositio quæ colligi pōt, est q̃ Arist. velit declarare an hæc sensibilia corpora, quæ nobis videntur simplicia, & pura, sint simplicia corpora, & respōdet q̃ hæc corpora simplicia, quæ apud nos esse vidētur pura, nō sunt pura, sed mista, & quasi similia corporibus puris, sed ignis purus est, in quo excessus calidi est, & glacies siue aqua pura, in qua est excessus frigiditatis, probatur, quia congelatio & RECO

arsio

arsio sunt superabundātiæ, arsio quidē ipsius caliditatis, cōgelatio vero frigiditatis, modo hæ sunt in aqua pura, & in igne puro, non n sumpsit cōgelationē & arsionem proprie, vt in mistis, sed pro excessibus, ideo concludit, quod glacies, siue aqua est congelatio, siue excessus humidi & frigidi, & ignis est excessus siue exarsio calidi & sicci, & quia hæc hoc pacto sumpta non sunt remissa, ideo ex eis sic intensis nullum mistum fieri potest nisi fiant impura. ergo prima expositio quærit. vtrum simplicia hæc corpora, sicut sunt simplicia corpora, ita sint simplicia elementa. secūda vero quærit, vtrum hæc corpora, quæ videantur simplicia corpora, sint in rei veritate pura corpora, nolo tamen te latere verba hæc esse obscura, & Philoponum illa non exponere, vt solet. Quærit Philoponus, vtrum corpora,
Positio philoponi pura sint dabilia seorsum per se subsistentia, & non in mistis Respondet primo secundum Timæum quod si ignis definitur visibili, & terra tangibili, tunc nullum erit corpus vel elementum purum cum purum elementum nec videri nec tangi possit. Secundo respondet per Arist. quod dentur, quia nihil prohibet illa dari. ergo possibile est illa esse, sed possibile aliquando eueniet. maxime si nihil est, quod prohibet, aliæ rationes assignantur in commentarijs, fusores asserunt per artem fusoriam se posse eligere elementa pura a mistis. Alij dixerunt, quod terra pura est prope centrum, ignis purus prope cælū, aer purus prope ignem, sed de aqua pura vbi sit, nullos determinat. Immo Aristo. secundo libro metheo. asserit nullibi reperiri aquam puram. Propterea problema neutrum esse potest an dentur pura hæc corpora seorsum ab ipsis mistis.

Existentibus autem quatuor simplicibus corpori-
Ant c. 27. *bus, vtraque duorum vtriusque locorum sunt. Ignis. n. & aer, eius qui ad terminum fertur, terra autem & aqua, eius qui ad medium Et extrema quidem & syncera, ignis & terra, media autē & mista magis, aqua & aer. Et vtraque autem vtrisque cōtraria, ignienim contrarium aqua, aeri autem terra. hæc enim ex contrariis passionibus constituta sunt.*

Dilucidate. c. eiusdem. *Quatuor autem existentibus corporibus simplicibus Vtrunque duorum. vtriusque locorum est. Ignis quidem enim & aer eius sunt, quod in extremum fertur. Terra autem & aqua illius quod in medium. Et extrema, quidem ac purissima, ignis & terra sunt. Media autem & inuicem mista, aqua & aer. Atque vtraq; vtrisque contraria. Igni quidem enim aqua contraria. Aeri autem terra. Sunt enim hæc contrariis passionibus constituta.*

Cōm. 27. Nūc loca elementis ipsis præsignat & vult quatuor elementis esse præsignanda duo loca, vt igni & aeri vnū. Terræ & aquæ alterum. Et hoc (inquit) Quatuor existentibus corporibus simplicibus, Vtrumque duorum, vtriusque locorum est. hoc est pro singulis duobus est statuendus vnus locus Ignis quidem enim & aer eius loci sunt, quod in extremum collocatur. Terra autē & aqua illius, quod in medio mundi reponitur Sed contra. quoniam cuilibet corpori per se vnus competit per se locus Respondet quod non damus has locorum differētias vniformiter. Etho (inqt) Et hæc extrema quidem ac purissima sunt ignis & terra. Et extrema loca sumunt. Media autem & inuicem mista, aqua & aer. Et hæc mista loca sumunt, vt aqua medium nō simpliciter, sed in respectu. aer extremum non simpliciter sed in respectu. Addit tamen quod sunt alternatim contraria, vt ignis aquæ, & aer terræ Sic igitur patet duo esse loca simpliciter, & duo in respectu. & quatuor elementa & quatuor loca.

RECO. Aptauit corpora simplicia quatuor ipsis coniugationibus: at nūc adaptat quatuor corpora quatuor locis, supponit aūt quatuor corpora esse & loca duo extrema esse, & duo in respectu, deinde ex motibus adaptat hæc ipsis corporibus simplicibus, vnde dicit. Existētibus autē quatuor simplicibus corporibus tanq̄ ad sensum manifestis, & supple existētibus duobus locis extremis, vtraq; duorū extremorū locorum sunt loca vtriusq; corporis, quæ sunt cōtermina. quod exponit (& inquit) Ignis enim & aer sunt eius loci extremi qui ad terminum, hoc est ad finem continentis, fertur, hoc est vergit, non enim fertur locus. sed vergit ad finem cæli. Tertia autem & aqua sunt eius extremi loci, q vergit ad medium, & quia videtur extraneum dare vnum locum duobus corporibus ideo quasi soluendo (inquit) Extrema quidem & sincera hoc est simpliciter talia secundum motum (vt exponit Philoponus) sunt ignis & terra media autem, & mista secundum respectū talia sunt aqua & aer & sic sunt duo extrema loca, & duo media loca, & sic patet quomodo quatuor corpora sensibilia possunt rationabiliter adaptari quatuor locis, quæ per motum sunt reperibiles Deinde adaptat hæc quatuor sensibilia corpora ordini cōtrarietatū, & dicit. Et vtraq; aūt eorū quæ sunt in vna dualitate sunt cōtraria vtriusq; eorū q̄ sunt in alia, quæ. n. sunt in dualitate eorum quæ vergūt ad continens vltimum, sunt contraria vtrisque eorum, quæ vergunt ad medium, non quidem simul. sed singula singulis, vt igni cōtrarium est aqua. aeri ante terra. Sed dices. substantiæ nihil est contrarium. Respondet secundum Philoponum, quod hæc sunt contraria, quia sunt ex contrarijs passionibus q. d hæc sunt contraria non secondum eorum substantias sed secundū qualitates, ex quibus sunt eorum differentiæ. Verum de his postea dicetur.

Sed tamen simpliciter (quatuor existentibus) vno Ant. c. 28
vnum quodque est. terra enim sicco magis est quam frigido, aqua autem frigido magis quam humido, aer autem humido magis quam calido, ignis autem calido magis quam sicco est,

Et licet simpliciter quatuor existant, vnumquodq; Dilucidate. c. eiusdem.
vno est. Tertia quidem enim sicco magis est, quā frigore. Aqua vero frigore magis: quā humido. Aer humido magis quā calido. Ignis calido magis quam sicco.

Dixit elementa esse constantias qualitatum, vt ignem Com. 28.
constātiam calidi & sicci, & cætera id genus Nūc declarat qualiter sint constantia (& inquit). Et licet simpliciter elementa quatuor existant iuxta numerum quatuor constantiarū, tamen vnumquodque eorum est vna qualitate magis hoc est inconstantia vna qualitate exuperat: vt per exēpla ostendit, & totum patet. Sed hic plures emergunt quæstiones. Primavtrū tantū quatuor sint elementa. & videtur quod non sint quatuor. Primo, quia quot motus, tot Quæstio de numero elementorum prima.
sunt elementa. Motus sunt tres primo celi, a medio ad medium. & circa medium. igitur elementaria. Secundo, elementum ignis nō est. Tum primo, quia si esset, esset in sphæra sua lucidum. Tum quia in eo essent animalia quædam, vt in cæteris. Videtur etiam quod plura quam quatuor. Primo, quia cælum est elementum primo metheo. Secundo, quot sunt planetæ tot sunt elementa. sed planetæ sunt quinque: igitur & elementa. antecedens videtur Auerro secundo cæli comento. 44. stellæ habēt qualitates similes vnicuique elemētorū. In contrarium est Aristoteles in litera. In isto quæsito primo animaduerte quod stichion græce, latine elementum dicitur quanquam etiā aliqui elemētum a greco verbo hyle, hoc est materia deducant. vt per mutationem literæ y, in e, quasi hylementum, & tunc elementū erit dictum. quod verbum sic deduci grammaticis omitto Stichion siue elementum græce, siue latine, vt in proposito sumitur est corpus simplex in quod mistum primo resoluitur, & ex quo primo compositum est tertio cæli. vt ignis, aer, aqua, & terra quot vero alijs modis accipiatur, alijs locis relinquo. In isto quæsito igitur primo videndū est vnde accipienda diffinitio. & numerus elementorum: Ordo quæstionis.
Secundo quot sunt elementa. Quantum ad primum tenent quidem simpliciter quod sumi debet numerus ele- Positio antiquorum
mentorum a qualitatibus tactilibus, ea ratione qua conbinabiles sunt. Mouentor ad hoc propterea, quia penes eas

sumi

sumi debet, penes quas fit contrarietas actio & passio. Eiusmodi sunt qualitates tactiles. Sed videtur mihi quod hæc responsio sic simpliciter dicta sit insufficiens, quia vel numerus & differentia elementorum accipi debet a priori, aut a posteriori. Si a priori, tunc debet accipi ab eorum formis substantialibus & non ab accidentibus. Si à posteriori, cum elementa non tantum hæc habeant propriis accidentibus, nõ tantũ penes illa distinguũtur. Arist. enim in libro cæli tribus modis accepit numerum elementorum a motibus, vt in primo cæli, quia enim quatuor sunt motus recti simplices vt ad medium simpliciter, & ad medium in respectu itemque a medio simpliciter, & a medio in respectu. quatuor conclusit esse elemẽta. A situ contrariorum, vt in secundo cæli vbi accepit si vnum contrarium est in rerum natura. & reliquũ, terra est in rerũ natura quæ in extremo contrariatur igni secundum situm. ignis igitur vbi extrema secundum situm sunt, duo oportet esse media quorum vnũ cum altero eorum, & alterum cũ altero coordinatur. igitur quatuor. Itẽque a qualitatibus motiuis, vt tertio & quarto cæli. vt a grauitate simpliciter a grauitate in respectu, a leuitate simpliciter, & a leuitate in respectu. igitur quatuor. sic igitur non tantum penes combinationes tactilium qualitatum. igitur numerus & differentia elementorum colligitur, a priori penes formas, a posteriori quatuor modis. Vno modo a numero accidentium considератorum in præsenti libro. & sic a numero combinationum tactilium. Alio modo a numero accidentium consideratorũ in libro cæli, & sic tribus aliis modis sumi potest. Ex iis patet solutio secundæ partis videlicet quod quatuor tantũ sunt elementa. Tum pro numero combinationum tactiliũ & sic quatuor sunt elementa, quia vt visum est in litera quatuor sunt constantiæ. Tum pro numero motuum. Tum pro numero situum. Tum etiam pro numero qualitatum

Prima dubitatio, positio antiquorum.

motiuarum. Sed hic emergunt dubitationes. Prima, an sit elementum ignis. Antiquorum quidam negauerunt elemẽtũ ignis seorsum existere. Immo dixerunt interuallũ hoc ad cœlum vsque esse plenum aere, sed pars illa aeris, quæ prope cæli concauum existit, cum sit purior, magis ignea existit, ideo ab aliquibus ignis dicta est hæc narrat Ari. primo metheo. Sed contra hoc obiicit Aristot. & possunt rationes eius reduci ad quatuor, & ad vnũ signum. Prima, motus simpliciter sursum est. igitur ignis est nam non potest

Confu.

existere accidens proprium & essentiale alicuius nisi illud subiectum sit. Secundo, terra est igitur ignis, per regulam contrariorum secundo topicorum. si vnum contrariorũ est & reliquum. Tertio leuitas simpliciter est, igitur ignis. Quarto, combinatio calidi & sicci est possibilis. igitur ignis est. signum vero est assignatum ab Auer. quarto cæli. cõmẽ. 32. vbi dicit partes enim ignis & motus earũ ad superius, demonstrat ignẽ esse, veluti si non videremus aquarũ congeriem, quæ mare dicitur, & videremus quod omnes fluores rurtũ ad medium, quod est inter aerem & terram, sciremus quod mediũ illud est locus oĩum aquarũ, & ita mare, sic in proposito videmus omnes ignis particulas vndique sursum ferri, & omnes petere cæli concauum, & si motus nõ sit frustra, scire possumus ibi omnes ignes cõgregari & per cõsequens esse ignem purum. Animaduertendũ quod quidam recentiores concedunt elementa esse, sed tantũ in misto, veluti materia est, sed in cõposito, & vt non datur materia seorsum a composito, ita nec elementa seorsum a mistis, & tunc volunt in concauo cæli esse ignem non purum sed mistum. Immo esse ibi aerẽ puriorẽ, & prædominio igneũ. Et tunc argumenta oĩa cõcluderent dari ignem, nõ seorsum a mistis, sed in mistura. Sed de hoc diximus in primo libro. & in libello de mistura. Secundo dubitant quare

Secunda dubitatio.

ignis in propria sphæra non lucet, & tamen hic extra sphæram lucet. Respondet Auer. quarto cæli cõmen. 32. quod quemadmodũ congelatio aquæ accidit, nõ ea ratione, qua aqua, sed quatenus sibi commisti sunt vapores terræ, & sic quatenus mista est, sic ignis non quatenus ignis lucet, sed quatenus ipse miscetur terreo denso, & sic vt congelatio aquæ accidit per dispositionẽ extraneã ei, ita lux accidit igni per dispositionẽ extraneam, sed elementa, quãdo

Tertia dubitatio.

sunt in loco non possunt habere dispositionem extraneã, & ita nec ignis lucere, nec aqua congelari possunt propriis in locis. Tertio dubitant quomodo differunt ignis in sphæra propria & ignis hic noster. Respondet Alexan (vt narrat Auerroes quarto cæli commento dicto, & primo cæli cõmẽ. 91. Et in hoc secundo de generatione. commen. 21.) quod ignis dicitur æquiuoce de nostro, & illo qui est in sphæra propria, Primo, quia ille est vitæ conseruatiuus, iste noster vitæ corruptiuus. Secũdo quia ille nõ calefacit iste calefacit in sũmo. Aĩaduerte quod si Alexander intẽdit æquiuocationem essentialem, non vere dicit, quia omnis ignis omni igni eiusdem est speciei. Si vult æquiuoce dici per accidens, verum dicit, prima enim ratio valet pro quanto radii solares ad nos descendentes pertranseũtes per ignẽ illum assumunt aliquam impressionem, & sic propter illum calefaciunt, & quia stellæ præbent vitam. ideo calor ille viuificat. iste noster corrumpit propter mistionẽ. Secunda rõ etiam declaratur per Auer. in commento libri canticorũ commen. 15. vbi vult illum ignem non habere actu calorem, quia calor est accidens huic igni sensibili prout in corpore est terreo, ille tamen est aptitudinaliter calidus. Vel dici potest, vt dixit Philoponus de aere quod ille ignis est calidissimus, non tamen calefaceret, primo quia non esset repletiuus pororum nostrorum corporum. secundo quia

Alexander

Quarta dubitatio.

nõ esset adhæsiuus nostris corporibus cum sit elongatum a terra. Verum de hoc alibi. Quarto dubitant quonã modo constantiæ qualitatum se habent ad elementa ipsa. Ad hoc in libro metheo respondimus, quod elemẽta possunt considerari in fieri, & in facto esse. Si in fieri, sic subeunt rationem causæ materialis, pro quanto videlicet præparant ad esse formarum. Si in facto esse, ita sunt formæ saltem accidentales, ipsorum etiam virtutes, effectrices, saltẽ instrumentariæ. Tunc ad rationes. Ad primam patet quod motus sunt tres in genere, sed quatuor in specie. Ad primum patet solutio. Primo, quia non oportet vt luceat. Secundo quia vt quidam aiũt illud decorarũ est dæmonibus, quæ apud Platonicos sunt animalia perpetua, verũ de hoc in libro de dæmonibus perquiritur. Ad secũdum etiam bene cõcedunt qualitates elementorum esse similes qualitatibus planetarũ, non tñ oportet vt sint tot, veluti multa mista prædominio sunt similia elementis non, propterea oportet vt in numero cõueniãt. Ad cætera similiter patet solutio.

Tertia.

Secundo principaliter quærunt, vtrum caliditas ignis & caliditas aeris sint eiusdem speciei specialissimæ. Similiter de humiditate aquæ & aeris, & de frigiditate terræ & aquæ, & de siccitate ignis & terræ quæri potest. Sunt in quæsito positiones duæ extremæ et contradictoriæ, quidã asserunt quod sic multis argumentis, et alii quod non, & ambo nesciunt quid velint. Ignorant enim & rationes distinctionum et conuenientiæ. Propterea animaduertendũ quod aliqua sunt eiusdem speciei in ratione obiecti, quæ nõ sunt in ratione subiecti eiusdem speciei, vt in visus aquilæ, & visus hominis in ratione subiecti differunt specie, quia subiectũ visus aquilæ, vt visorium differt specie a subiecto visus hominis, nam visorium differt speciei a visorio. at in ratione obiecti specie conueniunt, nam visus aquilæ mouetur ab eodem obiecto specie, a quo mouetur visus hominis, vtpote a calore, & ita vterque visus in ratione subiecti specie differunt, in ratione obiecti conueniunt. Similiter caliditas ignea & caliditas aerea in ratione subiecti differunt specie, quoniam ignis subiectum igneæ caliditatis differt specie a subiecto aereæ caliditatis, at in ratione obiecti conueniunt specie, quia caliditas ignea & caliditas aerea sub eadem rõne obiecti mouent tactum igitur subeunt eandem rationem obiecti, quæ vero recentiores dicũt metaph. non sapiunt. Et per hæc argumenta vtriusque partis persoluũtur. Tertio quærunt vtrum in elemẽtis sint ponendæ qualitates virtuales distinctæ ab actualibus. In hoc quæsito sunt duæ positiones extremæ. Prima vult quod in elementis sunt tot qualitates virtuales, quot actuales, vt in igne qualitates actuales sunt caliditas & siccitas, & totidem virtuales. Similiter in cæteris dicat. Secundo dicit virtuales differre ab actualibus. quod illæ magis ac minus recipiunt hæ minime. Persuadent hanc positionem. primo quia in mistis sunt eiusmodi qualitates virtuales, vt in caliditas virtualis

Secunda quæstio de symbolis.

Positiones extremæ.

Positio prima.

Tertia quæstio de qualitatibus virtualibus. Prima positio.

tualis, & in cæteris id genus. Secundum, quia aqua calefacta reducit se, & non nisi per frigiditatem virtualem. Tertio, quia elementa conseruantur in locis proprijs per eiusmodi virtutes. quod vero illæ non intendantur, nec remittantur. argumento patet quod aliter aqua calefacta non reduceret se.

Secunda positio.

Secunda vero positio tenet quod in mistis eiusmodi virtutes dantur aliæ a formis substantialibus, & qualitatibus primis, in elementis minime. Primum patet de vino & pipere, & cæteris id genus, quæ actu quidē fortasse frigida sunt, virtute vero calida. Secundum vero probāt pluribus

Propr. positio.

rationibus, quas omitto nunc. Ego vero cum his concedo in elementis qualitates virtuales nullas esse propter rationes quas tāgunt, nec in mistis eas cōcedo alias esse ab actualibus, quibus cōseruat forma in materia. verbi gratia cōplexio piperis, pōt cōsiderari, & talis qualitas, & sic gñat sibi simile, vt frigiditatē si a prædominio actu sit frigida: Et potest considerari vt instrumentum formæ piperis, quo illa exit in omnes operationes, in quas potest in materia apta illas recipere. Si primo modo, sic est qualitas actualis. & semper sibi simile generat. Si secundo modo qualitas virtualis dicetur, & sic instrumētum formæ potest generare omne in quod potest forma in subiecto apto affici, & sic qualitates elementorum, nec in se, nec respectu formæ dici possunt virtuales, at qualitates mistorum, & si non simpliciter dicuntur virtuales, respectu formæ virtuales dici possunt, quanto exeunt in effectus specie dissimiles a se.

Tunc ad rationes patet. Ad primam quidem, quia in mistis & elementis non est simile, quia forma, misti est alterius generis a forma elemēti.

Ad rōnes.

Ad secundū vero diximus quod aqua reducit se per accidens, inquantum videlicet mouetur ad centrū. Nā aqua calefacta est rarior q̄ debet, cessante aūt calefaciēte ipsa mouēdo se ad centrū extra q̄ præter naturaliter facta est, condensatur. Ad condensationem vero cū auxilio continentis sequit frigiditas, & ita per accidens inquantum reducit se ad pristinum locum se infrigidat. Vel dici potest quod aqua calefacta se infrigidat, pro quāto mouet se ad sui medium, nam motus in corpore apto infrigidari frigefacit in corpore apto inflāmari, calefacit primo metheo. Ad tertium patuit solutio in alia quæstione, vbi de locatione elementorum disputatum est.

Quarta quæstio vtrum elementorū quodlibet limitet sibi ambas in summo

Quarto quæritur, vtrum quodlibet elementum in naturali dispositione existens determinet sibi vtrasque primas qualitates in summo. Circa quæsitum dici potest quod aut quodlibet elementum vtrasque sibi in summo limitat, vel neutram in summo, vel alteram tantum. quicunque elementa pura, & seorsum existere negant, coguntur cōcedere neutram in summo elementum habere cum quo tamen volunt alterā elemento prius inesse, etiam si ambæ sint remissæ. Mouentur coniectura accepta terra, quia si aliquod elementum deberet esse in summo tale, maxime esset terra in summo sicca vt Arist. testatur. Modo terra non est in summo sicca, quin sibi humiditas sit admista, aliter non esset continua. Mouentur etiam per verba Arist. tex. commen. nostri. 26. vbi voluit nullum elementum esse simplex ac purum, sed esse simile elemento, hæc opinio disputabitur postmodum, quando quæretur vtrum elementum habeat qualitatem aliquam in summo. Auerroes autem in isto quæsito varius inuenitur nam tertio cæli commen. 67. (inquit) quod ignis non est ignis in actu, nisi in calore & siccitate, quæ sunt in summo, idem & in cæteris, & sic secūda positio est, quod quodlibet elemētum sibi limitat vtrasque in summo, quarto vero metheororum commento. 10. expresse vult nullum elementum limitare sibi vtrasque in summo, quia tunc inter contraria elementa non posset esse actio & reactio vt deducit, vt nec ignis in aquam, nec aqua in ignem agere posset, quia æquipotentes essent in vtrisque contrarijs. Propterea tenent quodlibet elementū alteram tātum sibi limitare in summo, & alteram remisse. verum circa remissionē duæ sunt positiones, nam alij dicunt remissam esse alteram per admistionem contrarij alij esse remissam per simplicitatem, quæ differentia pendet propter positiones diuersas, quas alias enarrabo. In isto quæsito Auerro. non multum tribuo, quia ipse in ipsius positione non est certus, cum cōtraria dicat, propterea (saluo meliori iudicio cum protestatione dicendi aliter, si aliter occurrit) dico quodlibet elemētum in naturali dispositione constitutum, & seorsum a misto existens, sibi a specie sua limitare vtrasq; qualitates in summo, alteram tamen per prius & essentialius. verbi causa. ignis est in summa calidus & siccus, sed per prius & essentialius calidus quam siccus, aer æqualiter in summo calidus & humidus: sed p prius humidus, & secūdo calid⁹, & hoc p regulā Arist. in posteriorib⁹, videlicet q qñ duæ passiones p se cōpetūt vni subiecto, necesse est vt ordine quodā cōpetant vt vna per prius & altera per posterius, non enim possunt duo æque primo alicui inesse, dixi in naturali dispositione constitutum, quia præter naturaliter existens has non sibi limitat, dixi seorsum a mista, iuxta positionem veriorem, quæ tenet elemēta pura dari in proprijs sphæris. dixi a specie, quia calidū vt calidum non magis igni cōpetit quam aeri, licet ignis essentialius per speciem eius sibi calidum limitet, quam aer quoniā hæc insunt per se a parte subiecti, & formæ subiecti Et hoc dixit Aristote. dum inquit. & licet simpliciter quatuor existunt vnūquodq; vno est, terra quidem enim sicco magis hoc est per prius, & essentialius est quam frigore & reliqua. Vnde verbū illud magis, quod græce est mallon, quandoque sonat per prius, & quandoque intēsius, hic vero sonat per prius. hanc positionem ideo teneo, quia ad eam minora sequuntur. Et etiam quia non potest facile assignari, vnde sit remissio illius qualitatis, nisi ad voluntaria deueneris. Sed contra hoc arguūt quia tunc aer non esset conueniens locus habitationi animalium. Respōdet Auerro. secundo de anima cō men. quod aer non sentitur ab animalibus, nisi quādo sibi admiscentur corporea extra naturam, vt vapores, quia vero in aere aīalia oriunt a consuetudine connaturalis est aialibus. Tunc dico quod aer licet sit æque calidus sicut ignis, quia tamen est æque humidus, ideo calor ille humiditati commistus efficitur cōueniens habitationi. Et cū arguūt q est in materia densiori. Respondeo quod non est in materia densiori conuenienti siccitati. Sed humida connaturali animalibus, & sit propter humiditatem aeris, & cōnaturalitatem calor ille non sentitur, proportionabiliter enim humiditas est maior quam densitas, propterea hebes est, & ideo est conueniens habitationi animalium. Ad formam igitur dicerē quod licet caliditas sit densiori in materia, quia excessus humoris est summus, ideo caliditas illa nō sentitur, nam multo maior est humiditas quam densitas. Sed ambigunt dato quod altera tantum qualitas competat elemento in summo, quæ est qualitas summa ignis, & quæ cæterorum elementorum. Primus expositor velle videtur quod terræ non competat maior siccitas quam igni. Dicit secundo quod nec humiditas aeris est maior humiditate aquæ. Dicit tertio quod aqua non est frigidior terra. Immo terra est omnium frigidissima: primum probat, quia caliditas humorem consumit, sed ignis est calidissimus, & proximus motor cæli igitur maxime siccus. Secundum etiam patet apud ipsum primo, quia in aqua est frigiditas faciens ad se fluere humorem, caliditas aeris non facit. secundo, quia sensu aqua humidior percipitur. Tertium etiam probat, quia frigiditas causatur ex distantia a cælo, modo terra est distantissima, igitur frigidissima. Nouus expositor videtur distinguere de duplici frigiditate. videlicet cælesti & elementari vt de calore dicit Auer. 12. meta. commento. 18. Modo dicit quod frigiditate cælesti terra est frigidior aqua, & aqua est frigidior terra frigiditate elementaria, vt secundo cæli comment. 94. & licet hæc concordia esse possit de frigiditate, de cæteris non conuenit. Propterea dici potest vel secūdum rem ipsam, vel secundum positionem illorum, qui tenent in quodlibet elemento naturaliter constituto p̄dominari alteram tantum. Si primo modo, sic quodlibet elementum limitat sibi vtrasque in summo, siquidem est in naturali dispositione constitutū, & tūc nec aer est humidior aqua, neq; e cōtra, & in cæteris de cæteris idem. Sed ad dictū Philosophi, dico quod Arist. vult alteram inesse magis, hoc est per prius vt aeri per prius humiditatem, aquæ frigiditatem, & de cæteris idem, vnde elementa sunt æqualiter talia, vt quæcunque frigida, æqualiter frigida, quæcunque hu

mida æqualiter humida quæcunque sicca æqualiter sicca quæcunque calida æqualiter calida, non tamen eodem ordine. nam ignis primo calidus, aer primo humidus, aqua primo frigida, terra primo sicca. Sed dices. quod est primo tale, est maxime tale, sed aer est primo humidus, igitur maxime humidus, & per consequens cætera sunt minus humida. Dico quod illud quod est maxime tale in ordine ad subiecta, est intensissime tale, sed non in ordine ad passiones, vt licet homo sit primo disciplinabilis, & per prius quam risibilis, non propterea magis disciplinabilis quam risibilis. Sed si respondemus secundum positionem eorum, dicimus quod ignis est maxime calidus, aer maxime humidus, aqua maxime frigida, terra maxime sicca. Quod quidē ignis sit maxime calidus, oēs concedūt & Ari. probat, quia maxime cōgregat inter similia, quod vero aer sit maxime humidus, & magis quam aqua Arist. probauit. quia magis terminabilis termino alieno, quam aqua est enim aqua plus solida, aer vero terminabilis maxime termino alieno. Nec valet argumentum secundum. quia humiditas aeris minus sentitur propter connaturalitatem & quia cum calore est vitæ conueniens. secundo de anima commen. 115 primum etiam tollitur, quia frigiditas aquæ non magis facit fluere, immo facit humorem crassiorem quod aqua sit frigidior terra, patet quia frigiditas aquæ magis congregat inter similia & dissimilia quam terra. Et argumentum de distantia est solutum per nouum expositorem, quod vero terra sit siccior igne, patet. quia minus terminabilis termino alieno, nec calor facit euaporare humidum, nisi coniunctum frigori. videlicet aqueum, non autē humidum quatenus humidum, Vnde pace expositoris dixerim, non bene percipit, quæ. Aristo, præmisit, accepit .n. vnde humiditas dicatur, vnde caliditas vnde frigiditas & siccitas, & tunc pro ratione & definitione illorum ordinauit illas in elementis, & eas maxime elementis conuenire dixit, quibus maxime competunt illorum definitiones.

Quinta quæstio de qualitate motiua Positio recentiorū. Argumenta propositionæ.

Obiter quinto quærunt, vtrum leuitas aeris & ignis sint eiusdem speciei, & de grauitate aquæ & terræ similiter. Recentiores tenent. primo quod differunt specie. secundo quod leuitas ignis & aeris sunt æque intensæ, quando sunt ignis & aer in naturali dispositione constituti. Similiter grauitas aquæ & terræ. Sed non est iustum condemnare aliquē absentem. primo & secundo cæli propterea rationes eorū inducam, postmodum dicam aliter. Quod igitur leuitas ignis & leuitas aeris differunt specie, arguunt primo. quia tūc ex parte grauitans & leuitatis nō posset cōcludi numerus elementorum. secundo tunc ad eundem locum simpliciter mouerentur, quia rerum eiusdem speciei idem est locus simpliciter. tertio quæ sic se habent, quod vna trahit alicubi, quo altera non trahit differunt specie, sed leuitas Ignis trahit ad locum, ad quem non trahit leuitas aeris. igitur differunt specie. Quarto, leuitas aeris naturaliter collocatur in sphæra aeris, & non leuitas ignis. igitur differunt specie. Quinto, diuersorum corporum differentium specie, diuersæ sunt virtutes specie. igitur non potest eadē specie leuitas igni, & aeri inesse. Quod vero leuitas aeris sit æque intensa, vt illa ignis. probatur primo, quia vel est sūma, vel remissa, si summa, habetur intentum. si remissa. tūc aer esset mistus in qualitate motiua, & sic non esset purū elementum. Secundo, quodliber elementum debet limitare sibi qualitatem aliquam motiuam in summo, veluti aliquam alterariuam. Tertio, omnis virtus competens alicui subiecto puto, & per se competit sibi secūdum omnem rationem, & in summo modo leuitas compenit aeri, & in naturali dispositione constituto. igitur in summo. Hæc sunt

Contra..

argumenta & vires istorum. Sed pace istorum dixerim. probare videntur verba Aristo. quod leuitas ignis & aeris similiter grauitas aquæ & terræ sunt eiusdem speciei. primo, quicunque definitione sunt eadem, specie sunt eadem, sed leuitas aeris & ignis definitione sunt eadem. igitur specie, minor declaratur, nam primo cæli tex. & commen. 17 leuitas sic definitur leue est quod natum est ferri a medio, graue vero, quod natum est ferri ad medium modo; hæ definitiones competunt illis igitur specie conueniunt. secūdo omnis natura cælestis neutra est eiusdem speciei omni naturæ, vt secundo cæli commen. 49. igitur omnis natura leuis omni naturæ leui, & omnis grauis omni graui. tertio quæcunque comparantur in grauitate & leuitate, conueniunt in illis secundum speciem, sed terra & aqua cōparantur in grauitate, & aer & ignis in leuitate, igitur cōueniūt in illis secundum speciem, minor patet quarto cæli tex. cōmento. 26. & 27. & primo cæli. tex commento. 17. Propter hæc & alia quæ diximus in libr. cæli, videtur esse dicē-

Dubitatio

dum apud Aristo. & Auerroem, & Simplicium, & Alexandrum, quod grauitas & leuitas possunt accipi pro formis substantialibus elementorum, & pro. accidentibus illis formis coniunctis. vt primo cæli. commen. 17. & secundo de anima com. 108 Si pro formis, sic sicut forma ignis & forma aeris differunt specie, ita leuitas a leuitate, quando quidem forma est leuitas, si vero accipiuntur pro accidentibus consequentibus formas, sic sunt eiusdem speciei & solum differunt secundum magis & minus Auer. hoc tener, expresse quarto cæli. comment. 3. d. graue autem & leue secundum comparationem est illud in quo non est pura grauitas, neq; pura leuitas, sed vtrūq;, est. n. grauius alio & leuius alio, & reliqua, idē. Et cō. 6. d. Illud autē quod est minoris grauitatis .i. ex gñe grauis simpliciter, et non differunt nisi secundum magis et minus: propter illud quod misceretur cum eis ex altero contrario quod est leue, et reliqua. Et commento. 16. & quia graue & grauius secundum comparationem eiusdem generis sunt, sed differunt secundum magis & minus vt aqua & terra, quæ sunt in genere grauis simpliciter, sed differunt secundum magis & minus, & similiter ignis & aer, q sunt ex genere leuis simpliciter, & accipit genus pro specie. Verum pro solutione ad argumenta aduerte. primo quod grauitas & leuitas possunt dupliciter accipi. vel in ratione qualitatum, et sic sunt (vt dixit Auerroes.) omnes leuitates eiusdem speciei, & omnes grauitates similiter. Si in ratione instrumenti, cum vt sic sortiantur differentiam & esse a formis agentibus, differunt specie aliquo modo. Tunc ad primum dico quod ex parte leuitaris & grauitatis potest colligi numerus elementorum, acciptendo illas pro substantiis, non pro accidentibus, quia sic ex numero motuum accipiuntur, vt patet in commento illo. 17. primi cæli. Ad secundum dico primo quod bene mouerent ad eundem locum simpliciter si essent æquales in gradu in vtroque, & eiusdem speciei in ratione instrumenti modo (vt Auer. dixit) leuitas aeris est remissa, et in ratione instrumenti differt specie ab illa ignis. Ad tertium eodem modo dicas, quando enim essent æquales in gradu, et eiusdem speciei in ratione instrumenti tunc quo vna traheret et alia etiam.

Nota.

Ad quartum eodem modo dicendum quod differunt loco non specie, sed secundum magis et minus, vnde vt leuitas, ita & locus, est enim elementorū duplex locus, et a medio, et hic leuibus competit, & ad mediū, et hic grauibus, ita etiam duplex qualitas motiua, leuitas & grauitas. Ad quintum maior est vera de accidentibus et virtutibus et passionibus propriis essentialibus, modo leuitas est quoddam accidens commune igni et aeri. Tunc ad primam pro alia conclusione Aueroes concedit quod aer non est simplex in qualitate motiua, sed mistim, est tamen simplex penes qualitates alteratiuas.

Ad secundum negatet maiorem Auerroes, quia motiua qualitas non est propria passio et essentialis, sed commune quoddam. Ad tertiam similiter intelligitur quando competit illi subiecto per se, vbi autem competit communiter, non oportet. Sed ambiges vnde aer habet remissam leuitatem, et cum admistione grauitatis, ignis vero non, Ad hoc dici potest illud esse propter duo Primo propter formas substantiales, quia forma ignis differt a forma aeris. Secundo pp qualitatū ꝓportionē, q2 ignis cōstat ꝓportione calidi vero proportione calidi & humidi, modo ad proportionē primā sequitur qualitas illa intensa, ad secundam vero qualitas illa remissa. Hæc sunt quæ probabiliter sustineo, quod si aliter aliquando videbitur, aliter etiam dicere non recusabo. Ego enim cum in naturalibus nihil certi habeo, illud defendere enitar, quod magis pro tunc cōsonat, semper tamen cum protestatione dicendi aliter, si

Dubitatio Solutio.

alter

aliter occurret, pertinacitas enim opinione non est digna Philosopho. Hæc de quæstione. Sexto quærunt, verum sit dare aliquod elementum purum, hæc dubitatio est tacta superius, verum quia a recentioribus hic speciatim, tangitur ideo aliqua etiam ad ęciam. Alchimici aiunt nullum elementum esse purum, nec in substantia, nec in qualitate. Immo omne esse mistum mistione elementaria dici tamen elemẽtum, non quidem simpliciter, sed a prædominio. Hanc positione videtur sentire Auic. vt Auerroes narrat primo de generatione commen. vltimo, & est expresse Constantini. libro de elementis, & videtur Auerro. secundo de anima. commen. 15 & Aristo vt in hoc secundo patet tex. com. nostri. 20. Addunt tamen quod fieri potest vt elementum purũ extrahatur ex quolibet misto. Immo fingunt quintam essentiam e quodlibet misto extrahi posse. Contrariã positionem tenent omnes & concedunt dari extrema saltem aliqua in parte pura vt ignem & terram, & hoc substãtialiter & qualitatiue, de medijs vero aiunt, aerem & aquã substantialiter esse pura, omnia tamen qualitatiue mista. Primum probant, quia ignis & terra sunt in locis extremis, sed mistiones fiunt in inter medijs. Secundum patet, qa hæc elementa sunt in medio, ideo mistionem habere debẽt Sed certe (vt diximus alias) in hac re nihil certi est, & nec opiniones nec argumenta sunt necessaria, vt patet consideranti. Sed circa hec occurrunt dubitationes. Prima verum caliditas potest in infinitum intendi inquantum caliditas. Secũdo dato. q̃ sic. penes quid accipit puritas elemẽti Tertia, verũ caliditas vt caliditas posit in infinitũ remitti. Ad primã respondent aliqui quod repugnat caliditati vt caliditas est, intendi in infinitum, & hoc probant. Primo, quia sicut cœlum ad extensionem, ita caliditas ad intensionem sed repugnat cœlo vt cœlum est in infinitum extendi, igit caliditati repugnabit intendi. Secundo, quod sibi non põt conuenire, eidem repugnat, sed caliditati intensio in infinitum conuenire non potest igitur sibi repugnat. minor declaratur, quia si posset conuenire, aliquando cõuenisset, vel aliquando conueniet per regulam de possibili. Tertio, q̃ est indifferens ad finitum & infinitum, sibi non competit finitas nec infinitas. igitur secundum se non potest crescere in infinitum. Anim. aduerte apud Auerroem pluribus in locis quod aliqua propositio est vera per se, & falsa per accidens vel sub alijs verbis aliqua est vera per rationem generis quæ est falsa per rationem speciei, hoc est aliqua est vera reduplicatiue, quæ est falsa simpliciter siue absolute, loquor de reduplicatione ad bonum sensum, quatenus nõ distinguitur a specificatione verbi causa hæc est falsa absolute. omne animal potest videre, quæ reduplicatiue est vera. videlicet omne animal potest videre inquãtum animal quia etiã talpa potest videre inquãtum aia. Similiter hæc est falsa absolute. omnis motus potest velocitari in infinitum quæ reduplicatiue est vera. videlicet omnis motus potest velocitari in infinitum inquantum motus, sic in proposito hæc est falsa absolute omnis caliditas potest in infinitum intendi, quæ tamen est vera reduplicatiue videlicet inquantum caliditas. probatur. quicquid non repugnat speciei, nõ repugnat indiuiduis sub ratione speciei, modo infinitas nõ repugnat speciei, linea enim finita & linea infinita sunt eiusdem speciei similiter & caliditas finita & caliditas infinita. Ad primum respondeo quod similitudo non est conueniẽs quia extensio competit cœlo vt quantum, intensio competit caliditati vt quale, modo quantum per accidens competit cœlo, quale per se caliditati. Ad secundam nego minorem. Ad probationem dicas regulam illam de possibili esse verã in possibili absoluto, & nõ reduplicatiuo. nã põt est talpa videre in eo q̃ aĩal nunquã tñ vidit nec videbit. 5. meta tex. com. 47. Ad tertiam cõcedo maiorem, quod sibi non competit alterum secundum inclinationem materialẽ, attamẽ sibi non repugnat, & hoc sufficit ad ppositionem de possibili reduplicatiuo. Ad secundam dubitationem respondent hi ijdem, & volunt quod si caliditati quãtum est de se competeret posse in infinitum intendi, adhuc penes esse infinite intensum non deberet sumi puritas elementi ignis, & sic in cæteris. probant. quia hæc infinita intensio esset præternaturalis igni vel elemento, & sic penes hanc non debet attendi eius puritas. Sed hæc positio est de directo contra Auerroem, nam ipse ponit formas elementorum intendi & remitti proportionabiliter secundum intensionem & remissionem qualitatum, quo stante sequitur quod si ignis non esset infinite calidus. esset remisse calidus, & sic remisse ignis, & ita alteri commistus, & per consequens non purus. Propterea dicendum infinitam intensionem caliditati simpliciter & absolute repugare, licet nõ repuget reduplicatiue, propterea elemẽtũ potest esse purũ dato quod caliditas non sit infinite intensa, & sic puritas element penes simplicitatem elementorum attenditur, ita vt illud simplex dicatur elementum, quod ex pluribus non cõstat elementis. Ad tertiam dici potest vt ad primam, verum quia quæstio illa potest extendi ad materiam de minimis, volo hæc satis esse, & sic de quæstione.

Soluit quæstionem, nam dixit vnumquodque elementorum constare duplici qualitate, ideo quæritur, verũ vtra que illarum, constet æqualiter. Respondet (vt exponit Philoponus) & dicit sed tamen quatuor existentibus qualitatibus, calido, humido, frigido, & sicco. vnumquodque, sensibilium corporum simpliciter constat vno, hoc est vna illarũ Græci vtuntur accusatiuis absolutis, nos vero nõ, & genitiuis etiam loco ablatiuorum, ideo cõmunes trãslationes non bene se habent: Exponit quod dixit (& inquit) Terra enim constat sicco magis quam frigido. aqua autem frigido magis quam humido, aer autem humido magis quã calido, ignis autem calido magis quam sicco est constans, & sic vnumquodque simpliciter vno constat. Sed propter quod elementorum vnumquodque constat duplici qualitate, Philoponus bonam affert rationem. Sed cur constat altera magis ac simpliciter, causam non affert. Dicit enim quod elementa quatenus sunt abinuicem transmutatiua, earenus oportet qualitatibus contrarijs participare, quatenus vero vicena, eatenus necesse est ea communicare in aliqua verbi causa, ignis aeri vicinus est, & quatenus ei vicin⁹ est, communicabit cum ipso secundum aliquam qualitatem, vtpote secundum caliditatem quatenus vero vtrunque in alterum transmutatur, necesse est ipsa secundum aliã differre qualitatem, quia vero impossibile est duo æque primo competere alicui nisi ordine quodam, ideo omne elementum altera tantum principaliter constabit. Alioquin duo erunt ad idem æque primo æqualiter comparata. Dubitant aliqui, quia non videtur quod aeri magis humiditas tribuenda sit quam aquæ, quia vt obseruatio docet, aqua multo plus humefacit, Respondet Philoponus quod, humidum s̃m eam rationẽ qua ipsum descripsit Arist. magis aeri quam aquæ competit. Est n. humidum quod proprio termino male terminabile est bene autem alieno, modo hæc definitio videtur magis aeri competere. aer enim & magis quam aqua funditur, & magis diffluit & male terminabilior est ipsa aqua. aqua enim & si diffluat, aliquem terminum interdum dimissum desuper tanquam compacta seruat: aer autem perfunditur facile, quare quo ad rationẽ humidi aeri videtur humiditas magis esse tribuenda. Tũc ad argumentum dicit quod aqua per accidens magis humefacit nostra corpora primo quia constat ex crassiorib⁹ partibus & ideo est magis repletiua eorum pororum. qui sunt in nobis aer vero quia est ex tenuioribus partibus, ideo facile diffluit. Secundo, quia aqua conante quasi se habet ad terram, & facile cum ipsa colligatur, & cum nostra corpora terrena sint, cum terra magis participant, ab aqua magis humefiunt quæ suapte natura facile est cum terrenis permiscibilis. hæc ex commentarijs Philoni. Quod vero ignis sit principaliter calidus, aqua simpliciter frigida, terra vero maxime sicca. Arist. tanquã nota ad sensũ supponit, sensibus n. patet ignẽ esse magis disgregatiuũ etherogeneorũ. q̃ pprio termino terminabilis sit. Aquã ẽt esse etheorogeneorũ cõgregatiuã magis quã humidã etiã sensibus subiacet Terrã et esse magis proprio termino terminabile, magis quam etherogeneorum congregatiuam etiam sensibus constat, ideo hæc supponit. In commentarijs quæsiuimus verũ tñ quatuor sint elemẽta, vbi dicebamus Arist. probasse tantum quatuor esse elementa, vt per rationes tactas in commentarijs declarauimus. At

vt ex

Marginal notes:

positio alchimicorũ

positio cõtraria.

Dubitationes.

Positio quorundã ad primã. q.

Positio ppria.

Solutiones ad argumenta Primæ positionis.

Respõsio ad Secũdã

Prima. Caelum.

positio ppria.

Car elementum constet duplici qualite, & vna principaliter.

An aer sit magis vnidus aqua.

dicebamus Ari. ꝓbaſſe tm̃ quatuor eſſe elemẽta, vt ꝑ rõnes factas in cõm declarauimus. At ex cõmẽtarijs Philoponi ꝑſpicuũ eſt, Ari. nõ ꝓbauit tm̃ quatuor eſſe elemẽta ſed ſuppoſuit quatuor eſſe nota ad ſenſũ, poſtea ea adaptauit quatuor cõiugationib⁹, & quatuor locis, & quatuor motib. et quatuor cõtrarietatibus & hoc vt oſtẽderet, ea quæ ſenſib. ſubiacẽt de elemẽtis, cõuenire rõni Põt etiã dici, ꝙ hæc propoſito tm̃ quatuor ſunt elemẽta, æquiuallet illi quatuor ſunt elemẽtã, & nõ plura, vel ꝙ interpretatur ꝑ illã, quatuor sũt elemẽta, & nõ plura mõ hæc interpretatio ſm̃ quãlibet ei⁹ partẽ nõ ꝓbatur ab Ar. quia vbiq; Ariſ. ſuppoſuit eius primã partẽ vt notã ad ſenſum nullibi.n. probauit, ꝙ quatuor ſint elemẽta ſed ſuppoſuit vt ꝑ ſe notũ ad ſenſum, ꝓbatur tñ quo ad eius ſm̃ partẽ, qa Ariſ. ꝓbauit ꝙ nõ poſſunt eſſe plura, quia plures cõiugationes nõ ſunt poſſibiles plura loca quã quatuor nõ ſunt poſſibilia, plures motus q̃ quatuor nõ ſunt poſſibiles, plures qualitates motiuæ nõ ſunt poſſibiles, plura q̃ quatuor cõtraria nõ poſſunt eſſe, niſi vni eſſent plura cõtraria ergo illã excluſiuã nũquã ꝓbauit Ariſt. ſm̃ oẽm eius partẽ, ſed ſolũ ſm̃ alterã ſ. ꝙ non ſunt plura quã quatuor. ad nũc ſenſum ꝓcedere põt Philoponi interpretatio, vt patet legẽti Aĩaduerte ꝙ qui vellet poſſet dicere ꝙ nõ poteſt probari ignẽ eſſe ſimplicẽ & purum ab omni miſtione abiunctũ, non.n. valet prima ratio quam fecimus in commẽtarijs, quia licet motus ſurſum ſimpliciter eſt hoc arguit aliquid moueri ſurſum ſimpliciter, vbi prædominatur ignis, nõ ꝙ ſit purus ignis, nec valet ſecũda, quia bene volo quod ignis ſit, ſed in alio vnum.n. cõtrarium arguit alterũ eſſe, vel in ſe, vel cum alio, nec valet tertia, quia ſi ſimpliciter leuitas eſt non ſequitur niſi ignem, vel in ſe vel in aere. nec valet quarta, quia ſi illam combinatio eſt poſſibiles, ignis eſt ſed cum alio commiſtus & ſic rationes illæ nõ concludunt ignem eſſe purum, & ſeorſum ab omni alio, ꝑ idem tollitur ſignum. Auerr. illud enim arguit eſſe locum, vbi omnes ignes congregantur non puri, ſed impuri, ſicut de mari, quod non eſt locus puræ aquæ. Poſtea in commẽtarijs quærebamus, vtrum caliditas aeris & ignis ſit eiuſdẽ ſpeciei, Vbi debes ſcire quod Philoponus in primo huius aſſerit, quod caliditas ignis, & caliditas aeris differunt ſpecie, & ſic de alijs ſymbolis, probat per ſimile in miſtis, in quib⁹ ſunt nulla calida, quæ ſpeciem dicerent. eam alia eſt quæ in vino caliditas, & alia quæ in pipere, caſtoreo, aut balſamo, & ſimilibus, & tunc concedit quod vult cum ex vino ſanguis gñatur, tota vini caliditas corrũpitur, & alia quædã ſm̃ ſpeciẽ in ſanguine caliditas generat, ita etiã (vt inquit) accidit in generatione elementorum, quæ generantur inuicem. Et ſi dices, cur Ariſtot. appellat vbique caliditatem ſymbolam qualitatem aeris & ignis. Dicendum quod hoc eſt primo, quia conueniunt in nomine. ſecondo, quia non ſunt contrariæ, licet ſint ſpecie abiunctæ, vt album & dulce. Caliditas autem & frigiditas dicuntur contrariæ, ſimiliter ſiccitas & humiditas, quia nec nomine cõueniunt, & ſunt inuicem corruptiuæ at caliditas ignis, & caliditas aeris non ſunt inuicem corruptiuæ. niſi per accidens. Põt tamen hæc poſitio etiam intelligi, vt in commentarijs diximus quod ſunt eiuſdem ſpeciei, vt obiecta, differunt ſpecie vt accidentia quatenus earũ propria ſubiecta differunt ſpecie. Quærebatur etiam in commentarijs, vtrum quodlibet elementum limitet ſibi ambas qualitates in ſummo. vbi diximus hypothetice quod ſic, vt pote ſi darentur elementa pura, ac ſeorſum a miſtis & in naturali diſpoſitione collocata, cathegorice vero Philoponus tenet quod aer eſt humidior aqua, quia minus proprio termino terminabilis alieno vero magis tenet etiã ꝙ ignis eſt calidior aere quia magis etherogenea aptus ſegregare. Amplius ꝙ aqua ſit frigidior terra, quia magis congregatiua. terra autẽ ſiccior quia minus alieno termino terminabilis. magis vero ꝓprio, & ſic vult alterũ eſſe altero magis in vna qualitate intẽſiue & nõ ſolũ ſm̃ prius Hoc aũt tenet Philopon⁹, qa nõ aſſerit hæc quatuor corpora eſſe pura, ſed miſta. Si n. aqua eſt aere min⁹ humida, ẽ qa habet aliqd de terreſtri ſicco & ſi terra eſt min⁹ frigida aq̃ eſt qa habet nõ nihil de igneo & exhalabili, & ſic nõ vult elẽta eſſe pura niſi quo ad ſẽſũ & hoc arbitror eſſe ſm̃ cathegorice. Dato aũt ꝙ elẽta eſſent pura. aer hẽret caliditatẽ ita intẽſam ſicut ignis, & ſic de alijs nõ ſentirẽtur, ꝓp cãs Philoponi, quæ dictæ ſunt de humiditate aeris, nec illa caliditas ignis puri ſentiret, imo datis elẽtis puris caliditas aeris magis ſentiret illa ignis. Tũ qa ignis eet partiũ ſubtiliorũ, & tam n⁹ repletiu⁹ pororũ noſtri corporis, eſſet etiã ſuapte natura min⁹ noſtris corporib⁹ aſſociabilis, cũ oĩno ſit alterius naturæ ab aqua qua magis cõſtam⁹ q̃ igne. Argumẽta D. ui Th. q̃ vñr cõtrariũ ꝓbare in cõmẽtarijs ſunt ſoluta, & facil⁹ ſoluũtur, quõ.n. ꝓbat ꝙ ignis eſt ſiccior terra, qa caliditas exiccat magis. dñr ꝙ terra eẽ ſiccior igne, qa alieno termino min⁹ terminabilis magis aũt ꝓprio nõ.n eſt ſiccior ꝓp frigiditatẽ, ſed ꝓp ſpẽm, qua limitat ſibi maiorẽ ſiccitatẽ Mõ fortior eſt virtus formæ ſpecificæ q̃ virt⁹ qualitatis manifeſtæ. cũ vero ꝓbat aqua ẽ humidior aere, patet ꝙ nõ, qa aer min⁹ ꝓprio termino terminabilis eſt alieno magis q̃ ignis, quare aũt ſentiẽ humiditas aq̃ cã aſsignatẽ eſt a Philo qa aqua eſt craſsiorũ partiũ & magis repletiua, & qa eſt ſua natura magis aſſociabilis terrenis corporib⁹. Cũ vero dicit qa frigidũ facit fluere humidum, dici põt ꝙ aqua eſt humida ꝓp ſpẽm, quæ nõ requirit tãtã humiditatẽ, quãtã aer. Prætera Frigidum facit exhalare humidũ via cõpreſsionis. vt patet in cryſtallo. Calidum vero via exiccationis. Quare ꝓ dilucidatione ſi reſpondebimus ad quæſtionẽ caſu poſito .ſ. quod elemẽta ſint ab omni miſtura ſeparata, & in naturali diſpoſitione cõſtituta vnũquodq; elemẽtũ limitat ſibi vtrãq; in ſummo licet nõ æque primo. Si autẽ ad q̃ſtionẽ reſpondebimus ſimpliciter quatenus elementa ſunt nũc ſimpliciter, dicemus, ꝙ ignis eſt calidior aere & magis calidus q̃ ſiccus, vt ex actionibus qualitatũ cõſtat, & ꝙ aer eſt humidior aqua & magis humidus, quã calidus, vt etiã actionibus cõſtat, & aqua eſt frigidior terra & ꝙ magis frigida quã humida, vt iterũ actiones oſtendunt terra vero ſiccior igne, & magis ſicca q̃ frigida vt etiã actiones oſtẽdũt. Vtrũ ignis ſit in ſummo calidus, aer in ſummo humidus aqua in ſummo frigida, terra in ſummo ſicca, credo ꝙ nõ, qa nullũ elementũ in rei veritate eſt purũ, & iõ Ari & Phil. ſolũ locuti ſunt cõparatiuẽ, vt ꝙ ignis ſit magis calidus quã ſiccus, aer magis humidus quã calidus abſolute de his nõ locuti ſunt Quærebat etiam in cõmẽtarijs, vtrum leuitas aeris, eſt eiuſdẽ ſpeciei in igne & aere, & ſimiliter de grauitate in aqua & terra Vbi aĩaduertẽdum ꝙ in opinione Auerr. quã defendimus oportet ſupponere ignẽ & terrã reperiri pura quo ad qualitates motiuas, & alteratiuas. Intermedia vero nõ reperiri pura quo ad motiuas, licet forte, nec quo ad alteratiuas T. ſ. hoc ſtãte, poſſumus dicere primo leuitas & grauitas poſſunt cõſiderari, vt qualitas, abſolute, nulla habita rõne ad formas nec ad elementa, quorũ ſunt inſtrumẽta, & poſſunt cõſiderari, vt inſtrumẽta, formarũ. Prima rõne, leuitas aeris & ignis eſt eiuſdẽ ſpẽi, & nõ differt niſi ſm̃ magis, & min⁹. Secunda vero rõne, differũt ſpẽ Caliditas.n. magnetis, & caliditas vini differunt ſpẽ, vt inſtrumẽta formarũ, vt qualitates vero, ſunt eiuſdẽ ſpeciei, & nõ differunt niſi ſm̃ magis, & minus, hic eſt vnus modus ſatis, probabilis, ſecũdo dicere poſſumus. dato ꝙ nõ reperiãtur elemẽta pura, nec extrema nec mediã, ꝙ leuitas ꝑdominãs in illo igneo, ꝙ nos appellamus ignẽ, & leuitas ꝑdominãs in illo aereo, ꝙ nos aerẽ dicemos, iterũ ſunt eiuſdẽ ſpeciei, & ſolum differunt ſm̃ magis, & minus, nam illa leuitas ignei, eſt intenſio, licet nõ in ſummo quã illa aeri, & ſic de grauitate, vt vero inſtrumẽta formã differũt ſpecie, vt dictum eſt & ſic non oportet cõcedere pura elemẽta nec extrema, nec media, nec in alteratiuis nec in motiuis qualitatibus. Sed tunc eſt vnũ dubium pulchrũ, verũ dato igne puro in alteratiuis, & motiuis, moueret ꝑ ſe ad cõcauũ, an vltra, nõ vltra, qa nõ eſſet locus naturalis eius. Si ꝑ ſe ad concauum, igitur miſtũ ꝑ ſe eſſet ita ſurſum motiuũ ſicut purũ bene ꝙ patet, qa igneũ illud ꝙ in cõcauo manet, ꝑ ſe ad illud mouet & ſic habet ꝓpoſitũ dicẽdũ ꝙ igneũ illud, ꝙ mouet ad concauũ & manet in cõcauo, nõ manet ſimpliciter naturaliter ſm̃ ꝓpriã nãm, ſed nã cõi ad euitãdũ vacuũ. Ad ſi daretur ignis pur⁹, maneret, illic & moueretur ad eũ locũ nãliter vtroq; modo, & natura ꝓpria, & natura cõi, & hæc eſt dĩa.

Quoniam autem determinatum eſt prius, quod ſimplicibus

cibus corporibus ex seinuicē generatio est simul aūt & Ant. c. 29 *secundū sensum videtur generata(nō.n.esset, alteratio secundum enim tangibilium passiones alteratio est) dicendum est quis modus adinuicem transmutationis, & vtrum omne ex omni generari possibile sit, an hæc quidē possibile, hæc autem impossibile.*

Dilucida. te, c, eiusdē *Q.m determinatū est prius in corporibus ipsis simplicibus generationē reciprocā esse simul autē per sensum generari prohibentur, nō.n. esset, alteratio(secūdū .n. tactiles passiones alteratio est)dicēdū quis modus reciprocæ trāsmutatiōis eorū sit, & vtrū quodlibet ex quolibet fieri possit, aut hæc quidē possūt, illa aūt nō possūt.*

Com. 29 Tractat nunc de elementorum reciproca generatione, & primo quæstionē an est, soluit vult, partim p dicta 3. cæli partim per sensum. quæ dixit in cœlo, patent. at per sensū sic declaratur, elementa alterari sensu perhibetur, nā ea alterari per qualitates tactiles est qualitates tactiles tactu perhibentur, igitur ea alterari sensu patet, sed declaratū est ea nō posse alterari nisi, generentur & corrumpantur, quare si patet alteratio, saltem per accidēs, patet generatio, ea igitur generari reciproce suppponatur, ꝑpterea quærit, vtrū quodlibet ex quolibet fieri possit, an quædam effici possunt ex quibusdam, quædam vero non.

Cum demonstrauit quatuor esse elemēta. & ꝙ vnūquodque habet arctā qualitatem propriam, qua alteri contrariatur, nunc vult loq de generatione ipsorū, & primo ꝑmittit suā intentionē, postea exequitur, in præmittēdo eius intentionē. supponit vnum. s. ꝙ elementa ex inuicē generentur & hoc partim, vt probatum tertio de cælo, patim ex sensu partim ratione, vnde dicit. Q.m aūt determinatū est prius .s. tertio libro de cælo, ꝙ simplicibus corporib⁹ inest gñatio ex inuicē, hoc est reciproca, litera est suspēsiua vsq; ibi { Dicēdū est } est ergo suppō, ꝙ elemēta pñt reciproce gñari ex inuicē, ꝓbat hāc partim sensu partim rōne, sēsu qdē. dicēs simul aūt & ẽm sensū videnẽ gñata. s. ex inuicē, cadit .n. sub sensu, ꝙ calidū fiat ex frigido, & vice versa, & humidū ex sicco & vice versa, & sic de alijs, rōne vero(cū inquit) Nō enim esse alteratio, Alexander per alterationē generationē intellexit, ꝙ non placet, quia tunc probatio esset eiusdem per idem. esset enim sensus, si elemēta reciproce nō fierent ex inuicē, tunc non esset generatio reciproca, modo hoc idem est. Melius ergo Philoponus, per alterationē intelligit alterationem, quæ fit secundū qualitates, & quia quis posset dubitare ẽm quas qualitates fiat alteratio, ideo exponit. secundum enim tangibilium passionē fit alteratio. q d. loquor de alteratione, q̄ fit ẽm tāgibiles qualitates De hac. n. sequitur ꝙ si mutua gñatio non fit, nec mutua alteratio est, quæ ẽm tactiles qualitates fit. mō hoc est contra sensum, & contra declarata in primo lib. consequentiam non probat, quia patet, nam, si elementa mutuo nō generantur mutuo non alterātur. nō n. possunt alterari in qualitatibus, quin alterētur in substātijs vt supponit primo hui⁹ Dixi aūt notāter, ꝙ si non esset gñatio non esset alteratio quæ fit ẽm tangibiles passiones, quia posset esse alteratio intentionalis, vt alteratio diaphani a lumine, & animæ a scientia, vt patet septimo phy. Sed dubitatur quia albi in nigrū, dulcis in amarum sunt alterationes, & tamen nō sunt secūdū tangibiles passiones Hoc dubiū mouet Philopon⁹ iuxta suā expōnē ẽm meā nō est necessariū, quia Arist. addit illud verbū non ad demōstrandū oēm alteratione esse secundū tangibilia sed ad demōstrādū, ꝙ ea alteratio nō est, quæ est ẽm tāgibilia, quia si aliæ sint, non sunt ad propositū, tñ rūdet Philoponus, ꝙ ad qualitates aliorū sensuum nō est alteratio p se primo, sed cōsequutiue, quia consequitur ad alterationē tangibilū Ad mistionē. n calidi & frigidi, & humidi & sicci, & colores, & sapores, & oēs sensibiles qualitates sequunẽ. His declaratis, ponit intētionē, & terminat suspensionē(& inquit)Dicendum est quis modus adinuicem trāsmutationi, & vtrū omne elementū ex omni elemēto generari possibile sit, an hæc quidem possibile, hæc autem impossibile, dicit autem hæc propter Platonē (vt Philoponus inquit) qui supposuit terram intransmutabilem.

Quod igitur omnia nata sint adinuicē trāsmutari Anti. c 30 *manifestū est. Generatio.n.in cōtraria & ex cōtrarijs elemēta aūt omnia habēt cōtrarietatē adinuicē, quia differentiæ sunt contrariæ. His enim ambæ contrariæ, vt igni & aquæ. hoc enim siccum & calidū, hoc autē frigidū & humidū. His aūt, altera solum. vetbi gratiā. aeri & aquæ hoc enim calidum & humidū est, hoc aūt frigidum & humidum. Quapropter vniuersaliter quidē manifestū est, quod omne ex omni generari natū est.*

Diluc'da, te c. eiusdem. *Quod quidē igitur omnia inuicē apta sint trāsmutari, patet. nā generatio in contraria & ex cōtrarijs est, elementa aūt omnia habent inuicem contrarietatē, cū differentia cōtrariæ sint, his quidem enim vtræq; contrariæ, veluti igni & aquæ. nā hoc quidem siccū & calidū, illud vero humidū & frigidū, his vero altera sola veluti aeri & aquę, nā hoc quidem calidū & humidū illud vero frigidū & humidum, patet igitur vniuersaliter quodlibet ex quolibet esse aptum generari.*

Com. 30 Nunc probat quodlibet generari ex quolibet, & arguit sic, quodlibet contrarium est aptū generari ex suo cōtrario sed quodlibet elemētū est cōtrariū cuilibet elemēto, igitur quodlibet elementum effici potest quolibet maior patet per se & per definitionem contrariorum contraria.n. sunt vt. 10. metaphy. dicitur, quæ sunt apta inuicē transmutari minor declaratur inductione, q.m quædā elementa sunt cōtraria in vtrisq; qualitatibus, vt ignis, & aqua, aer & terra, quædam in altera tantū, vt ignis & aer, aqua & terra. & sic omnia sunt contraria saltem in altera. quæ dicit patent.

Soluit secundum problema. s. ꝙ quodlibet elementū fieri posit ex quolibet, & syllogismus secundum Philoponū est cōtraria ex inuicem fiunt. Nō enim quoduis, in quoduis vt demonstratum est in libro physico. elemēta sunt contraria, quia differentiæ ipsorum sunt contrariæ. ergo elemēta fiunt ex inuicem, hoc est quodlibet ex quolibet.

Anti. c. 31 *Iam aūt secundum vnūquodq; nō difficile est videre, quomodo quidem omnia ex omnibus erunt. Differt autem ipso citius & tardius & facilus & difficilius. Quæcūque enim habent symbolum adinuicem, velox horum transmutatio est. quæcunq; aūt non habent tarda. quia facilius est vnū quā multa transmutari. v.g. ex igne quidē erit aer, altero facilius trāsmutato. hoc n. erat calidū & siccū, hoc aūt, calidum & humidum, quapropter si vincatur siccum ab humido, aer erit Rursus autem ex aere, aqua erit, si vincatur calidum a frigido. hoc enim erat calidū & humidū, hoc autē frigidū & humidū quapropter transmutato calido, aqua erit. Eodem modo ex aqua terra, & ex terra ignis. habent .n. ambo ad, ambo symbola, aqua. n. humidū & frigidū, terra autem frigidum & siccum. quapropter victo humido terra erit. Et rursus quoniam ignis quidem calidus* Diluc' te. c. eiusdem *& siccus est, terra autem frigida & sicca, si corrumpetur frigidum, ignis erit ex terra.*

Quomodo iā res sit secundū vnūquodq;, nō est difficile videre. erūt enim oia quidē ex omnibus, differt tñ illud penes velocius & tardius, facilius quoque et difficilius quæcunque. n. communiones adinuicem habent horum transmutatio velox est, Quæcunqque vero nō habent, tarda est, nam facilius est vnum quam multa transmutari, veluti ex igne, quidem aer, illo facilius transmutato, nam illius quidem erat calidum & siccum, huius vero calidum & humidum, vnde si siccum ab humido exuperabitur, aer erit. Amplius autem ex aere aqua si calidum ex frigido deuinetur, erat, n. illud humidum quidem & calidum, hoc autem frigidum & humidum, vnde calido resoluto, aqua erit, simili autem modo ex aqua fit terra, & ex terra ignis, vtrumque

que

que enim ad vtrunque communiones habet, aqua quidem enim frigida & humida est terra autem frigida & sicca, idcirco humido exuperato, terra erit. Amplius quoniam ignis quidem siccum & calidum, terra autem frigidum & siccum, si corrumpitur frigidum, ignis erit ex terra.

Com. 12

Hactenus quod quodlibet elementũ ex quolibet transmutari posit declarauit. verum quodlibet fieri ex quolibet non est, vno modo, sed quoddam ex altero fit velocius & ex altero tardius, quoddam econtra. (hoc inquit) Quomodo subaudi res iam sit secundum vnumquodque vniuersaliter ex quolibet effici, non est difficile videre, quia cogito solum quod sint contraria, illud deprehenditur, erũt enim omnia quidem ex omnibus, hac. v. g. ratione, quia cõtraria sunt, differt tamen illud penes velocius & tardius, facilius quoque & difficilius. Ad huius declarationem præmittit duas conclusiones. d. Quæcunque quidem enim communiones adinuicem habent, horum transmutatio velox est, hæc est prima quæcunque autem non habent communionem, eorum generatio tarda est. hæc est secunda conclusio. ¶ Animaduerte quod symbolom græce latine est cõmunio, habent aũt elementa cõmunionem, quoties in altera qualitatum differunt, & in altera conueniunt vt ignis & aer, quæ sicco differunt, calido conueniunt, quod si in vtraque conuenerint, non symbolum haberent, sed essent, eadẽ. Ex his Auerroes infert elementorum gñationes dupliciter esse, quia vel secundum alteram qualitatem tantũ vel secundum vtrasque, hæ conclusiones sic ex litera traduci possent, facilius vnum quam plura transmutantur, & difficilius plura quam vnum, sed communicantia elementa transmutantur in altera tantum contraria vero in vtrisq;, igitur communicantia facilius, contraria difficilius, mulcem transmutantur minorem & maiorem quasi exemplis manifestat, & res tota patet. ¶ Animaduerte quoque vt magis videbitur in quæstionibus quod aliter Auerroes in paraphrase transmutationem in conuenientibus facilem dicit, aliter expositor ¶ Auerroes enim inter conuenientia transmutationem facilem facit, quia altera tantum corrumpitur altera eadem manet, modo vnum quam plura facilius est transmutare at expositor vult nullam vnam numero remanere, esse tamen facilem transmutationem quia elementum corrumpendum minus resistit per vnam, quam per duo.

De facilitate transmutationis Responsio. Auer.

Positio expositoris.

Sed circa hoc expositoris verbum dubitatur, quia per quantum vnum contrarium vni resistit per tantum duo duobus Similis enim proportio est vnius ad vnum, & duorum ad duo. Igitur si elementum conueniens resistit per vnum, cum aliud sibi conueniens agat per vnum. Tanto tpe resistit vnum vni agenti, quanto duo duobus. Res hæc latius in quæstionibus declarabitur Nunc vero dici potest quod vnum resistit vni tm̃, & non reagit, & propterea citior est transmutatio, at quando vnum agit in alterum p duo & illud patitur per duo, cum ibi sit actio & reactio nõ sunt similia, nec cætera paria, & propterea plus resistit vnũ per duo q̃ vnũ p vnũ alteri per vnum tantum. Nouus expositor aliã causam minoris resistentiæ assignat, & de hoc dicetur in quæstione.

Nunc transit ad primũ problema, in quo quærebat modum transmutationis eorum ex inuicem, & supponit secũdum Philoponum hanc suppositionem, quod elementorũ quædam habent communem qualitatem, quam symbolũ nominauit, vt ignis & aer caliditatem, & sic de alijs, quædã nullam communem habent, vt ignis & aqua, & aer, & terra, tunc ponit duas generationum, & dicit. Quod quæcunque habent cõmunẽ qualitatem, facile ex inuicem transmutãtur. Quæcunque nullam difficilius ex inuicem generantur, hæ sunt duę differentiæ generationis. In commentarijs fit quæstio contra expositorem, si vtraque corrumpitur qualitas in habentibus symbolum, quomodo dicitur hæc velocior illa, in qua est gemina contrarietas, & quamquam multa dici possint, breuibus dicẽdum, quod facilior est transitus, quia in quibus est symbolum, contingit alterã vna sola qualitate superante fieri transitu. Cum enim raro accidat elemẽtum quod est alteri in duabus contrarium, vt illud in duabus superat. ideo hæc generatio dicitur difficilis, at quando elementum est in vna contrarium, plerunque accidit ipsum superare vicinum, ideo hæc generatio est facilior, & frequẽtior, cũ illa exuperatio facilius accidat.

Quapropter manifestum est, quod circularis erit generatio in simplicibus corporibus & facillimus hic modus transmutationis. quia symbolum existit in his quæ deinceps. Aui. c. 3

Quare patet in simplicibus circulo esse generationẽ & modũ nunc transmutandi esse facilem. quoniam his quatenus coordinata sunt. communiones competunt. Dilucidate eiusdẽ

Quidam exponunt circulo, hoc est perpetuo, vt sit sensus quare patet in simplicibus corporibus circulo esse generationẽ, hoc est perpetuo Nam proprie perpetuitas mot⁹ in circulatione consistit, sed hæc conclusio multo remote ex dictis oritur, & maxime cum hac latius dicet Propterea mihi videtur quod Arist. concludat generationem in altera qualitatum esse circularem, est enim elementum dupliciter possibile ex elemento generari vt dixit Auerroes, aut symbolice, aut contrariæ) inquit) Quare patet in simplicibus corporibus, quoties subaudi generentur symbolice, generationem esse circulo, & patet etiam modum hũc symbolicum transmutandi esse facilẽ, qm̃ symbola in sunt his quæ sunt deinceps, sic iacet series græca translatam ad sensum sic, qm̃ his quatenus coordinata sunt non quidẽ positura, sed circulo cõmuniones cõperũt. Sic igit̃ vult elementa quoties symbolice generẽtur, circulo generari & facili⁹. Com. 5

Epilogat (& inquit) Quapropter manifestum est, quod circularis erit gñatio in simplicibus corporibus, hoc est q quodlibet elementum potest fieri ex quolibet, & contra etiam, & hoc fuit secundum problema, & manifestum est quod facillimus est hic modus transmutationis quãdo trãsmutantur inuicem quæ habent symbolum, quia symbolũ existit his, quæ deinceps vt igni & aeri, aeri & aqua, aquæ & terræ, & sic quando transmutatio fit de vno symbolo, ad symbolum facilis est modus. REC0

Ex igne autem aquam, & ex aere terram, & rursus ex aqua & terra aerem & ignem contingit quidem generari, difficilius autem, quia plurimum est transmutatio. necesse enim est si erit ex aqua ignis corrumpi & frigidum & humidum. Et rursus si ex terra aer, corrumpi & frigidum & siccum. Similiter autem & si ex igne & aer aqua & terra, necesse est ambo transmutari. Hac igitur tardior generatio est. Anti. 1

At ex igne aquam, & ex aere terram. itemque ex aqua & terra aerem & ignem contingit quidem generari, difficilius tamen. quia plurium est transmutatio, necessarium enim erit vbi ex aqua fit ignis. iam frigidum quam humidum corrumpi. itemque vbi ex terra aer, corrumpi etiam frigus & siccum Similiter autem vbi quoque ex igne & aere aqua & terra, necesse est vtraq; trãmsutari hac quidẽ igit̃ generatio tardior est. Diluc. i ea. eiusd

Vt Auerroes dixit duplex erat generatio elementorũ vna symbolica, altera diaphorica & rursus diaphorica vel simplex, vt qñ ex igne solo aqua fit, vel gemina, vt si ex igne & aere simul, aqua & terra fierent simul de simbolica dictum est eam fieri circulo & facile. de diaphorica nunc eam in recto fieri, & difficile declarat argumento quod plura corrumpi difficilius est, quam corrumpi pauciora, sed quæcũq; diaphorice generãtur s̃m plura corrũpũtur & generãtur, igit̃ recte & difficulter gñantur: & quæ dicit patent. pœnes quid attẽditur velocitas & tarditas generationis, in quæstionibus dicemus. Com. 1

Epilogauit ꝓblemata, nũc ꝑilogat, quæ interposuit inter solutiones illorũ. & dicit. Ex igne aũt aquã, & ex aere terrã seorsũ, & rursus ex aqua & terra aerẽ & ignẽ similiter cõtingit quidẽ gñari, difficilius aũt cuius cãm affert, quia est trãsmutatio pluriũ in plura. ꝓbat quæ dixit & per ordi- REC G

nem (& inquit) Necesse est enim, si erit ex aqua ignis corrũpi & frigidum & humidum aquæ, & generentur calidum & siccum ignis. Et rursus si ex terra generetur aer, necesse est corrumpi & frigidum & siccum terræ, & gñari calidum & humidum aeris hæc de primo, de secundo inquit Similiter autem & si ex igne & aere generatur insimul aqua & terra, necesse est ambo transmutari, vt totum aerem in terram, & totum idem in aquam. Quare concludit hanc generationem tardiorem esse. hic est epilogaus totus.

Ex igne Aqua ex aqua Aer

Ex aere terra ex terra Ignis

Ant. c. 34 *Si autem vniuscuiusq; alterum corrumpetur, facilis quidẽ erit non aũt in seinuicẽ transmutatio. sed ex igne quidem & aqua, erit terra & aer, ex aere vero & terra ignis & aqua. Quando enim aquæ corrumpetur frigidum, ignis autem siccum, aer erit: relinquitur enim huius quidem calidum, huius autem humidum. Quando autem ignis quidem calidum aquæ autem humidũ terra. quia relinquitur huius quidem siccum, huius autem frigidum. Similiter autẽ & ex aere & terra ignis & aqua, quando enim aeris corrumpetur calidum, terræ autem siccum, aqu[a] erit, relinquitur enim huius quidem, huius vero frigidum. Quando autem aeris humidum, humidum terræ autem frigidum ignis, quia relinquitur huius quidem calidum huius autem siccum, quæ quidem erat ignis.*

Diluda, te c eusdem. *Quod si cuiusque alterum corrumpatur, facile quidem fiet, non tamen eorum generatio reciproca erit, sed ex igne quidem & aqua tam terra quam aer erit, ex aere vero & terra tã ignis quã aqua, quandoquidẽ enim aquæ corrumpitur frigiditas, ignis autem siccitas. aer erit remanet enim huius quidem calidum. huius autem similiter humidum, quando vero ignis quidem calidum, aqua humidum terra erit, quia illius quidem siccum, illius vero frigidum relinquũtur similiter autem & ex aere & terra. ignis & aqua. Quandoquidem enim aeris corrumpitur calidum terræ autem siccum, aqua erit. nam huius quidem humidum, illius vero frigidum derelinquũtur Quando autem aeris quidem humidum, terræ autem frigidum, ignis erit, nam huius quidem calidum. illius autem siccum remanent quæ idẽ erant ignis ipse.*

Com. 34 Generatio prima sui diuisione diuidi potest in simplicẽ & geminam: simplex, quidem erit, quando ex vno vnum tantum fit, gemina vero quando ex duobus duo, aut ex duob[us] vnum, & simplex erat duplex, symbolica, & diaphorica. sic gemina duplex erit, symbolica quando ex duobus elementis contrariis in ambabus qualitatibus, tertium fit vtriusque symbolum, & diaphorica quando ex duobus contrariis in omnibus, duo fiunt contraria illis in omnibus, vt ex igne & aere, fiunt aqua & terra, de generatione elementorum gemina & simbolica vult nunc eam esse possibilem & facilem, at tamen illam non esse reciprocam, quonia licet ex duobus possit tertium effici nõ tñ ex vno duo effici poterunt, & hoc inquit Quod si cuiusq; duorũ elementorũ simpliciter contrariorum, alterum hoc est altera tantum qualitas corrumpatur, facile quidem generatio tertij symbolieis fiet, non tamen eorum generatio reciproca erit, sed ex igne quidem & aquã tam terra quam aer aqua erit, ex aere vero & terra, tã ignis quam aqua. Cõtra aũt ex vno solo duo simul minime generari possunt, nec enim ex terra sola ignis & aqua simul, nec ex igne aer & terra, & in cæteris similiter, verba textus, q[uæ] bene trãslata sunt, non indigent expositione.

Verba hæc vno modo in commentariis intelleximus, & dubio procul expositio illa satis consonat verbis, at nunc Philoponus exponit quod velit Arist. declarare quartam generationem, quæ fit quando duo elementa corrumpuntur, quæ contraria sunt, & generatur tertiũ vtriusq; symbolum, illis prioribus simul corruptis, & hoc dicit. Si autẽ vniuscuiusque elementorum contrariorum alterum, hoc est altera qualitas corrumpatur altera seruata, facilis quidẽ erit transmutatio illorum in tertium, non autem erit facilis transmutatio eorũ in inuicem, cum sint contraria, quæ inuicem difficile transmutantur vt dictum est, vel sic legatur, si autem vniuscuiusque elementorum contrariorum corrumpetur alterum. idest altera qualitas, facilis quidem erit generatio tertij vtriusq; symboli nõ, autem erit illorum contrario inuicem trãsmutatio, sed erit ex eis tertiũ, quia altera sola corrupta non potest vnum contrarium ex altero generari, nec contra. Exponit quo modo erit generatio in casu posito quod sint contraria & agant inuicem ex qua actione corrupatur altera qualitas (& inquit) Sed ex igne quidem & aqua inuicem in omnibus contrariis erit interdum sup terra & interdum aer Ex aere vero & terra inuicem agentibus interdum quidem ignis interdum vero aqua fiet. & dat modum & primo quomodo ex igne & aqua contrariis inuicem agentibus fit nũc aer nunc terra & dicit. Quando enim aquæ corrumpetur frigidum, & seruetur humidum ignis autem corrumpetur siccum, & seruetur calidum, aer erit. nam (vt inquit) relinquitur huius scilicet calidum huius scilicet aquæ humidum. & sic erit aer. quando autem contra ignis quidẽ calidum corrumpetur, aqua autem humidum erit terra. quia (vt inquit) relinquitur huius. s. ignis siccum, huius aũt scilicet aquæ frigidum: ergo erit terra. idem declarat econtrario (& inquit) Similiter autem & ex aere & terra inuicem agentibus generabitur nunc quidem ignis, nunc vero aqua. nam (vt inquit) quando aeris corrumpetur calidum, & seruetur humidum, terræ autem corrumpetur siccum & seruetur frigidum, aqua erit, relinquitur enim huius quidem scilicet aeris humidum, huius vero scilicet terræ frigidum: ergo aqua erit, quando vero contra aeris humidum corrumpitur terræ autem frigidũ, erit ignis, quia relinquitur huius quidem calidum scilicet aeris, huius autẽ siccũ .s. terræ, quæ quidã erãt ignis. Dicit Alexãder, q[uod] tales generationes sunt faciles, q[ui]a in prima gñatur idem numero aer, ex corruptione sol[i]us sicci ignis & solius frigidi aq[uæ], nã in gñatione ignis ex aq[ua] corrumpunt vtræq; & gñant vtræq; in gñatione aeris ex igne & aqua, licet corrumpãtur duæ. non generantur duæ.

Ignis Aer

Aqua Terra

Sed hanc expositionẽ reprehendit Philoponus, quia si corrumpitur ignis siccum generabitur humidum, non enim potest vnum contrarium corrumpi, quin generetur aliud ergo generatur humidum & aliud humidum restat ex corruptione aquæ. ergo erunt duo humida alterum ex corruptione aquæ. derelictum alterum genitũ ex corruptione ignis erit etiam duo calida, quoniam tũ corrumpitur frigidum aquæ generabitur, calidum cum nõ possit corrumpi vnum contrarium, quin generetur alterum, & alterum calidum remanebit ex corruptione ignis: ergo remanebunt duo calida, & duo humida, & sic idem aer numero est ex duobus calidis, & duobus humidis. Philoponus ergo vult quod generentur duo aeres numero diuersi. RECO.

diuersi sui specie similes, nam corrupta ignis siccitate mox superuenit humiditas, & fit aer vnus numero. Corrupta vero aqua frigiditati superuenit statim calidum, & fit aer, & sic est vnus aer specie, & duo modo, & hoc pacto intelligit Arist. quod ex illis duobus contrariis corruptis generetur nunc aer nunc terra non vnus numero aer vel vna numero terra, sed idẽ aer specie, & eadem aqua specie. Sed contra hanc expositionẽ est dubitatio, quia tunc qualitates duæ corrumperentur & duæ gñarentur, quia fiunt duo aeres ergo hæc generatio non erit facilis. Respondet Philoponus quod quando vnum contrarium in alterum transmutatur, circa idem consideratur omnis transmutatio, hoc est generatio duarum qualitatum & corruptio duarũ at in casu transmutatio duarũ, hoc est generatio duarũ & corruptio duarũ nõ cõsiderantur circa idẽ, sed circa diuersa, & sic vtraque est facilis. s. illa vnius aeris ex corruptione ignis, & illa alterius aeris ex corruptione aquæ, quia cũ vtraque sit facilis, non videntur difficiliores generatione vnius contrarij ex altero. Quo modo vero posit defendi Alexander postea dicetur.

Antiq. 35 *Confessa autem & sensui. ignis generatio. maxime enim ignis flamma, hęc autem fumus ardens, fumus autem ex aere & terra.*

Dilucidate c. eiusdẽ *Sensui vero & hæc ignis generatio innititur, maxime quidem enim eius, qui est ignis flamma, hæc autem est fumus accensus, at fumus ex aere, & terra est.*

Com. 35 Rem hãc sensu approbat. per hoc q; enim videmus ignẽ generari ex terra & aere, maxime de igne flamma, & arguit sic flãma est fumus accensus, fumus accensus est factus ex aere & terra. igitur flãma ex aere & terra erit in prima figura. Animaduerte quod vapores terrestres aeri commisti sunt fumus secundum Philosophos. quia igitur flamma fumus est & accensus ideo ex aere est & terra, de cæteris non habemus sensum, sed rõ dictat esse sic in alijs Expositor dicit ex duobus fieri tertiũ, qñ illa duo ita se habent, q; altera actiuarũ vincit alterã, & altera passiuarũ alterat. vt quãdo ex igne & aqua fit terra, necesse est vt aquæ frigiditas vincat ignis caliditatem, & ignis siccitas, aquæ humiditatẽ. Sed si ambo illa cõtraria æqualia sint, ex actione illorũ tertiũ non fiet, quia illa nec agere possunt, nec pati, quia ab æqualibus non prouenit actio. Si vero vnum eorũ alterũ superat in vtralque, nec ex eis põt tertiũ effici, quia superans conuertet superatũ in sui speciẽ, põt etiam si alterum eorũ superet alterũ in altera tantum, generari tertiũ. vt si ignis superãs aquã in calore, hoc est magis calid⁹ quã aqua frigida, dato q; æqualia sint in humore & sicco, põt aer generari, vt patet in aqua bulliẽte, vbi aer generatur.

RECO. Quæ dicit clara sunt ex cõmentarijs, sed dices an flãma sit solũ coniugatio sicci & calidi, sicci. s. terrei, calidi vero aerei. vr q; nõ, quia tũc esset ignis purus. dicendũ q; flãma (vt inquit Philoponus) aeris & terræ, verũ dicit ignis pdominetur, quatenus in eo pdominatur siccũ q; habet ex corruptione terræ, vt calidũ q; habet eius ex corruptione humidi, m̃ flãma habet de omnibus vi de calido aereo, & sic habet de aere, & de sicco terreo, & sic habet de terreo. Aris. autem exemplificauit in elementis impuris, quia forte pura elementa non dantur. vt superius disputauimus.

Anti. c. 36 *In his autem quæ consequenter, sunt, non contingit corrupto in vtroque altero elementorũ fieri transmutationem in vllum corporum, quia relinquuntur in ambobus aut eadem, aut contraria, ex neutris autem contingit generari corpus. verbi gratia. si ignis quidem corrumpatur siccum, aeris autem humidum, relinquitur in ambobus calidum, Si autem ex vtroque calidum, relinquũtur contraria, siccum & humidum. Similiter autem, & in alijs. In omnibus enim his quæ per consequentiam existunt, hoc quidem idem, hoc aũt cõtrariũ.*

Dilucidate, c. eiusdẽ *In his autem quæ deinceps sunt, non contingit altero corrupto in vtroque elementorum generationem fieri in vllum corporum, quia remanent in ambobus, aut eadem aut contraria, ex quorum neutro corpus generari potest, veluti si ignis quidem siccum, aeris vero humidum corrumpuntur relinquitur sane in vtriusque calidum. Si autem in vtroque calidum remanebunt contraria, siccũ videlicet, & humidum, similiter autem & in alijs, in omnibus nanque talibus erunt hoc quidẽ idem, illud vero contrarium.*

Quo modo ex duobus elementis contrarijs tertium generetur, docuit, nũc quod ex duobus elementis symbolis tertiũ non generetur declarat. & hoc proponit. d. In his aũt quæ deinceps sunt, & symbolyca non contingit altero quali corrupto in vtroque generationem elementorum, fieri in vllũ corporum, vt in igne & aere altera qualitas desinet, nihil fiet, quia remanent in ambobus, aut eadẽ si corrũpuntur contrariæ. v. g siccum & humidum, aut restant contraria, si corrumpuntur symbolæ, ex quorum neutro corpus generari potest, ex vna non, quia ex vno nihil fit ex contrarijs minime, quia oportet qualitates esse cõstantes modo duo contraria constare non possunt, quod si totum elementum corrumpatur a toto, vt totus aer corrumpatur ab igne in vtrisque, nihil fit tertij, sed corruptum conuertetur in speciem prædominãtis rationẽ hanc exponit per exempla & totum patet. Com. 36

Alexander intelligit quod Arist. velit probare ex duobus elementis symbolis non posse fieri tertium, quia si expellimus ab vtroq; vnam corruptam qualitatem, quæ derelinquũtur, aut contrariæ inueniẽtur, aut eædem, ex cõtrarijs nihil combinatur ex vna nihil fit. sed contra, quia si vtrunque transmutatur secundum caliditatem, erit terra & aqua. ex igne quidem terra. & aere vero aqua & in alijs codẽ mõ Defendit Philopon⁹ Ari. q; ipse nõ negasset hæc fieri, sed considerat derelictas qualitates, ex his. n. q̃ derelinquũtur, nullũ tertiũ elemẽtũ esse põt, q a vel illæ sunt cõtrariæ, vel similes, & sic ex eis nihil fit, attñ q a corruptio vni⁹ est gñatio alterius, si ignis calidũ corrũpit fiet elemẽtũ illi symbolũ. v: terra, & si aeris calidũ fiet aqua, & sic ex eis corruptis fiunt elemẽta, sed Arist. dixit ex qualitatibus quæ relinquuntur nullum fieri tertium, hæc solutio est optima. Et p hãc põt defendi expõ Alexãdri superi⁹ assignata, nã Ari. attẽdit solũ ad qualitates derelictas, nõ aũt ad corruptas, & ideo dixit ex illis contrarijs generari vnũ numero aerem vel vnam numero terram, quia solum respexit ad qualitates quæ relinquuntur vt patuit. Animaduerte quod Aristote. supposuit applicationes fieri elementorum aliquando contrariorum aliquando symbolicorum, vnde vero fiant istæ applicationes, & a quibus causis, non exposuit tantum enim illas fieri aliquando accepit, sed an a cœlestibus an ab alijs causis nõ curauit exponere, supponẽdo ergo applicationes hasce contingere, & tales, q; elementa inuicẽ applicata nõ totaliter corrũpãtur, respexit ad qualitates derelictas ex actione & reactione eorũ in applicatione, vt pulchre Philop. inquit, & inuenit q d qñ contraria elemẽta ex aliqua causa applicant, in prima applicatione rõne habita ad qualitates seruatas, generatur ex illis vnũ tertiũ vtriq; symbolũ & facile. In 2. applicatione rõne habita ad qualitates seruatas, generatur aliud symbolum. Quando vero ex aliquam causa symbola & contermina elementa applicantur, ratione habita ad qualitates, seruatas nullum gñabitur, quia seruatæ qualitates sunt aut contrariæ, & sic ex eis nihil fit, aut similes, & sic ẽ ex eis nihil fit nõ aũt respexit ad corruptas, quia cũ corruptio vnius semp sit generatio alterius, elemẽtis inuicẽ ex aliqua causa applicatis, siue symbolis, siue cõtrarijs, semper elementũ, vel elementa fiunt, & sic potest, & Alexander, & Philoponus defendi. RECO.

Quapropter simul manifestũ est. quod quæ ex vno in vnũ trãseunt, vno corrupto generãtur. quæ aũt ex duobus in vnũ, pluribus. Quod ergo omnia ex omni generantur, & quo modo inuicẽ generantur, dictum est. Ant. c. 37

Quare simul patet quod quæ ex vno in vnum quidẽ transeunt, vno corrupto generantur, quæ autem ex duabus in vnum; pluribus corruptis generantur. Quod quidem igitur omnia ex omni generentur, & quo quidem modo generatio fiat reciproce, dictum est. Diluc. te. c. eiusdem

Concludit ex dictis duplicem eſſe generationẽ. videlicet ſymbolicam & diaphoricam, ſymbolica ea eſt, quãdo vno corrupto fit alterũ, vt in aere corrupto humore, fit ignis, diaphorica vero, qñ vtrũq; corruptis, alterũ ex altero fit vt quando ex igne aqua, corruptis enim in igne calido & ſicco, fiunt frigidum & humidum, quod eſt aqua, deinde epilogat & ſermo patet.

Quicquid q̃ in cõmẽtatijs diximus, bene dicta ſint, Philoponus inquit, q̃d cõcluſa rõne, Ari. reſumit p̃dicta (& inquit) Quapp ſimul manifeſtũ eſt, q̃ quæ ex vno in vnum tranſeunt, vno corrupto, hoc eſt vna qualitate corrupta aliud generat, vtpote in his, quæ adinuicẽ habẽt ſymbola, quæ aũt ex duobus elemẽtis in vnũ tertiũ trãſeũt, pluribus corruptis .ſ. duobus trãſeunt, ſupplẽda aũt eſt litera, q̃ eodẽ duabus corruptis vnũ contrarium trãſit in ſuũ contrarium, nam quando ex vno contrario fit aliud contrarium, duæ

Ant.c.31 corrumpuntur in eadem materia, & duæ generantur.

Sed tamen adhuc, & ſic inſpiciemus de eis. Si enim eſt naturaliũ corporũ materia, vt & videtur quibuſdã aqua & aer & quæ talia ſunt, neceſſe eſt, aut vnũ eſſe aut duo hæc, aut plura. Vnũ itaq; oĩa eſſe, nõ eſt poſſibile. v. g. aerẽ oĩa aut aquã, aut ignẽ, aut terrã, ſiquidẽ tranſmutatio eſt in contraria. Si enim erit aer, ſiquidem

Dilucidate c eiuſdem. *permanet, alteratio erit, & non generatio.*

Verũtamẽ iterũ & ſic inſpiciemus de his. Si .n. eſt naturaliũ corporũ materia, quẽadmodum etiã quibuſdam videt aquã eſſe & aerẽ & cætera id genus, neceſſe eſt aut vnũ aut duo, aut plura eſſe hæc. vnũ quidẽ vtiq; eſſe oĩa, nõ eſt poſſibile, veluti aerẽ oĩa, aquã, aut ignem, aut terrã, ſiquidẽ trãſmutatio eſt in cõtraria, nã ſi aer

Com. 38 *erit, eũ q̃dẽ permaneat, alteratio erit, nõ aũt generatio.*

Conueniunt oẽs q̃ Ari. nunc de mã elementorũ pertractat, ſed vnde ad rẽ hãc accedat, nouus expoſitor ait ad hoc Accedere, vt oſtendat tñ quatuor eſſe elemẽta. Melius aũt viderut cũ primo expoſitor q̃ Ari. ad hoc accedit, propterea quia de generatione elemẽtorũ egit, nũc oſtẽdere debet quale ſit ſubiectũ generationis, eiuſdẽ n. ſcientiæ eſt per ſe conſiderare actũs per ſe, & ſubiectũ p ſe, vt in poſterioribus diximus oſtẽdit itaq; ſubiectũ g̃nonis elemẽtorũ nõ eſſe corpus in actu, & hoc pponit d. Verũtñ iterũ & ſic inſpiciemus de his, & ſic hoc eſt cõſiderando ſubiectũ elementorũ quale eſt oſtẽdit primo q̃ nõ poſſit materia elemẽtorũ eſſe aliq̃d elementorũ, & ſm paraphraſim Auer. Ari. arguit ſic, ſi materia elementorũ eſt aliquod corpus actu, vel eſt vnũ elemẽtorũ, vel aliquod pter elementa, ſi elementũ, aut remanet aut in aduentu alterius corrũpitur, ſi corrumpitur non eſt materia, quia mã eo quia mã, debet manere, q̃a eſt pars rei ſi remanet, tunc erit actu illa res genita & ſic oĩa erunt aer vel oĩa erũt ignis. vel aliquod tale, & generatio erit alteratio tantũ (inquit) Si enim eſt naturaliũ corporũ materia, quẽadmodũ etiã quibuſdã videtur aquã eſſe, & quibuſdam vt eſſe aerẽ, & cætera id genus, neceſſe eſt aut vnũ eſſe, aut duo aut plura eſſe hæc q̃ nõ vnũ. declarat & primo ponit cõſequẽtis falſitatẽ; d. Vnũ q̃dẽ vtiq; eſſe oĩa nõ eſt poſſe, veluti nõ eſt poſſe oĩa eſſe aerẽ, aut aquã, aut ignẽ, aut terrã, ſiquidem tranſmutatio eſt in contraria, nam ſi aer erit, cum quidem permaneat, alteratio erit, non aut generatio Sed dubitatur de forma argumenti, non enim videtur argumentum in aliqua figura. & videtur ſuperfluæ propoſitiones. Amplius hæc conſequẽtia Auer. & expoſitoris. v. g ſi aer remanet, omnia eſſent aer, mihi dubia eſt Nam eodem modo arguo, ſi prima materia remanet eadem numero. omnia eſſent materia Auerro. & expoſitor velle videntur formã ſilogiſmi Ari: eſſe hypothetici diſiunctiui vt viſum eſt, tũc ad conſequentiam dicerent, quod valet pro tanto, quia quando materia rerum eſt ens in actu, totum eſſe rei eſt materia, vt ſecundo de anima declarauit Auer. commẽ. 8. per differentiam inter materiam rerum naturalium & artificialium. Propterea valet. ſi aer actu remanet, totum cẽgenitũ, erit materia, & ſic poſſunt teneri. Ego dico q̃ hæc expoſito bona eſt, & pulchra, non tamen ad textum Ariſ. nec poteſt applicari literæ vt patet docto lectori. Propterea vt mihi q̃ rõ Ariſt eſt vna & enthymema hoc pacto, ſi eſt aliquod elemẽtũ ſubiectũ g̃nationis elementariæ tunc generatio eſſet alteratio, cõſequẽtia deducitur ſic, omnis tranſmutatio cuius ſubiectum eſt corpus idem numero actu, & de contrario in contrarium eſt alteratio, ſed ſi elementum remanet idem numero, ſubiectum generationis eſſet idẽ numero corpus actu, & de contrario in cõtrarium. igitur generatio eſt alteratio. Tũc ponit duas propoſitiones. prima, ſiquidẽ trãſmutatio eſt in cõtraria, hoc eſt inter cõtraria, & per hãc vult habere maiorẽ hãc. oĩs alteratio eſt de contrario in cõtrariũ ſubaudi ſubiecto exiſtente ente in actu, deinde ponit minorem. d. Nam ſi aer erit, cum quidẽ permaneat ecce quod tetigit minorem, dat concluſionẽ. d. alteratio erit, nõ aũt generatio Ecce quõ tetigit vim maioris & minoris concluſionis. Sed dices ſuperfluũ propoſito prima q̃ impoſſibile ſit vnum eſſe omnia dicendum quod hoc ſuperfluit ad ſyllogiſmũ, non autem ad terminos, quia hoc dixit remouendo vnum dubium, quia poſſet quis dicere, nullam eſſe materiam, quia omnia ſunt vnum & idem eſt terminus a quo & ad quem. Contra hoc obijcit d. eſſe impoſſibile omnia eſſe vnum, propter hæc mihi facilius litera hæc videtur eſſe exponenda, quod Ariſt. primo remoueat poſitionem dicentium omnia eſſe vnum, & hanc remouet per hoc: quia omnis tranſmutatio eſt inter contraria, & ſic non ſunt idẽ terminus a quo, & terminus ad quẽ, cæterum erit enthymema, hæc mihi videntur.

Secundum Philoponum, Ariſt de materia generationis vult loqui, & quidem pper duas cauſas, primo quia dixit de materia quaſdam poſitiones veterum, qui opinabantur materiam eſſe elementum vel elementa, ſed eum diſſeruiſſet, non ad omnes, ſed ſolum ad Anaximandri poſitionem, ad timæum redarguit, ideo nunc poſt demõſtrationem elementorum, quæ ipſe poſuit, exponit omnes de elementis opiniones, & quas veteres opinati ſunt, & quas poſſibile eſt neceſſitate diuiſionis ſequi. eſt ergo. 1. cã, q̃ iõ de mã rurſus repetit, vt oẽs opiniones narret, & pfecte reprobet ſecundo quia ppoſuit tria eſſe principia. ſ. materiam contrarietatem & elementa, & dixit de elementis, & contrarietate perfecte ergo de materia reſiſtat nunc dicendum eſſe perfecte. Hæc eſt neceſſitas capituli. Ponit etiam Philoponus diuiſionem in qua omnia dicenda cõtinentur, hoc pacto eorum qui ponunt rerum naturalium principia corporea, neceſſe eſt aut dicere vnum, aut dicere plura ſi vnũ, aut illud eſt præter quatuor, vt dixit Anaximander aut aliq̃d ex quatuor, vt Heraclitus; & Thales, & alij, & quouis modo ponatur, aut illud eſt tranſmutabile aut intranſmutabile: Tranſmutabile quidem non poteſt poni, quia non poterit habere rationem materiæ. Sin autem intranſmutabile aut habet rationem materiæ, aut non habet rationem materiæ nullus vero dicit illud eſſe intranſmutabile, & non habere rationem materiæ, hæ ſunt opiniones eorum, qui dixerunt vnum, eorum autem qui dixerunt plura aut quatuor, aut pauciora quam quatuor poſuerunt, & quouis modo dicatur, neceſſe eſt illa ponere, aut tranſmutabilia, vt dictum fuit in poſitionibus eorum, qui dixerunt vnum: His præmiſſis Ariſt: primo accepit intentionem (& inquit) Sed tamen adhuc & ſic inſpiciemus de eis ſcilicet iterum, vt propter illas cauſas, quas diximus: Deinde exequitur: & narrat poſitionem antiquorum (& inquit) Si. n. eſt naturalium corporum materia. vt & videtur quibuſdã aqua, & aer, & q̃ talia ſunt, neceſſe eſt, aut vnũ eſſe. aut duo hæc, aut plura. Narratis poſitionibus incipit reprobare primã, & primũ proponit concluſionẽ (& inquit) Vnũ itaque oĩa eſſe non eſt poſſibile. hæc propoſitio debet intelligi cauſaliter, hoc pacto vnum omnibus ſubijci ſcilicet elementis, & miſtis pro eorum generatione impoſſibile eſt. verbi gratia aerem eſſe omnia, hoc eſt ſubijci omnibus, aut aquã aut ignem, aut terram, impoſſibile eſt, hoc pacto Philoponus in argumento præmiſſo ante textum intellexit Deinde probat concluſionem, & primo præmittit vnã ſuppoſitionem, cuius vſus ſecundum Philoponum ſeruiet poſtea, vt videbitur, & legatur hoc pacto, dico eſſe impoſſibile vnum elementorum eſſe materiam omnibus ſiquidem tranſmutatio eſt in contraria. Sc quomodo ex hac ſuppoſitione

sitione sequatur non posse esse vnum elementum materiam omnibus, hic non probat, sed suppositione & enthymemate sic derelictis ad posterius declaranda, sumit aliud argumentum contra positionem, & dicit. Si enim erit aer, vel permanet intransmutabiliter in aduentu alterius elemēti, vel corrumpitur, supponens quod permaneat (inqt) Siquidem permanet, alteratio erit, & non generatio, consequentiā derelinquit vt probatam ex definitione alterationis, hoc est primum argumentum contra ponentes vnū elementorum subijci omnibus, & permanenter.

Simul āt neq; ita videtur, vt aqua sit simul & aer, aut aliud quodcunque, Sed erit aliqua contrarietas & differentia, cuius habebit aliquid alteram particulam. verbi gratia ignis caliditatem.

Simul aūt sic videtur. vt simul aqua & aer essent, aut aliud quodcūq, sed est aliqua cōtrarietas & differētia, cuius alterū mēbrū hēt, ignis, vtpote caliditatē.

Secundo arguit si aliquod elementū esset mā elementorū, tunc aqua & aer essent simul, aut aliud quodcunq; esset simul cū altero, destruit cōsequēs. d Sed est aliqua cōtrarietas & differentia inter elemēta cuius differentiæ alterū mēbrum habet ignis, vtpota calidum, habet enim ignis calidū, aqua frigidum, & sic nullo modo possunt esse simul, aliter contraria essent simul.

RECO. Per idē argumētū (vt Philoponus inqt) reprobat eorū positionē, qui dicūt plura illorū subijci oībus, & innuit (vt mihi videtur) duo. primū est, eorū reprobatio per argumētū nūc factū. Sm est, noua quasi reprobatio. primū dat nobis intelligere p verbū illud {simul} Sm dat nobis intelligere p illud verbū {Sed erit aliqua cōtrarietas} p argumētū nūc factū reprobat illa positio, qa siue vnū, siue plura illorū ponātur oībꝰ subijci, semp sequit, vt generatio sit alteratio, quia semp q̄ subijcitur, est quid specificatū, & ens in actu specifico. per nouū argumētū, qa duo elemēta nō possunt subire rōnē vnius materiæ, cū nō possint esse duo elementa, quin aut in duabus, aut in altera sint cōtraria ergo non possunt subire rationē vnius materiæ vnde dicit. Simul āt neq; ita videtur, vt aqua & aer, aut aliud quodcunque elementorū simul iūcta sup. esse possit vna mā omnibus communis p rationē assignatā, quia sunt in actu corpora specificata. Deinde tangit Sm (& inquit) Sed hoc est quinimmo erit inter ea aliqua contrarietas & differentia, aut in duabus, aut in altera qualitate, cuius differentiæ ad ac contrarietatis aliquid eorum siue vnum eorum habebit alteram. particulam subaudi. & aliud alteram, vt ignis quidem caliditatem, & aliud elementum consimultaneum in ratione materiæ habebit frigiditatem, vt si suum simultaneum sit aqua, vel terra, at si suum simultaneum sit aer, ignis habebit siccum, & aer humidum ergo non possunt subire rationem vnius principij hoc pacto intelligenda sunt verba. Nā illud verbum {sed} in alio codice legitur {di} quod pro sed vel pro quinnimmo, intellexit, vt patet intuenti græcorum expositiones.

Ant.c.40 *Sed tamen, & nec ignis est aer calidus, etenim alteratio tale, & non videtur.*

Diluc. te. eiusdem *Præterea nec ignis aer est calefactus, etenim eiusmodi altaratio esset, quod quidem non constat.*

Com. 40 Quidā cauillando respondebant aerē affici nunc hoc cōtrariū nunc illud per quādā euariationē sui, sic q̄ si super calefit, est ignis, si frigesit, est aqua, & sic videt omnium quasi materia. Contra obiicit, quia tunc eiusmodi transmutatio esset alteratio. & non vera gñatio, quod quidem non constat. Immo totum oppositum videtur & sensu & ratione.

RECO. Secundo principaliter argumentat contra positionē eorū qui dixerunt vnū elementorum esse materiā, nam sit illud gratia argumenti aer, & ex eo fiat ignis, tū aer permaneat, vt accepimus, tūc ignis nō erit nisi aer factus calidus, tunc ignis non erit nisi aer factus calidus, nam cum aer pernā cū aer pmaneat, gñatio ignis ex aere, erit mera alteratio, & aer cū mutatur ad ignē ipso pmanente aere, vt positū est ignis erit aliud nihil quā aer super calefactus, pluiquā erat. Modo hoc est contra sensum, quia videmus aere, ĩn cū ex eo fit ignis, ipsum corrumpi (inquit) Sed tamen & nec, ignis est aer calidus, sicut sequitur, si aer sit illud elementū quod omnibus subijcitur permanēs, & q̄ sequatur probat Etenim tale hoc est generatio ignis ex aere alteratio est cū permaneat aer modo & hoc non videtur, imo est cōtra sensum. Quo vero ad verba attinet, verbum illud {Sed tamen} nō aduersatiue tenet, sed est vt principiū nouæ rōnis

Animaduerte q̄ hæc rō pōt fieri cōtra eos, qui dicunt plura elementa subijci omnibus, nam etiam ad eos sequitur generationem esse alteraionem, & ita si ponentur aqua & aer rerum principia, sequitur quod ignis non est nisi aer & aqua calefactæ, vt patet deducenti.

Anti.c.14 *Similiter aūt rursus, si erit aer ex igne. calido in contrariū trāsmutato erit existet igitur aeri, hoc, & aer erit frigidū aliquid. Quapropter, impossibile est ignē aerē calidū esse. simul enim idē, frigidum & calidum erit*

Diluc. te. ca. eiusdē. *Simul aūt & si ex igne aer est calido trāsmutato in cōtrarium erit igitur aeri hoc inerit, eritque aer frigidum quoddam. quare ignis aer super calefactus esse non poterit, erunt enim simul calidum & frigidum.*

Com. 41 Eundē cauillū cōfutat, q̄ dato illo, adhuc sequit, q̄ contraria essent simul probatur per vnā maximā, omne transmutabile in aliud, potest transmutari ex illo, vt si ex aere supercalefacto ignis est, cōtra etiam ex igne calido aer esse poterit, igit calidū ignis inerit aeri, & sic simul aer esset calidus, & frigidus, & sic nō potuit ignis generari ab aere calefacto, sed circa hanc rationē dupliciter dubitatur Primo, qa aer non est frigidus, sed calidus & humidus. Secundo, quia omnis generatio est corruptio alterius, igitur si ex igne fit aer, nō remanebit calidū ignis in aere. Ad primū expositores aiūt Ari. loquutū esse exēplariter, & non vere, & placet.

Ad secūdū aliqui dicunt Arist. loquutū esse ex hypothesi. dato. videlicet q̄ qñ ex aere fiebat ignis, idem erat ignis & aer, qua in re simul calidum ignis, & aeris frigidū erit. Sed hoc nihil est, hæc enim ratio nō differt a prima propterea videt argumētū esse ex hac hypothesi. videlicet. q̄ generatio rei fit p remanētiā eius quo res fit, nō. n. aliter antiqui (cōtra quos argui) intelligebāt generationē. Tūc a primo ad vltimū valet, si ex aere percalefacto ignis est, contra ex igne calido aer erit, per maximā oē id ex quo aliquid generaī, pōt ex illo regenerari vltra. ex igne calido aer erit, igitur ignis remanet sub aere, per aliā maximā: omne ex quo aliud fit, in aduentu illius remanet, ignis remanet, igitur calidum ignis & frigidū aeris simul erunt, hoc vltimum cōsequens est impossibile. igitur primū antecedēs, sed primū antecedens est q̄ ex aere calefacto erat ignis, igitur hoc est falsum, & per consquens eius oppositum erit verum. Animaduerte q̄ thermon græce latine calidum dicitur, ego tamen transtuli supercalefactum quia sic consonat sensui.

Præterea data hac positione, tūc accident duo cōtraria esse in eadē, & pbat consequentia ponēdo p casū q̄ vice versa ex igne fiat aer, tunc causa posito, aer fit calidus, & non pōt fieri calidus, nisi prius erat frigidus, nam trāsmutatio (vt accepit) est de contrario in cōtrariū, & sic nō pōt aer fieri calidus, nisi prius fuisset frigidus, & cū in tali generatione nec substantia corrumpitur ignis, nec substātia aeris generetur Sm hāc positionē, quia generatio non est nisi alteratio, aer prius existens frigidus, calefit, & cum nō perdat, quod habebat detinebit ergo frigiditatem & acquirit caliditatem. ergo duo contraria in eodem. Ecce quod in hac rōne vsus est suppositione prius accepta. s. q̄ transmutatio fit de contrario in contrarium. vnde dicit. Simul autem cū proximo absurdo rursus si vice versa erit aer ex igne, non nisi calido in contrario trāsmutato erit per suppositionem, igitur in termino transmutationis qua ignis fit aer, aeri inexistet hoc scilicet calidum, nam in fine erit aer calefactus. ergo & aer erit, aliquod frigidum, quia non potest mutari in calidum, nisi erat frigidum, per suppositionem, & cum non admittat illud, quia tunc generatio non esset alteratio, ergo simul erit calidus & frigidus, quapropter (vt inquit) Impossibile est ignem aerem calidū esse, simul enim idem aer frigidum & calidū erit. Animaduerte (vt Philoponus inquit (q̄ Arist. loquutꝰ RECO.

est ex suppositione, quia reuera cum ex aqua fit aer, nõ secundum calidum transmutatio fit, sed s͠m humidum & siccum.

Aliud aliquid igitur præter ambo idem erit & aliqua alia materia erit communis eadem autem est ratio & de omnibus, quod non est vnum horum, ex quo omnia.

Igitur aliud quoddã præter ambo idẽ erit, atq; alia quædã cõmunis materia, eadem autem ratio & de cæteris est cum nullum horum vnum sit, ex quo cũcta essent.

Cũ nullũ elemẽtorũ quatuor mã cæterorũ esse poterit. Tũ quia gña rio alteratio esset. Tũ quia cõtraria simul essent in eodem, resistat vt sit aliud quoddã præter ambo, vnum atque idem, quod communis materia nuncupatur, & duxit tem de aere & igne, & in cæteris vult esse intelligendum.

Aiaduertendũ vt declarat Auer. 12. meta c. 14. & alibi q̃ mã est idẽ & vnũ numero cõtrariorũ, & hoc per priuationẽ cõtrariorũ, est etiã cõis, quia caret forma indiuidua. In hoc, n. differt vnũ nu. priuatione & vnum num. positiuũ quia quod est vnũ numero positiuũ, nõ põt esse cõmune primo metaph at vnum numero priuatiuum potest esse commune, hoc duo inueniens ait idem & communis materia.

RECO. Ex dictis concludit primũ quod videtur de mã (& inquit) Aliqd igit̃ p̃ter ambo. s. aerẽ & aquã idẽ erit, & aliqua alia mã cõmunis vtriusq; & sicut dixi, quod nõ est aer mã aquæ eadẽ est rõ, & de oibus elemẽtis, quod nõ est vnũ horũ, ex quo

Aur. c. 43 vt ex mã oia alia fiat. primũ ergo p̃dicatũ de mã, est quod ipsa nõ sit aliquod elemẽtorũ quatuor, sed qd cõmune omnib^9

Sed iã neq; aliud aliquid & p̃ter hæc, aliud mediũ aliqd aeris & aq̃ vel aeris, aere qdẽ & igne grossi^9 il-

Diluc ie. eiusdem *lis aũt subtilius erit. n. illud aer & ignis cũ cõtrarietate*

Insuper ẽt neq; aliqd quoddã p̃ter hæc veluti mediũ qd aeris & aquæ, vel aeris & ignis. Aeris quidem & ignis crassius, cæterorum autem tenuius erit enim illud

Com. 43 *aer & ignis cum contrarietate.*

Syllogismus erat si corp^9 actu erat materia quatuor elementorum, vel illud erat aliquod elementorum, vel mediũ quod non sit aliquod elementorũ docuit quod nõ mediũ, tũc declarat, & infert, erit. n. aer & ignis cũ cõtrarietate, hoc est non admittens contrarietatẽ Consequẽtia probatur per maximã antiquorũ mã remanet sub gen'to s͠m esse suũ quod habet (inquit) Insuper etiã neq; aliud quoddã p̃ter hæc, veluti mediũ quid aeris & aquæ vel aeris quidẽ & ignis crassius siue densius aquæ aũt & terræ tenuius Dixit hæc quia apud veteres de corpore medio fuerunt duæ positiones Nã alij dixerũt illud mediũ esse ignis & aeris & tũc dixerũt, est dẽ

RECO. sius ignis, & rarius aeris. Alij illud esse medium terræ & aquæ vtpote dẽsius aquæ & rarius terræ. propter hæc dixit illa duo

Cum conclusit materiã nõ esse aliquod quatuor elementorũ sed quoddã cõmune, inuestigat illud commune quid sit & vertit se in hoc loco ad anaximandri opinionem, qui voluit illud cõmune esse quod intermediũ aeris & ignis, aut aquæ & aeris, Contra q̃ positionẽ argumentatur, quoniam tunc illud mediũ erit aer vel ignis cũ contrarietate. Quo vero ad verba attinet, scias, quia Philoponus legit disiunctiue, hoc pacto. s. aer vel ignis. Sed quo modo valet hæc consequentia, si materia erit intermediũ, tunc illud erit aer, vel ignis, vel aliorũ aliquod cũ contrarietate Alexan. exponit quod illud intermediũ fiet aliquod elementorum & in eo erunt cõtraria Dedacita ũt cõsequentiã, quia vbi ponit̃ hoc mediũ esse materiã oportet dicere quod illud mediũ fiat ignis vel aer diuersa dispositione, ignis quidem rarefactione, aer vero cõdẽsatione, Si ergo rarefactione fit ignis, fit calidũ, ẽ. n. cẽ ignis in calidũ are, si fit calidũ. ergo fuit frigidũ, & cũ nõ corrũpat cũ fit ignis nõ. n. esset mã, nec principiũ, ergo ipso remanente frigido fiet calidũ & sic simul erit calidũ & frigidum. Simili rõe deducetur. si fit aer, vel aqua, vel terra. ergo si mã esset illud mediũ illud fieret aer vel ignis cũ contrarietate, hoc est recipiẽdo duo cõtraria insimul. Aliter deducit Philoponus, si hoc intermediũ est materia: hoc raritudine fit ignis, non enim differt ab igne nisi raritudine & dẽsitudine, cum igitur non differt nisi raritudine ab igne ergo omnia alia quæ in igne cousideranrur habet, cum sola raritudine differat ab eo. Erit igitur siccum hoc natura. Simili ratione raritudine & densitudine alia generãtur ex ipso & sic densitudinem assumens fit aer, quare quæcũq; sunt in aere erũt in ipso, humiditas aũt est vnũ eorũ, quæ insũt aeri ergo hoc corp^9 est humidũ, & erat siccũ, ergo si fit aer vel ignis, vel aliquod elemẽtorũ, cũ nõ fiat aliquod aliorũ, nisi raritudine vel dẽsitudine, oĩa cõtraria eorũ habet. Tertio dici põt breuius nõ differendo ab illa Alex Si medium fit ignis. ergo erat frigidum, quia omnia mutatio est ex contrario. Iterum si fit aqua, erat calidũ: ergo si fit omnia elemẽta, oportet vt in eo sint omnia contraria: ergo si fit aer, aut ignis, oportet ipsum habere in se contrarietatem.

Sed priuatio, alterum contrariorum, Quapropter non contingit illud, solum esse vnquam, vt inquiunt quidam infinitum & comprehendens. Aur. c. 44

Etiam priuatio contrariorum alterum existit propter qd' neq; seorsũ illud esse põt, nec interdũ, veluti quidã autumãt, illud esse, interminatũ, & similiter cõtinẽs. Diluc. re. eiusdem

Com. 44

Quidã dixerunt illud medium esse priuatũ cõtrariis. s. apirõ hoc est infinitũ, vel melius interminatum, & periechõ. i. cõtinẽs Cõtra obiicit Ari ẽt priuatio cõtrariorũ alterũ existit, vel saltẽ per est annexa: alteri cõtrariorũ, vt priuatio calidi frigidũ, est vel cũ frigido annexa igitur neq; seorsũ ab oib^9 contrariis illud medium esse põt neque interdum hoc est certo dato tẽpore, sed semper cum altero contrariorũ debet permanere. Animaduerte quod positio antiquorum põt dupliciter intelligi: Vno mõ quod mediũ illud sit corpus actu per formã substantialem propriam & specificam, sit tamen interminatum respectu elementorũ. & hoc mõ non põt stare. quia eo ipso quod habet formã specificã, habet aliquod cõtrariorũ semper annexũ tãquã essentiale sibi. Aut põt intelligi quod corpus illud sit mediũ per priuationẽ, quia s͠m sui essentiã nullã formam specificã includit. & sic dici põt apiron hoc est interminatũ, & periechõ, hoc est cõtinẽs oẽs formas in potẽtia. Et tũc est positio Auer. in lib. de substãtia orbis. vbi tenet materiæ esse coæternã trinã dimensionem & forte corporeitatẽ de genere substãtiæ, Et contra hoc rõ Ar. nulla est, quia bene concederem talẽ mãm, esse semper cũ aliquo contrario, & aliqua forma, non tamẽ est terminatũ immo est priuatum, quia secundum sui essentiam nullum habet. tu vero vide in libro meo de substãtia orbis. RECO.

Dixit Ari. ad hoc quod si illud medium esset mã, tunc haberet in se cõtraria, quia ergo posset quis dicere, hoc non esse absurdum secundum Philoponum, nunc demonstrat illud esse absurdũ. Nã alterum contrariorũ est priuatio, vt enim superius dictum est duorum contrariorum alterum est priuatio, vt nigrum, alterum habitus, vt album ergo si duo contraria possent esse in eodẽ tũc priuatio & habitus possent esse in eodem, nã contrariorũ alterum est priuatio & alterum habitus (inquit) Sed alterum contrariorum est priuatio, & alterum subaudi est habitus, quæ cum non possint stare simul, nec contraria stabunt simul. q. d. sed illud cõsequentia est falsum, quia alterum contrariorũ priuatio est alterum habitus, quæ simul stare nõ possunt. Ideo infert illud intermedium non posse aliquãdo stare solitariũ, vt quidam aiunt, dicentes ipsum esse infinitũ continens, vnde volunt tale intermedium aliquando stetisse solitariũ extra primas qualitates (vt exponit Philoponus) quod est falsum. Aui. c. 45

Similiter igitur, quodcunque horum aut nullũ sit igitur nullũ est sensibile prius his, hæc vtique erũt omnia. Aliter. nõ magis aer vel ignis erit, neque sensibile

Igitur quodcunque horum non magis aer vel ignis erit. neque sensile his prius. quare omnia erunt hæc. his prius.

Com. 45.

Ex his concludit quod siue dicatur mediũ illud esse inter aerem & ignem. siue inter aquã & terrã, nõ magis erit aer vel ignis quia mediũ est vtrunq; extremũ, propter quod nihil erit sensile prius quatuor elementis & per consequẽs omnia elemẽta erunt hæc quatuor, & nihil aliud. Et hoc inquit Quodcunq; horum sit, vel medium aeris & ignis, vel medium aquæ & terræ, nõ magis aer vel ignis erit, immo aer & ignis simul, neq; erit sensile corpus prius his quatuor. quare omnia erunt hæc, & nulla alia. Hunc textum mancum habent nostri, propterea non intelligunt.

Anima-

Animaduerte q̃ in græcis codicib⁹ est differentia Philoponus enim habeat sic{S militer igitur quoduis horũ, aut nullum, si igitur nullum sensibile est pri⁹ ms, hæc vtiq; erũt oĩa} In quibus verbis ẽm Philoponũ concludit id, q̃ ex reprobatione est dicẽdũ, nã cũ ordo vniuscuiusq; quatuor elemẽtorũ eiusdẽ honoris est, necesse est vnũquodq; eorũ esse mam, aut nullũ eorũ si igĩt in vno ostẽderim⁹ q̃ nõ possit eẽ mã ad alia patet q̃ nullũ ipsorũ erit cæterorũ mã (inq) Similiter igĩt quodcũq; horũ ponẽdũ est mã, aut nullũ, nã cũ nõ maior rõ sit de vno, q̃ de altero oportet vel vt vnũquodq; ponaĩ mã, vel vt nullum sed non vnum q̃ q;. ergo nullũ sed q̃a nos ꝓbauim⁹ cõtra Anaximãdrũ nullũ sensibile corpus pri⁹ his esse mã ergo hæc oĩa erunt mã Quod qdẽ est verũ (vt Philopon⁹ inqĩ) respectu mistorũ. Elemẽta n. hæc sunt mã mistorũ In nostro vero codice habetur, vt
Antic. 46 in commentarijs legimus, ideo aliter ibi intellexim⁹.

Necesse est igĩt, aut sẽper manẽtia & immutabilia inuicẽ, aut trãsmutabilia, & aut oĩa aut hæc qdẽ, hæc aũt nõ, vt in Timæo Plato scripsit. Quod igitur trãsmutari inuicẽ necesse eße demõstratũ est prius. Et quod nõ similiter cito aliud ex alio dictũ est prius, qm̃ habẽtia qdẽ symbolũ citius generãtur ex seinuicẽ, nõ habẽtia aũt tardius. Si igitur cõtrarietas vna est secundũ quã transmutatur, necesse est duo esse, mã. n medium est, in sensibilis & inseparabilis existẽs qm̃ aũt plura videtur esse, duæ vtiq; erũt q̃ minime. Duabus aũt existentibus, nõ poßibile est tria esse, sed quatuor, quemadmodũ videtur tot enim coniugationes erunt, sex enim existentibus, duas impossibile est fieri, quia cõtrariæ sunt adinuicem
Dilucidatio eiusdẽ *De his igitur, dictum est prius.*

Necesse est igĩt aut ipsa sẽper manere, atq; inuicẽ intrãsmutabilia esse aut trãsmutabilia, & vel oĩa, vel quedã qdem. q̃dã aũt nõ. Quemadmodũ in Timæo Plato scripsit. Quod quidẽ igitur mutuo trãsmutari necesse sit, declaratũ est prius, quod uero non æque cito aliud ex alio sit, dictũ est prius. nã quæ qdẽ symbolũ habẽt, celerius mutuo fiunt q̃ vero nõ habent, tardius Siquidem igĩt vna est cõtrarietas, qua trãsmutãtur, necesse duo eẽ nã mã est mediũ in sensibile, & separabile. quod si plura esse videnĩ. duę vtiq; erũt q̃ minime Existẽtibus aũt duabus, nõ possunt tria esse, sed quatuor. vt videtur tot. n. sũt cõstãtię, Sex n. existẽtibus duę fieri nõ possũt
Com. 46 *q̃a cõtrarię inuicẽ sunt de his qdẽ igitur dictũ est prius.*

Epilogat tria declarata Primum, q̃ oĩa elementa sunt mutuo transmutabilia (& inquit) Necesse est igitur aut ipsa semper manere, atque inuicẽ intransmutabilia esse, aut trãsmutabilia esse, & si trãsmutabilia sunt, erũt vel omnia, vel quædã quidẽ, quædã autẽ non quemadmodum in Timæo Plato scripsit. Vbi voluit terrã nõ trãsmutari ꝓpter suorũ triãgulorum, latitudinẽ q̃ qu dẽ igĩt mutuo transmutari necesse sit, declaratum est prius hoc est primum. Animaduerte q̃ sæpe allela trãstulit mutuo vel reciproce, tamen latine sonat inuicẽ Et hoc quia græca series expostulat. Secũdum quod epilogat est q̃ nõ æque cito quodlibet fit ex quolibet (& inquit) Quod vero non æquẽ cito aliud ex alio sit dictum est prius Nã q̃ qdẽ symbolum habẽt celeri⁹ mutuo fiunt quæ vero nõ habẽt symbolum tardi⁹ fiunt Tertiũ q̃ epilogat est q̃ quatuor sunt elemẽta tãtum (inqĩ) Siquidẽ igĩt vna est cõtrarietas, qua transmutãtur, necesse est duo elementa esse, qm̃ contrariorum cõtraria subiecta sunt (& hoc inquit) Nã mã est medium insensile, & separabile, q̃ duobus ad minus subijcitur. & per cõsequẽs oportet ad minus elementa esse duo Quod si plura elementa q̃ duo, erũt duæ contrarietates, quæ minime esse possunt. vna cõtrarietas nõ põt esse trium existentibus autem duabus contrarietatibus, nõ possunt esse tria, sed ad minus quatuor, vt etiam videtur ad sensum, Tot. n. sunt cõstãtiæ sex. n. existẽtibus coniugationibus duæ esse non possunt, quia contrariæ inuicẽ sunt Deinde remittit se ad dicta & patet. Aĩaduerte apud græcos q̃ differunt enãtiotes. & enãtiũ, quemadmodũ apud nos contrarietas, & contrarium nã cõtrarietatis duo sunt contraria. & non plura. quia vnius relationis sunt duo extrema. propter ea benedictũ est, q̃ si vna est contrarietas, erunt duo contraria & si duæ, erunt quatuor, & q̃a quatuor possunt sex modis coniungari, quorum quatuor tãtum sunt possibiles, ideo quatuor possunt esse elementa Sed
Prima quęstio. circa hoc capitulum plures emergunt quæstiones. Prima, vtrum quodlibet elementum possit immediate in quodlibet transmutari Animaduerte primo q̃ sensus quæstionis
Nota primo. est. vtrum ex quodlibet elemento possit immediate generari quodlibet elementum ab agente naturali verbi causa vtrum ex igne possit immediate generari aqua aer & cætera id genus non tanquam ex materia, sed tanquam ex termino a quo, & tanquam ex materia alterationis Secundo animaduertendum quod illud syncathegorema quodlibet tenetur pro generibus singulorum non autem pro singulis generum, idest pro indiuiduis elementorum omnium, sed pro specie bus. Primo, quia nullum elementum actu existens põt ex aliquo elemẽto gñari, quia nihil põt bis gñari Secũdo q̃a nõ q̃dlibet elementũ totale põt in quodlibet totale trãsmutari nõ n. partes cẽtrales terræ, neq; partes superficiales ignis. cum non possint corrumpi, & ita sensus est quod omne elementum secundum speciem potest ex quodlibet alio elemento ẽm speciem generari vtpote ignis ex aqua, & terra ex aere, & econtra Et hæc est de-
Nota tertio. claratio recentiorum. Tertio animaduerte quod ex textu non accipitur quodlibet elementum posse transmutari in quodlibet immediate sed tãtum quodlibet esse aptum trãsmutari in quodlibet. Verum sensus Arist. (vt dicunt) est
Prima positio. quodlibet effici ex quodlibet immediate Et propterea quæstio habet locum. In isto quæsito doctissimi viri tenẽt quodlibet posse ex quolibet generari, sed non immediate. Et hoc quia textu Aristotil non dicit. Secundo quia quinto physico. medium est in quod transmutabile primo transmutaĩ Modo elementorum aliqua sunt extrema & aliqua media igitur non potest ex aqua effici ignis vel ex igne terra, nisi prius transmutabile transmutetur in medium. Verum aliqui ponunt ex quodlibet effici, quodlibet elementum im-
Differẽtia positionẽ. mediate per carentiam elementi medij. non tamen per carentiam corporis medij exhalationis vel vaporis Alij bene concedunt medium effici immediate ex medio, at ex-
Argumenta. tremum ex extremo non, nisi fiat prius transmutatio in medium. Sed vtcunq; sit, q̃ nõ dẽtur talia mista media, arguunt recẽtiores. Primo, q̃a inter aerẽ & aquã nõ datur aliquod medium vt vapor, quia vapor est substãtialiter aqua vel aer. Secundo quia exhalatio eleuata ab argento viuo est substantialiter argentũ viuũ igĩt quæ exhalat ab aqua est aqua Tertio, frustra hæc ponuntur vt probã. Quarto, vapor & aqua differunt secundum magis & minus Quinto, non est differentia specifica nisi ꝑꝑ operationes Quod vero quodlibet immediate possit in quodlibet trãsmutari declarãt. Primo, quia quodlibet elemẽtum habet magis cõmunẽ & sufficientem contrarietatẽ ad aliud Secundo similiter
Declaratio primæ positionis. ex aqua immediate fit ignis, vt patet qñ faber proncit aquã in flamma. Aĩaduerte quod hæc quæstio est ac si quæreretur verũ ex pane possit imediate effici sanguis, & tunc est distinguendũ q̃ duplex ex potentia 1. cælic. 124. ab ĩtrinseco & ab extrinseco ab extrĩsico ex pane potest immediãte effici sanguis, quia materia panis potest immediate recipere formam sanguinis & sic potentia ab intrinseco panis põt immediate mutari in sanguine. Sed potentia ab extrinseco videlicet mediorum & agentis non põt panis trãsmutari in sanguinem. Quia ꝓ hac re necessaria sunt plura media. Tunc tenent q̃ ex terra fit aqua, ex aqua aer, ex igne terra iterum aqua, & reliquam itemq; q̃ ab intrinseco ex quodlibet potest fieri quodliber, non tamen ab extrinseco nisi ordine quodam. Tunc quod non dentur corpora media vel dentur, nihil ad rem Tamen rationes contra nos non valent Primo, in textu non habetur plus quam diximus. Secundo, licet quodlibet elementum habeat materiã & contrarietatẽ, non sufficit, nisi pro possibili ab intrinseco. sed ꝓ possibili ab extrinseco oportet dicere illa fieri ordine quodam Ad experientiã de fabro dicẽdum q̃ illa generatio fit per media secũdum materiam, non autem secundum sensum

Verum

Positio ꝓpria,

Verum probabilior positio est tenere quodliber elementũ effici immediate ex quolibet & aptitudine.& potentia, & ratio demõstratiua est,quia si oportet præesse medium vt quando ex aqua fit ignis oportet prægenerari aerem, vel aer prægeneratur vt medium ipsius fieri, vel vt medium facti esse,non vt medium ipsius fieri quia tunc generatio illa non esset simplex.sed multiplex vt generatio hominis ex semine.Sed neque vt medium facti esse,quia tunc elemẽtum esset mixtum,quia in materia essent plura elemẽta vel plures formæ elementariæ.Tunc ad rationes positionis,licet textus non dicat,nec sonat contrarium.immo potius elicitur propositum Ad secundũ quinti physico. verum est de medio transmutationis modo ignis & aqua sunt extrema,aer medium participatione propter symbolum. Item que ignis & terra sunt extremaa situ, & positura, aer & aqua media positura & situ.Et hæc positio est consona expositoribus,& Auerroi & Alexandro.siquis tamen vult tenere contrarium,teneat.Hæc de quæstione.

Secunda quæstio.

Secundo quærunt, verum in habentibus symbolum sit facilior transitus Recentiores multa congregant hic,& bona, licet non ad mentem Arist.Ideo animaduerte.Primo quod Arist.hæc facile,difficile,citius,velocius,& tardius ꝓ eisdem accipit. nõ enim facit vim in verbis.

No. primo.

Secundo,animaduerte quod conclusio Arist.est intelligenda de elementis,vt elementa sunt.

Nota secũdo.

Et cæteris paribus.Dico vt elementa sunt,hoc est in ordine ad primas qualitates. propter multos casus iuniorum. dico cæteris paribus, quia vbi non essent cætera paria ex parte rari & densi,& ex parte aliorum,conclusio posset nõ esse vera.

Nota tertio.

Tertio,aduertendum est quod velocius potest exponi apud Arist quando quæ penes effectum vt sexto physico.velocius est quod in æquali tempore maius vel in minori æquale pertransit,vel agit.quandoque penes causam vt velocius est quod habet proportionem maioris inæqualitatis quam habeat aliud ad suam resistentiam. Tunc vt patuit in litera,expositor primus voluit nullam vnam numero qualitatem remanere eandem numero in generato & corrupto.ait tñ inter symbola esse faciliorem, citiorem vel velociorem transmutationem pro quãto elementum corrumpendum minus resistit per vnam qualitatem, quam perduas. Et sic vult transmutationem esse velociorem penes causam.

Confuta.

Pace expositoris dixerim.hæc expositio est contra textum. Arist.enim probat propositum suum ex hoc, quia facilius est vnum q̃ duo transmutare vel efficere. igitur accipit velocitatẽ penes effectũ,& non penes cãm. Secũdo contra ipsum faciunt argumenta recẽtiorũ.Primo, quia sicut duorum ad duo,ita vnius ad vnum proportio est.Secundo,sicut vnum corrumpitur,ita vnum agit in habentibus symbolum.igitur velocitas est æqualis.Propterea tenet Auer. ad Arist.mentem inter symbola esse velociorem transmutationem penes effectum, quia per generationem elementi symboli a symbolo pauciora corrumpuntur,vt Auer. ait. & Aristol. inquit. Animaduerte tamen quod penes effectum aliquod esse velocius siue facilius est dupliciter. In Proposito illud vocat Arist facilius,& velocius, & citius ꝓductum,quod pro sui esse facto pauciora corrumpuntur, & pauciora generantur Et hoc consonat textui græco, vt patuit in nostra commentatione.Cætera vero quæ adijciũt recentiores,curiosa sunt,licet extra limites textus.Hæc de quæstione.

Questio tertia.

Tertio quærunt, vtrum ex duobus elementis dissymbolis tertium contingat generari.Omissis argumentis.

Pro intentu quæstionis.

animaduertendum primo,quod nihil prohibet ex duobus vel tribus elementis symbolis proficisci tertium, quoties aliquod tertium aget in duo vel tria elementa assimilãdo illa sibi causa verbi.sit ignis tripedus,agatque in terram aquam,& aerem vnipedos.Patet tunc ex his tribus pedib⁹ illorum trium proficisci ignem. Itemque si agant tria elementa inuicem,vtpote terra,aqua,& aer,agent in aquã & corrumpant illius humiditatem,& aqua in aerem & corrumpat illius caliditatem.materia remanebit frigida. igitur & humida,& sic aqua erit, & non aliud elementum a tribus,sed vnum ex tribus ratione duorum,quæ corrumpuntur Sed sic non intelligitur quæstio,nec Arist.sic loquitur Sed quæsitum est quo modo ex actione plurium inuicẽ possit tertium proficisci.hoc autem intelligi non potest in symbolis.Ad hoc enim vt tertium proficiscatur ex actione duorum propria inuicem oportet vt alterum exuperet alterũ in vna,& exuperetur in altera.verbi causa si ignis aquam excedit in humiditate, & excedatur in caliditate fit terra frigidã & sicca.Et si aqua superat ignem in siccitate,& exuperat in frigiditate,proficiscitur aer calidus & humid⁹ At in symbolis fit actio tantum secundum vnam, equa nõ potest elementum profic sci. His expositis patet solutio quæstionis videlicet quod duobus elementis dissymbolis inuicem mutuo agentibus per actionem eorum propriam ac reciprocam contingit generari tertium cum vtrisque altera inqualitate symbolum, vt ex actione ignis & aquæ inuicem contingit,& terram,& aerem effici Similiter ex actione aeris & aquæ proficiscitur & ignis,& aqua. Hæc conclusio declaratur pro tanto in litera,quia possunt elementa dissymbola secundum alteram exuperari. & secundum alteram exuperare, & per consequens contingit ex eis corruptis per combinationem qualitatum remanentiũ effici tertiũ.

Solutio quæstionis

Sed ambigit expositor primus quod non videtur verum quod corrupta frigiditate terræ & humiditate aeris fiat ignis,quia nec terræ siccitas, nec aeris caliditas videtur ad generationẽ ignis posse sufficere.Ignis enim multo calidior est quam aer,& siccior quam terra

Prima dubitat,

Respondent quidam quod non oportet totaliter frigiditatem terræ corrumpi,nec humiditatem aeris.sed post corrumpuntur q̃a caliditas illa,licet non sufficiat,nec siccitas, intenduntur a virtute cæli,& luce solis,& aliarum stellarum

Solutio,

Secundo ambigunt quo modo humiditas aquæ sit conueniens generationi aeris.

Secũda dubitat.

Respondent quidam eam remanere & fieri conuenientem per actionem caloris.

Solutio quorundã Confuta

Sed hoc stare non potest.quia vel differt humiditas aquæ specie ab humiditate aeris,vel non. Si differt specie,nullo modo fit conueniens,nisi corrumpatur. Si non differt specie,non oporret effici conuenientem. quia sua natura est conueniens. Propterea dicas,illam esse suam natura conuenientem, & non effici aliter conuenientem,nisi per frigiditatis corruptionem.

Solutio propria tertia dubitatio.

Tertio ambigunt quo modo potest vnum elementum exuperari & exuperare alterum.

Respõsio

Respondent quod potest esse quod terra per suam frigiditatem citius corrumpat caliditatem aeris, quam humiditatem eiusdem. & econtra aeris humiditas citius remittat terræ siccitatem,quam frigiditatem. Et tunc ex illis constabit quodam remisse aqueum, quod post modum per auxilium extrinsecum & intrinsecum erit aqua pura.

Dubitatio quarta. Solutio.

Dubitant vltimo & satis ad rem vnde est quod ignis agens in aquam,non corrumpit eam secundum vtrunque, ex quo est illi contrarius penitus Ad hoc dicendum rem hanc esse contingentia actionis,& non per se.contingit enim interdum ignem & aquam iusta poni. non tamen agere inuicem.aliquando agere.sed alterum penitus exuperari aliquando agere & pati mutuo,& secundum quicquam exuperari.& secundum quicquam exuperare. & hoc est a cælesti constitutione. Cælestis enim constitutio quæ aerem fauet generationi potest fauere generationi humoris & generationi caloris,& inde restabit humor & calor ex illorum actione,velut in summo vere euenit,quo tempore aer increscit Cæteræ dubitationes recentiorum.hic patent.Hæc de quæstione.

RECO.

Cum conclusit quatuor elementa esse materiam mistorum, secundum Philoponum epilogando mouet quæstionem de illis quatuor elementis (& inquit)necesse est igitur quatuor elementa aut semper manentia & immutabilia inuicem esse materiam mistorum,vt dixit Empedo. aut transmutabilia,& si transmutabilia,aut omnia, vt ostẽdimus,quia,contrarietatem habent,aut hæc quidem scilicet ignis aer,& aqua transmutabilia,hæc autem non scilicet cælum,& terra, vt in. Timæo Plato scripsit. Soluit epilogando(& inquit)Quod igitur quatuor elementa necesse sit inuicem transmutari, demonstatum est prius, quia habent contraria. & dictum est prius, quod non æque cito aliud ex alio,quoniam habentia quidem symbolum citius generantur ex inuicem, non habentia uarem tardi⁹ est.Secundo epilogat numerũ eorum(& inqt)Si igitur

tur contrarietas vna est, secundum quam transmutantur,
tūc duo sunt elemēta, quoniā materia eorū non potest po-
ni tertium elementum inter ea, cum sit medium & separa
bilis & insensibilis existens, sic nullam partem contrarie-
tatis habere potest, sed quoniam sensu videntur plures cō
trarietates vna hoc enim sensu patet ergo ad minus duæ
erunt contrarietates. At duabus contrarietatibus exi-
stentibus, elementa non possunt esse tria, quia vni ex
equo contrarientur duo vel in eodem essent plura contra
ria, ergo sunt quatuor vt sensu patet, quod quatuor sint
elementa & non plura. Alia ratione, probat, quia tot erunt
coniugationes scilicet quatuor sex enim existentibus, cum
duæ sint impossibiles, cū cōtrariæ sint inuicē quatuor erūt
In quibus verbis per duas rōnes, pbauit quatuor esse elemē
ta. primo, qa duæ cōtrarietates sunt. secūdo, qa quatuor cō
binationes sunt possibiles. Verum hæ rationes non ex sim
pliciter necessarijs procedunt, sed potius per accommoda
tionem ad ea, quæ sensibus patent. Quod enim duæ sunt
contrarietates tantum, ex his, quæ sensibus subiacent, acce
pit, quia sensu patet plura quam duo esse contraria. Acce-
pit etiam contrarietates non posse esse plures duabus, & sic
prima ratio, partim ex sensibus partim ex suppositione, p
cessit. Secunda etiam sumit quatuor esse contraria & nun
quam probauit, sed tanquam ad sensum notum illud acce-
pit & sic istæ rōnes non ex simpliciter necessarijs proce-
dunt, sed ex suppositionibus. Præterea. Siquid probant, p-
bant non plura quam quatuor esse elementa, sed elementa
esse quatuor, non probaut, sed sumunt, vt superius dictum
est. In commentarijs quærimus, vtrum quodlibet elemen
tum possit generari ex quolibet elemento. vbi primo de-
bes scire, q cum quæritur, vtrum quodlibet elementum ge
nerari possit ex quolibet elemento, illa particula ex, di-
cit habitudinem materiæ. verum cum duplex sit materia
alterationis, & gñationis, hic dicit habitudinē materiæ alte
rationis, non. n potest vnum elemētum esse materia gene
rationis alterius. Tunc videndum est de rigore logico, vbi
in commentarijs diximus, quod quæstio est vera, tenēdo
illud syncathegorema, quodlibet, vt distribuit illum termi
num elementum, non pro singulis indiuiduis elementorū
sed pro singulis speciebus, hæc in commentarijs Verū nūc
dicimus, nec isto modo illa propositio de rigore logico est
vera, non enim quodlibet elementum secundum speciem
potest fieri ex quolibet elemento sēm speciē quia ignis se-
cundum speciem non potest fieri ex igne secundum speciē
cum non sit ibi contrarietas quare nec in hoc sensu propo
sitio est vera. Alij dixerūt, quod verum potest, & verbum
significans motum acquisitiuum ampliant subiectum pro
eo quod est vel erit, significans vero motum deperditiuum
ampliat subiectum pro eo quod est vel fuit. Cum enim di-
cimus, homo generatur, hæc æquipollet illi, res quæ est vel
erit homo generatur, cum vero dicimus homo corrum-
pitur, hæc æquipollet illi res quæ est, vel fuit homo, corrū
pitur. Tunc dicunt quod illa vera, quodlibet elementum
potest generari ex quodlibet, quia sensus est qualibet res,
quæ est vel erit elementū pōt gñari ex quolibet elemento.
Sed nec hic modus placet. primo quia adhuc stat argumētū
contra primū modū, qm nullū elementū siue q est siue q
non est potest fieri ex quolibet elemento, quia non ex
seipso. secundo, quia peccant in logica, bene verum est illa
verba ampliare subiectum ad disiunctum, quando propo-
sitio est particularis, vel indefinita. Sed quando est vniuer
salis ampliat ad copulatum, alioquin de contradictoriæ es-
sent simul veræ. videlicet quodlibet elementum potest ge
nerari ex quodlibet elemento, & quoddam elementum nō
nō pōt gñari ex quolibet, Prima. n. vera est, quia quodlibet
elementū, quod est vel erit, pōt generari ex quolibet elemē
to, nā p elemēto quod erit, est vera. Secūda etiā vera, qa
quodā elementū non pōt generari ex quolibet elemento,
elemēto. sumpto p eo. q est elementū. Ex his patet hanc p
positionē, quodlibet elementū pōt generari ex quolibet
elemento de rigore logico esse falsam, De rigore vero phy
sico, sensus est, dato vno elemento ex eo fieri possunt alia
oia pter ipsum. vt dato aere, ex eo possunt fieri ignis, aqua
& terra, & sic de singulis. quæcunque dato possunt fieri oia

pter ipsum. Verū de sensu physico Temistius. 5. phy. tenet
q ex extremo elemento non pōt fieri extremū elementū
nisi fiat elementū medium, non enim ex aqua fieri potest
ignis (vt inquit) quia prægeneretur aer. Auer. autem ibi
reprobat hanc Themistij positionem, & vult, quod imme
diate elementū potest fieri ex alio tā extremo quā medio
Diximus quinto physico elemēta dupliciter cōsiderari pos
se, aut vt sunt in locis proprijs, & sic elementum nō potest
fieri immediate nisi ex sibi vicino, ex remoto vero fit me
diāte gñatione elemēti medij Aut sunt extra ppria loca,
& sibi inuicē imediate applicata, & sic elemētū pōt fieri im-
mediate tam ex sibi vicino, q ex sibi extremo, nam cum
extremum applicatur extremo, & super illo obtinet, ex il
lo immediate fit. vt patet in experientia de aqua proiecta
in igne, cum ignis obtinet totaliter super aquā Tu vero le
ge, ea, quæ illic diximus. In commentarijs, quæritur, vtrū
in habētibus symbolum generatio sit facilior, & licet in cō
mentarijs benedictum sit, tamen animaduerte (vt Philo-
ponus inquit) q hic non accipitur facile & difficile pro ve-
lociori & tardiori proprie, vt sexto physico. describitur,
nam velocitas & tarditas, vt de eis loquit Ari. 6. physi. sunt
aut motus cōtinu⁹, aut affectiones mot⁹ cōtinui Præterea
Non loquitur de veloci & tardo, facili & difficili penes cau
sam, nō. n. de illa cōsiderat naturalis, vt primo huius diximus. Ergo considerat quid facile, & quid difficile ge-
neratur. nunc tenet Philoponus, quod respectu eiusdem
subiecti facilius ex symbolo sit symbolum quam ex contra
rio contrarium, nam effectus in generatione symboli ex
symbolo est vna qualitas, effectus in gñatione contrarij
ex contrarijs sunt duæ qualitates, modo hic effectus est ma
ior. & hinc generatio dicitur difficilior, vnde Philoponus
vult Arist respexisse ad qualitates non corruptas. sed ad
qualitates ex corruptione derelicta, & quia in generatio-
ne symboli ex symbolo qualitas derelicta ex corruptione
genita est vna, ac paucitate effectus generatio dicitur faci-
lior. In generatione vero contrarij ex contrario qualita
tes derelictæ genitæque sunt duæ, ideo ratione habita ad ef
fectus magnitudinem dicitur maior generatio, & ita diffi
cilior. ergo velox tardum facile, difficile, citius, & serius
non penes tempus non penes causam, sed penes maiorem
vel minorem effectum mensurat Philoponus. igitur gene
ratio difficilior, quia plurium qualitatum facilior, quia vni
us vel pauciorum. Addit autem penes eadem materiam,
quoniam penes diuersas materias, non erit vna generatio
sed duæ, quando ergo in generatione vna qualitas relin-
quitur. hæc generatio dicitur minor & facilior, quando in
generatione duæ relinquuntur, hæc dicitur maior & diffi-
cilior. nec valet hæc consequentia hæc generatio est facilior
ergo in minori tempore, quoniam quælibet est in non
tempore, & per minima, vt sæpius in libris nostris
dictum est. Ex his patet error Auerrois, & iunio-
rum, cum dicunt generationem symboli ex symbolo
esse faciliorem, quoniam in hac minora corrumpuntur. Si
enim hoc esse verum, potius arguererur faciliorē esse cor
ruptionem quam generationem Philoponus enim atten
dit solum ad eas qualitates, quæ relinquuntur, quæue pro
generatione sufficiunt. Quæritur etiam in commentarijs
vtrum ex actione, & passione duorum contrariorum elemē
torum inuicem possit aliud & tertium ex illis generari vt
ex actione & passione inuicem ignis & aquæ possit fieri ter
ra vel aer, & ex actione aeris & terræ inuicem possit fieri
ignis vel aqua. De contrarijs vero elementis loquor pro-
pter casus in commentarijs enarratos, tenebamus in cō
mentarijs, quod sic. nam ignis potest agere in aquam hu-
miditatē corrumpendo & generando siccitatem, & aqua
in ignem corrumpendo caliditatem, & sic ex qualitatibus
derelictis fiet terra. potest etiam fieri aer, si ignis corrum-
peret aquæ frigiditatem, aqua corrumperet ignis siccita-
tem. Nunc vero dicerem. quod aut de elementis loquimur
vt elementa, & vt agunt proprijs virtutibus, aut vt agunt
virtute stellarum fauentium diuersis qualitatibus, hoc est
elementa virtute cælesti donata. Si enim loquimur de ele-
mentis inuicē agētibus virtute ppria, & quo elemēta sunt
casus est impossibilis. non enim pōt agere ignis in aquam
eius

eius humiditatem corrumpendo,quin etiã corrumpat frigiditatem,quoniam si obtinet supra vnã obtinet supra ambas.cum omnes sint æquales,& sic ignis corrumpet aquam generando ignem,& non tertium.Sin autem contra aqua obtinet supra ignem,obtinet supra vtrasque,& sit ex igne generabitur aqua,& non tertium.At si consideremus hæc elementa inuicem agere & pari virtute stellarum & vt dotata virtute cælesti, imaginabile est saltem constellificationem fauere siccitati ignis,vt ignis,possit humiditatẽ aquæ remittere vsque adeo vt sit conueniens terræ vel terreo. Contra vero aqua virtute stellarum poterit corrumpere calidum ignis vsque adeo,vtõ cueniat terræ vel terreo, & sic generabitur vna terra specie,& duo numero secundũ regulam Philoponi superius assignatam contra Alexãdrũ Quod quidem tertium non erit pura terra,vel quia nullũ elementum reperitur purum,vel quia postea virtute cæli completur eius generatio,vt quidam autumãt,vel quia satis est,vt sit prædominanter terra Quæritur etiã vtrũ elementum contrarium per duas alteri elemento contrario per duas magis resistat quam contrarium per vnam contrario per vnam,vt vtrum ignis magis resistat aquæ, quã aeri quando ex corruptione ignis debet aqua generari Di. Thomas dicit quod sic,quia maior est resistentia per duas quam per vnam.Contra obiicit inquiẽs quoniam per quã cum resistit igni,per tot & tantum agit aqua Philoponus dixit quod duæ qualitates in eadem materia magis resistũt duabus qualitatibus quam si illæ resistentes essent in diuersis subiectis,& potest esse causa,quia virtus vnita fortior est dispersa.ergo illæ duæ qualitates in eodem subiecto magis resistunt virtute vnionis.Sed contra adhuc fieri potest quæstio,quoniam si qualitates ignis virtute vnionis magis resistũt,qualitates aquæ virtute vnionis fortius agunt, ergo æqualis videtur resistentia vnius ad vnam in symbolis & duarum ad duas in contrariis Hoc argumentum contra Philoponum & diuum Thomam est fortissimum. potest tamen dici quod vnio virtutis licẽt faciat ad agendum & ad resistendũ,longe magis facit ad resistendum quam ad agendum, vt experientia est probatum, & sic qualitates ignis vnitæ magis sunt resistitiuæ quã qualitates aquæ vnitæ sint actiuæ & propterea dato quod qualitates aquæ vnitæ obtineant supra ignis qualitates,est ibi magna resistentia, & longe maior quam sit vnius qualitatis ad vnam, & quam sit duarum ad duas in diuersis subiectis.Si vero tu melius habes,melius dicas hæc mihi videntur pro defensione Philoponi & Tomæ.

Quod autem cum transmutentur adinuicem, impos
Ant.c.47 *sibile sit principium aliquod esse horum, aut in extremo aut medio, ex his manifestum. In extremis igitur non erit, quoniã ignis aut terra essent omnia. & eadem est ratio, ac si dicamus ex igne aut terra ea omnia. Amplius autẽ neque medium, vt videtur quibusdam, aer quidem & in ignem transmutari & in aquam, aqua autem in aerem & in terram, vltima autem non amplius in seinuicem.*

Diluc. te *Quod autem eorum quæ mutuo transmutantur, prin*
c. eiusdem *cipium aliquod non sit, siue in extremo, siue in medio. ex his patet\ In extremis quidem igitur, non erit. quia cũcta vel ignis erunt, vel terra & eadem ratio est. Si dicamus ex igne vel terra esse cuncta. Quod autem non medium veluti quibusdam videtur, vt quod aer quidẽ tam in ignem quam in aquam transmutetur. Aqua vero tam in aerem quam terram. Manifestum est, extrema enim non amplius inuicem transmutabuntur.*

Auerroi videtur ꝙ Ari hic velit declarare nullum esse a
Com. 47 liud elementum præter hæc,expositori vero ꝙ de elementis nunc pertractet secũdum opinionem aliorum, quicqd sit proponit quod dixit d.Quod aũt eorũ quæ mutuo trãsmutãtur, principiũ nõ sit aliquod ipsorũ elemẽtorum, siue eorũ quæ sunt in extremo,siue eorũ quæ sunt in medio ex his patet .In extremis quidẽ igitur non erit.quia cuncta vel ignis erunt,vel terra,& eadem ratio est ad hoc. Si dicamus ex igne vel terra esse cuncta. Et sic non potest esse extremum,quod non medium,declarat.d. Quod autem non medium quemadmodum videtur quibusdam, vt ꝙ aer quidem tam in ignem , quam in aquam transmutetur (suppleui particulam illam vt quod quia græca constructio exposcit)Aqua vero tam in aerem quam terram,suppleui manifestum est,extrema enim non inuicem trãsmutabuntur,quod est inconueniens Commutaui particulam de græcam in enim, vt sensus esset clarius.Recentiores expositores,& veteres latini propter malas translationes. hic peruerse exponunt,quanquam ad sensum non magna differentia sit.

Secundum Philoponum cum Arist.demostrauit vnum ex quatuor in trãsmutabile manens,non posse esse materiale principium aliorum, nunc ostendit,quod neque transmutabile existens,materiale principium aliorum esse põt vt sit ostensum,quod neque vt intransmutabile , neque vt transmutabile possibile est vnum quatuor elementorum esse cæterorum materiale principium & primo ostendit ꝙ nullum extremorum vt transmutabile esse possit cæterorum materiale principium & dicit In extremis igitur nõ erit,quoniam aut ignis,aut terra essent omnia.Sed dubitat Philoponus , quoniam non videtur consequentia valere, nisi præsupposita intransmutabilitate elementi extremi, nam si elementum extremum est transmutabile non videtur si sit materiale principiũ omnium, vt omnia sint ignis vel terra,quoniam nullum horum manet,cum supponatur transmutabile esse.Respondet vno modo Philoponus quod supponitur esse transmutabile non simpliciter, sed secundum remissionem qualitatum,& sic sequitur,ꝙ omnia essent secundum substantiam ignis vel terra,non autem secundum esse perfectum & intensum,sed secundum esse remissum,& trãsmutatũ,q̃ responsionẽ Auerr.in paraphrasi assignauit.Sed Philoponus refellit hanc responsionem,nã si omnes ignis qualitates corrumpuntur , non remanet ignis & sic non possunt esse omnia ignis,sed si corrumpantur in parte,& in parte relinquantur,non est possibile , vt cætera elementa sint ignis, quoniam non potest humidũ aeris perfectũ & intensum stare,cũ sicco ignis imperfecto neque perfecto.Aliter dicere videtur , quod Aristo .velit non omnia fieri ignem vel terram , sed sequi omnia fieri ex igne,vel terra,& hoc Arist.innuit cum inquit , & eadẽ est ratio,ac si dicamus ex igne aut terra esse omnia, & sic sequitur omnia esse ignem non formaliter , sed causaliter, hoc est omnia fieri ex igne vel terra,& hæc est differentia inter primam positionem;& hanc,quod ad dicentes elementum extremum intransmutabile esse materiale principiũ cæterorum,sequitur formaliter omnia alia esse ignem vel terram.ad dicentes vero,extremum elementum transmutabile esse materiale principiũ,sequitur omnia esse ignem vel terram causaliter,hoc est omnia esse ex igne vel terra. Sed contra hanc responsionem obiicit Philoponus quoniã oĩa fieri ex igne q̃n ex eius materia,nõ vr absurdũ,p se.n. manifestũ est ex materia ignis oĩa fieri posse.ergo omnia fieri ex igne saltem ratione suæ materiæ non videtur impossibile. Propterea Philoponus tandem velle videtur , ꝙ hæc Arist.ratio non inducatur tanquam necessaria, sed vt apparenter probabilis, quoniam vera & necessaria ratio est,quoniam quodlibet elementum sit ex quodlibet,cum quodlibet ad quodlibet contrarietatem habeat ,& sic non magis vnum erit materiale principium cæterorum quam quodlibet.Secundo ostendit,quod nullum mediorum manens transmutabile esse potest materiale principium cæterorum.& dicit.Amplius autem neque medium vt videtur quibusdam scilicet Thaleti aqua, Anaximeni aer.Anaximeni enim videtur aer quidem & ignem transmutari & in aquam, Thaleti vero videtur aqua transmutari in aerẽ & terram, vtrisque autem videtur vltima nõ amplius inuicem transmutari,quoniam nec ignis in terram,nec terra in ignẽ.Sed Ari.has positiones esse falsas accepit.non autẽ probauit:quoniam postea illas destruet,nũc vero vt aperte falsas derelinquit,ex eo,quoniam si ponitur elementũ medium esse materiale principium,cum non magis alterũ quã alterũ sit ponẽdũ , duo erũt materialia principia & sic

Dubitatio philopon — Prima. Solutio. Auer. — Secunda responsio philopo a — Refutatio philoponi — Solutio. philoponi

materiale

materiale principium non erit vnum, qood omnes negāt Sed forte hæc, quæ dixit, non duæ positiooes sunt scilicet Thaletis, & Anaximenis, sed vna, quæ dicebat elementa media esse materialia, principia, & vtraque, aerem scilicet ignis & aquæ. Aquam vero terræ & aeris. Contra quam ꝓximo textu obijcit, vt videbitur.

Anti.c.48 *Oportet enim stare. & non in infinitum ire hoc in rectitudine ad vtraque. infinitæ enim contrarietates, in vno erunt. Sit. n. terra. g. aqua. y. aer. a. ignis p. Si ergo a. trāsmutatē in. p. & . y. cōtrarietas erit eorū qua. a. p. sint hæc albedo & nigredo. Rursus, quia in. y. & . a erit alia, nō eaim idem e. & . y. sint autem siccitas & humiditas. z. quid siccitas. h. autem humiditas. Quapropter siquidem manet album, existet aqua humida & alba. si autem non, nigra erit aqua. in contraria enim trāsmutatio. Necesse est igitur aut nigram, aut albam esse aquam. Sit itaque primum, similiter igitur & , p. z. existet siccitas. Erit igitur ignis. trāsmutatio in aquā contraria enim existit. ignis enim primum quidem nigrum erat, deinde autem siccum aqua autem humida, deinde vero alba. Palam itaque est, quod omnibus ex seinuicem erit trasmutatio. & in his, quod g. terræ existunt & reliqua duo symbola nigrum & humidum. hæc enim nondum coniuncta sunt.*

Dilucida. te.c.eiusdē *Oportet quidem enim stare, & non illud ad infinitū ire secundum rectitudinem vtruuque in latus. Essent. n. infinita cōtrarietates in vno. Sit enim terra in quo. g. aqua in quo y. aer in quo a ignis in quo. p. sit itaq; a. trāsmutetur in. p. & . y etiam ipsorū, a p. contrarietas erit, sint hæc albedo & nigredo. amplius si & . a. in. y. erit alia, nam non est idem. p. & , y. Sint autem siccitas & humiditas. Siccitas quidem. z. humiditas. h siquidem igitur manet album, erit aqua humida & alba, si autē nigra aqua nam transmutatio in contraria est. Necesse igitur vel albam vel nigram esse aquam si primum alba, similiter igitur & ipsi. p inerit. z. siccitas. erit igitur ipsum p. quod est in quo ignis trāsmutatio in aquā. Contraria enim sunt. ignis quidem enim primo niger erat, deinde siccus. aqua vero humida, deīde alba, manifestum itaque quod omnibus reciproca inerit transmutatio, & in his, quoniam ipsi. g. terræ cætera insunt, ac duo symbola nigrum & frigidum. Hæc enim non coniunguntur ibi.*

Com: 48

Quidam dixerunt quod materia elementorum est medium elementum vt aer, vel aqua, obiecit contra illud Aristoteles, quia tunc extrema oon inuicem transmutari possent vt ignis & aqua, vel aer, & terra Respōdere pōt aduersarius quod extremū, vtpote, ignis transmotatur in aliud medium, vt pote in elementum quintum, & illud in sextū, & sextum in septimum & sic in infinitum. Et sic non oportet extrema inuicem traosmutari. Contra obijcit Aristoteles. d. Oportet quidem enim stare, & non illud ad infinitum ire secundum rectitudinem vtrunque in lat⁹ hoc est sursum, & deorsum Et hoc probat enthymematice d essent enim infinitæ contrarietates in vno, hoc est si non staretur in elementis. Hac consequentiam nō dedocit. Sed circa eam talem seruat ordinem primo demonstrat omnia elementa inuicem transmutari. Deinde ecthymema nunc factum deducit, Circa primum talem intēdit rationē apud Aoerroem, & expositorem quæcunqoe sunt contrāria, reciproce transmutantur Sed omoia elementa siue habeant symbolum, siue non, siue contraria vel in ambabus qualitatibus vel in altera; igitur omnia elementa inuicem transmutantur. Et hoc est contra respōsionem dicentem quod medium solum ad extrema, & extrema ad mediū transmutātur. Extrema autem inter se non transmutantur. Ad hu⁹ declarationem disponantur termini, & figura.



Inquit. Sit enim terra in quo. g. aqua in quo. y. aer in quo a. ignis in quo. p. hæc est terminorum dispositio, huius ratio est. quia g, græce terra est, ideo per. g. voluit gen hoc est terram. ydor vero græce aqua est, ideo per. y. aquam notat. Aer grece, latine etiam aer dicitur, ideo per. a aerē Pyr vero græce, latine ignis, ideo per. p ignem vult. Dispositis terminis, accedit ad probationem minoris syllogismi tacti (& inquit) Si itaque a. aer transmutetur in. p. ignem & . y. aquā etiā ipsorum. a p. hoc est aeris & ignis erit contrarietas per maximam: omnis transmutatio est inter cōtraria. Sint hæc albedo & nigredo, ita vt aer sit albus, ignis sit niger. Amplius si & a aer transmutetur in. y. aquam, erit alia nam non est idē p ignis & . y. aqua, & p cōsequens ad vtrūque non habet eādem contrarietatem. Sint autem hæc quibus contrariantur aqua & aer siccitas & humiditas, ita q aer sit siccus. aqua vero humida siccitas quidem. z humiditas h. Animaduerte primo qood græce siccitas, zetotes dicitur. ideo Arist per z. vult intelligere siccom. Homiditas vero ygrotes appellatur, ideo Arist per y. vult intelligere humidum. Ego vero ne sit confusio inter. y. ignem & . y. homidum, transtuli h. aqua litera incipit dictio nostra humidum. Secundo animaduerte vt bene expositor nutat q istæ qualitates non sont propriæ elementorum. sed vtitur eis Arist. exempli causa nam vt dicit Aue. secundo de aoima comment. 67. exemplorum non intenditur nisi manifestatio, & Arist. primo priorum exempla ponimus nō vt ita sint. sed vt sentiant qui discun. Auer. autē in paraphrasi trigesima quinta vtitur veris exemplis. sed vnde Arist. vtatur falsis exemplis si potuit vti veris, non dicit. Potest tā dici hoc laute egisse, propter antiquos, qui forsitan de qualitatibus elementorum, non ita sentiunt: propterea vtitur falsis exemplis, vt habeant licentiam dicendi in hoc quodcunque placet. quia accepit aquam esse albam (inqoit) Siquidem ig tur manet album, subaudi quando ex aere albo sicco fit aqua, erit aqua humida & alba. Si autem manet propterea quod aer aquæ sit diffymbolum. nigra erit aqoa. nam transmutatio in contraria est, hoc est de contrario in contrariū necesse est igitur in tali transmutatione vel albam vel nigram esse aquā. Sit autem primum, hoc est. exempli causa alba & rationabiliter, quia aer & aqua sunt symbolica elemēnta, quare oportet ut in altera saltē coeant & non in siccitate, bene igitur dictum quod sit alba. Sic igitur habet quod aqua est alba humida. Siliter igitur & ipsi p. inerit. z. siccitas propter simile rōnē. Et p hæc minor patet. videlicet q ignis & aqua sint cōtraria. Cui addit cōclusionē. d. Erit igit ipsū. p q erat positū, in quo ignis trāsmutabile in aquā. Deinde repetit minorē. d. Contraria: n. sunt. Ignis quidem enim

enim primo niger erat Deinde siccus. aqua vero humida deinde alba. Repetit conclusionem, d Quod omnibus his contrarijs reciprocaliter erit transmutatio. & in his hoc est etiam symbolis, quoniam ipsi. g. terræ, cætera insunt, hoc est duo symbola, nigrum & frigidum. Per nigrum. n. symbola est ignis. Per frigidum symbola est aqua. Forsitan quod græca litera falsa est, & vbi dicitur psychron, hoc est frigidum, debet legi ygron, hoc est humidum. Nam de frigido nihil meminit, & placet mihi. ideo inquit. Quoniam ipsi. g. terræ cætera insunt ac duo symbola nigrum & humidum. hæc enim non coniunguntur ibi. hoc est in aere. sed tantũ in aqua. Sic igitur patet conclusio. videlicet quod omnia elementa tam contraria quam symbolica reciproce transmutantur. Et debes scire quod Aristoteles accepit extrema ſm differentiam, vt bene Thomas notat expositor & Auer & non extrema secundum situm & sic ignis & aqua extrema sunt. Aer. etiam & terra. quæque non essent extrema secundum posituram.

Dicebãt antiqui quod extrema. s. elementa non trãsmutantur, quoniam nec ex inuicẽ, nec ex alijs vlterioribus, & quod media transmutentur. Contra obijcit Arist. & primo supponit extrema non transmutari ex vlterioribus, deinde hoc dimittens, ostendit, quod nõ solum media mutentur ad extrema sed etiam extrema inuicem transmutantur. de primo (inquit) Oportet enim stare, & non in infinitum ire in rectitudine ad vtraque sc licet. sursum, & deorsum. Tangit vero rationem breuibus (& inquit) Infinitæ enim contrarietates in vno erunt. quod quomodu sequatur, postea exponet hæc de suppositione, postea transit ad ostẽdẽdũ extrema posse inuicẽ trãsmutari, & nõ solum media ad extrema sed extrema ad extrema, & summa rõnis est, quoniam sunt contraria, & sic ostendit, quod vnumquodque elementorum ad reliqua contrarietatem habeat, & sic non solum media adinuicem, & ad extrema transmutantur, sed extrema adinuicem. Disponit ergo terminos, vocãs vnumquodque elementum a litera, quæ est in principio nominis græci, vt sit terra. g. aqua. y. aer. a. ignis. p. his stantibus, sumit, quod aer non secundum eandem oppositionem transmutatur in ignem & aquam, alioquin aqua & ignis essent idẽ (& hue inquit) Si ergo. a. aer transmutatur in. p. ignẽ, &. y. aquã, aeris ad ignẽ cõtrarietas erit eorũ quæ sunt a. aer, & p. ignis sint huius contrarietatis contraria albedo & nigredo, ita vt aer albus, ignis niger sit rursus, quia & a. aer transmutari potest in. y. erit alia oppositio, quoniam, p. ignis &. y. aqua non sunt idem. ergo alia oppositione aer contrariatur, igni, & alia aquæ. Sint autem contraria oppositionis ad aquam siccitas, humiditas. s. ita vt aer siccus, aqua humida sit & vocetur siccitas quidem z. humiditas vero vocetur. h. patet ergo hæc supposito quod alia, contrarietate aer in ignem, & alia in aquam transmutatur. Ex hac ostendit quod aqua contrariatur igni. & dicit Quapropter siquidem cum aer transmutatur in aquam remanet in ipsa album, quod erat aeris aqualitas, aqua in fine transmutationis existet humida, & alba, humida quidẽ sua natura, alba vero in casu, in quo album maneret, quoniam si non maneret album, aqua in fine transmutationis eius ex aere, erit nigra, quoniam omnis transmutatio est in cõtraria. ergo necesse est aquam aut esse nigram, aut albam, ponatur ergo primum. s. quod sit alba, quoniam ad vim rationis non refert quicquid ponatur, & tunc patet aquam & ignem esse contraria, quoniam ignis est niger, aqua vero iã manet alba per casum. Quod si aqua & ignis sint contraria transmutari poterunt, & sic habetur primum. vnde dicit. Similiter igitur & ipsi. p. igni siccitas z. inexistet. ergo erit, ignis transmutatio in aquam, quoniam aqua igni contraria est, ignis quidem primum, quia non per casum nigrũ erat, deinde aũt siccum. s. postquã aer mutatus est in ignẽ, aqua aũt primo humida, deinde vero aere mutato in aquã, alba erat, ergo ignis potest transmutari in aquam & cõtra, quoniam contraria. Eodem modo dici potest ſm aliã opinionem. Si aqua elementũ mediũ mutetur in terrã & aerẽ: nã nõ secũdũ idem trãsmutabitur, alioquin terra & aer idem essent. ergo secundum aliud in aerem, & secundũ aliud in terram trãsmutatur: In aerem quidem ſm humiditatẽ & siccitatẽ ita vt aqua humida, aer siccus sit. In terram vero secũdum album & nigrũ, ita vt aer albus. terra nigra sit. Quod si ita est aeris ad terram contrarietas est, quoniam aer albus, terra nigra est, ergo inuicem transmutari possunt patet itaq; quod omnibus ex se inuicem transmutatio est & in his etiam, quoniam & g terræ inexistunt reliqua duo symbola nigrum, & humidũ: humidũ per quod cũ aqua cõuenit & ab aere differt, nigrum per quod differt ab aere, & ab aquã. Hæc enim. scilicet nigrum & humidum in elementis alijs nondum, vt coniuncta accepimus. Quare aer potest mutari in terram & econtrario, & sic omne ex omni transmutari põt. Sed dubitat Alexander, quoniam non videtur recte conclusum de omnibus, quod extremum mouetur in extremum; sed de igne quod mutetur in aquam, & de aere quod mutetur in terram, at quod ignis mutetur in terram vel contra, hoc non demonstrauit. ergo non recte vniuersaliter intulit quodlibet extremum & medium fieri ex quolibet. Dicendum quod implicite, hoc vniuersaliter est demonstratum, quoniam accepit terram esse humidam, & nigram ignem vero sic cum & nigrum, & sic sunt contraria saltem in altera, quæ contrarietates sufficit ad transmutationẽ, quomodo vero terra & ignis, vno modo sint extrema, alio modo non sint extrema, in commentarijs perspicuum est. Amplius cur vsus sit exemplis falsis, etiam in commentarijs notauimus. Patet ergo non solum media elementa mutari ad inuicem, & ad extrema, sed etiam extrema ad extrema.

Dubitatio Alex.

Solutio.

Quod autem in infinitum nõ possibile est ire (quod futuri ostendere, ad hoc prius venimus) manifestum est ex his. Si enim rursus ignis quod est in quo. p. in aliud transmutatur, & non reuoluitur. verbi gratia. in. x. cõtrarietas quædam in igne & . x. alia existet præter prædictas. nulli enim idem supponitur. t l. a. ipsum. x. eorum quæ sunt. g. y a. p. Sit ergo ipsi. p. c. f. ipsi. x. c. ergo omnibus existet. g. y. a. p. transmutantur enim in se inuicem. Sed hoc quidem, sit nondum demonstratum. sed illud manifestum. quod si rursus. x. in aliud. alia erit contrarietas & . ipsi. x. & igni. p. similiter antẽ semper cũ adiecto contrarietas aliqua existet his quæ ante. Quapropter si infinita sint, & cõtrarietas infinita vni existẽt Ari. c. 43

Quod autem in infinitum ire non sit possibile (quod quidem in futurum declarare pollicẽtes, antea in illud deuenimus) ex hisce patebit. Nam si iterum ignis qui positus est in quo. p. in aliud transmutetur, & non econtra, vtpote in. x. contrarietas quædam igni & ipsi x, inerit alia ab his quæ dictæ sunt. nam. x. non supponitur esse idem alicui eorum quæ appellata sunt. g. y. a. p. Inerit itaque ipsi. p. ipsum. e. ipsi vero. x. ipsum. f igitur ipsum. c. omnibus videlicet. g, y. a. p. inerit transmutantur. n. mutuo, Verum an hoc quidem sit, nondum demonstratum est, Illud tamen constat, quod si rursus ipsũ x. in aliud transmutetur, alia ipsi. x & igni. p. contrarietas inerit. Similiter autem semper additionẽ vnius, vna ipsis prioribus emerget contrarietas, quare si infinita sunt, & contrarietates infinitæ inerunt vni. Diluc. te c. eiusdem

Figura

Quintum	x	F Qualitas ignota
		Nigrum
Ignis	p	Calidum
		Album
		C Qualitas addita
Aer	a	Humidum
		Album
		C Qualitas addita
Aqua	y	Frigidum
		Album
		C
Terra	g	Siccum
		Album
		C

Nunc ex hymemate proposi ū deducit & supponit vnū **Com. 49** videlicet quod semper vno elemēto addito supra quatuor vna exteresscit contrarietas. cuius cōtrarietatis vnum membrum datur eleme to addito. & alterum membrum datur prioribus omnibus verbi causa. si vltra quatuor detur quintum, emerget vna contrarietas, cuius vnum mē brum vtpote. f. dabitur illi quintu alterum vtpote. c. dabitur cæteris quatuor. Hæc suppositio declaratur. quia oportet omnia alia transmutari in illud quintum datum per suppositionem declaratam proximo textu. Igitur illud quintum erit contrarium cæteris quatuor vel in vna tantum, vel in ambabus. & quicquid dicatur erit propositum, tamen magis consonum est vt solum in vna contrarietur. nam ita se habet ad ignem, vt ignis ad aerem, quare vt ignis aeri in vna est contrarius, sic datum quintum in vna contrariatur omnibus & sic oportet omnibus alijs dare symbolum, & dissymbolū, vt conueniant, & differant. Primū itaque proponit intentum, tangens vtilitatem eius quod proximo dixit (& inquit) Quod autem in infinitum ire, non sit possibile, quodquidem in futurum declarare pollicentes, antea in illud quod nunc diximus deuenimus ex hisce patebit. Hæc series græca, & sic cōsonat. proposita intentione exequitur (& inquit) Nam si iterum ignis, qui supple positus est in quo. p. in aliud trāsmutetur, & non econtra, vtpote in. x. quintum elementū datum, contrarietas quædam igni & ipsi. x. inerit alia ab his quæ dicta sunt. Hæc est græca constructio, propter quā verba quædam mutauit, nihil tamen omisi, nec adieci. Reddit causam. d. nam. x. non supponitur esse idem alicui eorū quæ subaudi appellata sunt. g. y. a. p. & per consequens cum sit quintum, oportet vt habeat aliam contrarietatem, inerit itaque ipsi. p. igni, ipsum. c. quod est vnum membrum illius contrarietatis inter. x. p. Ipsi vero. x. inerit. f. quod est alterum membrum eiusdem contrarietatis. Tunc infert: igitur ipsum. c. omnibus. videlicet. g. y. a. p. inerit. Cuius causam subdit. d. transmutantur enim mutuo omnia in omnia, & sic illa quatuor omnia in illud quintū. & per consequens oportet illa quatuor habere illā qualitatem. c. symbolicam cum quinto elemento, vel esse in omnibus contraria, quod non consonat. Sed quia aliquis ambigere potest an quatuor elementa possint in illud quintum datū transmutari vel ne, subscribit excusationem d. Verū an hoc quidem sit. videlicet quod quatuor illa possint transmutari in datum quintum, nondum demonstratum est. Illud tamen cōstat quod si rursus ipsum. x. in aliud. videlicet sextū transmutetur. alia ipsi. x. & igni. p. cæterisque omnibus contrarietas inerit. Similiter autem vno superaddito, vna ipsis priorib⁹ emerget cōtrarietas. hæc est suppositio, & declaratio eius. Tunc arguit, si vno addito vna excrescit contrarietas, igitur additis duobus, duo excrescent. igitur tribus additis, tres erūt. igitur infinitis additis, infinitæ excrescent cōtrarietates in vno quolibet (inquit) Quare si infinita sunt elementa, & contrarietates infinitæ erūt in vnoquoque elemētorū. Et sic patet ratio Aristotelis.

In proxima ratione accepit, non posse proficisci secundum rectū in infinitum, quia tunc essent infinitæ contrarietates, nunc illud declarat (& inquit) Quod autem in infini- **RECO.** tum non possibile est ire in rectū. s. aut supra ignē, aut sub terram (quod futuri ostēdere, ad hoc prius venimus. s. proximo textu) manifestum ex his, quæ nunc dicemus, posita ergo intentione, & ordine, prosequitur (& inquit) Si. n. rursus ignis, quod est in quo. p. in aliud quintum elementum transmutet, & non reuoluntur. verbi causa. in elementum quintum quod sit. x. contrarietas quædam in. p. igne & . x. quinto elemento alia existet. præter duas prædictas. Cuius causa est (vt inquit) quia ipsum. x. quintum elementū nulli idē supponitur eorū, quæ sunt. g. y. a. p. Quod si cōtrarietas ignis ad quintū elemētū sit alia, sit ergo ipsi. p. igni qualitas inexistens c. & f. ipsi. x. quinto elemento, vtpote. f. malū, quod quinto elemento inesse ponitur. c. vero quod igni & cæteris elementis inest, sit bonū. Quod si ita sit. c. ergo omnibus per. y. a. p. existet, cuius causa est, quoniam hæc elemēta inuicē transmutantur & oīa in oīa. Addit tamen hoc nondum esse demonstratum. s. quod omnia mutentur in illud quintum, & inuicem, verum illud est manifestum, quod si rursus. x. quintum elementum mutetur in aliud scilicet sextum. Adhuc alia erit contrarietas, cuius altera particula erit, & ipsi. x. & ignis. p. cæterisque alijs addita Similiter aūt semper, cum adiecto contrarietas aliqua existentijs, quæ ante Quapropter infinita elementa sint per additionem facta, & contrarietates infinitæ vni existēt. Quærit Philoponus, vtrum vno elemento posito vltra quatuor, vna ponatur contrarietas, videtur quod non, quoniam vna contrarietas est duorum elementorum. ergo duabus existentib⁹ contrarietatibus, quatuor erunt elementa, quare non vno **Dubitatio** elemento posito, ponitur vna contrarietas, sed vna qualitas. Præterea. Si vno elemento posito. vna ponitur contrarietas, tunc quatuor elementis positis, quatuor erunt contrarietates, consequens est falsum, quoniā Arist posuit quatuor elementa, & solum duas contrarietas posuit. Respondet Philoponus, quod siue vno elemento posito ponatur vna cōtrarietas, siue vna qualitas contrat a cæteris, idem absurdum sequitur, quoniam quouis modo intelligatur, sequitur quod si infinita essent elemēta, infinitæ essent qualitates vni. Aliter respondet & melius quod Aristotelis cō- **Responsio** sequentia tenet in casu suo, quod scilicet ponatur aliud elementum vltra quatuor, quod generetur ex igne & nō; vertatur generatio. Vbi enim non conuerteretur generatio oportet vt quintum elemētum habeat qualitatem oppositam vtrisque vel alteri qualitati ignis, & sic dabitur alia cōtrarietas noua illo addito. at Aristoteles secundum veritatem posuit quatuor elementa non autem quatuor contrarietates quoniam generatio in eis conuertitur. verum de hac dubitatione postea in commentarijs quære. Secundo quæritur vtrum sit verum quod c. qualitas quæ ponitur ipsius ignis, sit cæteris elementis sub igne communis scilicet quam qualitatem appellamus bonum, non enim videtur necessarium, quod sic. c. bonum inest igni, quod cæteris inesse debeat, Aristotele. probauit. c. communem esse igni & alijs tribus, supponens quatuor elementa posse transmutari in quintum, si daretur. Quod si possunt transmutari in quintum omnia illa quatuor, oportet vt saltem in vna qualitate omnia illa sint quinto elemēto contraria, & sic omnia illa quatuor habebunt. c. communem qualitatem, per quam contraria sunt ipsi quinto elemento, & per quam transmutari possunt in illud. ergo c. qualitas scilicet bonum communis est omnibus quatuor elementis, & ita vnumquodque elementorum tres habebit qualitates. vnam quidem communem symbolam omnibus, alias vero secundum ordinem assignatum tam. Philoponus vero hoc idē probat, quoniam secundum. c. ignis non differt a tribus elementis, quoniam sufficiēter differt ab illis per calidum & siccum ergo si non differt secundum c. ab illis c. ipsum erit symbola qualitas omnibus illis. Præterea. Dicit etiam Philoponus quod si elementa quatuor non transmutentur in quintum datum, nec transmutari possint. Adhuc c. qualitas addita igni, omnibus post ignē competere debet, quoniā (vt inquit) ignis fit ex omnibus alijs sub ipso elementis, & non secundum. c. qualitatem. ergo c. qualitas est omnibus symbola, & sic siue quatuor elementa transmutentur in quintum, siue non, semper sequitur dato quinto elemento. c. qualitatem quæ igni inest, omnibus post ignem inesse, & propterea Arist. inquit, trāsmutantur enim adinuicem, hoc est illa quatuor in quintum, sed hoc quidē sic nondum demonstratum. q. d. quod siue illa quatuor in quintum mutentur siue non, illud manifestum, quod si rursus. x. in aliud scilicet sextum transmutetur, siue reciprocatione. Alia erit contrarietas cuius altera qualitas inest ipsi. x. & ipsi p. igni, & omnibus alijs post ignē. vt probatum est. Similiter autem semper cum adiecto contrarietas existet & his, quæ ante: quare si infinita elementa sint, & contrarietates infinitæ vni existunt, hoc est (vt Philoponus exponit) infinitæ qualitates contrarietatum vni elemento inexistunt. Sumpsit enim contrarietates pro qualitatibus, quæ sunt particulæ contrarietatum.

Si autem hoc non erit neque diffinitur aliquid, neque generari. oportebit enim si erit aliud ex alio, tot transi

te

re cōtrarietates & amplius plures. Quapropter in quadam quidem, nunquam erit transmutatio. verbi gratia si infinita media sint necesse est autem si infinita sint elementa. Amplius autem, neque ex aere in ignem transmutatio fiet. si infinitæ contrarietates sunt. Fiunt autē & omnia vnum. necesse enim omnes existere in inferioribus quidem p. quæ superiorum. his autem, quæ inferiorum. Quapropter omnia vnum erunt.

Dilūc. te. ca. cul dē. *Quod si hoc sit, nihil definiri continget. nihil que generari. Oportebit enim si aliud ex alio sit, tot pertransire contrarietates, & etiam plures quare in quadam quidem non erit transmutatio, vt si infinita media intersint. quod oporteret, siquidem elementa infinita sint, Amplius autem neque ex aere ad ignem transmutatio erit. siquidem infinitæ sint contrarietates. Præterea fierent & omnia vnum, necesse est. n. omnes inesse inferioribus quidem ad. p. eas quæ sunt superiorum. His autem eas quæ inferiorum quare omnia vnum erunt.*

Nunc destruit consequens illatum. & primo infert in ge-
Com. 50 nerali impossibile vnum. deinde in speciali tria impossibilia (& inquit) Quod si hoc sit, nunc nihil definiri cōtinget supple: vt continget, quia deficit verbum more attico. nihil que generari deducit de generari d. Oportebit enim si aliud ex alio fit, tot pertrāsire contrarietates & etiam plures. i. nō tot quia plures, quia sic exponit infinitū. tertio auscultationis phy. definitione etiā deduci pōt per idē, quia elemētū definitur p eiusmodi qualitates mō cū hæ sint infinitæ & ignotæ, nihil scitur. Deinde infert per ordinem tria impossibilia in speciali ad datum consequens Dicit primo. Quare in quædam quidem non erit transmutatio, hoc est extremi ad extremum, vt si pro quia a te ponuntur infinita media quod oportet esse siquidem elemēta infinita sint. Primum igitur inconueniens erit, quod nullum extremū elementū ex alio extremo fiet. Secundum quod nec ex medio ad extremum (inquit) Amplius autem neque ex aere ad ignem subaudi trāsmutatio erit. siquidem infinitæ sunt in quolibet cōtrarietates Oportet enim infinita corrumpi & infinita generari. Tertio infert quod oīa elemēta essent vnū. Declarat oēs qualitates oīom essent in vnoquoque aliter in vnoquoq; nō essent infinitæ, quia sibi deessent aliquæ sed ad omnes qualitates inesse. alicui sequitur oēs formas eidē inesse q a formæ vel sunt qualitates, vel receptæ in materialibus mediātibus igitur si in vnoquoq; essent omnes qualitates & formæ, oīa essent vnū, & vnum, oīa (inquit) Præterea fierent & omnia vnum. Necesse est enim omnes in esse inferioribus quidem ad p. quod volumus esse ignem eas quæ sunt superiorum. his vero quæ supra. p necesse est eas in esse, quæ sunt inferiorum quare omnia vnum erunt Et per hæc patet tota ratio Aristote. & tu circa literam cōsideranam multum circa verba laborauit

RECO. Nunc destruit consequens (& inquit) Si autem hoc scilicet infinitæ contrariæ qualitates insunt vni elemento, neque erit definiri aliquid, neque generari, generari quidem non quoniam oportebit si erit aliud ex alio tot transire cōtrarietates, & adhuc plures, addit autem {& adhuc plures} vt Philoponus notat, ne quis credat finitas, nam cum dixit tot posset quis credere, finitas esse per transeundas, ideo addit, & adhuc plures, quia infinita sic exponuntur, tot. v. g & adhuc plura. Declarat autē extremum elemētū non posse mutari in extremū sm ordinatam trāsmutationem quæ fit de extremo ad elementum medium, & de illo ad aliud sic procedendo vsque ad vltimum, & dicit. Quapropter in quadam quidem elementa. s. extremi ad extremū, nunquā erit trāsmutatio v dato quod procedatur ordinate ab extremo ad extremū per omnia media verbi gratia si infinita elementa media sint, sicut data opinione eorum, necesse est esse infinita elementa. nam datis elementis medijs, infinitis, vt dari oportet illa positione concessa, ordinata generatio quæ est extremi ad extremum per omnia illa media (vt Philoponus exponit) erit impossibilis, quoniam non contingit infinita pertransire. Præterea: Neque transmutatio esse poterit medij ad extremum, vtpote ex aere in ignē si infinitæ contrarietates sunt in eodem oportet enim percurrere per infinita quod est impossibile. Dubitatur autem
quoniam non videtur necessariū cum, ex aere fit ignis vt Dubitatio
per omnes contrarietates percurratur, sed solū sm vnam,
cæteris tanquam symbolis manentibus Respondēt nonnul- Prima solutio.
li, q argumētū. Arist. valet in casu quoniam vbi infinita elementa darentur, in vno elemento essent infinitæ qualitates, hoc est impossibile, quoniam nō datur infinitum & sic nō datur aer, nec aliquod elemētū q si nō dat aer ex aere nō pōt fieri ignis ex impossibili. n sequitur qdlibet. Cōtra obij-
cit Philoponus, qm Ari loquitur hypothetice supponēs ip- Obiectio Philoponi
sa subsistere, nā supponēs ipsa subsistere, cōsiderat verū possibile fit illa ex inuicē fieri. Propterea Alexāder respōdet,
quod sequitur non posse elementa transmutari, quoniam
supponit Aristoteles. illud quod postea dicet scilicet quod Responsio Alex.
datis elementis infinitis, omnia essent vnum elementum. At si omnia vnum sunt, nullum fit ex alio, nec hæc responsio valet, quoniam Arist. intulit quod si ignis fieret ex aere
oporteret infinita pcurrere Philoponus autē aliter dicit, Philoponi responsio
quod Arist. loquitur in ordinata transmutatione. quæ est extremo ad extremum per generationem omnium mediorum, tunc dicit quod ex aere non potest fieri ignis, qm si ex aere debeat fieri ignis, debuit aer prius esse genitus sed aer non potuit esse genitus quoniam oportuisset infinita prius fuisse genita, quod est impossibile, & sic nec extremū ex extremo fieri potest in ordinata generatione quæ fit p omnia media, nec extremi ex medio, cum medium illud non potuit fieri nisi etiam infinita fuissent genita. Dubi-
tat etiam Philoponus quia non videtur verum, vt omnia Dubitatio
elementa sint eadem, qm omnia ad oīa habere cōtrarietatem sequitur & sic non & sunt eadem. Respondet Philo-
ponus quod hoc Arist. infert ex dato impossibili, nam si in Solutio Philoponi.
finitæ qualitates erunt in vnoquoque elementorum, nulla potest esse in aliquo eorum quæ non sit in alio ergo omnes, quæ sunt in vno, sunt in vnoquoq; quæ. Alioquin nō infinitæ inerūt vni, quod si oēs quæ sunt in vno sunt in singulis, eadem erunt omnia, quoniam elementa non differunt nisi qualitatibus Philoponus autem enititur dare aliam so-
lutionē; sed nihil est. Tu enim debes supponere, quod aliud Declaratio Pulchra.
est concedere aliquid simpliciter, aliud vt sequens ad positū vt in dialecticis ludicris diximus. dato enim quod elemētū extremum conuertatur in aliud, & non econtra, & illud in aliud, & sic in infinitū illatū est, infinitas qualitates inesse vnicuiq; elemētorū infinitorū, vt diximus, & postea disputabimus, hoc concesso scilicet quod vnicuique elementorum insunt infinitæ qualitates contrariæ, sequitur primo elemētum nullum posse definiri, qm cum non definiatur nisi p qualitates, illis existentibus infinitis, non potest definiri, sequitur etiam nullum elementum posse fieri ex alio secundū ordinatam generationem, quoniam non extremi ex extremo, quoniam non contingit infinita media pertransire, nec extremi ex medio siue ignis ex aere, quoniam non potest ignis ex aere fieri, nisi aer prius fiat, modo hoc est impossibile, nisi potuissent infinita esse facta. Sequitur tertio omnia elementa esse eadem & vnum, quoniam non differunt, quia si differrent, esset, qu a aliqua qualitas erit in vno quæ non erit in alio, modo hoc est falsum, quoniam tunc non inesset infinitæ vnicuique contra positionem. Ecce quomodo Aristotiles disputauit hic secundum regulas obligationum doctrinalium, de quibus nos in ludicris dialecticis diximus. Animaduerte quod duplex est elementorum generatio, altera ordinata, de qua superius diximus, quando aqua fit ex terra, & ex aqua aer, & ex aere ignis,
& iterum ex igne terra, & sic semper circulo, in qua patet Generatio duplex elemētorū.
non posse elementum extremum fieri ex extremo, nisi generatis omnibus medijs. Altera vero est inordinata, qua raro accidit, vt quando ex extremo fit extremum non generatis ordinate medijs, vtpote cum generaretur ignis ex terra vel aqua immediate. Aristotiles ergo secundum Philoponum, locutus est semper in generatione ordinata, probauit enim datis elementis infinitis, nullum elementum inordinata generatione fieri posse, quoniam extremum nec medium deductum est,

quoniam

quoniam semper oporteret per infinitorum generationẽ pertransire. Dicet ergo quispiam, vtrum datis infinitis ele- Pulchra dubitatio. mentis, elementũ fieri possit ex elemento talẽ gñatione in ordinata, de qua nec Alex. nec Philoponus locuti sunt, dico quod minime, quoniam datis infinitis elementis, illa essent vnum elementum, quoniam non possunt differre per qualitatem, quoniam omnes essent in singulis eædem, & sic elementa sunt eadem, quo concesso, alterum ex altero fieri nõ potest nec ordinata, nec inordinata generatione Arist. ergo non curauit partem istam tangere, quia ex his quæ dicit, perspicua est.

Anti. c. 51

Admirabitur autem aliquis dicentes plura vno elementa corporum vt non transmutentur inuicem, sicut Empedocles inquit, quomodo cõtingit eis dicere comparabilia elementa. Sed tamen dicit sic. Hęc enim æqualia omnia.

Dilue. 1e. e. eiusdem

Amirabitur autem vtique quispiam dicentes elemẽta esse plura vno corporum, vt non transmutentur inuicem, veluti Empedocles (inquit) quomodo ipsis contingit dicere elementa esse comparabilia. & tamen ita concedunt. nam hæc æqualia omnia dicunt.

Com. 51

Confutauit Ari. hactenus positionẽ dicentium elementa crescere in infinitum, hac vero in parte eam (quæ dicit illa intransmutabilia esse) refellit. annectitur, autem hæc consideratio his quæ nũc dixit. dixit enim verum an hoc quidẽ sic sit nondum ne monstratum est. quia igitur res hæc aliqua in parte supposita fuit, nunc igitur bene eam declarat. Et ꝓponit intentionem suam & causam intentionis sub forma admirationis. d. Admirabitur autem vtique quispiam dicentes elementa esse plura vno corporum argumẽto. v. g. vt non trãsmutentur inuicem, veluti Empedocles, quo mõ ipsis contingit dicere elementa esse cõparabilia. q. d. quod dici non potest. & tamen ita concedunt & dicunt. Nã hæc omnia æqualia esse supple volunt. Hæc est dubitatio, vtrũ hæc stent simul, elementa sunt transmutabilia, & elementa sunt comparabilia nam Empedocles negat primum, & cõcedit secundum. Aiaduerte quod ideo Empedocles voluit plura esse elemẽta, ad hoc non transmutentur, quia si vnũ RECO. esset apud eum, non potest generatio esse rerum. De hoc in libro physicorum satis.

Probauit Ari ꝙ nec vnum neque plura vno possint esse materia ita naturalium principia, nunc probat, quod neque quatuor vt Empe. dixit, quoniã (vt Philoponus inquit) vel vt transmutabilia, vel vt intransmutabilia erunt rerum naturalium principia, si vt trãsmutabilia tunc erũt materialia principia mistorũ, & hæc est opinio Ari. si vt in transmutabilia, erit opinio Empe. ꝓbat ergo elemẽta nõ posse esse intrãsmutabilia, & sic nõ erũt rerũ naturaliũ principia vt intrãsmutabilia. Q̃d aũt elemẽta nõ sint ĩtrãsmutabilia eo patet, quoniam admirabile est, ꝙ sint intrasmutabilia & comparabilia, vt ipsa Emp. concedit (vnde inquit) Admirabitur aut aliquis dicentes plura vno elementa corporum, quæ non transmutantur inuicem, sicut Empe inquit quo modo contingit eis dicere elementa esse comparabilia. & tamẽ Emped. dicit sic, in suo carmine, hæc enim æqualia omnia. Aut. c. 51 Vnde vno loco dicit hæc esse oĩa æqualia in alio dicit esse intransmutabilia, cum ponit illa principia prima. Quæ videtur stare non posse.

Si ergo secundum quantum, necesse est idem aliquid esse inexistens in omnibus comparabilibus, quo mensu- Dilue. 1e. ea. eiusdẽ. *rantur. verbi gratia si ex aquæ pugillo, erunt pugilli aeris decem, idem aliquid igitur erant ambo, si mensurantur eodem.*

Siquidem igitur secundum quantum. necesse est aliquod vnũ inexistere comparabilibus omnibus, quo mẽ- Com. 52 *surentur, veluti si ex aquæ pugillo vno aeris essent decẽ vnum itaque inerit vtrique siquidem illo mensurentur*

Contra Empe. arguit. & ostendit quod hæc non stent simul. v. g. ꝙ elementa sint cõparabilia, & in generabilia. Et arguit primo de comparatione in quantitate molis. Deinde in quantitate virtutis Et arguit hypothetice sic si elemẽta sunt comparabilia, elementa conueniunt in quantitate. si elementa conueniunt in quantitate. elementa conueniũt Dubitatio circa con in materia, si elementa conueniunt in materia. elemẽta trãsmutabilia sunt: quare si cõparabilia sunt trãsmutabilia erũt. Sed dubitaĩ q̃ aliqua possunt esse cõparabilia in qualitate, vt duo alba. & aliqua in ꝓportione, vt q̃tũ hoc calefacit, tãtum hoc infrigidat, & aliqua in quantitate, vt duo æqualia. Hæc distinctio est Auerrois commento. 37. Empedocles voluit elementa esse comparabilia secundum æqualitatem vt supponit Arist. nam aliqua possunt esse comparabilia secundum qualitatem. hoc dupliciter vel qualitate corruptiua, vel qualitate perfectiua, quæ sunt comparabilia secundũ qualitatem corruptiuam omnia sunt corruptibilia, & hoc modo elemẽta apud Auerroem non sunt comparabilia secundum totum, cum secundũ totum sint perpetua. Sed bene partes elementorum sunt comparabiles secundum qualitates, quia sunt inuicem transmutabiles. Si vero aliqua comparentur in qualitate spirituali, bene possunt esse æterna, vt stellæ comparabiles sunt in luce, & alijs Item compa- Responsio rabilia ẜm proportionẽ, nõ sunt vere cõparabilia, quia ibi non est vera æqualitas, nec vera vniuocatio ideo Empe. voluit elementa esse comparabilia secundum qualitatẽ. Tũc Auerroes deducit entymema sic, si elementa sunt comparabilia, elementa conueniunt in quantitate, tenet consequentia per opinionem Empedoclis. vltra, si elementa conueniunt in quantitate, elementa conueniunt in materia, deducitur, quia quæ proportionantur & conueniunt in quantitate oportet conuenire in genere quanti. sed genus quanti est cuius materia est vna numero. igitur oportet conuenire in materia cetera patent Sed dubitatur etiam, vtrum vnus pugillus aquæ sit æqualis secundum quantitatem decem pu- RECO. gillis aeris.

Respondet Auer. quod sunt æquales secundum quantitatem generis, non autem secundum raritatem & densitatem. Nam (vt declaraui in libro de substantia orbis) decem pugilli aeris non habent plus de materia, quam vnus aquæ, nec plus de quantitate. habent tamen ipsam quantitatem maiorem vel minorem. Et hoc est dicere secundum terminos, non autem ẜm naturam dimensionis. & tu quære illic.

Quod autem elementa esse non possint æqualia nisi trãsmutentur, probat, quoniã vel erũt æqualia magnitudine, vel qualitate primo ergo ꝓbat, ꝙ elemẽta esse nõ possint æqualia magnitudine, quoniam vel erũt æqualia magnitudinibus totalib vel partialibus, nõ totalibus, q̃m hoc videtur manifeste contra sensum, nã terra videtur maior aqua cũ in concauitatibus terræ aqua resideat, cõstat autem terram esse sua concauitate maiorem. Aer etiam videtur maior terra & aqua simul iunctis ergo non possumus intelligere elementa esse æqualia secũdum magnitudines totales. Sin aũt secundum magnitudines partiales, hoc sciri non potest nisi ex trãsmutatione partium inuicem, ex eo enim quia videmus, ꝙ eadem materia & æqualis, extensa facit aerem, contra facit aquam, scimus ꝙ aeris quædam maior portio est æqualis aquæ minori portioni. ergo non stant simul elemẽta esse æqualia, & intrãsmutabilia, cũ nõ possit haberi hæc Coryla. Vrceus Mẽsura põdeis 9. vnciarum. æqualitas nisi partium inuicem transmutatione. vnde dicit. Si ergo secundũ quantũ, cũ non possit hoc esse secundũ totales magnitudines, necesse est idẽ aliquid esse insistens oĩbus cõparabilibus. s. ptib⁹, quo mẽsurẽtur. v. g. Si ex aquæ coryla, siue vrceo erunt aeris corylæ, siue vrcei decem. cum hoc haberi non possit, nisi partium illarum transmutatione. igitur aliquid idem erant ambo si eodem mensurẽtur, s. eadem & æqualis materia. quæ extensa fit aer, contracta erat aqua. In commentarijs aliter diximus & quidem de mente Auer. sed hæc expositio est facilior. Notat hic Philoponus Arist. in metheoris proportionẽ aquæ ad aerem sumpsisse ex partium transmutatione, quam enim dixit, habet aqua tanta proportionem ad aerem, qui ex ipsa fit, eadem par est totum aerem, ad totam aquam habere. Verum de hoc in libris metheororum.

Ari c. 53 *Si autem non sic secundum quantum comparabilia, vt quantum ex quanto, sed quantum possunt. v. g. si pugillus aquæ æqualiter potest infrigidare vt decem aeris, & sic secundum quantum non secundum quod quantum comparabilia sed secundum quod possunt aliquid, erit autem & non quanti mensura comparare secundum potentias, sed secundum proportionem, verbi gratia vt hoc calidum, hoc album. Hoc autem vt hoc, significat in quali quidem simile, in quanto autem æquale. Inconueniens aūt videtur, si corpora immutabilia existentia non proportione comparabilia sint, sed mensura potentiarū, & eius quod est esse æquale calidum aut simile, ignis tātum & aeris multiplex. Idem enim plus, quia homogeneum, talem habebit rationem.*

Dilucid. te. c. eiusdem *Si autem non sic comparabilia sunt secundum quantum, ita vt sit quantum ex quanto, sed secundum quantum quod possunt, veluti si aquæ pugillus tantum infrigidare potest, quantum decem aeris, & sic fit secundū quantū non quatenus quanta comparabilia, sed quatenus aliquid possunt, non erit vtique & per quanti mēsuram comparare potentias. sed per proportionem, veluti quod hoc calidum, illud albū sit nam vt illud in quali quidem simile. hoc significat in quanto æquale. Inconueniens itaque videtur corpora non comparabilia existentia proportione sed mensura potentiarum secundū id quod est & æquale calidum vel tantum ignis simile & aer aeris plurimum incommutabilia existere, Nam plus idem existens genere, talem habet rationem*

Com 51. Vt bene dixit Auerroës, æqualia siue cōparabilia trifariam sunt, aut quātitate, quo modo vnus aquæ pugillus est æquale pugillis. 10. aeris, nā ex vno fiunt illi. 10. aut æqualitate potentiarum, quia quantum potest infrigidare pugillus vnus aquæ tantum decem possunt aeris. Aut proportione sicut quantus acutus est sonus, tantum stilus, & quanta albedo, tanta caliditas, differunt vero, quia æqualia proportione sunt dissimilia in forma, sed æqualia potētia, in forma similia sunt, sed gradu dissimilia, at æqualia quantitate, sunt dimensiua mensura æqualia, non qualitate, nec gradu, sed potius extensione. Arist. igitur probauit quod si elementa sint æqualia secundum quantitatem, oportet ipsa transmutabilia esse, quia oportet in genere conuenire, & quæcunque genere conueniunt in materia etiam conuenire necesse est, & sic trāsmutabilia erunt. Nūc arguit de aliis, & potest tota ratio sic ordinari elementa sunt æqualia apud Empedoclē siue comparabilia vel secundum quantum molis, vel secundum quantum potentiæ, vel secundum proportionem, si secundum quantum molis igitur transmutabilia, vt declaratum est, si secundum proportionē, tunc non dicentur comparabilia secundum quātum, sed secundum rationem. & sic contra Empedoclem, si secundum quantum, potentiæ ea comparantur secundum quantum potentiæ quæ sunt æqualia potentia, vel differentia secundum magis & minus, sed æquale & magis & minus, sunt eiusdem generis, igitur talia comparabilia erunt eiusdem generis, sed quæ sunt eiusdem generis sunt in materia conuenientia, igitur in materia conueniunt. quæcunque in materia conueniunt, sunt transmutabilia, quare si elementa sunt comparabilia secundum quātum potentiæ erunt transmutabilia. Circa hāc rōnē sic procedit, q primo destruxit primū mēbrū in textu precedenti, deinde destruit s̄m. d Si aūt nō sic cōparabilia sunt s̄m quātū: v. g. molis, ita vt sit quantum ex quāto. v. g. 10. aeris ex vno aquæ, sed s̄m quātū q possunt, veluti si aquæ pugillus tātū infrigidare pōt, quātū possunt decem aeris, ita vt sic sint cōparabilia s̄m quātū, non quatenus quāta comparabilia, sed quatenus aliqd possunt: hoc dupliciter. subaudi intelligi pōt, vel s̄m eādē potētiæ spēm, vel s̄m diuersam, q est dicere s̄m proportionē, & q d. si cōparabilia sunt s̄m proportionē, non erit vtique & per quāti mensurā cōparare potētias, si quidē p proportionem sint comparabilia, veluti quod hoc calidū, illud album sit, nā vt illud est in quali quidem simile, ita hoc in quanto dicitur æquale, igitur comparabilia s̄m proportionem. non dicentur æqualia contra Empedoclem. Aīaduerte q literam transtul de verbo ad verbum, quia non confisus sum in illius intellectione, siqs tamen vellet, ad sensum forsitā sic interpretaretur, veluti si aquæ pugillus vnus tantum infrigidare potest quantum & decem aeris possunt, & ita sit secundum quantum comparare, non quatenus quanta comparabilia, sed quatenus aliquid possunt: quare non erit & per quanti mensurā cōparare potentias: siquidem illud sit secundum proportionem, & tūc sermo patet, mutaui enim verbum alla, in verbum siquidem, sicut sæpe accidit ipso in sensu græco. Sic igitur elementa si sunt æqualia quātitate, trāsmutabilia erūt, si vero proportione, non dicentur simpliciter comparabilia, sed composita quo quidem modo Empedocles non loquitur. Deinde destruit tertium, vel magis ex ipso dato infert propositum. d Inconueniens itaque videtur corpora non cōparabilia existentia proportione, sed mensura potētiarū secundum id quod est: & æquale calidum, vel tantum simile in calore ipsius ignis, & tantum plurimum in qualitate aeris: incommutabilia existere. id est videtur impossibile aliqua esse comparabilia secundum potētias per magis & minus. & esse intransmutabilia: nam plus idem genere existens cum ipso minus tali: talem habet rationem & comparationē, in genere, modo quæcunque genere conueniūt etiam in materia conueniunt. & sic sunt trāsmutabilia. Nec potui literam græcam seruado verbum clarius traducere, vnde & antiqua trāslatio vix intelligi potest Siquis autem ad sensum hanc caudam vellet latinam. sic dicerem, inconueniens itaque videtur corpora non comparabilia proportione: sed secundum æquale, & inæquale in potētijs nō transmutari inuicem, quando quidem plus & minus in generis ratione conueniant, verba tamen translata in textu sunt nullo diminutio: licet oratio sit aliquantulum curtata

Mouet expositor, dubitationes cōtra determinata. Primo quia terra & cætera elementa sunt comparabilia cum stellis secundum æquale & inæquale in quantitate. & tamen non est eadē materia vtrorunque duodecimo metaphysic. Secundo videtur quod non omnia comparabilia secundum potentias communicent in materia Nam ignis & sol sunt comparabiles in calefactione secundum magis & minus, & tamen non communicant in materia, vt dictum est Tertio dubitatur ab aliis, quia videtur quod æqualitas proportionis sit vera æqualitas, quia æqualitas proportionis vel est in numero. vel in magitudine, sed vtraque est secundum idem genus, nam omnis numerus omni numero est eiusdē generis, & omnis dimensio omni dimensioni. Quarto videtur q non omnia eiusdem generis cōmunicent in materia. vt dicit Auerroes hic, & Aristoteles supponit Nā omnes stellæ sunt eiusdem generis apud Aue. & tamen nō conueniunt in materia, quia tunc essent generabiles. Dubitationes expositoris. Prima. Secunda. Tertia. Quarta.

Ad primum respondet Auerroes in com vt dictum fuit, q æquale & inæquale accipiuntur dupliciter vel secundum quantitatem vel secundum extensionē, hoc est s̄m terminos, si s̄m quātitatem, sic vnus pugill⁹ aquæ est æqualis s̄m qtitatē decē pugillis aeris. Nā vnus pugillus nō habet plus eē quātitate quā decē pugilli, nā quātitas est coæterna materiæ nihil plus quantitatis vel est aut erit quam ab æterno fuit si vero s̄m terminos. sic decē aeris habent quantitatē plus extēsam hoc est sub maiori termino, quā vnus aquæ. Tūc ad formā diceret Auer. q stellæ & elementa non sunt comparabilia secundum æquale & inæquale accepta a dimensione interminata. vel terminata cum in his non conueniat, sed secundum dimensionem analogice dictam. expositio propria

Refert tamen expositor duas respōsiones prima respondebat quod Ari. loquitur hic de comparabilibus secundum substantiā & subiectum, hoc est materiā quantitatis, & non secundum extensionem ipsam. Quæ respōsio nō placet qa Ari peteret Sumit enim quæcūque cōueniunt quantitate conueniunt materia, esset. n. dicere quæcunque cōueniunt materia cōueniūt mā, q est ridiculū Alter rūdet s̄m mentē pprīā & vult q Ari. loqui de cōparatione secūdū rarum & dēsum, qa p hoc euariata mā elemēta ad seinuicē trāsmutantur Responsiones expositoris. Confutatio. Prima Secunda.

tantur, & vocat hanc comparationem secundum quantitatem, quia rarum & densum non addunt super partes materiæ qualitatem, quæ essentialiter sit qualitas, sed potius situm in partibus materiæ ad discensionem per maiorem & minorem quantitatem. Confutatio, Sed contra hanc responsionem dubito. quia vel ipse per rarum & desum intelligit qualitates sequentes calidum & frigidum, vt dicit Auer. 7. physi. cõm 15. vel intelligit p rarum & densum partium quantitatem iuxta positionem, vel elongationem, vt loquitur. 4. physi. 84. Si primum, tunc comparatio esset in quali, & non in quanto, contra Arist. in litera. Si secundum, talis comparatio potest inueniri in stellis, & sic vel verbum Aristo. est falsum, vel oportet ponere in stellis materiam. Propterea mihi videtur quod si responsio eius sit aliqua debet reduci ad illã Auer. Ad secundã respondet q Ari. loquitur de cõparatione secũdũ potentiam vniuoce acceptam in vtroque, talis autem non est potentia calefactiua solis, & ignis, sed bene elementorũ inter se Ad tertium respondet Auer. quod æqualitas proportionis non est vera æqualitas, nec vera comparatio, nam ad veram cõparationem requiritur vniuocatio saltem generis. 7. physico. Tunc ad formam dico quod numerus, & quantitas non est genus vniuocum, sed genus analogum, vt declaraui in libro de substantia orbis, propter quod numerus intellectuum æquiuoce dicit cũ numero lapidũ. Ad quartũ respondet Auer. 2. cæli. cõ. 49. vbi vult stellas necesse eiusdem generis, nec diuersi generis, quoniam genus non competit cœlestibus & æternis proprie, cũ sumatur omne genus, à materia, sed si sunt eiusdem generis, illud est æquiuoce..

RECO. Hic textus obscurus est, obscureque a Philopono legit, potest tamen sic ordinari clarius quam in commentariis, non autem recedendo ab illis, quæ ibi diximus, cum probauit ergo quod elementa nõ sunt æqualia magnitudine, nũc probat quod non sint æqualia qualitate. & argumenti vis est. Si sint æqualia qualitate, vel seruata eadem specie, vt si ignis & aer essent æquales, quoniã vterq; calidᵘ. licet ignis magis, aer minus, aut erunt qualitate æquales secundum diuersam speciem, quod dupliciter esse potest, aut disperata, aut contraria, contraria quidem, vt quod ignis sit ita calidᵘ vt aqua frigida, disperata vero vt quod ignis sit ita calidus, sicut aer albus, vel, aqua nigra, & sic erunt tria membra. vel qualitate eadem specie, vel disparans, vel contrarijs, primo mõ dicũtur æquales in forma, & in gradu inæquales. secundo & tertio modo dicuntur æquales proportione ostendit ergo Aristot. elementa non posse esse æqualia qualitate eiusdem speciei, quoniam essent transmutabilia, quoniam materia quæ est intensius calida, fieri potest remissius calida Et sic habetur contra Empe. nec tertio modo quoniam essent transmutabilia, quoniam contraria secundũ subiectũ sunt quæ conueniunt in eadẽ mã, & quæ circa illam transmutari possent, nec secundo modo, quoniã non æqualia, sed similia erũt dicẽda, nã similia sunt quorũ qualitas est eadẽ aut simpliciter, aut pportione, & si male Emp. appellauit elementa æqualia, debuit. n. dicere ea esse similia (inquit) Si autẽ nõ sint comparabilia, hoc est æqualia sit vt quantum dicitur æquale ei, quod est ex quãto Sed sunt comparabilia siue æqualia secundum quantũ, quod possunt hoc est ẽm qualitates & potentias, vel hoc est seruata eadẽ qualitatum specie. v. g. si pugillus aquæ æqualiter potest infrigidare vt decem aeris, ita vt sint æqualia in forma. & inæqualia in gradu. dicit, q si hoc pacto erunt cõparabilia & æqualia tunc sic erunt elementa æqualia ẽm quãtũ, q nõ proprie ẽm quantũ & magnitudinem erunt æqualia, sed erunt æqualia secundum quod possunt aliquid, hoc est potius in potentiis & formis, quam in magnitudinibus, hoc est primum membrum, dat ẽm, & dicit. Erit aũt & ea cum parare hoc est dicere esse æqualia secundum potentias, quæ accipiuntur non per mensuram quanti, nec seruata eadem specie, sed secundum proportionem potentiarum, hoc est secundum qualitates disparatas. v. g. vt hoc calidũ, hoc album, ita vt quantum ignis sit calidus tantum aliud sit album, hæc sunt duo membra, tacuit tertium, quoniam destruitur, sicut primum, destruit ergo secundum membrũ, & dicit. Hoc autem ita se habere, vt se habet hoc verbi causa, ignẽ ita se habere, vt se habet aqua, in quali. signat simile, in quanto vero signat æquale, quare cum illa se habeant secundum proportionem in quali, ergo potius sunt similia quã æqualia, cuius contrariũ dixit Empe. destruit post hoc ẽm mẽbrũ, & dicit. Inconueniens aũt videt q corpora sint comparabilia, hoc est æqualia nõ proportione sicut calidũ ad album, sed mensura potentiarum, hoc est variata specie secundũ magis & minus, & eius quod est esse æquale calidũ aut simile, vtpote ignis tantum, & aeris multiplex hoc est seruata specie secundum rationem, variata vero secundum magis & minus, dico esse inconueniens elementa sic esse & esse immutabilia, qm idem hoc est eadem materia est, quæ est plus, & quæ minus, nam hõgeneum & qualitas eiusdem speciei talem habebit rõnem quod earũ vna sit cõmunis materia quæ põt nũc magis, nũc minus denominari. elemẽta ergo nõ possunt esse æqualia in dissimili qualitate, quoniam non æqualia, sed proportione similia dicentur nec æqualia in specie, dissimilia ẽm magis & minus, quoniã hæc esse non possunt nisi trãsmutabilia sint, cum eorũ sit communis materia, quæ aliquando plus, aliquando minus est, tacuit tertiũ quod nõ possint esse æqualia proportione contrariarũ qualitatũ, qm aperte patet quod cũ contraria sint circa idem subiectũ, sint transmutabilia. Dicit Philoponus, quod elementa esse æqualia & intransmutabilia non põt dici nisi secundo mõ, ita vt sint æqualia proportione qualitatum disperatarum hæc n. esse possunt & nõ trãsmutabilia, verum (vt inquit) sic dicẽs nõ æqualia, sed proportione similia dicit, quod est contra Empe qui elemẽta æqualia esse dixit & non similia Quare Empe. nõ sibiipsi cunstat cũ cõtraria suis fundamẽtis asserat Hæc expositio clara est & ex Philoponi commentariis apertissime habetur.

Ant. c. 10 *Sed neq; argumẽtatio vtiq; erit secũdũ Empe. nisi secũdũ additionẽ. igne n. augetur ignis. Auget autem puluis propriũ genus, æthera aũt æther. hæc autẽ adijciuntur. Videntur autem non sic augeri quæ augentur*

Dilue te. c. eiusdem *& Insuper etiã neq; auctio vtiq; erit secũdũ Empe, nisi secũdũ adiectionẽ. Auget nãque ignis ipse ignẽ terra vero propriũ genus quidẽ, æther aũt ætherẽ, sed hęc adijciuntur. modo non sic increscere videntur, quæ augẽtur.*

Cum. 50 Quod dicere elementa esse intrãsmutabilia, & comparabilia secundũ æqualitatẽ hactenus implicare declarauit cõtra Empe. nũc q cõtradicat hæc positio principiis naturæ, ostendit. primo quia destruit auctionẽ, pro quanto dicere cogitur auctionẽ fieri p adiectionẽ, & non per aggenerationem, cũ ipse neget generationẽ omnino Animaduerte q cathon græce, latine est terra, licet apud quosdã sit puluis ego tamen ad mentem transtuli terram: æther vero latine est ignis elementatus, sed quia interdum sumitur pro cœlo apud Platonẽ trãstuli ad verbum, quæ dicit patent.

RECO. Cum demonstrauit q Empe. nõ sibiipsi cõstet, cum dicat elementa intransmutabilia & æqualia inuicem esse, que non constant, nunc ostẽdit, q non est auctio ẽm ipsum, nisi que æquiuoce dicitur secundũ appositionem, nõ autem ea, quæ est generatio partis maioris, quam sit, deperdita cum elementa intransmutabilia ponat, indit autem per puluerem terram, per ætherem ignem, reliqua quæ Philoponus inquit, clara sunt ex commentariis.

Anti. c. 18 *Multo aũt difficilius est eidẽ tradere de generatione secũdũ naturã. Quæ n. generantur secũdũ naturã aut semper aut multũ. Ea aũt quæ non semper & multum, ab euẽtu & fortuna. Quęnã igitur causa existit eius quod est ex homine hominem, aut semper fieri, aut frequenter ex frumento frumentum, sed non oliuam?*

Dilec. te. ca. eiusdẽ. *Sed multo est difficilius sibi de generatione tradere secũdũ naturã Nã quæ natura fiunt. omnia vel semper ita fiunt, vel vt plurimũ, atque extra semper & frequenter sunt ab euentu & fortuna contingunt, quæ igitur causa est quod ex homine vel semper vel frequẽter homo sit, & ex tritico triticum, non autem oliua.*

Quod non posfit faluare generationē oftendit. vbi aiaduerte (quicquid velit expofitor) quod Empedocles ponēs elementa incorruptibilia ac ingenerabilia, faluauit generationem ex parte agentis, dixit enim tūc rem generari, quoties euētu vel fortuna elementa congregantur, tunc corrū pi, quoties euentu vel fortuna difgregantur, nam litem & amorem non diftinguit a fortuna & cafu. Syllogizat mō contra eum fic: quæ a cafu & fortuna accidunt, extra femp & frequenter accidunt, quæ eueniunt a natura generatione, femper & frequenter funt, igitur quæ generantur, non cafu generantur & fortuna, & cum non detur alia caufa apud eum, tolletur omnino generatio. & quæ dicit, patent.

Com. 55.

RECO. Conclufio textus fecundum Philoponum eft, q̃ Empe. longe difficilius poteft faluare corporū miftorum generationē, vt hominis tritici, vel alterius ponendo elementa ipfa intranfmutabilia, pro declaratione ergo huius conclufionis, præmittit, quod ea quæ fiunt generatione naturali, fiūt aut vt femper aut plerunque, quæ vero cafu vel fortuna, fiunt extra femper & frequenter. Tunc argumentatur, fi elementa non effent tranfmutabilia, tunc mifta fierent fola elemētorum aggregatione modo hoc eft fieri fortuna vel cafu, quod enim fit aggregatione, cum non fiat ex agente determinato, fit ex eo quia contingit elementa aggregari, & fic fortuna vel cafu, quoniam fortuna vel cafu elementa congreganur, vnde dicit. multo autem difficilius eft eidem Emped. tradere de generatione fecundum naturam, exponunt autem, quænam fit generatio ſm nām (& inquit) Quæ enim generantur fecundum naturam, aut fēp aut multum fiunt, ea autem quæ non femper & vt multū ab euentu & fortuna fiunt, Tūnc argumētatur (& inquit) Quænam igitur caufa exiftit eius quod eft homine hominem aut femper fieri aut frequenter fcilicet ex frumento frumentum, fed non oliuam, non enim poteft effe elementorum congregatio, cum illa cafu fiat, vt dictum eft.

Anti. c. 56 *An & fi ita componatur os? non enim vt contingit conuenientibus aliquid generatur, quemadmodum ille inquit, fed ratione aliqua. Quæ igitur horum caufa? nō enim ignis, aut terra. Sed tamen neque amicitia, neque lis. congregationis .n. folum illa, hæc autem fegregationis caufa. hoc autem eft fubftantia vniufcuiufque.*

Diluc. te. c. eiufdem *Aut fi quia fic componitur os, non propterea contingenter conuenientibus aliquid fiet, veluti ipfe fentit, fed ratione quadam, quæ igitur horū caufa? Non enim ignis iam vel terra nec etiam amicicitia & lis Nam hæc congregationis, illa difgregationis eft caufa. modo hoc eft fubftantia vniufcuiufque.*

Com. 56 Remouet (vt mihi videtur) tacitā refponfionē, dicebat .n. Empe. res gñari cōpofitione mēbri cū mēbro, Contra obiicit, quia cū hæc cōpofitio fit vel femp vel frequēter, habere debet aliquam caufam p̄ fe, modo illa cā per fe effe nō poteft aliquod elementorū, quia elementa vidētur veluti materia, & caufata, quia ipfa recipiunt congregationē, nec effe poffunt lis & amicitia, nam hæc congregationis, illa difgregationis eft caufa, modo congregatio & difgregatio nō funt rerum fubftātiæ, fed relationes Propterea ait, nec etiā amicitia & lis funt caufæ rerum, nam hæc congregationis, illa difgregationis eft caufæ, at hoc quod eft rerū effe eft fubftātia vniufcuiufque, & fic lis & amicitia non poffunt effe caufæ fubftantiarum rerum.

RECO. Complet rationē refutādo refponfionē, quæ pro Empe. dari poffet, quæfiuit enim quænā caufa fit, vt naturali generatione hō ex hoie, aut femp, aut plerūque fiat. Refpondet an & fi ita cōponatur os. q. d. quod homo fit, quoniam contingit ita elementis venientibus cōponi os, & cæteras partes hominis, hoc reprobat, quoniam homo vel os non vt contingit conuenientibus elementis generatur, vt ille dicit fed ratione aliqua, hoc eft fed aliqua caufa naturali & rationabili agente, vt patre & matre. refutata refponfione, argumentatur alio modo (vt Philoponus vult) & fatis in commentariis perfpicuum eft.

Anti. c. 57 *Sed non folum miftio & feparatio miftorum quemadmodum ille inquit. fortuna enim in his nominatur fed non ratio. eft enim mifceri vt contingit.*

Diluc. te. c. eiufdem *Neque etiam mifto tantum & miftorum feparatio, veluti ipfe ait. Fortuna nanque in hifce nuncupabitur, non autem ratio. Nam & mifceri contingenter eft.*

Com. 57 Confutat tertiā caufam generationis, nam faluare videtur illam pp mifturam, nam miftura non ratio fine caufa dici poteft, fed potius fortuna, quia ipfum mifceri contingēter fit, veluti fortuita Animaduerte quod quatuor modis Empe. enifus erat faluare generationem. primo propter euentum & cafum, & hoc confutauit per hoc, quia res naturales non effent femper vel frequenter. fecundo propter compofitionem, nec hoc dici poteft, quia hæc nulla videtur caufa, cum fit accidens rebus. tertio propter amorem & litem, & hoc non, quia hæc funt caufæ relationum tantum, non fubftantiæ. vltimo propter mifturam, & contra hoc intulit, quod tunc incideret cum prima.

RECO. Quæ dicit, Arift. ex commentariis patent, Philoponus tamen probat quod miftio non poteft effe caufa generationis miftorum fola, quoniam miftio folam mifcibilium medietatem facit, non autem tranfmutationem fubftantiæ, neque inftrumentorum formationem. Eft enim miftio nō fimpliciter gñatio, fed mifcibiliū, quæ alterata fuerūt, vnio.

Anti. c. 58 *Natura igitur exiftentium, caufa eft ita habere, & vniufcuiufque natura hæc eft, de aqua nihil dicit. Nihil igitur de natura dicit. fed tamen & bonum hoc eft, & optimum. Hic autem miftionem folum laudat, Etenim & elementa fegregat non lis, fed amicitia, quæ natura priora funt Deo. dii autē. & hæc*

Dilucida te. c. eiufdē *Nam itaque fane rerum caufa eft eorum quod fic fe habeāt, & vniufcuiufque natura hæc de qua nihil ait, Vnde natura nihil inquit, cū tamen ipfa & bonū fit atque optimum. Laudat tamen mifturam quia non lis, fed amicitia difgregat elementa, quæ funt natura priora deo. dei autem hæc.*

Com. 58 Ex dictis quafi obiter interponit quæ fit rerum caufa, & vult quod rerum caufa fit forma & materia (& inquit) Nā itaque fane hoc eft forma rerum eft caufa eorum quod fic fe habeant, & vniufcuiufque: nam hoc eft materia, forma enim dicitur natura fimpliciter, fed materia hæc natura, vt dicitur fecundo phyfico. de qua natura materiæ nihil ait, neque de natura fimpliciter, quæ eft forma aliquid inquit, cū tamen ipfa fit bonum & optimum. quod græce agathō dicitur, laudat tamen mifturam quia non lis, contraria mifturæ difgregat elementa, fed amicitia difgregat elementa quæ funt natura priora deo fiue cælo, q̃ apud ipfum eft Deus, quando quidem hæc elementa funt dii & rerum caufæ atq; principia. Animaduerte q̃ amicitia difgregat & congregat elemēta: difgregat. n. elementū diffimile a diffimili vt aquā a terra & congregat fimile cum fimili, vt ignis partes cū igne & terræ portiones cū terra, fed de iftis nihil nunc.

RECO. Cum probauit, quod nec amicitia, nec miftio caufa eft miftorum, concludit quod natura caufa eft, vt res naturales ita ex fibi fimilibus generentur, & vniufcuiufq; natura eft hæc caufa, vt hoc fiat ex hoc fibi fimili, de qua natura Emp. nihil dicit, & poteft intelligere per naturam ipfum agens naturale, hoc enim eft caufa, vt fiat vnumquodque ex fibi fimili, & pōt intelligi forma, quæ eft fubftantia, & effe rei optimum, hæc enim caufa eft, vt illud quod generatur, fiat a fibi fimili in fpē, quoniā à forma eft fimilitudo fpecifica eius generatur cum eo a quo generatur, & hoc magis mihi placet, qm̄ ftatim fubdit, nihil igit de natura dicit, & tñ debuit dicere, qa hæc natura eft bonū & optimum, bonū .f. qa forma, qa aūt finis, eft optimū. p̄termitit ergo formā fiue naturam, quæ eft tota rei fubftantia, & miftionē laudat, tanquā p̄ ipfam fit ipfum miftū, laudat dico miftionē, qm̄ & elementa fegregat, non lis, fed amicitia, quæ eft elementorū miftio, quæ elemēta funt ipfo deo. f. fphæro priora. Ipfa nī elemēta apud eū dii funt, & fic de⁹. f. fphær⁹ ex elemētis fit p̄ hoc q̃ ipfa amicitia fuerūt cōmifta. ergo amicitia eft p̄fereda lis qm̄ p̄ ipsā fphær⁹ factus eft. appellauit aūt Emp. fphærū

deum

deum, quoniam est omnium rerum principium, elementa vero deos sphæro priores, quoniã principia sunt illius amicitia. Ex his vult habere quod despexit formam, quæ est bonu, & optimũ, mistionem verũ laudauit, & amicitiã. Arist. autem (vt Philoponus inquit) potius litem laudat stãre positione Empe. quoniam non possunt elementa venire ad sphæri misturam, nisi separatis qualitatibus ab eis, non.n. sphærus qualitatibus elementarijs insignitur, hæc autem separatio lis est: ergo lis est præferenda tanquam causa prior ipsa amicitia.

Ant.c.59 *Amplius aũt de motu dicit simpliciter. non.n. sufficit dicere quod amicitia & lis mouent, si non hoc sit amicitiæ esse quod motu tali. litis autem quod tali. Oportebat igitur aut definire, aut supponere, aut demonstrare, aut certe, aut molliter aliqualiter.*

Dilue. te. m. eiusdē. *Adhus autem de motu simpliciter profert, non enim sufficit narrare quod amicitia & lis moueant, nisi hoc fuisset amicitiæ ratio taliter mouere, litis autem taliter, oportebat itaque vel definire, vel supponere, vel ostendere, & hoc aut efficaciter. aut aliquantulum leuiter.*

Com. 59 Quod vero de motu locali errauerit ostendit. primo, quia insufficienter loquitur, nam de motu narratiue processit, asserens quod amicitia congregationis motu mouet, lis vero disgregationis, & de hoc nullam affert causam, quod erroneũ vẽ, nisi congregare amicitiæ cõpetat p̃ rõnẽ amicitiæ veluti grauis p̃ naturam grauis descẽdere, & liti per naturam ac rationem litis conueniat disgregare, quod nõ videtur, propter quod si sufficienter de his tradere cupiebat, oportebat eam vel procedere p̃ definitionem vel supponere, & hoc est accipere hæc, vt p̃ se nota. Aut ostendere pouere, & hoc vel efficatur. v g. per demõstrationem, aut aliquantulum leuiter. hoc est dialectice. Animaduertendũ q̃ in doctrinis tribus modis procedimus tradendo de quæsitis, aut definiendo, & hoc via diuisionis & compositionis procedendo. vt secundo dicitur posteriorum. aut supponẽdo, & hoc est ponere principia vel per se nota, vel demonstrata ab alijs artibus superioribus. primo posteriorũ, vel syllogizando, quod dupliciter fit, aut demonstratiue, aut dialectice, & cũ nullo istorum modorum processerit Empe. ideo errauit in modo tradendi de motu.

Reprehendit nunc Empe. de motu (& inquit) Amplius aũt de motu dicit simpliciter quod amicitia mouet ad con-

RECO. gregationem, lis vero ad disgregationem, modo hoc videtur diminute dictum, quoniam non sufficit dicere q̃ amicitia & lis mouent, si non hoc sit amicitiæ esse. s. q̃ motu tali moueat, liti aũt tali, & cum hæc nõ sint esse illorũ. ideo inquit, quod oportebat cum aut definire quædã prius de motu, aut supponere quædam prius de motu, quibus suppositis oportebat (vt inquit Philoponus) aut ex illis suppositionibus & definitionibus simpliciter demonstrare ac certe, aut molliter aliqualiter saltẽ rationibus dialecticis. vnde dicit Philoponus, quod eius qui vult tradere aliquam doctrinã, huius sunt opera principia supponere, veluti quod triãgulorum tres sint species, & quod a pũcto ad punctum sit rectam ducere. Termini vero definiunt ue, vt quid sit punctus, quid circulus in geometria, quæ vero post principia demonstrantur.

Amplius aũt quoniã videtur & vi & præter natu-

Ant.c. 60 *rã moueri corpora & secũdũ naturã. v g. ignis superius quidẽ non vi. inferius aũt vi quod secundum naturam contrarium est. Est autem vi moueri, est igitur, & secũdum naturam moueri. Hoc igitur amicitia mouet? an non. contrariũ.n. est terrã superius, & segregationi assimilaĩ. & magis lis. causa est eius q̃ secundũ naturã motus quã amicitia. Quapropter & vniuersaliter præter naturam amicitia erit magis. Simpliciter autem si amicitia aut lis mouet, eorum corporum nullus motus est neque mora. Sed inconueniens est.*

Amplius aũt quoniã videntur corpora & violentia & p̃ter naturã, & secũdũ naturã moueri (veluti ignis

sursum qdẽ nõ violẽtia; deorsum vero violẽtia, cui vio- Dilue. te. c. eiusdem

lentia cõtrariũ est id quod est secũdũ naturã, & sic est aliud moueri violẽtia, & alqd etiã est moueri secũdũ naturã.) Secũdũ hunc itaque amicitia mouet an non nã terræ sursum ferri contrariũ est. Itẽq; segregationi assimilatur, ideo magis lis causa erit motus naturalis, quã amicitia, atq; & omnino motus præternaturalis magis causa erit. Simpliciter tamen nisi amicitia vel lis moueat, talium corporum neque motus, neque quies erunt, quod quidem est inconueniens.

Reprehendit secundo Empedoclẽ quia voluit motũ esse Com. 60

duplicem naturalem; & violentũ, & amicitia sit causa mot⁹ naturalis, vero causa præter naturalis. Contra obicit q̃ magis lis est causa motus naturalis q̃ amicitia. ꝓponit autẽ hoc in forma quæstionis, & facit vnũ antecedens. cui apponit quæstionẽ loco consequentis, antecedẽs est q̃ corporũ hæc mouent violẽter, illa naturaliter, vt p̃ exẽpla approbat ex hoc infert quæstionẽ, vtrũ amicitia sit cã mot⁹ naturalis corporũ an lis (inquit) Amplius aũt quoniam videtur corpora & violentia & præter naturam, & secundum naturam moueri exemplificat de motu violẽto & naturali, & p̃termittit motus p̃ternaturalis exemplũ, & lege suspensiue vsque ibi s̃m hunc, & sermo patet. Aiaduerte q̃ omnis motus q̃ non est secundũ naturam vocatur præternaturalis, vt motus ignis in propria sphæra, qui est ad motũ cæli. motus vero cuius principiũ est intra, est naturalis, cuius vero principiũ extra, passo non conferente vim, est cõtra naturam. His acceptis petit quæstionẽ p̃ modum consequẽtis d. Secũdũ hũc itaq; amicitia mouet. hoc est vtrũ moueat s̃m hanc naturã & per materiam. Respondet q̃ nõ. primo, q̃a terrã sursum moueri est violenter, mõ si congregare est motus naturalis terra naturaliter congregaretur sursum secundo, quia motus naturalis assimilatur disgregationi, quoniã in disgregatione elementa mouentur ad sua loca. Ideo concludit duo. primo quoa lis videtur causa magis motus naturalis, quæ cã est segregationis quæ est vel motus naturalis vel ei similis secũdo, q̃ amicitia magis est causa motus, præternaturalis. siue violẽti, quia cõgregat cõtraria in vno, q̃ fieri non põt, nisi vel vi vel p̃ter naturam. Additũ quod siue sic, siue sic apud Empedoclem nisi lis & amicitia sint, neque motus. neq; quies erunt, quod reputat impossibile. Ecce igitur quo modo de causa motus non bene tradit, sed contra posite loquitur pro quanto litem motus præter naturalis causam posuit. & amicitiam motus naturalis, cum magis sit econtra vt declaratum est.

Quia Empe. laudauit amicitiam, quoniã est causa motus secundũ naturã, litẽ vero vituperauit, quoniã est causa mo- RECO

tus violenti, ideo Arist. ostendit contra litẽ esse causam motus naturalis. Amicitia vero violenti, procedit aũt Ari. hoc pacto quia primo distinguit motus, in violentũ, & naturalem, concludens, q̃ q̃a violentus est, & naturalis motus sit. Deinde ostẽdit intentam, de prima parte dicit. Ampli⁹ aũt qm̃ videtur & vi, & p̃ter nãm moueri corpora. s. elementa & s̃m nãm. Philoponus p̃ elemẽta moueri vi & p̃ter nãm idẽ intelligit, quasi alterũ alterũ alteri⁹ sit expositiuũ. In cõmentarijs vero aliter intelleximus. exponit aũt diuisionẽ (& inquit). v.g. ignis sursum quidem nõ vi sed natura fertur. deorsum vero vi Addit quo mõ se habent hi motus. & dicit. Vi aũt motus, ei motui qui est secundum naturam cõtrarius est aũt vi moueri; igit erit moueri s̃m naturã si.n. violentum est nãle oportet esse violentũ.n. naturale supponit. Hic expositũ, q̃rit, hoc igit s. motu nãli amicitia mouetur? Empe. dicebat quod sic, cuius carmẽ refert Philoponus. Arist. aũt respondet q̃ nõ (& inquit) an non primo (vt inquit) qm̃ terrã moueri sursum est cõtrariũ siue cõtra nãm terræ, mõ amicitia mouet elemẽta ad radii cõstitutionẽ sursum. ergo potius est causa motus violenti. secundo qm̃ naturalis motus est similis segregationi, qua elemẽta a mistella soluta ad ꝓpria loca feruntur, cõcludit & hoc est ergo lis magis causa est eius, qui s̃m naturã motus quã amicitia, &

sic amicitia est vniuersaliter causa motus præter naturam magis quam lis. Animaduersione dignum per amicitiam elementa a proprijs locis moueri ad misturam, & sic quo a locis feruntur, violenter moueri videtur, quare amicitia potius violenti motus causa est. Per litem elementa mouẽtur a mistura ad propria loca, & sic quo in propria loca feruntur naturali motu mouentur, quare lis naturalis motus causa est. Vltimo Arist. refellit quod vis dicatur, quoniã siue elementa moueantur a lite, siue ab amicitia elementa nõ mouebunt nisi a motore extrinseco, & sic nõ naturaliter moueri vel quiescere videbũtur (inqt) Simpliciter aũt si amicitia aut lis elementa mouet, sic quod a suis proprijs naturis ad propria loca non ferantur: eorum corporum quæ elemẽta dicunt nullus motus est naturalis, neque mora, siue quies quod absurdum, & contra sensum. Quare omnino Empe. errauit hæc Aristoteles

Ant. c. 61 *Amplius autem & videntur mota. Segregauit enim lis, ductus est autem superius æther, non a lite, sed quandoque quidem inquit vt a fortuna. Sic enim fuit currẽs tunc frequenter autem aliter. Quandoque, autem (inquit) natum esse ignem superius ferri. Aether autẽ (inquit) ingrediebatur terræ profundas radices. Simul aũt & mundum similiter habere (inquit) in lite nunc, & prius in amicitia. Quid igitur est id quod mouet primũ & causa motus? non enim amicitia & lis sed cuiusdã motus hoc causæ aũt sunt. si autẽ est, illud principiũ est*

Diluc te. c. eiusdem *Iterum & hæc quidem moueri videntur? quia lis disgregat (æther vero duci sursum non a lite, sed interdum quidẽ inquit, veluti a fortuna. Nam ita tunc deus cõstituit, pluries tamen aliter, Interdum vero inquit ignem ipsum aptitudine sua sursum ferri. Nunc & telluris (inquit) æther penetrabat ad imum, simul autem & mundum pariter se habere ait, in lite nunc. & prius in amicitia quid igitur est primum mouens. & causa motus, non enim iam amicitia & lis, sed cuiusdam motus illæ causæ sunt. Si autem est, illud principium est.*

Nunc quam varie de motuum causa locutus sit enumerat, & primo sumit quod hæc elementa mouentur sic ad sua loca, quia lis disgregat. Aliquando dicit quod æther sursum ducitur, non a lite, sed a casu & fortuna, quia deus ita tunc constituit, licet pluries aliter motus sit verbum theõ, aliqui transtulerunt currens, ego transtuli theon pro Deo quia sic etiam sonat apud Empedoclis carmina: Itemque interdum ait, ignem moueri aptitudine sua sursum. Contra a casu ait ipsum penetrare ad imum. & radices terræ profundat, deficit quoque quia ponit mundum nunc in lite esse, nunc in amicitia, & nullam affert causam huius mutationis, non enim potest esse lis ipsa vel amicitia, quoniam hæ sunt causæ motus particularis, modo simpliciter totius entis, sic igitur deficit, quia varie loquitur de causa motus, secundo quia motus totius causam primã nõ tradere põt.

Anti. c 61

RECO. Secundum Philoponũ Arist. duo facit, quia primo ostendit, quod quæ Empe. dicit de motu non constanter dicuntur, & hoc perpulchre patet in commentarijs. secũdo ostẽdit, quod ea, quæ de mundo dicit, ducunt ad vnum principium quod est aliud a lite, & amicitia, nam asserit mundum nunc se habere in lite, nunc in amicitia, & esse similiter se habens. Quærit ergo, quid est illud quod mouit ipsum mũdum similiter se habentem, & quid est causa motus eius. s. quod ipse similiter se habẽs fuerit prius in lite, nunc vero in amicitia. Non enim causa huius variationis esse potest amicitia vel lis, quoniam lis & amicitia causæ sunt cuiusdã motus scilicet eius quod est elementa separari, atque congregari, non autem sunt causa motus simpliciter, quo mũdus idem manens sit nunc in lite, & prius in amicitia, ideo concludit, si autem causa huius motus mundi scilicet quo sit nunc in lite, & prius in amicitia est, cum non sit, neque lis neque amicitia, illud principium est, & primus motus circularis, & perpetuus, & sic præter mundum erit motus cœli perpetuus, quod Empedocl. negaret, hoc pacto Alexander, & Philoponus exposuerunt verba hæc. Quærit Alexander quomodo Emped. eodem modo mundum se habere dicat, & nunc & prius. Respondet quod dicit ipsum esse eundem subiecto, sed alterum atque alterum ratione, qm cõgregatione, & disgregatione alius est atq; alius, nõ. n. cõgregatione vel segregatione mũdus in substãtia variat.

Inconueniens autem est, & si anima ex elementis, aut vnum aliquod eorum. alterationes enim animæ quomodo erunt. uerbi gratia. musicum esse, & rursus sine musica, aut memoria, aut obliuio, Palam siquidem est quod si ignis anima sit, passiones inerunt ei quacunque igni secundum quod ignis. Si autem mistum corporales. harum autem nulla, corporalis est. Sed de his, alterius opus est contemplationis. Antic. 62

Diluc. te. c. eiusdem *Inconueniens autem erit etiam animam ex elementis esse. aut vnum quoddam ipsorum. Nam quo modo erunt animæ alterationes. veluti esse musicum, & rursus immusicum, aut memoria & obliuio. Manifestum est enim quod si anima quidem ignis sit affectus inerunt ipsi quicunque igni insunt. quatenus ignis est. Si vero mistum corporei erunt sed horum, nullus est corporeus, verum de his opus est alterius considerationis.*

Com. 62. Quod non potuit saluare aiæ affectiones, siue passiones siue opera, quæ græce pathea dicuntur, nunc ostẽdit, & arguit. si elemẽta sunt rerũ principia, tũc aia esset ex elementis, vel esset vnum elemẽtorum, vtpote ignis vel aqua vel aliquid tale destruit consequens, quia si anima esset elementũ tunc oẽs operationes aiæ essent elementariæ, vt si ignis, oẽs erũt igneæ, si aqua oẽs erũt aqueæ, si ex elemẽtis. tunc eius operationes essent corporeæ, mõ videmus nullas aiæ operationes esse corporeas, & organicas, vt in libro de anima patuit, quare non potest esse nec elementum, nec ex elementis, & sic illa non sunt principia omnium rerum. Animaduerte quod hæc ratio contra Empedoclem dupliciter potest habere vim, vel quia per eius positionem de principijs non potest saluare animæ passiones, & hoc modo exponere videtur Auerro. vel quia per eius positionem de principijs nõ potest saluare omne productum esse ex illis, quia anima quoddam productum est, & non est ex illis, sed a deo sublimi, vt in libro de intellectu scripsimus, & huic fauet cauda textus, & forte quod his ambobus destruit positionem eius, vt expositori & Auerroi placere videtur.

Secundum Philoponũ Arist. secundũ vnã expositionẽ reprobat opinionem Empe. quãtũ ad illud, quod dixit de anima. dixit enim q oia fiunt ex quatuor elementis, etiam anima. Contra obijcit (vt Philoponus inquit) nã si aia est ex elementis, eadem passionem habebit, quas habent elementa, ad hoc est contra sensum, qa videmus animã nullã corporeã passionem habere: musicum enim & immusicũ memoria & obliuio, artes atque scientiæ, nulli elemẽtorũ accidunt, non enim sunt corporeæ passiones, neque sensibiles. Præterea videmus quod elementorum passiones nõ sunt animæ, vt raritas, densitudo, caliditas, & cæteræ id genus elementorum passiones sunt, & non aiæ. Alter exponit Philoponus rationẽ secũdũ Emped. elementa inter ãs mutabilia sunt, anima vero transmutatur secundum scientiam & ignorantiam, virtutem ac vicium. ergo anima nec est elementum, nec ex elementis. Hæc ex Philopono, verũ quæ Arist. dicit in commentarijs melius exponuntur. Animaduerte q hic colligitur quod intellectiua aia sit omnino immaterialis, quoniã si erit materialis, eius operationes primæ & propriæ erunt materiales, sic enim Arist. argumentatur. d. Si anima erit mistum, operationes erunt corporales. ergo a pari si anima erit materialis, eius propriæ operationis erunt materiales, quare cum non sint propriæ eius operationes materiales ipsa erit immaterialis, & ita incorruptibilis. RECO.

De elementis aũt ex quibus corpora cõstituta sunt quibuscũq; quidẽ videtur esse aliquid cõmune, aut trãsmutari inseinuicẽ, necesse est si alterũ horũ, & alterũ contingere. Quicunq; aũt non faciunt ex inuicẽ generatio Com. 63

nem

nem, neque vt ex vno quoque, nisi sicuti ex pariete lateres, inconueniens. quomodo enim ex illis erunt, carnes & ossa & aliorum quodcunque.

Dilucida te c. eiusdem. *De elementis vero, ex quibus corpora constāt, quibuscunque quidem videtur subesse aliquod commune, vel ea mutuo transmutari. necesse est si alterum horum sit. & alterum euenire, quicunque autem eorum non reciprocam faciunt generationem, neque velut ex vnoquoque, nisi vt ex pariete lapides, inconueniens aiunt. quomodo nanque ex illis carnes erunt, & ossa & cætera id genus.*

Com. 63 Tractaturus Arist. de elementis secūdum veritatem, primo submeminit duarum positionum de his, & quid habent dicere consequenter secundo loco mouet quæstionem secūdum veritatem. Ad huius euidentiam est animaduertendū quod duæ de elementorum generatione extitere positiones, prima q̄ sunt mutuo gn̄abilia, & q̄ qd̄libet fit ex quolibet, & tunc hæc habet concedere quod omnibus communis sub sit materia, & quod hæc se sequuntur, subest eis materia, igitur reciproce transmutari possunt, econtra reciproce transmutari possunt igitur subest communis materia. secunda fuit positio Empedoclis, qui voluit elementa nō trāsmutabilia esse, & tunc habent dicere misturam esse veluti parietem ex lapidibus, & elementa generari ex misto veluti ex pariete lapides, & tunc non possunt assignare causam cur partes similares ex elementis constēt hoc est vt ita loquar præambulum ad inquisitionem veritatis, quam de elementis & generatione mistorum ex eis dicturus est (inquit) De elementis vero subaudi ita præcipiendum. quod quibuscūque quidem videtur subesse aliquod commune, vel quibuscunque videtur ea mutuo transmutari, necesse est si alterum horū sit, & alterum euenire, quia si cōe subest eis transmutabilia sunt & econtra si transmutabilia, commune subest. Hæc est prima positio de elementis. deinde narrat secundam. d. Quæcunque autem eorum non reciprocā faciunt generationem neque velut vx vno quoque, hoc est neque aiunt quodlibet effici ex quolibet, nisi vt ex pariete lapides, incōueniēs dicere cogūtur, & quæ subscribit patēt.

Mihi videtur, quod Arist. comparat positionem eius ad
RECO. illam Empe & dicit De elementis autem ex quibus similia corpora cōstituta sunt, ita subaudi dicendum est, quod quibuscunque quidem videtur omnibus elementis esse aliquid cōe, vt est materia aut trāsmutari in seinuicem necesse est si alterum horum dicatur, & alterum contingere. hæc enim conuertuntur, est elementis communis materia. ergo sibinuicem transmutantur & econtrario sibiinuicem transmutantur. ergo est eis communis materia, hæc de elementis Ari. Quæ vero Empe dicere cogitur, subscribit (& inquit) Quicunque autem non faciunt ex inuicem generationem, vt Empe. qui elementa ipsa inuicem in transmutabilia dicit, et vt ex vno intrāsmutabilia. Hic. n. elemēta ponit dupliciter Intransmutabilia, quia nō transmutatur ex vna cōi materia vel ex vno omnia, neque inuicem, sed solū transmutationē elementorum asserit, vt ex pariete scilicet disgregatione, hic dicit in cōueniens Exponit autem absurdum (& inqt) quomodo enim ex illis elementis erunt carnes. & ossa, & aliorum quodcunque, Hæc enim esse non possunt ex elementis, cum hæc non sola elementorum aggregatione fiant, sed vera generatione in substantia, sic igitur quod elementa intransmutabilia omnino dicunt, non possunt veram mistorum generationem saluare. possunt etiam legi hæc verba secundum Philoponum sic, quicunque autem non faciunt ex inuicem generationem sicut ex vno quoque vnumquodque fiat, sed excernantur ipsa inexistentia actu, vt ex pariete lateres, hi (inquit) non possunt ex ipsis carnem, & os facere, vt postea deducet. Hoc pacto legit Philoponus, & mihi placet.

Habet autem quod dicitur quæstionem & ex alterutris generantibus, quō generatur ex eis aliud aliquid
Ant c. 64 *præter hæc dico autem. verbi gratia. Si ex igne est aqua & ex hac generatur ignis, est enim aliquid commune subiectum. sed vtique & caro ex eis generatur, & medulla. hæc autem quo modo generantur?*

Verum quod dictum est quæstionem habet, data & ipsorum reciproca generatione, quomodo ex ipsis generetur alterum quoddam præter ipsa. Dico autem vt ex igne aqua sit. ex hac que ignis fiat (quia eis commune subiicitur) dato quod ex eis caro & medulla fiant, quonam modo hæc generantur? Diluc te. Crasis 94

Com. 64

Constituto præambulo, quærit de mō quo generantur mixta ex elemētis, & etiā an generetur mistum ex elementis, & sic quæstio vr̄ duplex. Petit primo si ex elementis possit fieri mistum aliquod (& inquit) Verum quod dictum est quæstionem habet verbi causa. supposita ipsorum elementorum reciproca generatione secundum veritatem, quo modo siue an ex his generetur alterum quoddam præter ipsa vt pote mistum, verbum illud data & ipsorum reciproca generatione, sic trāstuli, vt esset clarius. quia aliter vix intelligibile est. aut iuxta græcū, verū quod dictū est. q habet, quo modo ex his quæ reciproce generantur alterum quoddam præter ipsa generetur & totum stare potest, exponit quæstionis sensum & addit nouam quæstionem. d. Dico autem vt si ex igne aqua fit, ex hac que ignis fiat, quia eis subiicitur commune, dato quod ex eis caro & medulla fiant, hoc est soluta prima quæstione, quonā modo hæc generentur, & sic duplex est quæstio. vtrum videlicet ex elementis possit aliquod præter elementa generari. secundo dato q̄ sic, quomodo illud generetur.

Mouet quæstionem ad eos, qui elementa ex alterutris generant, vt sunt peripatetici, & hoc proponit, habet autem hoc quod a peripateticis, dicitur de elementis, quæstionem quæstionem dico ad eos, qui ex alterutri elemēta generāt, & quæstio secundum Philoponum est, quomodo ex elementis generatur mistum, videtur enim primafacie quod non possit generari, quoniam cum elementum fiat ex altero non videtur, vt ex eo possit fieri tertium, cū elementū non fiat, nisi ex elemento, & ex elemento non nisi elementum fieri videatur, & sic nihil præter elementum ex eis fieri videtur (vt Philoponus exponit.)

Anti. 63

Illis etenim qui dicunt vt Empedocles, quis erit modus? necesse enim est compositionem esse, sicut ex lapidibus & lateribus paries est, misturaque hæc; ex saluatis vtique elementis erit, secundum parua autem adinuicē compositis. Sic itaque caro. & aliorum vnumquodque.

Illis nanque, qui vt Empedocles sentiunt, quis modus cōuenit, necesse est. n. cōpositione illud esse, veluti ex lateribus & lapidibus paries fit, & tūc mistū illud ex elemētis erit, saluatis quidem, secundū parua tamen inuicem confractis, & sic tū caro & aliorū unūquodq; fiet. Diluc te, c, eiusdem

Obiicit nunc his qui Empedoclē sequuntur. sic quod vel nullus mod⁹ dari potest, quo mista e x elemētis sint, vel modus ille erit compositio, quomodo expositione lapidum ipse paries fit. Sed hoc stare non potest, quia tunc elementa remanerent actu in misto, solum quantum ad hoc variata quod essent confracta per minima. & tunc sequitur inconueniens datum primo huius quod aliqua essent mista ad oculos hebetes, quæ non essent ad oculos lyncis. Com, 65.

Primo ergo ponit absurdum contra rationem Emped. deinde ponit obiectiones contra eos qui dicunt trāsmutabilia. Argumentatur, ergo contra Emped. opinionem qua dicebat elementa esse intrāsmutabilia, hoc pacto, si elemēta sunt intransmutabilia. tunc mista fient ex elementis secūdū cōpositionem, sicut ex lapidib. & lateribus. ex paries est. Vltra mistura ē cōpositione veluti paries ex lapidibus & lateribus ergo mistura erit ex elementis saluatis, refractis iñ ad minima. mistura est ex elementis saluatis, refractis tamen ad minima, ergo caro. & aliorum vnumquodque fiet ex elementis saluatis, refractis tamē ad minima. ergo a primo ad vltimum, si elementa sunt intransmutabilia, caro & os, & id genus erit ex elementis saluatis, refractis tū ad minima RECO

Anti,c.65 *Contingit itaque non ex quacunque parte carnis generari ignem & aquam,quemadmodum ex cera generabitur vtique ex hac quidem.parte sphæra,pyramis aũt ex aliqua, sed contingebat ex alterutro alterutrum generari, ita hoc iam generatur ex carne, ex quolibet ambo, Eis autem qui illo modo dicunt, non contingunt, sed vt ex pariete lapis, & lateres,alterutrum ex alio loco & parte.*

Diloc. te. ca.eiuſdẽ. *Præterea contingeret non ex quacunque parte carnis ignem vel aquam fieri.quemadmodum ex cera fit vtique,ex parte quidem hac,sphæra, ex quadam vero alia pyramis fieret.Sed contingebat ex alterutro alterutrum fieri modo quidem igitur hoc illud ex carne fit, vt ex quacunque parte ambo,at his qui illo modo aiunt non cõtingit,sed vt ex pariete lapides & latera vtrinque ex loco alio atque parte.*

Com., 66 Secundo arguit hypothetice a destructione consequẽtis sic,si mistus esset per compositionẽ,tunc non ex quacunq; parte carnis elementa fierent.deducitur consequentia per duo exempla.primum de cera.in cuius vna parte sphæra fit,in altera pyramis figura,vbi constat ex vna parte fieri sphæram,ex alia pyramidem.& hoc quia illæ figuræ sunt ibi saluatæ.secundum exemplum est de pariete.in quæ lapides sunt commisti compositione,vbi patet lapides non generari indifferenter ex quacunque parte parietis, destruit consequens d.Sed cõtingebat ex alterutro quo vis alterutrum fieri,quo modo elementa fiunt ex quacunquæ carnis data parte modo tenentibus misturam esse per compositionem hoc accidit,quæ dicit patent.

RECO. Destruit vt vltimum consequens,& ostendit,quod ex elementis saluatis,refractis tamen ad minima non fit mixtum scilicet caro vel os,quoniam tunc non ex quacunque parte carnis cõtingeret generari ignem,& aquam,& quodlibet elementum.probat Philoponus cõsequentiam,qm̃ ita fit mistũ ex elemẽtis saluatis,refractis tñ,vt domus ex lapidibus & lateribus saluatis,refractis.tñ,sed lapis nõ fit ex quauis parte domus,vt patet.ergo nec qdlibet elemẽtũ fiet exqualibet parte carnis.At hoc esse falsum ostẽdit(cũ inquit) nã subaudi queadmodũ ex cera gñabit vtique ex hac quidẽ parte sphæra,siue pila,vel corpus sphæricum pyramis autem ex quadã alia parte siue corpus pyramidale, cõtingebat autem anteq̃ ex illa parte fieret sphæra fieri pyramidẽ, & antequam ex altera fieret pyramis,fieri spæram, sicque ex alterutra parte indifferenter generat alterutrum scilicet elemẽtum generatur ex carne & subaudi ex quolibet, hoc ex quauis parte indifferenter contingit fieri ambo, hoc est est omnia.At eis,qui illo modo (vt Emped)dicunt. non contingũt scilicet omnia elementa fieri ex qualibet parte carnis indifferenter,sed contingit ita ex carne fieri elementa, vt ex pariete lapis,& lateres,alterutrum.videlicet ex alio loco,& parte scilicet lapis ex ea parte,vbi lapis erat, & lateres ex parte,vbi lateres erãt.Animaduerte quod Arist. in hac ratione supponit,ex quauis minima carnis parte fieri quatuor elemẽta,quod Philoponus probat,quoniam possibile est eandem caronculam,cum combusta fuerit, ignem vel aerem fieri cum putruerit,terram effici,cum vero humida substantia dominata fuerit,possibile est dissolui in aquam.ergo ex quauis parte carnis omnia elemẽta fieri possunt.At si mistio fieret ex elementis saluatis,refractis tamẽ ad minima,tunc non esset possibile ex qualibet parte carnis fieri omnia elementa,quoniam(vt Philoponus deducit) aliquid esset in ipsa carne,quod tantum est ignis & aliquid quod solum est aqua,& sic ex ea parte vbi esset solum ignis non nisi ignis fieri posset,&ex ea,vbi solum est aqua solum aqua quæ sunt contra sensum.Hæc est dubitatio contra Empedoclem,& eius sequaces.

Ant.c,66 *Similiter autem & facientibus vnam eorum materiã, habet aliquam quæstionem,quomõ erit aliquid ex ambobus.verbi gratia.ex calido & frigido,aut ex igni& aqua si enim est caro ex ambobus & neutrũ eorũ neq; rursus compositio saluatorum,quid relinquitur nisi materiã esse quod ex illis est? alterius enim corruptio aut alterum facit aut materiam.*

Diloc.te c.eiuſdem *Similiter autem & his qui vnam eorum materiam faciunt,quædam emergit dubitatio an aliquid ex vtrisque erit,frigido videlicet & calido, aut igne & terra: Nam si caro ex vtrisque sit, sitque minime illorũ aliquod,neque rursus sit seruatorum compositio quid restat præter materiam. quod ex illis sit? iam altero corrupto alterum fit aut materia restat.*

Com. 66 Mouit quæstiones simpliciter,nũc tertio mouet quæstionem ad hominem, hoc est ad semet. (& inquit)Similiter autem & his qui vnam eorum materiam faciunt,vt peripatetici,quædam emergit dubitatio,an videlicet aliquid ex vtrisque erit, frigido, videlicet & calido,aut igne & terra,verbũ emergit non est græco, sed græce est hechei hoc est habet,quod cum apud nos minime consonet, emergit loco verbi habet,transtuli deinde facit argumentum dubitationis(& inquit) Nam si caro ex vtrisque fit veluti medium quoddam,sitque minime illorum aliquod seorsum quia aliter non esset mistum, neque rursus sit compositio, hoc est combinatus amborum, quid restat præter materiã, q̃ possit esse dici ex illis, nam altero corrupto,vel alterum fit,aut materia sola restat græce verba ista non sic habentur, sed sic. nam alterius corruptio aut alterum facit, Not. primo, aut materiam,sed vt transtuli,clarius est. Animaduerte q̃ ad disiunctiuã sufficit vnã partẽ esse verã.mõ hæc ꝓpositio est vera pro prima parte quia corruptio vnius est generatio alterius,pro secunda vero est falsa,quia nunquam ex corruptione alicuius, restat sola materia, quia nunquam ma- Nota secũdo' teria potest stare sola sine forma. Animaduerte secundo q̃ argumentum Aristot,est pulchrum & difficile, & vis eius est quando elementa veniunt vel sunt in misto, aut remanent,aut corrumpuntur.si remanent seruata,tunc mistura esset compositio tantum,si corrumpuntur cum corruptio vnius sit generatio alterius,generabitur alterum elementũ ex illis corruptis,vel mistum, & sic mistio erit generatio & corruptio,& non mistura.

Dubitat Aristot nunc contra se & argumentatur sic secundum Philoponum, si caro ex vtrisque est contrarijs RECO, elementis,& caro neutrum eorum,ex quibus est, nec est compositio eorum saluatorum ex quibus est caro,nihil est nisi materia,quoniam corrupto contrario , aut cõtrarium fiet,aut materia,quare si vtraq; non soluantur,neque alterũ materia erit. In quibus patet quæstionem hanc esse,quo modo elementa manent in naturali misto.quam quæstionem mouerunt Auer. & Auicenna in suis libris.

Anti,c,67 *Quapropter quoniam est & magis & minus calidum & frigidum quando quidem simpliciter est alterũ actu. potentia alterum erit;quando autem non omnino sed vt quidem calidum frigidum,ut autem frigidum calidum (quia quæ miscentur corrumpunt excellentias admuicem)tunc neq;materia erit neque illorum contrariorum alterutrum actu simpliciter sed medium.*

Dilucida. te.c.eiuſdem. *Et quia calidum & frigidum & secundum magis & secundum minus sunt, propterea quando simpliciter quidem alterum actu est alterum erit potentia . Quando autem non simpliciter actu sed vel ut calidum frigidum veluti frigidum & calidum(cum quę miscentur excellentias corrumpant inuicem)fit ut neque materia sit neque illorum contrariorum alterum actu simpliciter sed medium.*

Com. 67 Quot modis elemẽta in misto Soluit nunc ad quæstionem,vbi animaduertẽdum q̃ ex elementis proficisci mistum põt tribus modis intelligi vel q̃ alterum alteri simpliciter prædominetur,& hoc mõ nõ mistũ fit, sed corruptio elemẽti exuperati erit generatio elementi exuperantis.Aut quod ambo æque excellenter remaneant in ipso misto,& hoc modo mistura compositio est, aut

est, aut quod ambo restent simpliciter potentia, & sic non restat nisi sola materia sub forma misti, & sic erit generatio misti. Quare cum his modis nõ fiat mistura oportet vt mistum ita fiat ex elementis, vt eorum nullum simpliciter remaneat in actu, neque simpliciter in potentia, sed partim in actu, per admissionem formarum & qualitatum, & partim in potentia, per remissionem illarum ita vt medium fiat participans naturis omnium elementorum ex parte formarũ, & qualitatum, quo fit vt tale mistum sit aut calidũ frigidum, hoc est remisse calidum, & excellens frigidum, vel contra frigidum calidum, hoc est remisse frigidum, & excellens calidum Et hoc inquit, & quia calidum & frigidũ & secundum magis & minus sunt, hoc est quia possunt intendi, & remitti. propterea quando simpliciter quidem alterum actu est, vt prædominans penitus, alterum erit potentia, & corruptum, & sic nunc fit mistura, sed conuersio, subaudi tu quando vtrunque remanet in potentia simpliciter. nec sic fit mistura, sed erit corruptio elementorum, & generatio misti Tunc ponit membrum verum. d. Quãdo autem non simpliciter actu, sed vel vt calidum frigidũ, hoc est vel vt calidum aliquãtulũ, frigidum a dominio, vel vt frigidum scilicet aliquantulum, calidum a dominio, cũ ea quæ miscentur, excellentiãs corrumpant, & sese remittent (& per hoc voluit refellere tertium membrum) fit vt neque materia sit sub forma misti sola cæteris elementis corruptis, neque illorum contrariorum alterum actu simpliciter prædominetur alteri, sed medium, quod vtriusque participet natura

Nota primo.

Animaduerte quod litera hæc paucis mutatis non differt a græca serie, illa pars literæ. quando autẽ sic, græce iacet ad verbum quando autem non simpliciter frigidũ sed vt quidẽ calidũ vt vero frigidũ calidũ (quia quæ miscentur corrumpunt inuicem intentiones) tunc neque materia erit, neque illorum cõtrariorum alterum actu simpliciter, sed medium. Ego vero (vt res clarior esset) paucis mutatis illo modo transtuli.

Nota secũdo.

Animaduerte quod apud medicos refert dicere. a. corpus est calidum frigidum, & a. corpus est frigidum calidum, nam terminus additus a parte post dicit prædominium, a parte vero ante dicit subdominium. Propterea sensus primi est quod. a. corpus sit calidũ minus quam frigidum. Sensus secundi est quod. a. corpus sit minus frigidum quam calidum, & habet rationem, quia a parte post additum, videtur esse vltimum denominans, & hoc modo loquendi vtitur Aristot. vt patuit.

De mistura dubita.

Et licet de mistura multa diximus in fine primi libri, etiã & in libello nostro de mistura, quia nouus expositor de ipsa quædã tangit, etiam non est malum repetere quæ diximus, quæritur igitur quo modo elementa remaneant in misto.

Respõsio noui expositoris.

Respondet nouus expositor quod elementa remanent virtualiter sm formas, & formaliter non primo secundum qualitates, secundum formas quidem, quia formæ elementorum per se ordinantur in formam misti, igitur adueniente forma misti, illæ desinunt, & hæc omnibus illis in virtute æquiualens remanet, formaliter vero non, primo secundum qualitates, quia mistum congregat formaliter qualitates primas, & eas saltem remissas conseruat, quæ quia primo elementis insunt, secundo & quasi per accidens misto conueniunt, & sic formaliter non primo.

Replica.

Sed contra hæc obijcies, quia a parte aer erit mistus, quia habet calidum nõ primo, igitur videtur participare igne, & per consequens erit mistũ ex igne. secũdo tũc nõ tm̃ materia diceretur quid cõe elemẽtis, sed etiã forma misti, quia in illa cõtinent velut in materia.

Expositio propria.

Respondet nouus expositor quod qualites haberi possunt vel absolute, vel in ordine ad aliud, si absolute sic ignis habet calorem, aer humorem, aqua frigus, terra siccũ nam habent hæc absolute & non in ordine ad aliud. Si vero in ordine ad aliud hoc dupliciter vel in ordine ad corpora, quibus primo insunt, & sic insunt misto & propterea mistum dicitur participare naturis elementorum, quia qualitates primæ ei insunt, in ordine ad elementa, & hoc modo calidum non inest aeri, non enim aer calidus est in ordine ad ignem. Aut in ordine ad alias qualitates, & hoc modo calidum inest aeri in ordine ad humidum. q. a est minus calidus quam humidus, & frigidum inest terræ in ordine ad siccum, quia terra est minus frigida quam sicca & sic non oportet, vt aer sit calidus in participãdo igne, aqua vero frigida in participando aqua.

Alia expositio.

Aliter etiam videtur dicere concedendo quod aer participet igne, sed tunc negat consequentiam quod aer sit mixtum ex igne, quia nõ quælibet participatio formæ est mistura.

Ad secũdã.

Ad Secundam concedit quod formæ elementorum habent materiam communem & formam misti, in vtrisque enim continentur in potentia, sed aliter atque aliter, quia in materia continentur in potentia mere passiua, at in forma misti continentur in potentia aliquo modo actiua, pro quanto forma misti potest exercere opera formarum elementorum quod materia non potest exercere. Et propterea non sequitur quod corruptis elementis nihil restat præter materiam, immo restat materia cum forma misti, quæ est communis illis formis.

Replica cuiusdam.

Sed contra hæc obijcit quidam, nam ignis est calidus per se primo, & aer est calidus per se non primo vt patet de mente Arist circa principium igitur aer est calid[9] per naturam ignis, quia nihil competit alicui per se nõ primo, nisi per naturam illius cui illud competit per se primo vt patet primo posteriorum. & secũdo metaphys. vbi vult quod omne calidum sit propter ignem, vt patet Commento 4. & etiam. 12. meta. comment. 51. Miror hunc hominẽ, cum enim studium eius erat in contradicendo, non animaduertit ad distinctionem noui expositoris.

De primitate & ordine qualitatum.

Nouus enim expositor vult calidum per se primo competere aeri, quia non in ordine ad corpus alicuius elementi, non tamen p̃ se primo in ordine ad alteram qualitatem, est enim regula posterioristica quod quando duæ passiones insunt alicui p̃ se, oportet vt altera per se primo, altera per se secundo insint, non quidem in ordine ad aliud extrinsecum, sed ad alteram. Et sic concederet ambas qualitates per se primo cõpetere elemento per priuationem corporis, cui primo insint, non tamen per se primo inter se, quia vna prius, altera posterius. Tunc ad formam concederet quod ignis est calidus per se primo, per priuationem corporis prioris, & aer similiter, sed hoc differunt, quod calidum igni inest per se primo, & in ordine ad corpus, & in ordine ad qualitatẽ, at aeri per se primo per priuationem corporis prioris, nõ autem per se primo in ordine ad qualitatem. Et propterea cætera corpora quæ sunt calida per accidens in ordine ad ignem, participant igne, & hoc non intellexit arguens.

Confutatio positionis noui expositoris.

Sed licet hæc dicta noui expositoris bene sint colorata, non sunt ad mentem Arist. Arist. n. manifeste voluit, quod nec simpliciter vnum elementum prædominetur alteri, quia tunc esset generatio elementi, & non mistio, nec est corruptio omnium elementorum, quia tunc nihil eorum remaneret, nisi materia cum forma misti & sic esset generatio misti, non mistura Propterea concludit quod elemẽta remanent secundum formas & qualitates remissas, quia mistum est medium eorum Secundo tunc non tantum ex elementis esset mistum, cuius contrarium dixit Aristo tenet consequentia, quia per ipsum ita intellectiua continet sensitiuam, & vegetatiuam, vt forma misti cõtinet formas elementorum, igitur vt forma misti facit mistum, quia continet virtute elementorum formas, sic anima intellectiua esset mixtura sensitiui & vegetatiui, quod non concederet Ari. propter hæc dicatur iuxta nostram expositionem quia illa est vera intentio Aristotelis.

RECO.

Ad dubitatoinem, quã fecit contra se, respondet & concedit, quod caro nec est alterum ex quibus est, nec compositio eorum saluarorum ex quibus est, & tamen non est materia quoniam est medium extremorum ex quibus est, quod medium comparatum ad calidum in summo est frigidum, comparatum ad frigidum in summo est calidum, comparatum ad siccum in summo est humidum, comparatum vero ad humidum in summo est siccum. vnde dicit. Quapropter quoniam est & magis & minus calidum, & frigidum etiam magis & minus, & siccum, & humidum simpliciter. q. d. quoniam est dare simpliciter calidum. & calidum secundum comparationem, ideo sequitur quod quando aliquid est alterum contrariorum simpliciter actu verbi gratia simpliciter actu calidum, tunc illud erit potentia alterum scilicet frigidum, & ecõtrario, si aliquod est simpliciter actu frigidum. tunc erit potentia calidum, quando

quando vero aliquid fuerint alterum contrariorum non omnino. hoc est actu simpliciter. Sed comparatione scilicet vt calidum frigidum, hoc est, sed frigidum, vt calidum tamen comparatum ad extremum frigidum, vt autem frigidum, calidum, hoc est, vt comparatum ad extremum calidum, erit frigidum (quod accidit quoniam, quæ miscentur, corrumpunt excellentias adinuicem) tunc mistum quod fit ex elementis scilicet caro vel os, vel tale aliquid, neque materia erit neque illorum contrariorum alterutrum actu simpliciter, sed medium. Sic igitur patet mistum nec esse alterum extremorum, neque compositionem, sed medium quod ad extrema comparatum est calidum, frigidum siccum, & humidum.

Anti. c. 68 *Secundum vero quod est potentia magis calidũ quã frigidum, vel contra secundum hanc rationem dupliciter magis calidum potentia quam frigidum, vel tripliciter, vel secundum alium talem modum.*

Diluc. te. ca. eiusdẽ. *Verum quatenus potentia magis calidum erit, aut frigidum. aut aliter, eatenus ratione illa, aut dupli, aut tripli potentia calidum aut frigidum, vel modo quouis alio tale erit.*

Com. 68 Respondet ad quasdam tacitas quæstiones. prima est. mista sunt ex elementis. igitur mista sunt media, medium est per æque distantiam ab extremis. igitur omnia mista esse æqualia in qualitatibus. Respondet quod mista non sunt æqualia, quia variantur penes excessus qualitatum inuicem (& hoc inquit) Verum quatenus mistum ipsum est potentia magis calidum, aut frigidum, aut aliter videlicet. per excessum alterius contrarii, eatenus rõne illa dupli aut tripli potentia calidum, aut frigidum. vel modo quouis alio tale erit, & sic non est medium per æquedistantiam, & partile siue punctuale, sed sumit differentiam penes proportionum differentias, quibus contraria se superant in mistura. Animaduerte quod verbum illud, aut aliter, græce est enantiõ, hoc est econtra, siue contra, quod quia melius illo modo sonat, ita transtuli, cætera bene & iusta seriem græcam translata sunt.

RECO. Iste textus obscure legitur a Philopono, & in commentarijs exponitur vno modo, tamen, aliter & facilius exponi potest, dictum est enim mistum scilicet carnem esse medium comparatione, non tamen simpliciter calidum acta, aut contra quoniam mistum vnum dicitur magis calidum altero in duplo, & triplo, & sex qui altero. ergo est simpliciter calidum actu. Respondet, quod mistum non dicitur simpliciter in duplo, & triplo magis calidum altero, sed potentia dicitur magis calidum quam alterum mistum sit frigidum similiter dicitur in duplo magis humidum, quã aliud mistum dicatur siccum. absolute tamen, & actu, nec calidũ, nec frigidum, nec humidum nec siccum dicitur. vnde dicit. Secundum vero quod est vnum mistum potentia magis calidum quam frigidum, vel contra secundum hanc rationem vnum mistum dicitur dupliciter calidum magis potentia quam frigidum altero misto scilicet in proportione dupla, vel tripliciter i. proportione tripla, vel secundum alium talem modum scilicet proportionem sex qui alterã. non ergo sequitur mistum esse simpliciter actu altero calidius, sed potentia tantum, ac virtute.

Ant. c. 69 *Erunt itaque mista alia ex contrariis aut ex elemẽtis & elementa, ex illis potentia aliqualiter existentibus, non ita vero ut materia, sed secundum prædictum modum. & erit ita quidem mistio, illo vero modo materia, quod generatur.*

Diluc. te. eiusdem *Sed mistorum erunt alia ex contrariis aut elementis & ex illis potentia quodammodo existentibus elementa, non sic tamen, ut materia sed modo dicto. Eritque quod fit sic quidem mistura modo vero illo materia.*

Com. 69 Soluit secundam dubitationem, nam dictum est quod elementa sunt mã ipsorum mistorum posuit enim tria per ordinẽ, materiam cõem, contrarie, & elementa, quæ omnia ex parte materiæ constituit, & modo dictum est quod in mistura sunt elementa, quodammodo in potentia. igitur mistura est materia elementorum, & sic contradictio. Respondet quod mista sunt ex elementis tanquam ex materia, & elementa ex mistis tanquam ex ente in potentia, nõ tñ tãquã ex materia Nã mistũ est ex elemẽtis tanquam ex materia cõpositionis, quia elemẽta (vt dixit) aliquo modo remanẽt in misto, at elemẽta sunt ex misto nõ tanq̃ ex materia, sed tanquam ex termino a quo (inquit) Sed misturũ erunt alia ex contrariis aut elementis, & hoc tanquam ex materia ex qua. & econtra ex illa potentia quodam modo existentibus erunt elementa, non sic tamen vt materia sed modo dicto, hoc est vti è termino a quo, addit tamẽ q̃ illud quod fit elementis erit, vno modo mistura & terminus ad quẽ, alio modo materia, saltẽ alterationis. Animaduerte quod mistum est ex elementis dupliciter, vt ex materia, & vt ex termino a quo vt materia quidem, quia aliquo modo remanent in misto, vt patuit, vt ex termino a quo vero, quia formæ elementorum corrumpuntur, non simpliciter in aduentu formæ misti, sed pro quanto desinit informare materiam, & sic quodam modo corrumpũtur: at elementa ipsa sunt ex mistura tãquam ex termino a quo quia elementa cum ex misto fiunt, desinunt disponere materiam misti, & corrumpitur illa forma, & incipiunt informare materias proprias, & sic mistum non habet rationẽ materiæ, nisi alterationis. & nullo modo compositionis. De misto & ipsis elementis

Hic Arist. infert ex dictis primo, quod mista fiunt alia ab elementis & sic ipsum mistum non est ipsa elementorum compositio, vel ipsa elementa composita, vel ipsa elementa collectiue sumpta, vt dixit Empe (& hoc inquit). Erunt itaque mista alia ab ipsis contrariis, aut ab ipsis elementis, & sic non sunt elementa collectiue sumpta. Addidit autem {aut ex elementis} quoniam elementa sunt inuicem contraria per accidens. s. propter qualitates (vt Philoponus inquit) ipsa qualia sunt per se contraria, propterea aut ex cõtrarijs scilicet per se, aut ex elementis, quæ sunt contraria per accidens secundo infert, quod elementa fiunt ex misto, non tamen eo modo, quo, fiunt ex materia, quoniam elementa fiunt ex materia, quæ est ad illa in potentia aptitudinali. ex misto vero fiunt, quod est ad illa in potentia intentionali (vnde inquit) & elementa sunt ex illis mistis potentia existentibus aliqualiter in ipsis mistis, non ita vero vt materia quæ est in potentia ad illa aptitudinali, sed mistum est potentia elementa secundum dictum modum primo huius. s. intentionali, & sic mistio, vt caro, erit id q̃ generatur ex ipsa. scilicet ignis vel aqua potentia ita scilicet vt dictum est intensionali, materia vero erit id quod generatur ex ipsa scilicet ignis vel aqua potentia illo modo scilicet aptitudinali. Philoponus in cõmentario distinguit de triplici potentia, nam videmus, quod materia est in potentia ad elementa, & mistum est in potentia ad elementa & dormiens geometra est in potentia ad geometrãdum, ideo triplicem potentiã distinguit secundum Ari. quod alia sit aptitudinalis scilicet, qua materia ipsa est in potentia ad elementa, quoniam in materia est omnimoda carentia elementorũ, & solo ipsi inest aptitudo, & hac potẽtia materia dicitur potentia ipsa cõtraria Alia vero habitualis q̃ insit ipsi subiecto habitus, nõ autem actus & hoc pacto geometra dormiens est potentia ad geometrandũ. Tertia dicunt intẽtionalis quod aliquid non sit actu extrema, sed illa confuse, castigate. atq; remisse, in potentia, tamẽ ad intentiones atq; excessus, & hoc pacto Philoponus vult quod mistum sit ipsa contraria potentia scilicet intentionali, quoniam continet elementa secundum excellentias, sed remissa ab excessibus. Quod an sit verum postea dicemus. Dicitur autem hæc potentia intentionalis, quoniam medium est in potentia ad intensiones extremorum, cum illa contineat remisse, ac castigate. RECO. Tertia potentia aute philopo.

Quoniam autem & patiuntur contraria secundum ea quæ in primis determinationem (est enim actu calidum. potentia frigidum, & actu frigidum potentia calidum.) quapropter si non coæquentur, transmutantur Ant. c. 70

tur

tur insemuicem. similiter autem & in alys contrarys. Et primo quidem elementa ita transmutantur, & hic autem carnes & ossa & quæ talia calido quidem facto frigido autem calido quando ad medium veniunt.

Quoniã aũt & cõtraria patiũtur vt in primis determinauimus, argumẽto, videlicet. quod actu calidum est potentia frigidũ, atque actu frigidum potentia calidum Similiter autem & in alijs contrarijs, iure nisi commensurentur, mutuo transmutabuntur, & ita elemẽta erũt penitus corrupta, sed carnes & ossa & cetera id genus ex his sunt calido. videlicet. frigefacto, & frigido calefacto, quando ad medium se reducun.

Solutis duabus quæstionibus tacitis in parte hac declarat quod elementa remanent in misto quoties ad medium se reducunt, & syllogismus est hypotheticus a destructione consequentis sic, si elementa in misto non se reducunt ad medium, penitus corrumpuntur, sed elementa non penit° corrumpuntur, quia ex illis proficiscũtur partes similares: igitur elementa in misto reducunt se ad medium, antecedens patet, quia si elementa non se reducunt ad medium in ipso misto, vel remanent secundum excellentias, vel totaliter corrumpuntur, non remanent secundum excellentias, quia mistura esset compositio igitur totaliter corrumpuntur, & sic habetur antecedens (inquit) Quoniam autem & contraria patiuntur. sub audi mutuo secundum determinationem factam in primis. Argumento. videlicet, quod actu calidum est potentia frigidum atque actu frigidum potentia calidum, similiter autem in alijs contrarijs, iure nisi commensurentur secundum debitam rationem proportionum. mutuo transmutabuntur, & ita elementa erunt penitus corrupta. est igitur hypothetica. si elementa in misto non sunt ad medium reducta erunt penitus corrupta. Animaduerte tamen circa verba quod multa verba mutaui a communi consuetudine translationis. verbum illud argumẽtum. videlicet. quod est redditiuũ causæ, & valet ad qm̃, vel quia vel enim, quod græcè est gar, sed nihil momenti est, cum sit ad ornatum verbum illud iure, græce est oste, latine quare vel quapropter. quod cum non bene hic sonet, ita fecimus illud latinũ. verbum illud penitus græce est proton, latine primum vel totaliter, sonat vero magis vt fecimus. verbũ illud corrupta; metaualleī, hic tamen sonat, vt diximus Animaduerte quoque quod literam transposui. & ad ornatum orationis, & ad clariorem sonum. destituit deinde consequens. d sed carnes & ossa, & cetera id genus ex his sunt, calido quidẽ frigefacto hoc est remisso, & cum frigido commisto. frigido vero calefacto, quando ad medium veniunt hoc est se reducunt. nam mistum in his medium existens, neutrum illorũ est. hæc est vis oppositi consequentis, quod cum suspensiuum, sit adde oppositum antecedentis prædictum, & habetur intentum.

RECO. Vt Philoponus inquit, Aristo docet quando elemẽta inuicem transmutantur, & quando mistionem perficiunt, & dicit, q̄ qñ alterum excedit alterum omnino, tunc quod minus erat, in maius transmutatur a potentiori exuperatum, quando vero contraria coæquantur, tunc mistum perficiunt, nam vtroque agente & patiente in alterum, excellentiæ quidem corrumpuntur, & medium quid totum fit. legit autem Philoponus verba copulatiuẽ sic, quoniam autem & patiuntur contraria secundum eam determinationem, est dicta in primis scilicet capitulo de facere & pati, & quoniam alterum contrariorum actu est potentia alterum, vt actu calidum potentia frigidum & actu frigidũ potentia calidum, quapropter hoc est ideo, si non coæquantur, sed alterum omnino alterum vincit, trãsmutantur in seinuicem. s. minus, quod vincitur, in maius, & sicut dixit in calido & frigido, similiter intelligendum, est, & in alijs contrarijs scilicet humido & sicco, sub audiendum vero est quod quando alterum non omnino vincit alterum, tunc perficiunt mistum, verum ordine quodam ad mistionem proficiendo, nam primo quidem elementa inuicem ita transmutantur, non quidem alterum alterum omnino vincendo, Deinde ex his fiunt carnes, & ossa, & que talia sunt calido quidem frigefacto, frigido autem calefacto, & hoc quando ad medium veniunt Cum.n. ad medium veniunt, calidum remittitur, & fit quodã mõ frigidum, frigidum etiam remittitur, & fit pro parte calidum, & sic refractis excellentijs, medium erit, quod est mistum ipsum. Patet igitur quando elementa transmutantur, & quando perficiunt mistum.

Hic enim neutrum medium autem multa & non indiuisibile.

Nam in his neutrum est est autem medium multa & non indiuisibile. Anti. c. 7 D. lucidã te c. eiusdẽ Com. 71

Repetit responsionem ad quæstionẽ tacitam datã erat enim quæstio, medium est per æquidistantiam ab extremis igitur est indiuisibile. Respondet quod medium nõ est per æquidistantiam, quia non est vnum sed multa, & non indiuisibile, sed diuisibile, vt dictum fuit.

Similiter autem & siccum & humidum, & alia talia, secundum medietatem faciunt carnem & os & alia huiusmodi. Anti. c. 72

Similiter autem & humidum & siccum & catera id genus secundũ mediocritatem faciunt carnes & ossa & id genus. Dilac. te. c. eiusdem Com. 72

Quod declarauit in qualitatibus actiuis, idem declarat in passiuis, quod cum sit fere idem tanquam manifestum relinquantur.

Aĩaduerte q̄ medium est duplex, æquale ad põd° (vt medice loquar) q̃ñ esset vnũ mediũ calidũ vt quatuor frigidũ vt quatuor, humidũ vt quatuor, & siccũ vt quatuor, & hoc quo ad qualitates alteratiuas, quo ad motiuas vero æqualiter leue, & graue. tale medium esset simpliciter æquale ad pondus siue ad mensuram. Aliud est medium æquale ad iustitiam, hoc est tali æqualitate æquale, quali sufficit pro optima operatione misti. & propterea dicitur æquale ad iustitiam, hoc est ad debitam rationem meriti pro opere. volebat itaque Gale. vt sibi nunc Auer. imponit, quod corpus temperatum sit medium simpliciter & æquale ad pondus. & quod hoc sit possibile & aliquando fuit. Contra hoc obijcit Auerroes semper multa verba, ex quibus potest argui Primo, in omni misto oportet alterum prædominari alijs, aliter non esset mistio, sed compositio. igitur elemẽta & miscibilia non possunt esse æqualia ad pondus ibi. Secũdo, in misto vnum miscibile se habet vt forma, & alterũ vt materia aliter non esset vnio vera. Tertio, in omni misto alterum elementum denominat totum ipsum Quarto ab æqualibus non prouenit actio. Sed res hæc an sit vera, vel ne illa Galeni positio posterius forsitan dicetur. De æquali ad pondus. Positio Gali. Confutatio. Prima. Secunda. Tertia. Quarta.

Reddit causam eius quod dixit, & declarat quale mediũ sit mistum ipsum, & continuatur sic dico mistum esse medium, hic enim neutrum, hoc est, quoniam in tali transmutatione in qua alterum alteri coæquatur, neutrum est secũdum excessum omnino. Addit tamẽ quale medium (& inquit) Medium autem multa & non indiuisibile. Exponit Philoponus quod medium illud quod resultat ex elementis, non est indiuisibile secundum speciem, sed multa secũdum speciem, quoniam potest esse caro, os, & id genus, q̃ specie differunt, & non solum calidum & frigidum cum sic ad medium reducuntur, faciunt mistum, sed & similiter siccum & humidum, & alia talia. secundum medietatem faciunt carnem & os, & alia huiusmodi. Philoponus refert singula, singulis hoc pacto, similiter autem & siccum & humidum secundum medietatem faciunt carnem & os, & alia talia, faciunt alia huiusmodi. cum reducuntur ad medietatem, velut dulce & amarum, cum ad medium reducuntur, faciunt quoddam medium mistum, quod est simile, illi, quod ex elementis proficiscitur, vt Philoponus exponit. RECO.

Omnia autem mista corpora, quæcunque circa mediũ locum sunt, ex omnibus cõposita sunt simplicibus. Terra enim inest omnibus, quia vnum quodque est maxime Anti. c. 73

& multum

& multum in proprio loco terræ.

Omnia vera mista corpora quæcunque circa mediũ locum sunt, ex cunctis constant simplicibus. terra quidẽ n. omnibus inest, quia vnũquodque est maxime & frequenter eius in loco proprio.

Quod cuncta mista ex elementis constẽt. Et primũ q̃ ex terra, & syllogismus sic cõponitur apud Auer. quæ natura liter sunt in aliquo loco, necessario, aut sunt illud corp⁹ existens in illo loco, aut in eis prædominatur illius loci corpus oĩa mista sunt maxime hoc est naturaliter, & vt in plurib⁹ in loco terræ. igitur vel omnia erunt cõposita ex terra, vel in omnibus terra prædominabitur. Sermo perspicuus est.

His habitis Arist. (vt Philoponus inquit) probat quod omnia mista corpora ex quatuor elementis componãtur. facit autẽ hoc (vt Philoponus inqt) quoniã redarguens positionẽ Emp. sumpsit, q̃ ex omni particula misti. vtputa carnis fit quodlibet elementũ. ideo hoc nunc proponit dicere.

An mista fieri possint solũ circa terra — Quo vero ad verba attinet. Arist. inquit {quæcũque circa medium locũ sunt} Quæ dixisse quidã asserunt differentia eorum, quæ fiunt in media aeris regione. In media enim regione, vt aiunt, coitu humidæ & siccæ exhalationis, mista fieri videntur. Quã expositionẽ Philoponus reprehendit, q̃ illa nõ sunt mistæ naturæ neq; vnũ qd mistũ pficiũr, sed ẽm oppositionẽ adinuicẽ iusta positæ sunt, & sic Philoponus velle videtur mista pfecta fieri nõ posse nisi circa terrã quã opinionẽ Auer. asserit in paraphrasi, ppea Philoponus ait hæc verba addita esse ad ostendẽdũ q̃ oĩa naturalia mista corpora fiunt circa mediũ, q̃ est terra ego vero dictũ Ari. intelligo asse verõ vt in pluribus qm̃ etiã in media aeris regione fiũt mista pfecta, vt lapides, & ranæ, & vermes. Arist. ergo probat q̃ omnibus mistis inest terra. quoniam vnumquodq; circa proprium maxime abundat, propriũ autem mistis, quæ sunt circa terram, est terra, ergo vnumquodque maxime abundat terra.

Anti, 70 — *Aqua aũt quia oportet terminari composita. sola aũt est simpliciũ bene terminabilis aqua. Amplius aũt & terra sine humido nõ põt cõmorari, sed hoc est quod cõtinet. si. n. auferatur ex ipsa omnino humidum, decidet vtiq;. Terra igitur & aqua, propter has insunt causas.*

Diluc. te. c. eiusdem — *Aqua vero quia cũcta mista oportet quidem esse terminata, sed sola aqua inter simplicia bene terminabilis amplius etiam terra sine humido commorari non potest. nam hoc est quod consti pat. Si enim auferretur ex ipsa penitus humor, decideret sane. terra quidem igitur & aqua propter has insunt causas.*

Com. 74 — Quod ex aqua constent, arguit. omne terminatũ vel est aqua. vel aquã habens, sed mista sunt terminata. igitur vel sunt aqua vel aquã habẽtia. Secundo mistũ constat ex terra. igitur ex aqua. tenet consequentia quia terra sine humido nõ potest cõmorari in aliquo, humidũ enim est quod cõstipat. propter qd si auferretur terra in puluerẽ decideret.

RECO. — Philoponus ex his verbis vnam rationẽ facit, hoc pacto, aqua inter simplicia est maxime terminare apta, terra vero ab aqua maxime est terminari apta. ergo mista constat aqua (inquit) Aqua aũt. s. in est mistis quia oportet composita esse terminata. Qđ aũt sine aqua hoc fieri nequeat, ostẽdit, cũ inquit, sola aũt aqua inter simplicia est bene terminatiua, sumpsit enim terminabile pro terminatiuo, hoc est primum accipit secundũ (& inquit) Amplius aũt & terra sine humido non põt cõmorari, terminatur. n. terra ipsa aqua, veluti glutino quodã ideo addit, sed hoc est, quod continet & glutinat, nam si ex ipsa terra omnino auferatur humidũ decidet vtiq; terra, quia igitur terra est maxime terminabilis aqua & aqua maxime terminatiua, terra & aqua ꝑpter has insunt causas. Sed dubi at, qm̃ terra nõ est maxime terminabilis, cũ sit sicca, vt superius dictũ est. Præterea Aer videtur magis humidus ipsa aqua. ergo est magis terræ cõglutinatiu⁹. Respõdet Philopon⁹, q̃ aqua dicit terminatiua terræ, quatenus est illius conglutinatiua, non tamen ita terminatiua, q̃ terra, vt sicca nõ sit terminata, sed dicitur terminabilis per ipsam aquã ad misturam solidam. Ad secundũ dicit q̃ aqua est magis terminatiua terræ quã aer, qm̃ cũ sit corpulentior, hæret & vnitur terræ, aer vero propter leuitatem & partium tenuitatem, facile diffluit.

Aer aũt & ignis, quoniã contraria sunt terræ & aquæ. terra enim aeri, aqua vero igni contraria est, vt cõtingit substãtiã substãtiæ cõtrariã esse. Quoniã igitur generationes ex contrarijs sunt, insunt autem altera extrema contrariorũ necesse est & altera inesse. Quapropter in omni cõposito, omnia simplicia inerunt. Anti, c. 75

Diluc. te. c. eiusdem. — *Aer vero & ignis, quia terræ & aquæ cõtraria sunt terra qdẽ. n. aeri. aqua aũt igni cõtraria est, mõ videlicet. quo esse põt substãtia substãtiæ cõtraria, quia igitur generationes ex cõtrarijs sunt, inest aũt contrariorũ extremum alterum, necesse est & alterum inesse; misto igitur in quolibet omnia simplicia inerunt.*

Com. 75 — Quod aũt in mistis sint aer & aqua probat. in misto sũt terra & aqua, igitur aer & ignis. deducit cõsequentiã, quia contraria esse debent in eodẽ sed aer est terræ contrarius ignis aquæ & sunt terra & aqua in mistis igitur ignis & aer probat maiorẽ, quia gñationes debent esse ex contrarijs, quare si amborũ cõtrariorũ alterũ extremũ inest ipsis mistis, necesse est alterum inesse. Sed contra rationem Ari. occurrit dubitatio, quia si contraria debent esse in eodẽ. tunc nullum elementũ esset simplex, quia vbicunque inessent calidum & siccum, eidem inessent frigidum & humidum. per regulam contrariorum datam in textu. quia contraria debent esse in eadem, & quadrones etiam debent esse ex contrarijs Secundo dubitant quia vapor & cometa, & cætera id genus sunt mista, & tamẽ nõ sunt in terra. Ad primũ Auer. innuit respõsionẽ q̃ mistũ non debet habere qualitates intensas & excellentes, vnde vis rõnis est, in misto sunt terra & aqua refractæ igitur aer & ignis. antecedens patet ꝑ definitionẽ misti consequentia vero declaratur ꝑ hoc quia contraria refracta debent esse in eodẽ. itemq; quia generationes mistorum sunt ex cõtrarijs refractis, & sic patet ad formam. non enim est simile. Ad secũdum dubium est, an illa sint mista, forsitan enim sunt elementa impura, & non mista, sed si sunt mista sunt imperfecte mista. de quibus nihil Arist. loquitur enim de perfectis. — Dubitatio .1. — Secunda Solutio.

RECO. — Philoponus declarat hanc rationem sic, elementa nõ veniunt ad misturam, nisi frangantur, aqua & terra non frangantur inuicem. ergo si veniunt ad misturam, oportet vt frangantur, & cum non frangantur adinuicẽ, qm̃ stãt simul cum alterũ conglutinet alterum. ergo oportet terra ab aere. & aqua ab igne frangantur, & ita si terra & aqua sunt in misto, oportet vt aer, & aqua etiã in misto sint. Quo vero ad verba attinet. dicit {vt contingit substantiam substantiæ contrariam esse} qm̃ (vt Philoponus inquit) substãtiæ sunt contrariæ secundum qualitates, non autem secundum subiectum in quo communicãt Sed obijcit Philoponus, qm̃ caliditas & siccitas sunt forma ignis, forma vero substantia est, & sic elementa secundum substantias sunt contraria. Respondet Philoponus concedendo totum quod elementa sint contraria secundũ substantiam, illud vero, quod in prædicamentis dicitur, asserit esse intelligendum in substãtijs mistis, ex quibus patet opinionem Philoponi esse illam Alexandri, cõtra quã nos in multis locis argumẽtati sumus, ideo nunc transeat. Ari. ergo dicit, vt contingit substantiã substantiæ esse contrariã, quoniam non nisi secũdum qualitates substantiæ sunt contrariæ non autem secũdum substantias formales, nec secundum subiectum communia.

Testificari autem videtur. & nutrimentum vniuscuiusque omnia enim nutriuntur eisdem ex quibus sunt, omnia autem ex multis nutriuntur. & n. quæcunque videntur vno solo nutriri, vt aqua plantæ, multis nutriuntur. mista est enim aquæ terra. Ideo rustici tentãt irrogare miscentes. Anti. c. 76

Diluc. te. c. eiusdem — *Astipulari autem huic videtur & cuiusque nutrimentum. nam omnia quidem his ipsis ex quibus sunt, enutriuntur. Sed nutriuntur pluribus; etenim quęcunq; quidem vno solo præcipue enutriri videntur, videlicet* Com. 76

plantæ

plantæ ex aqua, pluribus enutriũtur, nam ex aqua terra commista enutriuntur vnde & agricolæ hæc commiscentes irrigationem obseruant.

Nunc hoc idem Ari. probat a signo, vt placet Auerroi, vel ab effectu, vt placet expositoribus, & cõponitur signũ sic. Ex his ipsis res enutriũtur, ex qbus sunt, sed res omnes mistæ ex quatuor elementis enutriũtur igitur ex quatuor elementis sunt. minor ꝓbatur ꝑ locũ a minori, quia plãtæ minus vr̃ ꝙ ex pluribus enutriuntur, & tamen enutriuntur pluribus, vt patet ꝑ agricolas, qui ꝑparantes pabulum plantis cum aqua miscent terram, & non putam, sed fimũ. maior probatur ab Aue. expositore, quia nutrimentũ trãsmutatur in naturam nutriti per calorem vitalem, non autem posset transmutari nisi nutritum esset ex his, ex quibus est & nutrimentum Sed ambiges, quia ex hac probatione non habetur nisi ꝙ mista sunt ex aqua & terra tantũ non autem ex igne & aere. Respondet Auer. quod hæc rõ suppleri debet veluti illa superius facta, ꝙ quia adsunt terra & aqua, igitur & alia duo aer & ignis adsunt, per similem rationem, quæ supra dicta est. verba patent.

RECO. Circa præsens testimoniũ dicit Philoponus, ꝙ agricolæ non quamuis terram miscent pro nutrimento plantarum sed stercorosam, quæ quidem & aerea, & ignea participat substantia. Irrigare ergo est terram stercorosam miscere cum aqua, vt autumat Philoponus.

Auuc. 77 *Quoniã ãũt est nutrimentũ quidem materiæ, quod autem nutritur coniunctũ materiæ, forma & species, rõnabile est solum simplicium corporũ nutriri ignem omniũ, ex seinuicem genera torum, quemadmodũ & priores dicunt. solus enim est & maxime species ignis. quia natus est fieri ad terminum, vnumquodque enim natũ est ad suam ipsius ferri regionem. forma autem & species omnium, in terminis. Quod igitur omnia corpora ex omnibus constituta sunt simplicibus. dictum est.*

Dilue te. c. eiusdem *Quoniam aũt nutrimẽtũ materiæ comparatur, quod nutritur vero formæ & species materiæ coniũctæ, rõnabile iã inter simplicia corpora tantũ enutriri ignẽ, inter oĩa nanq; quę mutuo fiunt quẽadmodũ & prisci sensere, solus & pręcipue ignis species comparatur. argumẽto. videlicet. quod aptus est in rerum terminum ferri. est vero quodlibet aptum in sui ipsius regionem duci. at species & forma in terminis omnium est, quod quidem igitur omnia corpora ex omnibus simplicibus componantur, dictum est.*

Obiter quasi & extra dicta, ꝙ inter elemẽta ignis maxime enutriri videtur. probat. quod formæ maxime cõparatur, maxime enutriri videtur, argumẽto. videlicet, ꝙ nutrimẽtum est vti materia, nutribile veluti forma materiæ cõiuncta, vt disputatum est primo huius. Sed ignis cõparatur formæ materiæ coniunctæ, igitur maximẽ enutriri videt. minor prosyllogizatur, quod sua natura est aptũ moueri ad formã, est maxime per naturã forma. Sed ignis est ꝑ naturam maxime aptus ferri in formã, quia ad cœlum quod est maxime omnium rerum forma. hæc intendit, licet nõ nulla verba adijciat quæ non possunt leuiter reduci in syllogismũ. verba patẽt. Deĩde epilogat & sermo patet. Sed circa hæc plures emergunt q. 1 est circa primã Ari. hypotheticam. videlicet. verum si infinita essent elementa, infinitæ essent qualitates & infinitæ contrarietates & videt ꝙ hæc cõditionalis nõ valeat. nam quẽadmodum hæc nõ valet. quatuor sunt elementa. igitur quatuor contrarietates, vel mille sunt elementa. igitur mille cõtrarietates, nec valebit. infinita sunt elementa. igitur infinitæ contrarietates, data conditionali, tunc vnum infinitum esset maius altero. consequẽtia, deducitur qa plura sunt cõtraria, q̃ cõtrarietates. In oppositum est Arist. in litera. Ad huius quæstionis euidentiam animaduertendum ꝙ hæc conditionalis potest declarari physice, & mathematice. Physice quidem quia quot qualitates tot elementa esse oportet, vnde si quatuor sunt primæ & præcipuæ qualitates. quatuor oportet esse elemẽta. Nam cum elementũ non ex vna prima constet qualitate oportet vt sex sint combinationes, quatuor q; cõstantes ẽ quibus constãt quatuor ip̃sa elementa, qua ratione fit, vt si quatuor sint elementa, quatuor erunt qualitates, atque & duæ contrarietates qm̃ quidẽ contrarietatis duo sint termini contrarij, quæ ratio docet, si sex sunt elementa, tres, esse contrarietates, atque sex contrarias qualitates, si octo elemẽta, quatuor cõtrarietates atq; octo qualitates. igitur si infinita elementa, infinitæ cõtrarietates atq; infinitæ qualitates, semper ꝓcedendo secundũ proportionẽ duplam qualitatum ad contrarietates quod erat intentũ. Mathematice vero, per duas regulas. primo. summa cõbinationis accipitur duplato numero penultimo progessionis. Verbi causa. quatuor sunt qualitates cõtrariæ, accipio numerum ternarium in. c. constitutum, & ipsum duplabo, & tota summa erunt sex, qui numerus est cõbinationum. Secũda regula est in ducendo vltimum in penultimum vt. d. in c. hoc est quatuor, in tria, & sumendo dimidium totius ductus videlicet sex & tot erunt cõbinationes. igitur per primam & secundam regulam combinationes erũt sex, & quoniam duæ nõ sunt constantes, igitur quatuor erũt constãtiæ, & tot elementa, quæ ratio docet esse infinitas qualitates atq; cõtrarietates, si sunt elementa infinita, & sic prima conditionalis patet.

Phisica rõ

mathematica rõ.

Exemplum.



Tunc ad rationes. Ad primã & secundã patet solutio. nã similitudo nõ valet. nam quocunq; finito est dare maius, vel secundũ rem, vel ad imaginationem, sed non quocunq; infinito est dare maius, pp ꝙ fit quod mundus si fuisset æternus, non plures fuissent dies præteriti, quã anni, neque horæ plures quã dies, similiter licet in numero finito plura sint cõtraria quã cõtrarietates, in numero tamẽ infinito infinita sunt contraria, & infinitæ contrarietates. Secũda Ari. hypothetica fuit. si infinitæ essent contrarietates, nihil generaretur. videtur ꝙ hæc nõ valeat. Primo, quia si essent infinita contraria quodlibet corrũperet sibi proximum, & sic esset generatio in infinitũ. antecedens patet, quia non videtur ratio ꝙ cõtraria sibi inuicem approximata deductis impedimentis, non agant & patiãtur inuicem, vt Arist. ait primo & secundo huius. Secundo, si quatuor sunt elementa generarẽtur inuicem. & si sex essent, similiter generarẽtur inuicem, & si centum & simile. igitur si infinita essent, adhuc generarentur inuicem In contrarium est Aristot. Animaduertẽdum quod hæc hypothetica potest facile deduci supponendo ꝙ licet vni tantum vnum sit contrarium primo & per se, tñ quantũ ad resistentiam etiam illud ꝙ non est contrariũ resistit. vt humiditas aquæ resistit caliditati ignis, ne ita cito consumat aquam, similiter siccitas terræ resistit eidem caliditati per eandẽ rationẽ quæ tõ docet quod

Questio. ij

quod si elemēta essent infinita, quodlibet elementum haberet infinitas qualitates secundū quas quodlibet contrariaretur cuilibet, & sic huiusmodi qualitates infinitæ in eodem existentes, quamuis s̄m omnes non contrarientur vni, tñ secundum omnes resisterent vnicuique corrumpenti, & ita ex omnibus aggregaretur vna infinita resistentia, ratione cuius non posset ab aliquo corrumpi, & sic nullum elementum esset corruptibile, & per consequens nullum generabile, cum generabile & corruptibile inuicem conuertantur primo celi. & sic patet secunda conditionalis. Tunc ad primam diceret Arist. q̄ ex propositione implicante contradictionem sequitur vtrunque, quia ex impossibili sequit q̄ libet, & ideo sequitur q̄ agerent & non agerent. Ad secūdā

Quæstio iij. patet quod similitudo non valet Tertia hypothetica Arist. fuit. si infinitæ essent qualitates, vnum tantum esset elemētum. Contra. quia multa non sunt vnum, infinita sunt multa, si essent igitur non sunt vnum. Secundo, si elemēta sunt quatuor, illa non sunt vnum, si. 10 sunt, minime sunt vnū igitur si infinita sunt, non erūt vnū hæc hypothetica facilime deducitur, quia quæ habent infinitā conueniētiam inter se, non differunt, nec sunt diuersa, quia ex opposito sequitur oppositū nā si differunt nō habēt infinitā cōuenientiam. at si elemēta essent infinita haberent infinitas qualitates similes, & sic infinitæ conueniētē inter se. igitur non different. Sed quæ nō differunt nec sunt diuersa & sunt, vnū sunt. igitur si elementa erunt infinita elementa erunt vnū Quod autē infinitæ essent qualitates symbolæ siue similes. patet. quia non possunt secundū ambas qualitates plura elementa esse contraria, quia tunc vni essent plura contraria æque primo qđ est inconueniens. Tunc ad rationes. Ad primā patet solutio quia ex impossibili sequitur quodlibet. sequitur .n. q̄ essent plura, & quod essent vnum Ad secundū patet argumentum peccare p̄ fallaciam dissimilitudinis.

Quæstio iiij. Hæc de hypotheticis Aristotelis. Quarto quærūt circa minorem syllogismi Ari arguebat .n. sic. oia nutriunt ex illis, ex quibus sunt oia nutriūtur ex oibus elemēts. igit oia cōstāt ex oibus elementis, quærunt igitur vtrum omnia nutriuntur ex omnibus elementis, & videtur quod non. Primo, quia nutritio fit solū ex materia, sed materia est simplex igitur nutritio ex simplici fit. antecedens probatur, primo per Arist. capitulo de auctione d Quod omne quod nutritur ex potentia tali enutriuntur, modo solum materia est potentia tale. Secundo nutrimentum in nutritione corrumpitur. in corruptione nihil remanet præter materiam primam. Tertio, nutrimentū efficitur sub forma nutriti, & nō secūdū formā. igit s̄m materiā. Secundo principaliter arguunt q̄ fames calidi & sicci, sitis frigidi & humidi sunt appetitiones. Tertio, restauratio est humidi deperditi enutritio igitur ex simplici fit nutritio Hæc dubitatio certe non facilis est licet tacta sit in capitulo de auctione.

Quidā cōpatriotæ nostri olim in studio Neapolitano mi-

Positio recentiorū. litātes, addicti doctrinæ primi expositoris, sic saluare nitebantur nutritionem proficisci ex elementis ipsis vel misto Imaginantur .n. nutrimentum ab aīa nutritiua & calore naturali cōtinuo affici hoc modo vt priores dispositiones elementariæ p̄ partē post partē corrupātur, & nouæ mēbro cōuenientes induātur, sicq; tādē in instāti nutritionis aiūt formā nutrimēti corrūpi cū suis qualitatib⁹, & mebri formā generari atq; qualitates mēbri congenerari etiā, & cū mēbrū nō simplex sit, sed mistū, generatio quoq; ipsius mista erit saltē ex virtutib⁹ elemētorū. Sed videt mihi per-

Confutatio. mo hoc peccare, q̄ formā generari de nouo in materia nutrimēti credūt, & priori cōtinuari in loco resolutæ hoc.n. falsum est, primo quod hinc nutritio esset simplex gñatio, vt capitulo de incremēto diximus ꝓbatū est, qa per illā forma substantialis accipit esse post nō esse, quæ est eius simpliciter. Secundo, non pōt assignari agēs continuans & quicqd detur pōt dari in omni generatione, & sic omnis generatio esset ad generatio Multa etiam diximus in capitulo de in-

Positio ꝓpria. cremento, quæ hic supponantur Propterea animaduertendum primo q̄ nutrimentum est materia conuersionis nutriti, eo qa materia nutrimenti quandoq; erit sub forma eadem numero quæ est nutriti sub æquali extensione, aīa.n. nutritiua mēbri cum calore animali, disponit nutrimentū modo tali, vt quandoq; eius materia sit apta informari forma nutriti, & forma nutriti efficit in materia nutrimenti, nec generata nec corrupta. Secundo aiaduertendum q̄ in nutrimēto ipso sunt quatuor formæ elemētariæ actu, quatuor quoq; qualitates, non tñ eiusdē materiam informantes vel denominantes, nec eidē formaliter inhærentes, sed illā dispositiue afficientes, qua tōne fit, vt cōctio, & ꝑparatio in nutrimēto, vt conuertat in nutritū nihil aliud sit nisi æquatio noua atq; noua proportio formarū & qualitatum, quæ cōuenit vt forma mēbri conseruet in illius materia, talē .n. efficit dispositionē calor aiæ virtute aīæ qua mēsura, & proportione acquisita forma membri loco materiæ resolutæ de nouo incipit tantū materiæ nutrimenti informare, quātū videlicet. erāt deperditū, quo fit, vt nec forma de nouo in illius mā incipiat esse, nec nutritio erit ex simplici, de nouo quidem non fit forma in illius materia, quoniam forma illamet mēbri migrat (vt ita dicā) in tāta materia, quanta erat resoluta, nec vero nutritio ex simplicī vt, q̄ illamet elemēta siue formæ illæ elemētariæ qualitates quoq; eædem soluta proportione & æquatione euariatæ remanent Et hoc modo fit nutritio, quā pauci norunt.

Respōsio Neapolitanorum. Tūc ad primā respōdēt Neapolitani q̄ mā nutrimenti

Confutatio. nutrit in ratione subiecti, at caro ipsa in ratione partis Sed hæc responsio nō est intelligibilis, quia vel de carne loquuntur quæ est ipse cibus, vel de carne genita ex cibo. Si de carne pro cibo loquuntur, tunc illa non nutrit in ratione partis, quando quidē illa non est pars, immo corrumpitur. & est contraria nutritio, si de carne pro carne genita loquuntur, tunc illa præfuit secundum formam. igitur non nutrit, sed potius nutritur. Propterea dicas q̄ caro ipsa pro fine facta est similis ꝑ æquationē nouam elementorū. sed cibo nutrit, vt in materia affecta illa æquatione nutrit vt subiectum. Et per idem respondere potes ad cætera alia

Quæstio v. Quinto quærunt vtrū inter elementa solus ignis nutriatur & videtur quod non, quia vel nutritione propria vel nutritione communi, non nutritione propria, quia propria, nutritione tantum animata enutriuntur, si nutritione communi, tunc non tātum ignis, cum quodlibet posse nutriri ex quolibet, quia quodlibet ex quolibet generari potest. Secundo, oē q̄ augetur, nutritur, q̄dlibet pōt ex quolibet generari igitur & nutriri & augeri. In contrarium est Aristoteles qui ait solum ignem inter elementa enutriri, qa

Respōsio propria. solus gerit vicem formæ cætera vicem materiæ. Ad quæstionem respōdent quidā, quod. Aristoteles loquitur in nutritione communiter accepta quæ conuenit rebus inanimatis, & tūc dicunt q̄ inter elemēta solus ignis enutritur per conuersionē cæterorum elemētorū in sui substātiam: Argumento videlicet quod solus ignis conseruatur atque cōfortat eodē in subiecto per conuersionē alterius elemēti in seipsum, vt patet quoties aquæ modicum supra magnum proijcitur ignem ipse enim enutritur ab illo. & increscit, quod sane cæteris elementis non competit. Sed hæc responsio deficit. Primo, quia non reddit causam, sed rei

Confutatio. quæsitæ tantum experientiam tradit. Secundo, qa etiam si aqua corrumperet ignem, & in sui naturam illum conuerteret proculdubio ex illi⁹ corruptione increesceret aqua ipsa, & cōseruaretur Propterea animaduertendum quod vt generatio dicitur simpliciter propter tria, vel quia est rei simplicis qua ratione mistum secundum quid & elementum simpliciter generaretur, vel quia ad substantiam, quo modo generatio substantiæ esset simpliciter, illa accidentis secundum quid, vel quia est ad ens perfectius, qua ratione diximus generationem ignis ex aqua esse simpliciter generationem ignis, secundum quid vero corruptionē aquæ, &

Respōsio ꝓpria. sic enutritio vnamet erit simpliciter, & secundū quid, ignis quidem ex aqua nutritio est simpliciter, aquæ vero diminutio secundū quid Ex his accipitur qūo solus ignis inter cætera elementa nutriri dicatur. videlicet absolute ac simpliciter, quia solus ille gerit vicem formæ, quia solus est perfectior. cætera enutriri dicuntur secundum quid, quia gerunt vicem materiæ atque imperfectioris. Per hæc patet solutio bene conceditur cætera enutriri. sed non simpliciter sed secundum quid quandoquidam non simpliciter sint, sed secundum quid, vicem materiæ gerentia non vicem formæ.

mæ. Sexto quærunt quod est principale agens in mistione ipsa, hoc est vtrum qualitates primæ ipsæque formæ substantiales elementariæ sint per se & principales causæ effectiuæ mistionis, & videtur quod sic. Primo per Arist in libro de sensu dicentem. Quod ignis nō agit inquātum ignis, sed vt calidus, igitur caliditas est principalis causa. In contrarium videtur quod accidens non est causa substantiæ principalis.

Prima positio. Circa hoc quæsitū respōdent quidam simpliciter, quod formæ substantiales elementariæ nō sunt causæ misturæ nec per se nec dispositiue. Primo, quia mistum effici potest sine actione elementorum, vt quādo fit homo ex homine. Secūdo, quia formæ per se elementariæ nō intendūt nisi sibi similia in specie, & per accidens formam misti. Secundo dicunt quod qualitates primæ sunt causæ agētes instrumentales ad generationē misti, patet, quia mediātibus eis tāquā mediātibus instrumentis materiā disponentibus primæ causæ effectrices agūt formā misti.

Reprehensio. Sed hæc positio peccat dupliciter. Primo, quia apud Auerr. formæ elementariæ concurrunt ad misturam dispositiue veluti qualitates ipsæ, & fortasse essentialius. vt declarauit primo huius commento vltimo. & tertio cæli. cōmēto. 67. & nos disputauimus. Secūdo peccat quia qualitates asserit esse principia instrumētaliter effectiua, & per cōsequēs nullæ erunt dispositiones materiales, quia vt materia nō cōcidit cū agēte, ita nec dispositio materialis cū dispositione effectiua.

Positio propria. Ideo pro mente Auerr. tenemus formas & qualitates cōcurrere ad generationē misti non principaliter, sed aliter atque aliter. In fieri quidem. n. concurrunt effectiue instrumentaliter. In facto esse cōcurrūt dispositiue materialiter, veluti virtus seminalis in generatione fœtus, cōcurrit in fieri effectiue instrumētaliter, in facto esse conuertitur ad virtutē dispositiuā, atq; corporis cōseruatiuā.

Dubitatio. Sed ambiges vtrū calidū sit principale agens calefactionis, an instrumentale, & si instrumentale, an virtute formæ substātialis, an virtute superiorū. Secundo, vtrum aliqua causa possit dici prior alicuius effectus, cuius ipsa nō sit causa quatenus talis est:

Responsio. respondent quidam sine distinctione, quod calidū nō est causa principalis, sed instrumentalis calefactionis similiter etiā & generationis substātiæ probāt, quia agens dependēs in esse & cōseruatione ab aliquo, agit & efficit virtute illius, quia sicut res in esse, ita effectione atq; operatione. Sed accidens dependet tum a substantia tum a cælo. igitur agit & virtute substātiæ & virtute cœli. Et propterea patet apud eos qualitates nō esse principales causas mistorū. Animaduerte tamē quod hæc responsio sic simpliciter prolata, est falsa.

Responsio propria. distinctio. Ideo distinguendū est de instrumēto quoddam est omne illud quod dependenter agit, qua ratione omnis causa secunda dici potest instrumentum, & ita solus deus erit causa principalis, cæteræ causæ cum agant dependenter, erunt causæ instrumentales. Alio modo instrumentū dicitur illud quod per se non conuenit cū effectu, sed ad effectum cōcurrit, vt directum ac motum a principali, & sic securis causa est incisionis & serra sectionis. Vel generalius

j. distinctio. instrumentū vno modo pōt capi pro causa secunda. alio modo pro parte per quam totū agit, quo modo Arist. organa sensuum vocat instrumēta. Tertio pro causa actiua ad dispositionem purā, quo modo calor est instrumentū generationis substātiæ, quia agit ad purā dispositionē, per quam substātia efficitur. Quarto instrumentū est, quod non mouet nisi motū, vt instrumentū artis, ex quo tractū est nomē ad ad cætera alia, tunc patet quod calidū est instrumētū calefactionis accipiendo instrumētū pro causa secunda, est tamen causa principalis prout distinguitur contra rationem instrumenti tertio & quarto modo. non enim calidum præparat ad calefactionem nec calefacit motū, sed calefacit per se. Ad secūdū dicēdū, quod aliqua potest esse causa prima principalis & cōmunis alicuius effectus, cuius illa nō est causa vt talis. verbi causa. cælum est causa calefactionis cōmunis prima, & principalis, quod tamen non calefacit quatenus tale, quia non quatenus calidum. Tunc patet ad argumentū factū in principio quæstionis. Hæc de quæstione.

vij quæstio de quali ad pondus. Septimo quærunt, vtrum sit possibile naturaliter dari mistū vel contēperatū æquale ad pondus, & intelligo pro nunc per æquale ad pondus, mistum corpus, in quo quatuor primæ qualitates alteratiuæ, & duæ motiuæ sint ad mediū reductæ, ita vt in ipso tantū sit de calido quantum de frigido, & tantum de humido quantum de sicco, & tantū de graui, quātū de leui & arguitur quod sic, vt si corpus calidū alteretur donec fiat frigidū aliquādo deueniet in medium iuxta definitionē medij datam quinto physicæ auscultationis, mediū est in quod cōtinue trāsmutabile prius deuenit quam in extremo. Eodē modo arguitur de humido respectu sicci, & de graui respectu leuis Secundo arguunt de oleo quod in duobus grauitat, & in duobus leui attigit æquale idem de ligno dubitāt nā secūdū vnā medietatem grauitat & secundum aliam leuitat. Tertio, media latitudo caliditatis non repugnat mediæ latitudini frigiditatis, neque media latitudo humiditatis repugnat mediæ latitudini siccitatis, neque etiā media latitudo grauitatis repugnat mediæ latitudini leuitatis. igitur omnes istæ latitudines secundum gradus medios in eodem in subiecto possunt esse. igitur aliquod corpus pōt esse mistū ex his secundum gradus medios, quidquid enim est possibile in genere de facto, vel de cōtingenti, aliquādo erit in aliqua specie, & in aliquo indiuiduo speciei, tale autem erit æquale ad pondus. Quarto, si vnum contrarium est in rerum natura, & alterū etiā erit. primo cæli tex. cōme 44. & secundo cæli tex. cō 18 sed corpus æquale ad pondus, & inæquale sunt contraria. igitur cum detur inæquale ad pōdus, dabitur & æquale. Quinto, si mensuratū est in rerū natura mensura etiā debet esse in rerum natura. quia mēsuratū refertur ad mēsuram. relatione reali 5 metaphysicæ: sed corpus inæquale ad pondus mensuratur per corpus æquale ad pondus. & in rerum natura reperitur inæquale ad pōdus igitur & æquale ad pondus. Sexto vbicunq; datur maius & minus, ibi datur æquale, quia non fit transitus de extremo ad extremū sine medio. quinto ausculationis physicæ, sed datur calidissimum, & minime calidum, igitur æquale, & sic de cæteris. Ad oppositum est Auerroes pluribus in locis.

Positio Gal. In hac quæstione Galenus, vt ei Auerroes imponit, & vt dicit primo de cōplexionibus c. vlt, & in 2. eiusdē. c. primo complexio temperata est in medio totius latitudinis caliditatis, frigiditatis humid. & sicci. Mouetur autem Galenus argumento a tactorio, quia vbi hominis temperati tactoriū non esset temperatum simpliciter & æquale ad pondus, nō haberet perfectum iudicium de tactilibus, immo semper erraret.

Replicæ. Sed contra positionem Galeni surgunt recentiores ab Auerr. accipientes, & potissimum vno argumento mouentur, quia vbi est adæquatio in qualitatibus alteratiuis, erit inequalitas in motiuis, vbi contra erit æqualitas in motiuis erit inæqualitas in alteratiuis.

Positio recentiorū. Propter hoc argumentum recentiores nostri addunt quod dato quod mistum aliquod esset ex æqualibus qualitatibus in gradu, non potest esse ex æqualibus in virtute, cum caliditas frigiditate, & humiditas siccitate agentiores sint, & vbi essent æquales in gradu & virtute, non possent esse æquales in resistentia, quandoquidem qualitas agentior minus resistat & econtra, quæ plus resistit, minus agit, & si essent per imaginationem æquales in gradu virtute & resistentia, nō possunt esse æquales secundum æqualitatem dimensiuam, quia si frigiditas vt quatuor esset eiusdem gradus & virtutis, cū caliditate vt quatuor, debet esse in maiori quanto, quia licet quantitas non sint actiua, concurrit tamen ad actionem cum in maiori quanto sit maior virtus secundum efficaciā & non formaliter secundum gradum 8. physicorum commen. 61. & sic impossibile est esse æquale ad pondus. contra Galenum.

Confutatio. Sed pace horum dixerim hoc fundamentum videtur dubium Primo, quia cum intensa caliditate potest stare intensa grauitas, vt patet de ferro ignito, & aqua feruente, quæ sunt intensæ calida, & tamen sunt etiam intense grauia. itemque intensa leuitas potest stare cum intensa caliditate, & cum intensa frigiditate vt patet in igne, & in aere frigidissimo tempore hyberno. Ambo enim hæc sunt intense leuia, & tamen vnum est intense calidum, & alterum intense frigidum igitur intensa leuitas & grauitas possunt stare cum intensis frigiditate & caliditate. igitur & mediæ latitudines istarum qualitatum videlicet grauitatis & leuitatis stare possunt cum medijs latitudinibus caliditatis, & sic pōt dari frigiditatis corpus æquale secundum gradum mensuram omnium quod dicetur æquale ad pondus. Causa errandi fuit, quoniam istæ sex qualitates non habent

essentialem

essentialem ordinem nec essentialem dependentiam. Propterea possunt stare in medio secundum medias latitudines Secundo, quia dubium est an potentia sequatur multitudinē formæ itemque an actiuitas & resistentiæ sint coæquæ inuicem. Propterea Auer. ad hoc propositum & contra Galenum adducit tres rationes.

Rationes Auerrois Prima rō

Prima colligitur ab eo in hoc secundo commen. 42. & 4 metheororum. commē. 10 & 10 metaphy. cōmē. 23. In omni mistione oportet pdominari alterum miscibiliū, qa a pportione æqualitatis non prouenit actio, sed idē elemētū quod prædominatur in misto etiā in misto genito per talē mistionē oportet pdominari, & sit de primo ad vltimum, in oi mistione prædominabitur aliquod elementorum.

ij. ratio.

Secunda rō tangitur primo cæli com. 7 si daretur mistū æquale ad pondus quo ad omnes qualitates alteratiuas & motiuas. vbiq; positū tale mistum quiesceret in medio. s. leuiū & grauium, quæ rō nō est intelligēda, vt recētiores credūt, & vt intelligit Gādauēsis, q videlicet Auerr. velit tale mistū quiescere in quocunq; loco, quia hoc est falsum, descēderet enim tale mistum in loco ignis, & ascenderet in loco terræ, sed voluit dicere, vt se exponit illic, q staret in medio duorum contrariorum, & moueretur in cæteris, & hoc ait esse inconueniens, pro quāto tale corpus nō inuenitur, vt sensui patet.

iij. ratio

Tertio arguit in secundo colliget. capitulo vltimo. ex pluribus nō pōt effici vnum, nisi vnū fuerit illorū vt actus ac forma, & alterū vt materia ac potentia, hoc autem esse non poterit, nisi alterum alteri pdominetur, vbi nāq; omnia elemēta in misto essent æqualia, non esset maior rō q vnū deberet esse vt actus, quā alterum. & sic vel omnia haberent rōnē act⁹, vel omnia haberent rationem potentiæ quo sequeret, vt ex illis nō fieret mistū p se vnum.

Mediorū consilium

Animaduerte tamen quod peritissimi medici volunt Galenum nō esse spernendum, sed exponendū. Propterea dicūt complexionē esse triplicem, vnam quæ resultat merito miscibilium, qua videlicet forma misti in materia ipsa inducitur vel construit, quā quidā & non indocte vocant innatam, alij naturalē, alij primam appellant, est & alia quæ (vt ita loquar) influitur a corde p spiritus ipsos vitales, quā influentē vel influxā dicunt. erit & tertia ex his cōposita ex innata quidē vt potētia, influxā vero vt actu. adiciunt & quartā, quā vocant totalem, quia resultat ex omnibus particularibus membrorum complexionibus coalteratione vel coalternatione omniū mēbrorū, dicta quoq; vna, nō simpliciter sed attributione ad vnū.

Cōsiliū inter Gal. & Auer.

Tūc his habitis peritissimi medica dicūt primo q neque prima cōplexio, siue innata siue naturalis quæ resultat ex mistione prima est æqualis, imo forte declinās ad frigidū, complurimo, secunda influxa est æqualis, quia etiam declinat ad calidū & humidū. dicūt secūdo, q illud tēperamentū quod in cute resultat ex vtrisque, innata videlicet & influxa, reddit cutem quo ad qualitates primas suas alteratiuas actuales vere mediā gradualiter in homine temperato, & per æquidistantiam gradualem ab extremis, & hoc sentit Galenus vnde & Auerroes ipsemet. secundo colliget capite primo, ait errorem Galeni de cōplexione esse paruum, quia sic intelligendo Galenū, sua positio est necessaria. Dicūt tertio ad mentē Galeni, q complexio omnium membrorum vna aggregatione vel attributione facta computatione caliditatis, frigiditatis humiditatis, & siccitatis omnium membrorum, correspondent temperamento ponderali. & sic positio Auerrois & illa Galeni stant simul. Auerr. enim loquitur de complexione prima, siue dicatur innata, siue naturalis, nam hæc propter rōnes tactas non potest esse æqualis pondere, Galenus vero loquitur in aliis, quod est necessarium in homine temperato vt visum est

Cōfutatio.

Sed pace tantorū dixerim contra hoc consilium militant prima & vltima rō Aue. Accipio. n. cōplexionē innatā & influxam, vel sunt æquales ponderaliter in cute, vel inæquales, si æquales tunc resultās complexio non erit vna, itemque tunc ambæ erunt, vel vt actus, vel vt potentiæ. Si vero inæquales tunc ex his non potest proficisci æquale. Propterea si rationes Auerrois valent, oportet negare omnem æqualitatem ponderalem, tam videlicet in prima, quam in secunda complexione.

Respōsio appta.

Restat respondere ad argumentum Galeni de tactorio, quod nonnulli acuti medici mirum in modum colorant, quod vide si placet. Ad colorem igitur eorum dicūt in casu argumenti vbi obiectum esse medium inter æquale ad pōdus, & tactorium calidum vt quinque, quod tale obiectum ageret in tactorium per frigiditatem, & quod tactorium subdicaret sibi impressum ab obiecto, & non de ipso obiecto secundum se.

Cōtrariō solutio.
Cōfutatio.

Sed hæc responsio stare non potest. Primo, quia sensibile positum supra sensum nō efficit sensationem. secundo de anima igitur nec iudicium, & per consequens multo minus qualitas existens in tactorio efficere potest sensationem, & sic tactorium nō poterit diiudicare de qualitate sibi impressa ab obiecto. Secundo sensibile sentitur, quia causat sensationem in sensorio, sed qualitas existens in tactorio non agit in illud, quia nulla forma agit in subiectum in quo est. igitur sensationem non efficit. Signo autem est quod medicorum peritissimi volunt, & ita docet obseruatio quod ethicus propriā febrem non sentit, & hoc quia in subiecto habituata est. igitur nec tactorium sentiet impressionē, sed per impressionē obiectum percipiet.

Respōsio propria.

Propterea mihi videt pro nunc saluo meliori iudicio, & cū protestatione dicendi aliter si aliter occurret, quod in illo casu tactorium iudicat tale obiectum habere frigiditatem in se, & ita est quod tale obiectum habet frigiditatem, ideo non decipitur sensus circa hoc. Iudicare autem virum in tali obiecto frigiditas exuperet caliditatē vel cōtra nō pertinet ad ipsum inferiorem sensum, sed ad superiorem virtutem, quæcunque sit illa, sed ad tactum solum pertinet diiudicare si in tali obiecto sit caliditas vel frigiditas, circa q non potest tactus ipse errare stantibus tribus conditionib⁹ declaratis in secundo de anima.

Dubitationes Prima Secunda

Sed circa hæc quærunt. Primo, an aliquod corpus naturale esse pōt, & de facto ita est quod sit æquale ad pondus saltem in qualitatibus motiuis. Secundo dato q esset verum sibi competeret aliqua operatio naturalis, vt motus vel aliquod id genus.

Respōsio prima apud aliquos Marsiliu⁹

Ad primam respondent quidem non imperiti medici quod lignum & oleū sunt æqualia ad pōdus inter qualitates motiuas. mouētur ad hoc, ppterea q grauitāt in duobus & in duobus leuitant, & ita æqualia sunt. Recētiores respondent quod oleum non est æquale ad pondus, quia secundum vnā medietatem quiesceret in aere & secundum aliam in aqua, sic enim debet esse æquale ad pondus primo cœli commentu 7. Sed totum supernatat aquæ propter viscositatem. De ligno vero volunt quod dato quod in eo esset tantū de grauī, quantum de leui. non propterea erit æquale ad pondus quia vnum, corpus vbi erit leuitas vt tria & grauitas vt tria erit æquale in motiuis, non tamen ad pondus, quia nō sunt ibi qualitates illæ secundum earum dimidia, & sic volunt in ligno esse de vtroque æquale, sed non dimidium.

Responsio

Forte neque oleum neque lignum sunt æqualia ad pondus in motiuis. oleum quidem non, quia totaliter supernatat in grauibus propter vnctuosam viscositatem. Lignum vero minime, quia est magis graue quam leue, quod vero quiescat in melo, illud est per accidens, & quasi a dispositione præternaturali quia videlicet est valde operosum, pluribus meatibus affectum qui (ne detur vacuum) aere implent & propterea supernatat. Signū huius est vas æneum, quod positum in aqua non descendit, licet sit magis graue quam leue, eo quia eius concauum aere plenum est.

Iacobus macilius

Ad secundam dubitationem respondent recentiores, quod dato tali misto æquali ad pondus, est dicendum ei competere motum circularem, esset enim in medio elementorum & circa tetrum medium circulariter moueretur. Nam cum partes circumferentiales appetant moueri ad medium, & nō possunt recte moueri igitur circulo mouebuntur

Responsio propria.

Ego vero credo huic corpori nullam cōuenire operationem, & hoc quia si esset, esset corpus præter naturale & violentum. Propterea dico quod in medio præcise quiesceret. Nā omne quod mouetur ab alio mouetur. modo nihil est in corpore isto quod mouear circulo, nisi anima, modo anima in hoc esse non potest Ad argumentum eorum dico, sicut de terra, quæ terra tota quiescit, quia eius centrum est mundi centrum, & partes per accidens quiescunt ad quietem totius, sic in hoc corpore.

Iacobus

Vnde vero tale corpus æquale ad pondus esset præternaturale, periti medici arguūt, qa duorum inæqualiū ad aliquod tertiū non pōt esse æqualis habitudo,

codo, cum igitur extrema cuiuscunq; cõtrarietatis, videlicet calidi, frigidi, humidi, sicci, grauis & leuis sint inæqualia, atque inæqualis perfectionis, ideo nulla forma naturalis misti põt sibi naturaliter æqualiter sibi limitare de illis extremis. Sed hæc responsio stare non põt. nam hac concessa tũc ignis esse nõ posset æqualiter summe leuis & æqualiter summe calidus, nec terra æqualiter grauis, & sicca in summo & consequentia deducitur per dicta eorum, quia quæcunque sunt inæqualia perfectione, ad tertium minime esse possunt æqualia. Et sic forma substantialis ignis non potest æqualiter de eis sibi limitare, quare rõne fit vt non possit ignis esse æqualiter leuis & calidus in summo. Propterea quod mistum æquale ad pondus corpus sit præternaturale, nõ aliis causis discas, nisi per causas Auerrois tibi recitatas.

Confutatio.

Tunc ad rõnes. Ad primã dicerem consequenter rõnem illam concludere, esse possibile æquale ad pondus in via, & non in termino, violenter & non naturaliter, vt per hæc patet. Ad secundũ de oleo & ligno patet solutio per dicta in dubitationibus. Ad tertiũ medias illas latitudines esse compossibiles secundũ considerationem mathematici vniuersalem, nõ autem in corpore naturali, & naturaliter propter causas Auerrois assignatas. Ad quartũ, dicendum vt Auerroes ait. primo physicorũ. com. 4r. quod aliqua sunt cõtraria ſm famositatem, vt vacuum & plenum. Aliqua secundũ rei veritatem quæconque sunt eiusdem generis. Auctoritas Aristotelis intelligenda est de contrariis secundum rei veritatem, cuiusmodi non sunt æquale ad pondus, & inæquale, nam, æquale ad pondus est priuatio. Per idem ad quintũ dicendũ æquale ad pondus esse mensurã ad imaginationẽ geometræ. Non autem ad imaginationem naturalem. Ad vltimum dicendũ quod illa propositio est in quantitatibus mathematicis, & in naturalibus ratione vniuersali, & quantitatiua. In naturalibus rato est vera, vt datur sphæra cælestis maior septima, vtpote octaua. & datur minor septima, vtpote sexta, & tñ non põt dari sphæra æqualis septimæ, & in speciebus idem potest explicari, vt datur aliqua species maior equina, & alia minor, & tamen nunquam æqualis. Hæc de hac quæstione satis. Multa alia tangunt recentiores in hac materia, quæ cum in medicina pertractentur, hæc in generali dixisse satis sit nobis. Quod si nobis contingat aliquando in hac eadem materia loqui, diligentius explicabimus. Nunc vero nimia lectionum copia nec nõ negociorum multitudine cursim in hoc libro contingit scribere. verum (si deus concedet vitã) ponderosius & vberius scribemus in omnibus Arist. libris.

RECO.

Quoniam poeta (vt Philoponus inquit) dixit q̃ nos omnes ignis comedat, allegorizat Aristoteles hoc ex eo, q̃m ignis solus ex simplicibus maxime dicitur nutriri. Causa est, quoniã ipse assimilatur formæ, quæ proprie nutritur, nutrimentum vero materiæ. Quod autem ignis ex simplicibus magis formæ assimiletur, patet. quoniam terminus hoc est locus est forma corporis locati. vnde cœlum quia est locus ignis, est forma ignis, & quia ignis est continens cætera elementa propinque vel remote, ideo est cæteris elementis formalior, & sic assimilatur magis formæ, & hac ratione dicitur magis nutriri. Sic ergo allegorizat dictum poetæ. Et per formam (vt Philoponus inquit) non substantialem sed secundum similitudinẽ intelligit. Animaduerte, q̃ ex commentariis Philoponi colligitur eius positio de mistione, vult n. q̃ mistio sit vnio qualitatum primarum formaliter remanentiũ in medio secundõ esse remissum. Hæc enim vnio, vt est qualitatum, est complexio, vt ex virtutum elementorum, est mistio. Nec sequitur secondum Philoponum, in misto est calidum: ergo ignis, quoniam (vt inquit) licet omnes ignis sit calidus, non tamen omne calidum est ignis sed omne calidum ioté sum est ignis. Sequitur ergo ex hac opinione quod mistio est medium, & complexio, alia atque alia ratione, medium quidem extremorum complexio vero, vt vnio qualitatũ mistio vt vnio virtutum Hanc positionem Egidius, primo huius, & Drusianus monachus in techna secuti sunt. Ego vero dicerem, q̃ mistio potest cõsiderari in fieri, & in facto, in fieri quidem, sic est medium extremorum, vnio, & mistio, & hoc pacto caliditas & cæteræ qualitates sunt actu in mistione secundum esse remissum, & secũdum hunc modũ loquitur Aristoteles in hoc secundo. Sin autem loquitur in facto esse, sic mistio est simplex qualitas, medium, complexio, & mistio. Simplex qualitas quidem, quoniam non est quid compositum ex diuersis qualitatibus remissis. sed est quid simplex, sicut quælibet elementi qualitas, est vero mediũ, non cõpositione extremorũ remissorũ, sed cõparatione, vt rubrum, nam vt rubrum comparatum ad nigrũ, est album, comparatum vero ad album est nigrũ, sic mistio comparata ad calidum est frigida, ad frigidum vero est calido. Est autem complexio, quatenus continet qualitates elementorum potestate: potest n. forma misti mediante complexione calefacere, exiccare, & cætera id genus facere. Est vero mistio, quatenus potentia continet qualitates, vt virtutes elementorum sunt. Et hoc modo loquutus Aristoteles primo huius, dum dixit elementa contineri in misto potentia. Ex his sequitur, quod mistio in fieri est, vt dispositio ad mistionem in facto esse, quoniam in instanti, in quo inducitur forma substantialis misti, mistio illa desinit, & mistio alia incipit, quæ erit complexio, & instrumentõ formæ inductæ. Non tamen credas me hanc positionem asserere, vt certã sed vt probabiliorem, vt mihi videtur nunc. Quæritur in commentariis rut Arist. velit, quod solus elementorum ignis nutriri dicatur. Et licet, quæ in commentariis diximus, recte dicta sint, ex Philoponi, tamen commentariis colligitur, quod solus ignis elementorum dicitur nutriri, quoniam generatio ignis elementi ex cæteris sola videtur similis nutritioni, quatenus ignis solus videt esse, vt forma cæterorũ, cum omnia mediate uel immediate contineat cætera vero vt materia. Et sic licet ex quolibet elemẽto fiat q̃dlibet, sola tñ generatio ignis, ex quouis elemẽto assimilatur nutritioni, quoniã solus ignis videtur esse vt forma, cætera vero, vt materia. Quæritur insuper, vtrũ qualitates elementariæ sint causæ effectiuæ principales mistionis. Animaduerte quod teneri potest quod qualitates elementariæ tam in fieri quã in facto concurrant dispositiue materialiter, aliter tamen atque aliter: In facto quidem, vt conseruãtes, in fieri vero, vt præparantes. Sed dices si qualitates concurrant dispositiue materialiter, quid erit agens in mistione. Dicendũ q̃ quando mistio fit ex misto mediante semine vel mediante aliquo proportionali semini, vt agens concurrit calor seminalis, qui dicitur virtus seminalis, hic enim non elementarius est, sed vitalis, & hic concurrit, vt instrumentum principalis agentis, à quo semen deciditur. Quando vero mistũ fit immediate ab elementis agens generans est calor cælestis, vt diximus primo huius, applicans vero factiua passiuis est agens sine quo non. verum de his diximus primo, huius. Quæritur insuper præter hæc, vtrum præter complexionem in misto sint aliæ qualitates elemẽtariæ, & videtur quod sint q̃m ad sensum percipitur caliditas in carne. Dicendum, q̃ præter complexionem quæ est qualitas simplex, in misto sunt aliæ qualitates elementariæ causatæ à qualitate, quæ est complexio, verum ex illis non fit complexio, ideo est vna tñ cõplexio in misto, & plures qualitates In commentariis quæritur verũ detur complexio æqualis ad pondus, vbi datur, quoddam consiliũ inter Philosopos & Medicos, circa quod debes scire, q̃ cõplexio non est nisi qualitas simplex, immediate orta à primis qualitatibus, ideo vnio cõplexionis, innatæ cũ influxu trãsmissio a corde ſm Philosophos non est complexio, nec vnio complexionum membrorum per coalterationem est complexio, quoniam nulla harum immediate proficiscitur ab elementis Potius enim sunt aggregationes accidentium, vel substãtiarum qualium, vt paries est compositio lapidum & laterum. Hæc satis.

De mistione.

An solus ignis nutriatur.

Si elementariæ qualitates sint agẽtes mistionem.

Ant. c. 780

Quia vero sunt quædam generabilia & corruptibilia & generatio existit in eo qui est circa medium loco dicendum est, de omni generatione, similiter quot, & quæ eius principia, facilius enim sic singularia inspiciemus, quando de vniuersalibus, acceperimus prius.

D lec. te, co. multã

Quoniam autem quædam generantur & corrumpuntur, & generatio ipsa eo in loco accidit, qui simili-

ter,& quot & quæ sunt eius principia.nam eum de vniuersalibus primn acceperimus,per facile erit sic particularia considerare.

Nunc de causis generatorum & corruptorũ (quod erat testium propositum à principio) proponit dicere. Ante tñ quam rem exequatur, meminit duorũ quæ prædeclarauerat. erant.n.tria proposita de generatione & corruptione & de natura generationũ & corruptorũ,& de causis horũ. Epilogat illa ꝙ dicens. Qm̃ aũt quædã generantur & corrũpuntur, subaudi talimodo quod generatio differt à cæteris transmutationibus, & hoc fuit primum,& genetatio ipsa eo in loco est, qui est circa mediũ, hoc est & generabilia, & corruptibilia sunt ea quæ sunt infra cœlum, & circa mediũ mundi videlicet elementa & mista, & hoc fuit secundum propositum, restat tertiũ, quod proponit dicẽs. Dicẽdũ de generatione oi similiter,& quot & quæ sunt eius principia, hoc erat tertium, & affert vtilitatem huius tertij dicens.
Com. 74 Nam cum de vniuersalibus primo acceperimus, perfacile erit sic. & per eandem viam particularia dicenda in libris parcularibus post considerare. Hæc de intentione.& causa intentionis.

Cum dixisset quid nã sit generatio,& quomodo ab alijs
RECO. transmutationibus differat, cum dicturus sit de particularibus generationibus rerum, vt de generatione mistorũ im perfectorum in metheorologia, de generatione mineraliũ, de generatione plantarum, de generationeanimalium, resumit prius sermonem de vniuersali generatione, quærens quot nã sint principia vniuersalia eorum quæ fiunt, & corrũpuntur.& qualia. Ex his.n. particularium generationum principia sciemus, qm̃ (vt Philoponus inquit) quot vniuersalium generationũ principia sunt, tot etiam particularium esse oportet. Legatur aũt sic textus, quia vero sunt quædam generabilia & corruptibilia,& generatio existit in eo loco qui est circa medium. Et sunt subaudi quædam sempiterna, quorum nulla generatio est dicendum, est de omni generatione similiter hoc est de generatione in vniuersali. & quot & quæ sint eius principia. Causam affert,& dicit. Facilius.n. sic singularia inspiciemus, quando de vniuersalibus accipiemus prius.

Sunt igitur & numero æqualia,& genere eadẽ prin
Aare 21 *cipia quæ & in sempiternis & inprimis. hoc.n. vt materia est hoc autem vt forma. oportet autem & tertiũ adhuc existere. non enim sufficientia sunt ad generandũ duo, quemadmodum neque in primis.*

Sunt quidem igitur in his principia,& numero æqualia,& genere eadem his, quæ quidem & in sempiternis
Dilucida. e.c.eiusdẽ. *& primis uisuntur. nam hoc quidẽ ueluti materia. illud vero veluti forma sunt. Oportet autem & tertium subaudire. non enim ad generationem duo sufficiunt quemadmodum neque in primis.*

Prosequitur & proponit talẽ conclusionẽ. tria sunt principia rerũ generabilium & corruptibiliũ. & syllogizat sic,
Com.79. principia sempiternorũ corporũ sunt tria materia, forma & efficiẽs, principia generabiliũ & corruptibiliũ sunt numero, æqualia & eadẽ genere principijs sempiternorũ. igiť principia corruptibilium sunt tria. Primo ponit minorem.d. Sunt quidẽ igitur in his principia subaudi,& numero æqualia,& genere eadem his quæ quidem & sempiternis & primis visuntur. Hæc vis minoris, deinde tangit vim maioris d. Nam subaudi in cœlestibus, hoc quidem est veluti materia, illud vero veluti forma. Oportet aũt & tertiũ subaudire Non enim ad generationem duo sufficiunt, quemadmodum neque in primis sufficiũt illa duo sine efficiente.

Exequitur,& dicit, ꝙ in sempiternis s. cælestibus animalibus,& in primis corporibus. s. elementis, principia sunt
RECO. numero æqualia, quia tria materia, forma,& factiua causa, & genere eadem: & quod exponit.& dicit, quoniam in sempiternis, ac cælestibus. hoc vt materia est hoc aũt vt forma vt forma quidem aĩa est quæ intelligentia appellatur, vt materia vero cæleste ipsum corpus, quæ est animæ subiectũ. Addit ꝙ oportet adhuc existere tertium s. effectiuam causam. Cuius causam affert. qm̃ ad generandũ cœleste corpus non sufficiunt duo tñ. s. materia & forma, quemadmodum neque in primis corporibus s. elemẽtis duo sufficiunt ad eorum generationem, sed oportet esse factiuam causam. Sed quæres sub qua ratione cæli materia, & materia elementi sunt eiusdem generis. Respondet Philoponus sub ratione subiecti, nam materia cœli,& materia elementorum sub ratione subiecti eiusdem generis sunt sub ratione vero qua ad formam referuntur, non sunt eiusdem generis, qm̃ materia generabilium est formæ, cui competit habere contrarium,& sic est materia potentia contraria existens. Materia vero cœlorum, est formæ, cui nullum contrarium debetur, ideo est subiectũ semper actu specificatum. Sed quæres vnde materia generabilium habet, vt sit potentia existens contraria, materia vero cœlorum non. Philoponus ait ꝙ hoc potest esse propter differentiam formarũ, quoniam cælestium forma non habet contrarium, sed est sempiterna semper eodẽ modo se habens, ideo cœlorũ materia sp̃ actu est. Forma vero gñabiliũ semper habet contrarium, aut positiuum, aut priuatiuũ, aut per se, aut per accidens,& ideo accidit huic materiæ, vt sit potentia existens contraria. Ait etiam ꝙ pot esse hæc differentia propter naturas materierum. s. ꝙ materia generabiliũ sua natura est potentia contraria, materia cœlorum sua natura non existit potentia ad contraria. Sed dices materia cœlorum est melior, atque perfectior materia generabilium. ergo non sunt eiusdẽ generis. Respondet Philoponus ꝙ melius & peius non variãt rationem generis, quoniam rationale & irrationale differunt secundũ melius & peius,& sunt eiusdem generis Sed adhuc dubitabis, quoniam Arist. alibi dixisset. Libro de cœlo quod non est ad generationẽ cœli necessaria causa factiua quoniam cœlum cum eius forma est necessario ligatũ. Respondet Philoponus, quod in generabilibus tertia causa necessaria est pro generatione, in sempiternis pro permanentia & esse,& ita verba sic legenda sunt, non enim sufficientia sunt ad generandum. hoc est ad essendum,& permanendum duo quemadmodum neque in primis corporibus. s. elementis ad generandum sufficiunt duo.

Du prima Solutio. Dubitatio secunda. Solutio. Alia, solu. 3. dubita. Solutio. Dubitatio. Solutio.

Vt materia igitur, generabilibus quod possibile esse, & non esse causa est. Hæc enim ex necessitate sunt, vt æterna, hæc autem non sunt ex necessitate. Horũ autem hæc quidem impossibile est non esse, hæc autem impossibile esse, quia non contingit circa necessarium aliter se habere. Quadã uero esse & nõ esse possibile est. quod est generabile & corruptibile. quandoque enim est hoc, quandoque autem non est. Quapropter necessarium est generationem & corruptionem esse circa possibile esse, & non. Ideoque vt materia quidem hoc est causa generabilibus, vt autem cuius gratia, forma, & species hæc autem est ratio vniuscuiusque substantiæ. Oportet autem adesse & tertium, quod omnes quidem somniant dicit autem nullus. Ant.c.10.

Vt quidem igitur materia, generabilibus ipsis causa est eius quod est esse & non esse, nam eorum quæ sunt, hæc quidem necessario sunt veluti sempiterna. Illa vero Diluc. te ca. eiusdẽ. *non sunt ex necessitate, horum aũt hæc quidem impossibile est nõ esse. Illa vero impossibile est esse, quia non cõtingunt præter necessarium aliter se habere, quædam vero & esse & non esse possibilia sunt, quod quidem est & generabile & corruptibile. nam hoc est quidem interdum. Est autem non interdum, quare circa possibile esse & non esse necesse est generationem esse & corruptionem. Ideo & vt quidẽm materia, hoc est causa generabilibus, vt autem cuius gratia forma est,& speciesnã hæc est ratio substantiæ cuiuscunque. Oportet autem & tertiũ adiicere qui omnes somniant; Sed asserit nemo.*

Secũdo arguit sic. quæcunq; habent materiam, habent formam & agens generabilia habent materiã igitur formã & agens

& agens De ratione primo tangit minorẽ, & illius proba
tionem dicens. vt quidem igitur materia generabilibus ip-
Com. 90. sis causa eius quod est esse & non esse, est minor generabilia
habent materiam hanc minorẽ declarat per diuisionem re
rum. d. Nã eorum quæ sunt, hæc quidem necessario sunt,
veluti sempiterna, illa vero non sunt ex necessitate, subdi-
uidit necessaria. d. Horum aũt hæc quidem impossibile est non
esse, vt necessaria esse, vt deus cælum, & propositiones ne-
cessariæ. Illa vero impossibile est esse, vt hypocẽtaurus. tra
gelaphus, & propositiones impossibiles, quæ ideo necessa-
ria sunt, quia non contingunt præter necessarium aliter se
habere, exponit quæ sunt non necessaria. d. Quædam vero
& esse & non esse possibilia sunt, quod quidem est genera-
bile & corruptibile. nam hoc quidem est interdum, est aũt
non interdum tunc cõcludit minorem. d. Quare circa pos
sibile esse & non esse necesse est generationem esse & corru
ptionem, & sic patet minor, v. g. q; omne generabile & cor
ruptibile habet materiam: deinde accipit maiorem. d. Et
ideo vt quidem materia. hoc est causa generabilibus, vt au-
tem cuius gratia forma & species, nam hæc est ratio substan
tiæ cuiusque. Oportet aũt & tertiũ adijcere. quod oẽs som-
Dubitatio nes dub. niant, sed asserit nemo distincte & aperte. Sed circa hæc du-
bitatur. Primo, contra primam rõnem, quia Aristo probat
conclusionem per magis dubium. ambiguum est. n. an cor-
pora cœlestiã habeant materiã & formã & agens. Secũdo,
quia medium est sophisticũ, quia materia dicitur æquiuoce
Secunda dubitatio de materia cæli, & materia gñabiliũ, similit & forma de for
mis, vt in lib. de substãtia orbis dicitur. Secũdo principali
ter dubitatur cõtra scdam rationẽ. quia esse & nõ esse mate
ria sola non videtur causa, quia voluntas est causa contingẽ
Tertia dubitatio. tiæ, quæ non est materia. Tertia dubitant quia plura quam
tria videntur esse rerũ naturaliũ principia, vt materia &
forma & agens & finis, vel videntur tria alio modo. v. g.
materia & forma & priuatio, & Aristo. videtur varius hic,
& in libro physicorũ. Ad primum animaduertendum q;,
Solutiona in libro cœli qui præcedit hunc demonstratũ est, cœlum
moueri motu circulari, vbi etiã demonstratũ est in oĩ mo-
tu oportere esse etiã, subiectum formam & agens, & quia
hoc declaratum est in libro cæli ideo vtitur illis declaratis
vt suppositione. Expositor nouus ait. qđ ideo hæc, rõ valet
Responsi expositoris noui. quia motus ad forma, somit originem ex motu ad vbi, pro
pterea quæcunque principia concurrunt ad motum localẽ
debent concurrere ad generationem: cũ igitur ad motũ lo-
calem concurrant illa tria principia, & ad generationẽ etiã
vt concurrant, necesse est. Sed vt diximus nisi Arist hoc (vt
declaratum supponat) per ignotius proderet. Ad secun-
Ad secũd dũ primus expositor innuit respõsionẽ, quod. v g materia
dicitur non æquiuoce de cælesti & generabili, sed analogi
ce, quia etiam Auer. in com 50. Modo analogia tollit sophi
Nota sticationem syllogismi: Animaduerte tamen q; materia cœ
li, & materia generabilium possunt considerari in ratio-
ne potentiæ, quæ est rõ Metaphysica, & in rõne potentiæ,
transmutabilis, quæ est ratio physica. Si quidem consideren
tur in ratione metaphysica, hoc est in ratione potentiæ, sic
sunt eiusdem spẽi, & rõnis, quia vtraq; potentia est ad actũ
at si in ratione physica, hoc est in rõne potentiæ transmuta
bilis, sic ratio materiæ non est eadem vtrisq:, quia materia
cæli s̃m doctrinã Arist. & Auer est in potentia s̃m dimidiũ
contingentis tm̃, hoc est ad esse tm̃, & materia corruptibi-
liũ est potentia s̃m verũ quæ. v g ad esse & non esse, vt dici
Arist. Similiter & forma põt dupliciter cõsiderari in ratio-
ne metaphysica prout dat esse tm̃, & vt refertur ad poten-
tiã, & sic forma cœli & forma corruptibilis vnius sunt rõ-
nis. at si ratione physica consideretur, sic forma dicitur ana
logice de forma cæli & corruptibili. Similiter quoque & a-
gens põt considerari in rõne principij, & in ratione moto-
ris, & eodem modo, vt diximus Ad s̃m dubiũ catholicus,
Solutio ad secũdum. debet discordare a Philosopho, nã Philosophus vult q; cau
sa contingentiæ sit sola materia, vel in se vel in quantũ par
ticipatur, propterea uoluntas humana est contingens, qm̃
participat materia, quia saltem in materia, vt præsupponit
cognitionẽ, cuius principiũ fuit phantasma in materia con
stitutũ propter quod voluntas liberata penitus à materia,
vt volũtas dei, & cæterarũ intelligentiarũ sunt necessariæ
qa nec sunt in materia, nec principiũ cognitionis est in ma-
teria. Catholicus vero. quia ponit quicquid est citra deũ cõ
tingens, & solum deũ necesse esse, cogitur ponere deũ extra Aut. c. 57
cõparari contingenter, propterea liber & ad vtronq;, quia
obiectũ intellectus est contingens. at ad intra cõparari ne-
cessario, quia obiectum est necesse esse Sed hæc altioribus re
linquo. Ad tertiũ quicquid velit expositor nouus, Arist (vt
mihi videtur) de principijs, loquitur per se, cuiusmodi non
est priuatio non nunc ẽ reducibil bus saltem s̃m rationem,
quod dico propter finem, qui penitus cum forma ipsa con
cidit. tu vero lege, dicam noui expositoris, & placebunt.

Secundũ Philoponũ exponit hæc tria principia in ipsis
generabilibus, & primo quid sit materia in generabilibus, RECO.
secũda ibi {vt aũt cuius gratia} exponit, formam tertia ibi:
{Oportet aũt adesse} exponit factiuã causam. De prima di
cit, q; in generalibus id quod est possibile esse &, nõ esse cau
sa est, vt materia. Et hoc proponit, & dicit, igitor in genera
bilibus & corruptibilibus causa vt materia est, id qđ est pos
sibile esse, & non esse, & per possibile esse & non esse intelli
git id, quod est subiectũ potens recipere esse, & non esse. s.
ad vtrãque, probat hoc ex diuisione rerũ, & dicit q; rerum
aliæ ex necessitate, vt sempiterna, aliæ vero non ex necessi
tate. Sẽpiternatũ vero aliæ sunt, impossibile nõ esse, quæcũ-
que semper sunt, aliæ impossibile esse, quæcũque nihil sunt
præter conceptionem (vt Philoponus inquit) vt figmenta
quæ nihil præter conceptionẽ sunt Aliæ denique sunt, quæ
sunt esse & nõ esse possibiles, & hæ sunt res generabiles, &
corruptibiles, quæ interdũ quidem sunt interdũ vero non
sunt. Ex hac diuisione cõcludit q; generatio & corruptio nõ
sunt nisi circa res possibiles esse & nõ esse. Tũc cõcludit id, qđ
accepit, q; s. id quod est possibile esse & non esse causa sit ut
materia. Quo vero ad verba attinet, dicit, quia nõ cõtingit
circa necessariũ aliter se habere; s. quin sit duplex. s. imposs
bile non, esse quod est necessariũ esse. Quid igitur sit materia
in generabilibus & quare patet Quid vero forma dicit, for
ma autẽ & spẽs in generabilibus est finis & cuius gratia, q̃
est rõ & definitio vniuscuiusque substãtiæ definibilis. Quid
vero causa factiua sit exponit, & primo quod necessaria, sic
& dicit oportet ante ad esse tertium, quod omnes quidem
somniant, dicit autem ipsum distincte nullus.

*Sed hi quidem sufficientem existimauerunt causam
esse ad generandum, specierum naturam quemadmodũ
in Phædone socrates etenim ille increpans alios vt ni-
hil dicẽtes, supponit quod sunt entiũ, hæc quidẽ spẽs hæc
ãt participatiua specierũ, & quæ esse quidẽ vnũquodq; di
citur secundum speciem, generari autem secundum su-
sceptionem. & corrumpi secundum abiectionem. Qua
propter si hæc vera sunt, species existimat ex necessita
te causas esse & generationis & corruptionis. Hi autẽ.
ipsam materiam, ab hac enim esse motum.*

Alii quidem putant ad generandum sufficientẽ cau Dist. 10 c. eiusdem.
*sam esse idearum naturam, quemadmodum in Phædone
Socrates: ille nanq; alios incusans tanquam nihil dicen
tes, supponit eorum quæ sunt, hæc quidem esse ideas. illa
vero idearum participia, & cum vnũquodque quidẽ,
esse dicatur ideæ participatione, illius vero susceptione
generari, corrumpique abiectione eiusdem, iure si hæc
vera sint, ideas & generationis & corruptionis cau-
sas existimandas esse aiunt. Alii vero materiam ipsam
sufficere, argumento qui ab ipsa motus existit.*

Quia efficientẽ causam somniantes tetigerũt, nunc duas Com. 29
de agente somniationes affert. Prima fuit Socratis & Plato
nis in Phædone. Alia physicorum. Ad euidentiã primi ani
maduertendum, quod Plato ideas posuit ex parte agentis
& ex parte formæ: Existimauit enim rerum has esse per es
sentiã formas Has esse participes illarũ, tunc vult q; res, par
ticipes sint illarum participatione. generentur illarũ susce
ptione, corrũpantur illarum abiectione, imag natur enim
(vt Themistius inquit in primo de aĩa. c. 23.) Ideas esse for
mas rerũ a formando. non ab informando. nã quẽ: dmodũ
e luce est illuminario, sic a forma formatio, & quemad-

modum generatio luminis est præsentia lucis, illius corruptio ab absentia, ita usque esse illuminatũ a participatione lucis Sic rerum esse est participatione idearũ, illarũ generatio est illarũ formatio, illarũ corruptio illarũ priuatio. Est aũt formatio ab ideis prouenient in animalibus vita sensitiua, in plantis vegetatiua, in rebus inanimatis forma particularis Vtrum vero hæc siue formatio siue susceptio sit creatio formæ ab ideis facta, vel sit generatio, in lib. 12. methap. & in lib de intellectu disputauimus, & sic ideæ erunt rerum formæ formantes, non informantes rerũ agentes causæ informationes præbentes. Hæc prima positio de agente. Secunda positio fuit physicorũ dicentium nullam esse causam agentem præter materiam, sed materiam sufficere ad generationem argumento q ab ipsa motus est generationis & corruptionis Quæ ait patent. Laborare hic de positione Platonis inutile est, maxime cum in primo de anima, & alibi rem hanc tetigi

Hic narrat duas positiones de factiua causa, nã Plato factiuã causam nõ distinguit a formis, quas ideas appellat in Phædone. Anaxagoras vero non distinguit a materia, vel melius dicamus q Plato factiuã causam non ponit præter ideas. Anaxago. vero factiuam causam nõ asserit vltra materiam. Quidã sic Platonis verba intelligunt, vt iacent, q generatio fiat secundum susceptionẽ ideæ in propria materia, corruptio vero secundũ abiectionẽ. Posuit. n. Plato vnam ideã vnicuique speciei, quæ est vna numero forma omnium indiuiduorum, vt Auer credidit de intellectu respectu omniũ hominum, & voluit q homo sit cum illa idea inest materiæ, cũ vero abest, corrumpitur. Fit autem idea in materia, qñ in ea inducuntur omnes dispositiones, & quantæ & quales quibus illa sit in materia. Abest vero, cũ dispositionẽ disproportionatur, & vt dictum est de homine, ita quoque in omnibus animalibus, & omnibus cõpositis naturalibus. Themistius vero aliter intellexit positionẽ Platonis, vt in commentariis perspicuum est. Quo vero ad verba attinet, Arist dixit (si hæc verba sunt) intelligens, vt verba sonant quoniam secundum sensum intellectualem, verba illa possunt aliter intelligi, propterea ait, si hæc vera sunt, vt verba sonant, tunc oportet dicere secundum eum species esse causas generationis & corruptionis, & sic præter ideas factiuam causam non meminit Plato. Anaxa. vero ponens mentem primam omnium rerũ causam, materiam sufficere ad generationem asserit, q ab ea fit motus, & sic sibiipsi non constat, vt Philoponus indicat.

Neutri autem dicunt bene. Si enim sunt causæ species, quare non semper generant continue, sed quando- Anti te. co. 81 83. 84 & 85. Diluc. te. c. eiusdem *que quidem quandoque autem non existentibus & speciebus semper & participatiuis.*

Sed neutri bene dicunt, siquidem enim est causa idea existentibus semper tam ideis quã aptis participare, propter quid non semper perpetuo generant, sed interdum quidem sic. interdum autem non.

Obiicit Arist. cõtra vtrosque, & primo cõtra Platonem, Com 82 & ratio est hypothetica apud Auer sic, si idea est causa generationis vna cũ subiecto apto participare hoc est suscipere & abiicere, tunc perpetuo & semper idea generaret. probat cõsequentiã, quia agente æterno & passo æterno, effectus est æternus, ut in tertio de anima declarauimus ad mẽtem Themistii Tangit autem Arist. argumentum in forma quæstionis. & res patet. Animaduerte, vt ex Auerr Nota pro ratione. paraphrasi, & nouo expositore colligitur, q Plato duo principia sufficientia ponit ad generationem, v. g. ex parte agentis formas, quas ideas græce vocat. dictas formas a formando nõ informãdo ex parte materiæ, illud quod græce dicitur methecticon, hoc est participans, siue susceptiuum. In quantum quidem ponit hæc principia sufficere, patet non esse necessarias dispositiones, quibus mediantibus ideæ generent, quatenus vero ponit formas & separatas, etiam necessarium non est illa debite passo applicari, hinc patet vis rõnis Arist agente & subiecto perpetuis existentibus sufficienter affectis, ac debite applicatis, effectus erit perpetuus & sic generatio erit semper.

Textus iste per pulchre in cõmẽtariis legũtur, nec Philoponus aliter exponit, verũ verba illa { & qñ derelinquunt principaliorẽ causam, auferunt. n. qđ quid erat esse & formã } primo modo exponũtur, q isti auferendo factiuam causam, auferunt formã, qñ forma nõ fit necessitate naturæ, sed a factiua causa. & hæc est vna expõ Philoponi Alex. intelligit per formã & quod quid erat esse, factiuã cãm, qñ oẽ facit, nõ facit nisi vt actus est, tale aũt est forma, & q quid erat esse. Philoponus tertio per formã & quod quid erat esse intelligit finalẽ cãm, qñ dicentes materiã esse cãm gñationis solã, neq; mentẽ, neq; naturã supponunt præcognoscentem finem, sed coguntur dicere ea, quæ fiunt ex re quadam causali fieri. Melius Alex. vt dicetur.

Amplius autem in quibusdam videmus aliam causam esse, sanitatem enim medicus facit & doctrinam doctor existente & sanitate ipsa & doctrina & participatiuis, similiter autem & in aliis secundum potentiam operatis. Ant. c. 83

Amplius autem in quibusdam agẽtem causam aliud quoddam existere videmus, sanitatem enim efficit medicus, & doctrinam doctor, qui & a sanitate ipsa, & a doctrina, & a participe aliud sunt. similiter autem in cæteris facultate operantibus. Dilucida. c. c. eiusd.

Secũdo arguit ut in arte, ita in natura, sed in arte agens est aliud ab ipsa forma, & a subiecto, igitur & in natura. aut sic. vt in arte ita in natura, sed in arte agentia proxima, & particularia concurrunt præter formas, igitur In natura (inquit) Amplius aũt in quibusdam, subaudias agentẽ cãm aliud quoddã existere videmus, subaudi a forma & participe, sanitatẽ. n. efficit medicus, & doctrinã doctor, existente sanitate & doctrina & participe. sic græce ad verbum iacet, sed vt clarius esset trãstuli, qui doctor & medicus aliud sunt & a sanitate & doctrina & participe, similiter autem videt in cæteris facultate operãtib⁹. vt in mechanicis & actiuis. hi. n. artifices facultate operantur, pro quãto habitu disciplinæ, qui est facultas quædã, quæ græce dicitur dynamis. Com. 83.

Sin autem materiam quis inquiet generare propter motũ naturalius vtiq; dicet ita dicentibus alterãs. n. & transformans, magis causa est generationis & in omnibus assueti sumus hoc dicere efficiens, similiter & in his quæ natura, & in his quæ ab arte sunt, quod vtique mouens est. Ant. c. 84.

Si quis vero materiam ipsam propter motum generationem efficere asserat, naturalius certe profitetur his qui modo illo loquebantur. nam alterans & transformans generationis magis causa existit, & in omnibus tam similiter his quæ natura sunt, quàm his quæ ab arte, illud agens nuncupare assolemus, quod motiuum existit. Dilue te. c. eiusdẽ.

Nunc exequitur de secunda positione. Primo tamẽ cõparat positionẽ physicorum ad illã Platonis, & uult quòd positio. physicorũ qui dicunt materiã esse causam generationis pp motum, hoc est pp inclinationẽ & dispositiones quas habet ad formas, naturalior est illa Platonis nam materia cum motu magis non conuenit cum uero agente, qđ quidem agens in omnibus per motum definitur. Sed dubitares forte quia differentia in genere maior est quàm differentia in specie, sed materia differt in genere ab agente, quandoquidẽ materia est potentia passiua agens actiua potentia. Sed hæc differunt genere, ut patet. at idea & agens physicum non differũt genere, qñ utrunque in genere potentiæ conuenit. Dici potest q Arist. non dicit ueriorem esse positionem physicorũ. sed naturaliorũ, quia seruat motum quo definiri solet in physicis agens. Com. 84

Sed tamen neque hi iuste dicunt materiæ enim est pati & moueri. mouere autem & facere alterius potentiæ. Manifestum autem & in his quæ arte & natura generantur. non enim ipsa facit aqua animal ex seipsa, neque lignum lectum, sed ars. Ant. c. 85.

Quocirca

Quocirca & hi dicunt nõ rectè, propter hoc, & quoniam derelinquunt principaliorem causam. auferunt enim, quod quid est esse, & formam.

Sed neque hi rectè sentiunt nam materiæ quidẽ est pati ac moueri. mouere autem ac efficere est alterius potentiæ, & patet hoc tam in his, quæ arte, quàm his quæ natura fiunt, non enim aqua ipsa animal facit ex seipsa, neque lignum lectum, sed ars ipsa, quapropter isti Dilu. te c. eiusdem *dicunt non rectè. Tum propter hoc. Tum quia principaliorem causam omittunt. Auferunt enim quod quid erat esse, & formam.*

Arguit modo contra positionem. Primo, quia materia & agens non coincidunt, vt syllogizetur sic. ea non coincidunt, quorũ vnũ mouet & agit, alterũ mouetur & patitur. Sed agens mouet & agit, materia mouetur & patitur. igitur nõ coincidũt: minor declaratur in natura auctoritate Tha- Com. 85 letis, quia aqua seipsa non facit animal. & in arte, quia lignũ seipso non facit lectum. Amplius hæc positio videtur deficiens, quia omittit principaliorem causam, formam. v.g. quod est quod quid erat esse, & quidditas siue ratio.

Amplius autem & potentias attribuũt corporibus, propter quas & generant valde organicæ auferentes eam quę secundum speciem causam. Quoniam enim Com. 86 *natum est (vt inquiunt) calidum quidem segregare, frigidum autem congregare. & aliorum vnumquodque, hoc quidem facere, hoc autem pati, ex his dicunt & per hæc omnia alia generari & corrumpi.*

Adhuc autem & potentias corporibus tribuũt, propter quas instrumentalius agunt auferentes videlicet causam secundum speciem, cũ enim aptum sit (vt aiũt) calidum disgregare, frigidum autem autem congrega- Dilucida. te. c. eiusd. *re. & cæterorum id genus hoc quidem agit, illud vero patitur, ex his & propter hæc cætera alia generari & corrumpi inquiunt.*

Tertio arguit, & potest argumentum intelligi secundũ expositorẽ, vt sit rõ secunda clariori modo exposita, & põt literæ consonare, & põt intelligi apud Auer. vt hæc sit tertia rõ & noua & literæ, magis consona, & ratio est hypa- Com. 86 thetica sic. si solis corporibus insunt potẽtiæ, quatenus materia, tunc sola agentia instrumentalia erunt, & principale quod per excellẽtiã dicitur secundũ speciem nõ erit (inqt) Adhuc aũt & potentias corporibus tribuunt, pp quas instrumentalius agunt, auferentes. v.g. causam secundũ speciem. est igitur vis hypotheticæ si potentiæ tribuuntur corporibus vt instrumentalius agant igitur sola instrumenta agunt, verbum illud instrumentalius græce est han organicos, hoc est valde organice. ergo autem vsum vno verbo, vt clarius esset. declarat hypotheticam. d. Cum. n. aptum sit (vt aiunt) calidum disgregare, frigidũ aũt congregare, & cæterorum id genus, hoc quidem agit. illud vero patitur, ex his vti ex materia, & propter hæc vti propter instrumenta cætera alia & generari & corrumpi inquiunt. Est igitur hypothetica. si corporibus insunt virtutes. tunc non datur aliquod agens principale.

In commentariis verba exposita sunt secundum Auer. Philoponus, vero & Alexander aliter exponunt, dicunt. n. q Arist. hic narrat de factiua causa tertiã positionem, quæ est Parmenideorum, qui dixerunt qualitates. s. calidum, RECO. frigidum & cæteras esse causas instrumentarias, auferentes causam principalem, quæ est causa factiua secundum formã (vnde inquit) Amplius autẽ & potentias attribuunt corporibus propter quas dicunt fieri generationes, tãquã per organa auferentes eam, quæ est causa secundũ speciem, hoc est factiuam principalem vt Alex. & Philoponus exposuerunt Mouentur aũr, qm viderũt quod calidum est segregare dissimilaria, frigidũ, congregare, & aliorum vnũquodque viderunt, hoc quidem facere, hoc autem pati. quu talia sunt. Ex his dicunt, & per hæc omnia alia generari, & corrumpi, quæ est tertia positio de factiua causa.

Videtur autẽ & ignis ipse motus & pati. Amplius Ant. c. 87 *simile aliquid faciunt, vt si quis serræ & vnicuique instrumentorum attribuat causam eorum quę generãtur necesse enim est serrante diuidi, & incipiente coæquari. & in aliis similiter. Quocirca si quidẽ maxime facit & mouet ignis, sed quomodo mouet non vident, quoniam deterius quàm organa.*

Sed videtur ignis ipse & moueri & pati. Adhuc Dilue. te c. eiusdem *autem simile faciunt quemadmodum si quis serræ instrumentorumque vnicuique auctoritatem tribuat agendi. erit enim necesse tunc serra ipsa existente diuisionẽ esse scalpello quoque & sculptionem, & similiter in cæteris id genus, quare & si maxime agat atque moueat ignis modum tamen quo efficacius instrumentis moueat, non animaduertunt.*

Destruit consequens. erat enim hypothetica. si corpori- Com. 87 bus insunt virtutes, non dabitur agens principale. destruit modo consequens primu, quia videtur ignis & moueri & pati in propria sphæra a cœlo, igitur vltra vires naturales corporibus physicis tributas est uirtus cœli principalis. secũdo, si hæc erunt instrumenta, tunc oportet dare causas prĩcipales, quia instrumenta sine principalibus non agunt, vt ostẽdit exemplo. pp hoc concludit q isti concedũt ignem magis agere quàm cætera, & tamen non uident unde sibi hoc comperat. hoc autem adiicit, quia oportet hoc igni cõpetere, quia agit in uirtute cœli & per consequens oportet esse aliquod agens principale. & quia literã transtuli ad sensum, ideo lege. sed uidetur ignis ipse & moueri & pati subaudi a cœlo. igitur cœlum est principalius agens, hæc est prima ratio. Deinde arguit secundo. d. Adhuc autem isti physici simile faciunt quemadmodum si quis serræ instrumentorumque unicuique auctoritatem tribuat gignendi siue agendi, hoc est potestatem agendi sine artifice, græce verbum verbo reddendo est, quemadmodũ si quis serræ & vnicuique instrumentorum attribuat causam eorum quæ fiunt quod cum minus sonet modo illo transtuli, si qs tamen barbarie afficeretur sic potest legere. declarat falsitatem consequentis. d. Erit. n. necesse tunc, subaudi serra ipsa existente diuisiones esse, scalpello quoque & sculptionem, & similiter in cæteris id genus. Sed verbum verbo est, erit. n. necesse serrá existente incidi, & scalpente delere quod non sonat. nã verbum illud p rionos p serra sumit, & xeon pro scalpello siue instrumento tali. deinde infert inconueniens. d Quare & si maxime agat atque moueat ignis, modum tamen quo cæteris instrumentis, ut serra scalpello, q id genus, agat, non vident. Animaduerte q chiron græce est latine peior, siue minus cum omega, sed cum omicron sumitur ab operari, & sic transtuli efficacius siue operosius, & sic sonat.

Secundũ Philoponũ & Alex. Arist. hic obiicit ad Parmenideus, primo, qm ignis non solũ videtur agere propter RECO. calidum instrumentaliter, sed & moueri & pati, cuius contrarium dixerunt. vnde Alex. & Philoponus velle videntur hoc argumentum esse ad hominem, non simpliciter, qm secundum opinionem Aristotelis ignis & facit, & patitur, secundũ autem Parmenideos n ignis facit & patitur, sed calidum. secundo, si potentiæ agunt vt instrumenta, oportet aliquod esse factiuum, ut principale faciens, unde dicit. Amplius vero Parmenidei asserendo potentias inesse corporibus naturalibus, ut instrumenta faciunt aliquid simile, ut si quis serræ & vnicuique instrumentorum attribuat causam eorum quæ generantur quasi dicat q Parmenidei sic dicentes, attribuunt illis potentiis rationem causæ instrumentalis, uelut serræ & aliis instrumentis. ergo supple sicut necesse est aliquo artifice serrante, hoc est utente serra lignum diuidi, & aliquo artifice incidente, coæquari ac dolari lignum, & similiter aliis instrumentis utente, sic subaudi necesse est aliquo agente principali potẽtiis illis utenti, illas agere, ut organa. Videntur. n. uerba hæc obscura, nisi sic suppleantur, tunc concludit: quocirca si quidem maxime facit & mouet ignis, hoc est si ignis mouet, ut factiuum principale, quo modo mouent non uidẽt,

superfluis unum {sed} in verbis, ut patet. Quod autem oporteat ut ignis moueat ut principale probat, quoniam si ignis, vt principale non facere potentiæ elementariæ deterius agerent, quàm organa, qm agerent non regulata a forma agentis principalis, & sic agerent corruptione & nihil generando Sumpsit aūt ignem in exemplo omnium elementorum, & omnium naturalium corporum. quorum sunt illæ potentiæ Animaduerte q qualitates elementitiæ, nisi agerent, vt regulatæ a formis elementorum omnia corrumperent immo corrumperent earum subiectum (vt inquit Philoponus.) Præterea Si aliquid generarent, illud esset solū accidens, & nō substātia, cū nihil agat substantiā nisi sit substantia, aut instrumentū regulatū a substantia, & sic nisi esset agens principale potentiæ illæ agerent deterius, qm irregulariter, & non nisi accidentia.

Nobis autem & vniuersaliter prius dictum est de cau- Ant.c.95 *sis, & nūc determinatum est de materia & forma. Amplius autem quoniam secundum lationem motus demonstratum est quod est perpetuus, necesse est his existentibus & generationē esse continue. Latio.n. faciet generationem actualiter quia adducit & abducit generans.*

Nobis vero generatim & de causis dictum est. nunc- Diluc. te. c. eiusdem *que de materia & forma definitum. insuperque & motum cælestem sempiternum esse demonstratum fuit, his existentibus, necesse est & generationem esse perpetuā motus enim cælestis perpetuo generationem facit, argumento quòd generans ipsum adducit & abducit.*

Confutatis positionibus his de agente, nunc prosequitur Com. 55. de eo secundum positionem propriam, & facit enthimema vbi in antecedente sumit tria. d. Nobis vero de causis generatim dictum est in secundo physicorum. nunc speciatim de materia & forma definitū est. Insuperque & tertio motum cœlestem sempiternum esse. In libro cœli demonstratum fuit Hæc sunt tria. Animaduerte q motus cæli græce ab Aristo. in lib. cæli phoras nuncupantur. eo quia forte stellas, ego tamen transtuli motum cælestem, quia nobis aliter non sonat. Ijsus tribus acceptis infert consequens d. His existentibus necesse est & generationem esse perpetuā, siue (vt sophystice loquitur) perpetuam esse generationē, quod probat dicens Motus n. cælestis, qui & phoras dicitur, perpetuo siue actualiter generationem facit, argumēto quòd generans ipsum siue solem adducit ad apicem nostrorum capitum, & ab apice nostro abigit: docet. n. obseruatio quòd cum accedere incipit ad nos, vt in vere ipso primam arietis parte m decurrēs, generatio rerum incipit, ipso vero recedente (quod fit in autumno) decurrente ea per primam libræ partem, corruptio incipit.

In commētarijs optime legitur textus hic, quo vero ad verba attinet, verbū actualiter græce est endelechos, latinæ uero sonare pōt cōtinuo, vel sempiternaliter, cū vero dicit, quia latio adducit, & abducit generans solem intelligit, vt in commentarijs diximus, & Philoponus exposuit.

Simul autem manifestum est, quòd priora bene dicta sunt, primam transmutationum lationem, sed non gene- Com 59 *rationem dicere; multo enim rationabilius, ens non enti generationis causam esse, quàm non ens enti esse, quod fertur igitur est, quod generatur autem. non est. propter quod & latio prior est generatione.*

Simul autem patet mobilium ea bene priora esse di- Diluc. te. c. eiusdem *cendum quæ latione mouentur, non autem quæ generatione itemque multo rationabilius est permanens esse causam generationis illius quod non permanet, quàm non permanens causa sit permanentis, sed quod quidem fertur permanet, quod autem generatur, non permanet vnde & latio generatione ipsa prior est.*

Enthimema probat primo, quia quod est prius essentiale est causa omnium posteriorum. sed in libro cæli & in 8. Com. 59 physicorū. declaratum est quòd motus cæli sit prior igitur est causa omnium aliorum motuū. de rōne tangit minorē tantum. d. Simul autem pater mobilium ea bene priora esse dicendum, quæ subaudi latione mouentur. non aūt ea est dicere priora, quæ mouentur generatione, in translatione omisi verbum dicere, quia non sonat. uel forte, & sic melius iuxta græcum. simul autem patet, quod si priora bene dicta, hoc est descripta sunt mutationum prima est dicendum lationem. non autem generationē, sed siue sic, siue sic Arist. uult habere quòd motus cæli sit prior alijs, & per cōsequens quòd sit causa cæterorum Secundo arguit. duorū quorū unum est permanens alterum defluens illud est causa magis dicenda, q permanet quàm quod non permanet. Motus cæli pmanet gñatio nāsit. igitur motus cœli magis generat onis causa est. quam econtra. Animaduerte q ant græce, latine ens est. sed hic pro permanente sumit, sicut & verbum est, & cætera id genus, aliter sensus esset obscurus.

Vult Philoponus ostendēs, quòd iure in physico auditu est dictum motum circularē esse priorē qualibet trāsmutatione, & quòd sit causa generationis & corruptionis. vnde dicit Simul autē cū his, quæ dicta sunt in hoc libro. manifestū est, q & priora bene dicta sunt s. quæ in physico auditu dicta sunt v.g primam lationem, quæ est motus cælestis, esse cām transmutationum & primā, sed non gñationē dicere causam primæ lationis. & primam, & intelligit per primā lationē primum corpus, quod prima latione fertur per generationē uerò quod generatur, ita ut sit sensus, q bene dictū sit in physico auditu, quod prima latione fertur esse cām eius, quod generatur, uice vero versa, nō cuius rationē dicit. Multo. n. rōnabilius est eius causam esse gñationis nō entis, quā vice versa nō ens esse cām generationis entis. Sed quod fertur est, & quidem semper, quod autem generatur nō est, nisi postquā genitū est ergo qd fertur potius eius quod generatur cā est, quàm uice uersa. & accedit verbū igitur pro sed, aduersatiue. n. tenetur. Concludit et pp eādē cām, q latio prior est gñatione, qm q fertur prius est. & cā eius. quod generatur. quare quæ octauo physico. dicta sunt, bene dicta sunt. uel sic, & quidē magis iuxta uerba. simul autē manifestū est, q priora, quæ in physico auditu dicta sunt, bene dicta sunt, lationē. s. motū cæleste esse primā trāsmutationē, sed non gñationē dicere esse primā trāsmutationē. Quòd aūt latio sit prima & generatione prior probat, qm multo rōnabilius, est ens non enti esse generationis causam, quàm vice versa non ens enti esse. Sed quod fertur, est, qd aūt gñatur, nō est. ergo subaudi quod fertur cā est eius, quod generatur, ultra sub audi quod fertur causa est eius, quod generatur. ergo prius est eo, quod generatur: tūc oib. his subintellectis cōcludit, pp quod & latio prior est gñatione, qm quod fertur, prius est eo, qd generatur.

Quoniam autem suppositum est & demonstratum Ant.c.90 *continuam esse rebus generationem & corruptionem dicimus autem lationem causam esse generationis. manifestum est quòd vna existente latione, non contingit fieri ambo, quia contraria sunt. Idem enim & similiter se habens semper idem natum est facere.*

Cum suppositum sit atque ostensum perpetuam re- Dilucida. te. c. eiusd. *bus existere generationem atque corruptionem, diximusque gignendi rationem causam esse, dicimus quòd vna quidem existente latione, non vtrasque fieri contingere, contra enim sunt, nam idem & semper similiter se habens, idem natum est agere.*

Deductū est phorā, hoc est lationē siue motū cælestem cām esse ppetuæ gñationis. nūc volt q latio uniformis q Com. 90. motus diarius est, quo totū firmamētū & planetæ mouentur ab ortu in occasum, nō est cā perpetuæ gñationis, atq; ppetuæ corruptionis. & syllogismus, sic cōponitur. cōtraria nō proficiscūtur ab vniformi & eodē mō sp se hēnte. gñatio ppetua & corruptio ppetua sunt cōtraria. & motus diarius vniformis igit nō pueniūt a motu diario ambæ. resumit pmo q fecit. d. Cū suppositū sit atq; ostēsum ppetuā reb9 existere gñationē atq; corruptionē, ut patuit in pmo huius. qa gñatio unius est corruptio alterius. & qa mā ēæterna & agēs æternū. diximus q; pxio textu gignēdi lationē cām esse, dicim9 subaudi nūc q una qdē eñte latiōe nō vtrasq;. v g gñationē ppetuā & corruptionē ppetuam fieri contingere. Hæc est conclusio, deinde tangit uim minoris. d. contraria enim sunt. deinde apponit vim maio-

ris

ris.d. Nam idem & semper similiter se habens, idem natũ est agere. hic igitur patet e motu diario non effici vtrasque. Sed quæres primo, utrum ab aliquo agente non variato nec transmutato possint immediate progredi plura & diuersa, ut cõiter dicitur de agente naturali, propositio Arist. est vera. & ab omnibus concedenda. de agente per intellectum sic propositio non est vera, expositor nouus dat causam, quia agens per intellectum agit intelligendo, hoc est inquantum intelligit res. agens vero naturale prout est, atque esse habet & quia intellectus vnus põt plura intelligere absque sui variatione igitur plura agere. sed cum idem non possit plura esse, ideo agens naturale non potest plura agere. dicit tamen quòd siue sic propositio Arist. est vniuersalis v.g. idem quatenus idem semper, idem semper facit. quia licet agens per intellectum vnum manens possit plura agere, non agit quatenus idem sed per diuersas rõnes intelligendi, quas Ideas dicunt, vt notat Auerro 11. meta. com. 18. & 35. & sic propositio Philosophi dupliciter habet locum Tum quia loquitur de agente naturali, cuiusmodi est motus diarius. Tum quia ait idem quatenus idem facere idem, quod est verum in omni agente. Sed (vt diximus) Theologus & Philosophus discordant. Philosophus enim vult ab æterno simpliciter agente siue per intellectum, siue per naturam non euenire nouum nisi aliqua nouitas sit vel ex parte agentis, vel ex parte subiecti recipientis, vel ex parte vtriusque, vel ex parte tertii extrinseci, ab vtroque vt declarat Auer. 12. met. com. 11. & 8 physicæ auscultationis com. 8. & 6. & 15 ex parte vtriusque quidem, vt si ignis appropinquet stuppæ & stuppa igni. ex parte agentis tantum. vt si ignis stuppæ appropinquet. & non econtra, ex parte subiecti vero. si contra stuppa appropinquat igni. ex parte extrinseci vt si agens sit per intellectum, & præceperit agere, pro certo dato tempore, tunc adueniente tempore, & facta mutatione in aliquo extrinseco effectus exibit in actum a voluntate antiqua, vt dicit. Mouentur autem Philosophi ad hoc duobus principiis, quorum primum est. quòd omnis relatio noua requirit nouum fundamentum, uel ex parte agentis, vel recipientis, vel vtriusque aut tertii extrinseci. vt Auerroes dicit locis dictis. Secundo, quia omne agens quod contingẽter agit. ideo agit. quia uel est in materia, vel mouetur ab aliquo materiali vel aliquo modo materia participat. si igitur est agẽs per intellectum & penitus liberatum a materia, non potest diuersa agere, quia est necessarium, & necessarium ad quodcunque comparatur, necessario se habet. si in materia constitutum, agit semper ex aliqua variatione theologus autẽ quia causam totalem contingentiæ & variationis ponit uoluntatem. nam hæc est prima propositio contingentium. voluntas volt diuersa, & nulla est causa, nisi quia uolontas, & tunc sequitur quòd agens per intellectum & voluntatẽ põt agere contraria, & nulla alia causa, nisi quia agit intellectu & uoluntate, & sic theologus ponit duo principia cõtraria. primum, potest aliqđ agens nouum agere nulla facta nouitate ex parte agentis, nec ex parte passi, nec ex parte vtriusque, nec ex parte extrinseci, ut de agente per intellectum & uolontatem, & causa est, quia, relatio effectus ad ipsum est realiter idem cum effectu, & sic simul est effectus & relatio, nisi forte sit ordo rõnis. secundum, præcipua causa contingentiæ est voluntas maxime contingentiæ agendi, forsitan. n. contingentiæ patiendi materia ipsa est causa, & in his apparet quàm diminute sit locutus expositor nouus, qui simpliciter loquens, inter Philosophos, & Theologos nullam facere videtur differentiam. verum de re hac multa scripsimus nostra in adolescentia in libro destructio destructionum.

Ad idem faciat semper idem.

Differentia theologi & philosophi.

Textus isti secundum Philoponum non possunt diuidi ideo secundum Philoponum dicamus q Arist. mouet. q. quo pacto latio circularis causa esse possit gñationis & corruptionis, quoniã generatio & corruptio sunt duæ transmutationes inuicem contrariæ ideo quæritur quid harum causa sit, non. n latio esse põt, quoniam unum inquantum vnum non potest esse causa factiua contrariarum transmutationum ergo aut generatio erit semper, aut corruptio erit semper, deinde cum dicit. {Oportet aũt multos esse & contrarios} Secundum Philoponum soluit dubitationem, & dicit, quòd necesse est dicere aut duos esse motos secundum duas lationes contrarias, aut unam quidem lationem, diuersam aũt pp motus inæqualitatem. vnde inquit. Oportet aũt multos esse, & cõtrarios motus, multos dico aut latione, aut inæqualitate, qm̃ ɔ̃triorum contrariæ sunt causæ, latione quidẽ multos, ut duæ sint lationes cõtrariæ, quarũ altera generationẽ, altera vero corruptionẽ faciat. Inæqualitate uero multos, ita ut una sit latio, ppterea q semp eodem modo se habet ad id, qđ mouetur, inæqualis uero ad nos, q interdum quidem ad nos propinquet, interdũ uero distet, ut accessu v.g. generet, recessu uero corrũpat. Ex his infert, quòd latio prima quæ est motus stellarũ nõ errantium, non sit causa generationis & corruptionis qm̃ una existens & eadem nullã ad nos facit differentiam. Sed quæ circa obliquum circulum, qm̃ (ut inquit) in hac & cõtinuũ inest, hoc sempiternũ & inæquale, quod est moueri uno modo quasi duobus ad nos Quo nulli inest inæquale, contrariũ transmutationum causa est gñationis v.g. & corruptionis. Quo uero illi inest sempiternũ. eius quæ est sm̃ gñationẽ & corruptionẽ cõtinuitatis cã est Cuius cãm affert, & dicit Necesse. n. si erit sp cõtinua gñatio, & semper cõtinua corruptio, semper aliquid moueri, vt nõ deficiant trãsmutationes hæ, non tamen una latione quo ad nos, sed duabus, vt accessu, & recessu, quatenus non contingat alterũ. s. generatio tm̃, uel corruptio tm̃ Deinde sequuntur illa uerba {continuitatis igitur totius latio} quæ exponuntur alter scd̃m Alex. & alter secundũ Philoponũ. Dictũ est. n. quòd lationi obliquæ duo insunt, cõtinuitas siue sempiternitas, & præsentia ad nos, & absentia, nunc dat causam horum, & secundũ Alex cã cõtinuitatis motus obliqui est vniuersi latio, qua mouetur cœlum stelliferum. Sed scd̃o Philoponũ causa cõtinuitatis motus obliqui est latio totius, hoc est tota solis sphæra, quæ sempiterne mouetur. Cã vero psentiæ ad nos, & absentiæ est obliquitas circuli, ac inclinatio, per quam quandoque fit procul quandoque prope, tunc epilogando cõplet responsionem (& inquit) Inæquali uero distantia existente, hoc est inæquali existente circulo quo ad nos, inæqualis erit circularis motus ideo concludit, quòd si accedendo ad nos generat, recedendo corrumpet. Amplius si in sæpe accedendo ad nos, sæpe generat, in sæpe recedendo sæpe corrumpet, quoniã contrariorũ contrariæ sunt causæ quare infinities accedendo infinities generabit, & infinities recedendo infinities corrumpet, & sic tam generatio quam corruptio successione, & circulo perpetua erit. Quærit Philoponus cur elongatio solis facit corruptionem, accessio uero generationẽ, præsertim cũ æstate non sola generatio, sed corruptio fieri videatur. & hyeme eodem modo Præterea. Accedente nõ oĩa generantur, & recedente non oĩa corrũpuntur. Respõdet Philoponus, quòd Arist. pductionẽ melioris substantiæ vbiq; p excellentiã gñationẽ uocauit, pductionẽ uero deterioris, uocauit corruptionẽ, quatenus per calẽ deterioris substãtiæ generationẽ melior substãtiã, corrumpitur, qm̃ uero (ut in pluribus) accedẽte sole ad nos, pductiones fiũt meliorũ subarũ vt fructuũ, aĩalũ, & meliorũ elementorũ aeris & ignis, recedente uero hæc pereunt, dato quòd alia fiãt, adhuc corruptio horũ dicitur illorũ uero generatio per excellentiã. uerum de his postea. Sed circa expositionẽ Philoponi dubitatur, qm̃ Philoponus uult, quòd solus motus obliquus sit cã generationis & corruptionis, & continuitatis harũ. Cõtra dubitatur, qm̃ tunc motus vniuersi superflueret. qm̃ non esset necessarium ad generationẽ uel corruptionẽ, quia ad has satis est obliquitas motus quo ad nos, nec ad cõtinuitatẽ, & perpetuitatem earũ, qm̃ satis est motus totius sphæræ solis ergo motus diurnus est superfluus, & per hoc argumẽtũ Alexãder expofuit illo modo, ut dictum est. In cõmẽtatis dictũ est, q diarius motus causa est cõtinuitatis uniuersalis, obliquus uero pxima, ac magis particularis, & sic possunt Alexander, & Auer. ex una, & Philoponus ex altera cõcordari. Tertio dubitatur, quoniam Ptolomæus libro cap. enunciatorum dicit. ne prætermittas 119. coniunctiones. In his enim posita est cognitio eorum, quæ fiunt in

RECO

Dubiũ philoponi.

Dubiũ in expositione Philoponi.

mundo,& generationis,& corruptionis,a quibus cõiũctionibus,vt patet,exclusit solem & lunã. Arist. autem generationem & corruptionem tribuit solis motui tantum. Dicendum quod Arist. negasset illa, quoniam alijs stellis paruam aut nullã vim præbuit, possunt tamen concordari, quoniã Arist. loquitur in generationibus & corruptionibus quæ accidũt ordinate & vniuersaliter in anno. Ptholomeus vero loquutus est de generationibus & corruptionibus particularibus inordinatis, quæ accidunt extraordinarie in anno.

Ant. c. 90 & 91. *Quocirca aut generatio erit semper aut corruptio. Oportet autem multos esse & contrarios motus, aut latione, aut inæqualitate, cõtrariorũ enim cõtrariæ causæ. Quare vel generatio semper erit, vel corruptio idcirco*
Diluc. te c. eiusdem *oportet plures esse motus atque causas aut videlicet latione ipsa, aut variatione, quando quidem contrariorum contrariæ sunt causæ.*

Potest syllogismus factus formari cathegoricè, vt dictũ
Com. 91 fuit, & hypothetice si hypothotice sic formabit, si a motu diario vniformi & æquali ꝓficiscunt gñatio & corruptio, vel gñatio semꝑ erit vel corruptio. vult intelligere consequentis destructionem, ideo dat oppositum antecedẽtis. d. Idcirco subaudi si ambæ sunt semꝑ oportet plures esse motus atque causas, dico plures, aut. v. g. latione ipsa ita quod sint duæ lationes, aut variatione, ita quod sit vna, sed non vniformis, sed varia cuius causam repetit, quando quidem contrariorum contrariæ sunt causæ.

Ideoque non prima latio, causa generationis & cor
Ant. c. 92 *ruptionis est, sed quæ circa obliquum circulũ, in hoc. n. & continuum inest, & moueri duobus motibus. Necesse enim si erit semper continua generatio & corruptio, semper aliquid moueri, vt non deficiant transmutationes hæ. duobus autem vt non solum contingat alterum. Continuitatis igitur, totius latio causa est, præsentiæ vero & absentiæ, inclinatio. contingit enim quandoque fieri longe, quãdoque vero prope. Inæquali vero distãtia existẽte, inæqualis erit motus. Quocirca si in ad veniẽdo & in prope esse generat, & in recedendo & longe fieri idipsum corrumpit. Et si in sæpe aduentendo generat, & in sæpe recedendo corrumpit. contrariorũ enim contrariæ sunt causæ.*

Quo fit vt non prima ipsa latio generationis & cor
Dilucida te c. eiusd. *ruptionis causa sit, sed ea quæ circa obliquum est circulum. hęc nãque & perpetua est, & variatione gemina existit, quod si perpetua sit semper generatio ipsa atque corruptio, necesse est eam esse mutationem quidem semper, ne videlicet desint transmutationes ipsæ. geminam vero, ne alterum tantum cõtingat. igitur perpetuitatis quidem totius causa est latio ipsius, accessus vero atq; recessus obliquitas eiusdem. hac enim euenit vt interdũ quidem longe fiat. interdum vero prope. interuallum nanque inæquale cum sit. varium efficit motum, quare si accessu & vicinitate generat, recessu & lõginquitate idem ipsum corrumpet, atque si frequenti accessu generabit, frequenti recessu corrumpet, nam contrariorum causę contrarię sunt.*

Motus cælestis, qui græce phoras (vt diximus) nuncu-
Com. 92 patur, duplex est, alter quidem diarius, ab ortu, videlicet in occasum in. 24. horis. Alter huic (vt ita loquar) oppositꝰ ab & occasu in ortum, quo mouentur omnes planetæ duo luminaria, stellæque ipsæ fixæ varijs temporibus secundum naturas, proprias. primo nanque motu omnes mouentur natura quadam communi, & (vt alijs placet) motu raptus. Motus diarius vniformis quidem & regularis. regolaris quidem, quoniam respectu centri proprii semper æqualis, vniformis vero, quia quo ad nos semper horis. 24. perficitur. Motus vero huic contrarius regularis quidem est, quia singulæ stellæ respectu centri proprii æquales arcus describunt saluatis saluandis, non tamen vnifomis quia respectu centri nostri inæquales arcus describunt. Insuperque sol cui potissimum generãdi auctoritas tribuitur ad apicem nostrorum capitum vario motu mouetur, quia accedit, & recedit, quo fit vt motus solis i zodiaco sit perpetuus vno modo, & geminus alio mõ, ea enim ratione qua circa centrum proprium perpetuus est, & vniformis ac regularis, perpetuus est. ratione vero, qua ad apicem nostrorum capitum varie se habet geminus existit. vlterius motus ille qui simul generatio est vnius, alterius corruptio, vno mõ vnus & perpetuus est altero modo geminus. ea ratione qua nunquam deest alicui parti mũdi perpetuus est, ea ratione qua comparatur diuersis geminus motus est, vt ad nos generatio. ad illos corruptio, vel contra Ex hoc patet, motum hunc qui simul est generatio & corruptio motui solis in obliquo esse tribuendum, nam vt ille perpetuus & geminus est, & hæc Philosophus ait quæ perspicua sunt translatione tamen verum quia multi barbaria magis afficiuntur, vt ne credant me verba fugere, lego literam more barbarico Ideo & non prima latio causa est generationis & corruptionis, sed quæ est circa obliquum circulum, sic phora duplex est, prima diaria, & obliqua. In hac enim & continuum vnum est, & moueri secundum duos motus, & sic est vnitas & duplicitas, necesse. n. si semper est perpetua generatio & corruptio, semꝑ aliquid quidem moueri, ut non deficiant transmutationes ipsæ duo vero. subaudi est phora illa obliqua, vt non alterũ accidat tantum. videlicet vel generatio vel corruptio. perpetuitatis, quidem igitur totius latio causa est, hoc est perpetuitas lationis appropinquandi autem & recedendi. subaudi causa est obliquitas contigit n. interdum lõge fieri, interdum prope. inæquali. n. existente distãtia, inæqualis erit motus. syllogizetur igitur sic. perpetuus & geminus effectꝰ perpetuam & geminam habet causam. generatio & corruptio est perpetuus, & geminus effectus & motus diarius nõ est causa gemina: igitur generatio & corruptio non sunt à motu diario, tunc adde constantiam, & sunt a motu cœli. igitur à motu solis obliquo, tunc infert intentum principale. d. Quare si accedendo, & prope esse generat, & recedendo, & longe fieri, idem ipsum corrumpit, & si frequẽter aduenendo generat, & frequenter recedendo corrumpit, contrariorum. n. contrariæ sunt causæ, hoc modo de verbo ad
Dubitatio. verbum legenda est litera, verum sensus græcus, est vt trãstuli. Sed dubitatur quia 12. metap. Arist. voluit quod motus diarius est causa perpetuitatis generationis, sed obliquus est causa pluralitatis, hic vero solum obliquum ponit causam,
Solutio. unde & Auer. in parahrasi. vult motũ diarium esse causam ꝑpetuitatis generationis Dici potest quod motus obliquus est causa proxima, & generationis & corruptionis & perpetuitatis illarum. motus diarius est causa perpetuitatis remota, pro quanto mediãte motu ipso obliquo agit in generationẽ perpetuitatem, quia nisi ille esset, sol omni die non discurreret per capita nostra.

Anti. c. 93 *Et inæquali tempore, corruptio & generatio, quæ secundum naturam.*

Dilu. te c. eiusdem. *Itemque & tempore æquali & generatio & corruptio secundum naturam mensurabuntur.*

Com. 93 Ex his declaratis infert consequentia quædam, primum q; tps generationis æquale est tempori corruptionis. declaratur qa generatio accessu mensuratur. corruptio vero recessu, sed accessus & recessus solis sunt æquales. nam sol e primo puncto capricorni accedere ad nos incipit per sex mẽses, vsque ad primum punctum cancri. hinc per sex alios recedit rediens in primum capricorni. adijcit secundum naturam, quia multis partibus terræ, propter particulares dispositiones, non fit æqualis mensura generationis & corruptionis, hoc enim non est secundum naturam communem, sed per accidens, propter terræ diotroptas. verba parent.

Quia dixit tempus generationis esse æquale tempori corruptionis, nunc (vt Philoponus inquit) se exponit, & RECO.

inquit, & inæquali tempore corruptio & generatio est, non intelligēdo de omni generatione & corruptione. sed de ea, quæ est secundum naturā. Sed quæritur hic quid per generationem, & quid per corruptionem Arist. intelligat, vna responsio est secundum Philoponum, quod Arist. per generationē intelligat auctionem actiuam, quæ procedit ab ortu vsque ad consistentiam, per corruptionem vero intelligit diminutionem, quæ est a consistentia vsq; ad finem vitæ, tunc vult tempora harum esse æqualia, quando generatio & corruptio fuerant secundum naturam, nam si corruptio fiat violenta, non fiet per æquale tempus ipsi generationi & per violentam corruptionem intelligimus non solum eam quæ extrinsecus accidit ferro vel casu, sed quæ euenit ob delictum, & inordinationem cibi. Sed contra hāc solutionem dubitat Philoponus, quoniam auctio actiua non videtur attribui accessui solis ad nos, auctio n fit accedente & recedente sole. Similiter nec corruptio videtur attribuenda recessui, cum sole accedēte fiant & diminutiones & auctiones. Respondet Philoponus quod licet in accessu solis, & in recessu vtraq; fiat, auctio magis accessui attribuitur, quoniam ipso accedente plurium auctiones cernuntur quam diminutiones, ipso vero recedente plurium diminutiones, vt fructuum, herbarum, & ceterorum id genus. Attribuitur ergo auctio accessui, quatenus eo fit frequentius, & melius. diminutio vero recessui simili ratione. Sed adhuc dubitat Philopon⁹, quoniam vita humana contingit vsq; ad 120. annos, & tamen auctio non potest procedere nisi ad annum 40. multi enim processerunt vsq; ad 120. annos, nullus autem vsq; ad 60. annos auctionem habuit. Præterea. Aequiuocasset de generatione & corruptione, quoniam in principio loquutus est de generatione pro ortu, & de corruptione pro interitu. Alij per generationem & corruptionē proprius intellexerunt, per generationem quidem, quæ est mutatio de non esse ad esse, per corruptionem vero intellexerunt mutationē, quæ est de esse ad nō esse. & tunc verum est quod Arist. inquit, nam cum generatio vnius sit corruptio alterius, & econtrario, per quantum generatur aliquid, per tātum corrumpitur aliud, ex quo illud fit. Sed contra obijcit. quoniam sic intelligendo non erit eiusdem rei tempus generationis æquale tempori corruptionis eiusdem rei. Præterea. Arist. postea dicet generationem aliquam fieri in pluribus periodis, & corruptionem similiter, quod non potest intelligi de generatione & corruptione proprie dictis. Propter hæc alij dixerunt Arist. per generationem intellexisse conceptionem, vt velit dicere quod per quantum tempus vterum gerit, per tantum & corrumpitur. Modo generatio hoc pacto aliquando durat pluribus periodis, vt elephanti, nam elephantus geritur in vtero pluribus periodis, aliquādo vero vno, aliquando minore tempore, nec intelligas per conceptionem semper gestationem proprie quæ fit in vtero, sed omnem productionem, quæ potest durare tempore, vel periodo. Sed dubitat Philoponus cōtra hanc expositionem, nam cum corruptio sit duplex violenta, & naturalis, quæ corruptio est tempore æqualis generationi elephāti. Potest dici quod corruptio naturalis, nam elephantus, & omne quod naturali corruptione corrumpitur aut moritur, tanto tēpore corrūpitur, quanto fuit conceptus. Ante enim illud tempus bene diminuebatur, verum cum venit tēpus corruptionis naturalis, tunc æquali mora stat in corruptione fere insensibili obseruant enim in multis senibus, qui mortui sunt morte naturali, febrem fere insensibilem, durare aliquando nouem mensibus, de qua credebant non febricitare. Non est dissonum rationi Arist. vniuersaliter esse loquutum de generatione, & corruptione, tam de ea, quæ est mutatio de non esse ad esse, quam de auctione, & etiam de conceptione, quæ maturatio dici potest. e contrario vero de corruptionibus, & sic attribuit generationem solis accessui sic vniuersaliter acceptam, non quòd illo accedēte non fiat corruptio, sed quoniam illo accedente plurium generationes fiunt. Corruptio vero attribuitur soli recedenti, quòd eo tempore plurium corruptio cernatur. Verum de his in commentarijs.

Ideo & tempus & vita vniuscuiusque, numerum habent, & hoc determinantur. omnium enim est ordo. Et omne tempus & vita mensurantur periodo.

Amplius & tempora & vita singulorum numerū habent, quo videlicet constituta sunt, nam omnium est ordo, & omne tempus & vita circuitu mensuratur.

Secundo infert omnia entia & omnia viua certo ac finito termino designari a cœlesti motu, syllogizatur, quorum est ordo & tempus & motu & circuitu cœli mensurātur omnium natura constantium est ordo & tempus. igitur circuitu cœli mensurantur.

Ex his infert quasi corollarie, quòd tempora, hoc est vitæ singulorum viuentium numerum habent. s. periodorū vel temporum, & hoc temporum vel periodorum numero omnia viuentia determinantur, causam affert, quoniā omnium est ordo, ac mensura. Præterea. Omne tempus & vita mensuratur periodo simili. Sed dices vtrum eadem periodo omnia viuentia mensurentur. Respondet quòd non eadem omnia sed hæc quidem minore periodo hæc autem maiore, quoniam (vt inquit) periodus alijs est, annus, alijs maior periodus quam annus, alijs minor, vt enim inquit Philoponus, alia quidem est uita hominis, alia vero equi, verum (vt Philoponus inquit) vniuscuiusque speciei determinatum est tempus, speciei enim humanæ determinata est quædā vita, quam nō est possibile prætergredi aliquod singularium, vniuscuiusque autem singularium non eadem est vita, sed alia, nullo autem eorum vitam speciei supercedente, aut intelligi potest quòd Aristo. per hæc verba soluat. quoniam dictum est, quòd sol accessu generet, recessu vero corrumpat, hinc posset credi quòd vitæ omnium specierum viuentium essent æquales. sic vt equus & homo & planta omnes æquali tempore viuant. Ideo soluit, quòd licet omne viuens determinato tempore viuat. Ideo soluit, quòd licet omne viuens determinato tempore viuat, tamen non eadem specie vitæ, nec eodē tempore uiuunt omnia. Alterius enim speciei aliud est uitæ tempus, causa autem est differentia humida in quanto & quali vt libro de longitudine vitæ dicitur. Intelligit autem per periodum (ut Philoponus inquit) motum compositum ex accessu & recessu solis, totum enim hoc periodū dicit.

Sed tamen non eadem omnia, sed hæc quidem minori, hæc autem maiori. his enim annis, his autem maior, alijs autem minor periodus est mensura.

Non tamen eodem omnes. nam hæ quidem minori. illæ vero maiori. quia huic quidem ipse. alijs maior alijs minor circuitus mensura est.

Remouet dubium. nam quis posset obiicere, si motu & cæli circuitu vitæ commēsurantur, omnes essent æquales, quia accessus & recessus æquales sunt, vt dictum est. Respōdet, non tamen eodem circuitu omnes uitæ mensurātur. nam hæ quidem minori. illæ vero maiori, quia huic quidē uitæ ipse circuitus, qui unius est anni mensura est, alijs maior, alijs minor circuitus mensura est adeo quòd animal est quod uno die uiuit tantum, & sic negatur consequentia. quia licet accessus & recessus sunt æquales, tamen adhuc in cœlo sunt speciales causæ, quibus uitæ cunctis constitutæ sunt, ut dicemus.

Apparent autem & secundum sensum, confessa his rationibus quæ a nobis dicta sunt, videmus enim, quòd aduemente quidem sole generatio est, recedente autem diminutio, & in æquali tempore vtrunq;. Equale enim tēpus generationis & corruptionis quæ secūdū naturā.

Apparent autem & hæc secundum sensum his rationibus quas modo diximus. Nam videmus accedente sole generationem esse, recedente, corruptionem, & tēpore æquali vtrunque est enim tempus generationis æquale secundum naturam tempori corruptionis.

Incipit accedere sol prima capricorni parte, quia inde dies increscere incipiunt. Accedit iam ipso ingrediente primam arietis. accessisse, dicitur, cum in primam cancri labitur, & quia sensu uidemus ipso accedente generationes rerum edi, ipso recedente, corruptiones effici, patet

quod

Dubiū quid per generationem intelligit.

Obiectio Philoponi

Solut Philoponi.

Dubitatio Philoponi

Sol. aliorū

Obiectio.

Ij. expō.

Iij. expō.

Ant. c. 94. & 95.

Diluc. te. c. eiusdem Com. 94

RECO.

Anti. c. 95

Diluc. te. c. eiusdem Com. 95

Ant c. 96

Diluc. te. c. eiusdem

Com. 96

quòd ea quæ ratione dicta sunt, sensibus concordant, & quæ dicit patent.

Cum dixit, quod æquale est generationis tempus tempori corruptionis, hoc (vt inquit Philoponus) probat ex singularibus. Verum quo ad verba attinet, cum dixit corruptionem, addit quæ secundum naturam, quoniam vt (Philoponus inquit) & in animalibus, & annis fructibus

Anti.c.97 est violentum fieri.

Sed contingit sæpe in minori corrumpi, propter ad inuicem commistionem. inæquali enim existente materia & non vbique eadem, necesse est generationes inæquales esse, & has quidem citiores, has autem tardio-

Dilucte.
t.eiusdem *res, Quocirca accidit propter horum generationem, aliis fieri corruptionem.*

Verum in minori accidit rem generari propter reciprocam coniugationem. Nam materia existente varia, & non vbique eadem, & generationes varias esse necesse est, has quidem. videlicet. celeriores. Illas vero longiores. Hinc euenit vt propter hanc causam horum generatio illorum fiat corruptio.

Refellit dubium, nam posset quis dicere, tunc oẽs vitæ rerum essent æquales. Responsum est, q̃ per accidens sunt inæquales, hoc est rõne materiæ, & hoc declarat. d. Verum in minori tẽpore accidit regenerari vel procedere ad perfectionem, quæ est virilitas, propter reciprocam elemẽtorum coniugationem, quæ innumeras habet variationes. Nam materia existente varia per formas elementorum, & non vbique. i. in omni specie aĩalis eadem per complexiones, & generationes, siue vitas, & ætates varias esse necesse est, has, quidem videlicet celeriores, illas vero longiores, tunc conclud. t. hinc euenit, vt propter hanc causam videlicet. materiæ variationem horum generatio. illorum fiat corruptio, hoc est vt tempus, quod est vita alicu-

Dubitationes ius, sit mors alterius, vt homo viuens naturalẽ cursu annis 70. sit excedens vitã canis qui viuit annos nouẽ. Multa hic recẽtiores & expositores de periodo. & vitæ tpib⁹ addũt in Ari declaratioñe, quæ cũ nec astronomiam, nec philosophiam sapiant, omitto, propterea primo quid Aristot. per generationem intelligat, explanamus, & quid per corruptionem. Secundo, quot generationes sint rerum. tertio vnde varietas euenit in temporibus generationum. quarto, quid sit circuitus qui græce periodos dicitur vniuscuiusque entis naturæ. Quantum ad primum, videtur quòd

Quid per generationem. Arist. per generationem intelligat accessum ad perfectionem quo modo accidens in virilitatem, generari diceretur. Hinc quoque recedens corrumpi, & sic generatio est motus perfectiuus, corruptio motus deperditiuus. Ex his sequitur quòd vnicuique enti naturali, tempus generationis est æquale tempori corruptionis per naturam, dico per naturam, quia põt virilitas esse minor, et e mento per accidens. Sequitur secundo quòd vniuscuiusque duæ sunt naturales partes suæ perdurationis, vna quæ dicitur generatio siue iuuentus. altera quæ dicitur corruptio siue virilitas ab ortu vsque ad finem augmenti durat prima, hic in

Quot modis generatio. finem durat secunda. Vlterius animaduertendum quòd generatio põt accipi pro operatione, & corruptio pro priuatione operationum, quo modo diceremus, q̃ sole accedente ad apicem nostrorũ capitum generatio est, quia stirpes & animalia mouet ad opera vitæ & generare dicitur, recedens vero quia priuat animalia & stirpes operibus vitæ, corrumpere dicitur Et hoc ẽt modo tempus generationis naturale æquale est tẽpori corruptionis, dixi naturale. propter particulares conditiones regionum, & rerum viuentium, & alia contingentia. Hæc de primo.

Quantum ad secundũ animaduertendũ vt Arist. in libro

Solutio secũde quæstionis quot generationes sunt rerũ. de historia animaliũ enarrat. q̃ vitæ multiplices sunt, prout variis tẽporib. numerantur. nã aliis longa, aliis breuis, aliis media, & horũ aliis secundũ speciem, aliis secundum indiuiduũ. Hinc fit q̃ secundum speciem vnicuique tempus generationis est æquale tẽpori corruptionis. vt si canis vita 9. est annis, generatio erit quatuor cũ dimidio. corruptio tãtundẽ. Verũ secũdũ indiuiduũ nõ oportet, quia propter particulares conditiones. potest taliter esse hæc de ij. Solut. 4

De tertio dicamus quòd causa diuersitatis vitarum duplex est. vna ex parte materiæ, mistura siue complexio. altera ex parte cœli apud Aristo. motus solis. Ex parte quidẽ materiæ, determinata & certa ac consistẽ a formarum & qualitatum elementorũ proportio, causa est speciei, & indiuiduis sub rõne speciei, vt dato tanto tẽpore viuant, sunt enim aptæ secundum speciem tanto tempore conseruare formam in materia, vt complexio & mistura canis formã canis annis habet 9 cõplexio & mistura hoĩs aĩam hoĩs annis septuaginta, nec ex parte materiæ est petenda alia causa ex parte cœli sol existit solus, & secundũ Aristotelem, & secundum Ptolemæum, causa perdurationis vitæ secundum speciem, cum enim canis æditur calculetur verus motus solis, vt (cã verbi) sit in primo pũcto cãcri, dico q̃ reditus solis nonies in primum punctum cancri est causa tantæ perdurationis. videlicet nouem ad annos. nã suo motu, & sua luce alterat aerem calefaciendo, qui calor in materia disposita pro complexione canis, præparat materiam pro conseruatione animæ canis per nouẽ annos, quique calor in materia disposita pro forma hominis, præparat vt forma hominis cõseruetur vsque ad annos 70. vnde sol & complexio causa sunt vitæ, quæ secundũ speciem tanto perdurat tempore.. Et hoc ait Philosophus, sol & homo generãt hominẽ Hinc patet quòd motus solis ex prima parte cancri in genitura canis hẽt duas partes, vna dicitur accessus, quo videlicet. ipse in primum capricorni quater cũ dimidio accedit, quo tempore canis generatur, hoc est crescit ad perfectionẽ. hinc ad finẽ hoc est vsquequo redeat in partem primam cancri, alia pars est corruptio. Patet etiam q̃ tempora vitarum, & generationum & corruptionum specierum non sunt æqualia, quia licet sol æqualiter moueatur, complexiones & materia non sunt æquales. Hæc de tempore vitæ secun-

Deuite in diuidui. dum speciem. Sed vnde est quòd Socrates 70 annis Plato 40. viuat, cum tempus speciei sit æquale omnibus? res hæc transcendit philosophiam naturalem, nec Aristot. curauit explicare causam aliam præter materiam, quia non erat physicum, sed astronomicum negocium, dici tamen põt, vt recentioribus satisfaciam, etiam indiuiduum aliquando non sequi tempus suæ speciei & ex parte sua. & ex parte cœli. Sua quidẽ (quia sẽm Ptolemeũ in lib. apotelesmatõ vt declaraui in nostro tessarologio) potest homo voluntate multa agere, qua sibi cœlum non pollicebatur, vt aliqua tota vrbe diluta in abissum omnes homines pereant, quibus omnibus ex cœli constitutione sic mori non erat promissum. Item vt accidit etiam volentibus ire per mare, & aliis causis, vnde & Ptolemæus in lib. c. enunciatorum ait. quòd quæ habent arietem aut libram in horoscopo, hĩ suæ mortis causa erunt non ex cœlo, sed propria voluntate. Dico secundo, quòd homo sua voluntate potest multa euitare, quæ non euitando, potest breuiorem habere vitã, quàm suæ spẽi conueniat. iuxta verbum Ptolemæi. anima sapiens potest multa auertere & reliqua. Dico tertio quòd multis conferre potest, quæ sibi ventura sunt, & multis obiicere, ne ita acertime accidant. quæ omnia in rationibus commentationibus Ptolemæi relinquo. Ex his patet quòd a se homo potest propter multa accidentia terminũ vitæ abbreuiare, quam a cœlo & a specie sit constitutus. Ex parte cœli vero, quoniam dator annorum, qui græce apheta dicitur magis vel minus distat in genitura indiuidui a loco anæretæ, hoc est interfectoris, propter eclipses in locis Solut. 4. vitæ occurrentes & propter alias causas, quas in tessarologio, & in libro de creticis explicaui. Hæc de tertio.

De quarto patet quid sit periodus siue circuitus, est. n. motus solis, quo redit ad partem, quã tenebat geniture tẽpore. In quibusdã contractus ad annũ p̃p cõplexionẽ speciei. in quibusdam ad nouem annos, in aliis ad alios plures. Et hoc quantum ad spẽm, quãtũ uero ad indiuiduum periodus est motus siue temporis, quo apheta siue sol sit, siue sit luna, siue aliquis alius, accedit per motum diarium ad locum anæretæ dando cuilibet gradui ascensionis partẽ proportionalem uitæ secundum speciem, vt in quibusdã annuus, vt in hominibus, in quibusdam plus. ut serpentibus

In qui-

In quibusdam minus, vt in canibus. In quibusdam minimum, ut in ephemero, vt dicitur in libro de historia animalium. Aristo. igitur dum dixit generationẽ mensurari periodo solis in speciebus loquitur, non in indiuiduis. Sed de his quædam in quæstionibus addemus.

RECO. Hoc qđ dicit (vt Philoponus inquit) nõ ad proximo dictũ audiendũ est, sed ad id, quod superius dictum est, cum .n. dixisset, q̃ tempora ordinata sunt speciei vniuscuiusque, hoc in loco dicit, q̃ accidit plerunque in minori tempore, quam ordinatum sit secundum speciẽ, mori. Intendit ergo huius rei causam assignare. s. cur quædam singulariũ præmoriantur nõ adimplentia naturalẽ periodũ. & dicit, sed contingit sæpe in minori tẽpore singulare corrumpi quã sit ordinatũ secundum speciem pp adinuicem commistionem. Exponit Philoponus pp commistionem mẽstrui mulieris cũ semine viri, qm̃ (vt Philoponus inquit) postquam commista sunt semina, contingit matrem in vteru ferentẽ vti inordinato regimine, & sic nascetur fætus debilis, qui non põt pertingere ad tempus vitæ, quod est secundũ speciem inordinatum, nam (vt inquit) inæquali existente materia, & non vbique in omni singulari eadẽ necesse est generationes, hoc est uitas inæquales esse, & has quidẽ citiores has autẽ tardiores. ideo cõcludit q̃ accidat pp horum generationem, ac vitam sic languidam fieri alijs corruptionem citiorẽ q. d. q̃ põt nasci languidus aliquis, & sic fieri potest, vt corrũpatur ante tempus speciei Aliter Exponi põt verbum {propter adinuicem cõmistionẽ} vt per commistionẽ intelligatur in cœlestibus, qm̃ (vt Philoponus inqt) non solum sol, sed alia erratica, & inerratica operantur circa generationem, licet non tm̃ vt sol (vt inquit) sæpe. n. ob talem ipsarum inuicẽ complicationẽ, inæqualis fit materia. Materia autẽ existente inæquali, vita erit inæqualis, potest ẽt verbũ commistio, intelligi pro cõplexione, quæ cum non sit oib⁹ vna, ideo vita non erit omnibus æqualis: verba illa {quocirca accidit propter horum generationẽ, alijs fieri corruptionem} obscura sunt, & possunt intelligi, q̃ propter generationẽ horũ diuersimode subaudi natorũ, accidit alijs fieri corruptionẽ ẽt diuersimodè, quoniam sicut non omnium generatio est æqualis, sic nõ omniũ corruptio est æqualis Ex his colligitur secundum Philoponũ, q̃ vnaqueq; species viuentis limitat sibi certũ tempus suæ durationis, vltra q̃ nullũ eius singulare prætergredi põt, licet circa illud corrumpi possit. Causa aũt est differentia humidi in quanto & quali, vt libro de causis longitudinis & breuitatis vitæ dicitur, quia. n. humanum humidum differt in quanto & quali ab humido equino, ideo humana species limitauit sibi tantam vitam. equina vero tantam. Causa autem quare humidum humanæ speciei fuit ita constitutum, equinum vero illo modo, est ex differentia formarum, quæ non possunt stare in materia, nisi cũ humido sic secundum speciem constituto. ergo differentia temporũ vitæ specierũ proficiscitur ex differentia humidorum in quanto & quali, differentia vero humidorum in quanto & quali ex differentia formarum secundum speciem, quæ non possunt stare in materi s nisi mediantibus humidis sic constitutis. Singulare vero speciei potest circa tempus speciei corrumpi, propter differentiam commistionum seminũ maris & fæminæ, aut propter differentiam cõmistionũ aliarũ stellarũ a sole, quæ uariant materiam ex qua constituitur species. Aut ex differentia cõplexionũ in eadem specie, aut ex differentia regiminis in vita. Ex quo sequitur q̃ per se oib⁹ indiuiduis eiusdem speciei vita est æque longa, per accidens autem nõ est æqualis, hæc sunt, quæ physice colliguntur ex Philopono. Astronomice vero in cõmẽtarijs multa pulchra dicũtur, quæ satis patẽt. To itelligas periodũ aliter Philoponũ, aliter nos sũpsisse.

De uita specifica & indiuiduorum.

Ant. c 99. *Semper vero (vt dictũ est) cõtinua erit generatio & corruptio, & nunquã deficiet propter quã diximus causam, hoc autem, rõnabiliter contingit. Quoniam. n. in omnibus inquimus quod melius est sed desiderare naturam semper, melius autem esse quam non esse, esse autem quot modis dicimus in alijs dictum est, hoc aut in omnibus impossibile existere, propterea quòd longe à principio distant, reliquo mõ cõpleuit oẽ deus, cõtinuã faciens generationem. ita. n. maxime continuabitur esse, quia proxime est substantiæ, fieri semper gñationẽ*

Semper vero quemadmodum dictum est generatio atque corruptio perpetuæ sunt, ita vt nunquam deficiãt propter eam quam diximus causam. Quod etiam alia causa rationabile est, nam cum in omnibus naturam ipsam dicimus semper optare melius. sit autem esse ipsum melius quam non esse (quod esse quot modis dicatur, in alijs dictum est) sit autem illud in omnibus impossibile inesse, propter longam e principio distantiam, modo alio perpetuauit totum deus perpetuam. videlicet faciendo generationem. Modo enim isto maxime perpetuabitur esse ipsum, quia peculiarissimum subiectis ipsis est semper effici per generationem. Dilu te. c. 9 eiusdem.

Nunc arguit generationem esse perpetuam, per enthimema cuius antecedens est tres propositiones. prima, natura appetit melius de possibilibus secunda, esse est melius quam non esse. tertia, esse semper est impossibile secũdum idem numero, sed possibile secundum idem specie, quia res e principio intantum distant, vt non possint illius perpetuitatem secundum numerum capere. Ex his infert quòd deus compleuit totum esse faciendo perpetuam generationem, quia modo isto maxime potest esse perpetuari, quoniam ipsis subiectis semper effici per generationem est maxime conueniens siue proximum, quod addit ad differentiam aliorum, quæ non sunt per generationem, sed ad cæterorum inceptiones, v⁹ accidentia ipsa. Hæc ratio syllogistica põt resolui in tres syllogismos, quibus concluditur hæc conclusio generatio est perpetua. Tu vero considera, quia non est nimia cura. Com. 98

Assignauit causam ob quam semper est generatio, & materialem, & factiuã, & materialem quidem dixit semper generationis causã, ex eo quia generatio vnius est corruptio alterius Factiuam uero, sempiternum motum cœlestem, eo enim q̃ cælestia corpora semper mouentur, nunquam motus, aut generatio deficiet, nũc (vt Philoponus inquit) finalẽ causam assignat, ob quam semper generatio, & cex resoluitur in syllogismos. primus est, quod melius est, desiderat natura esse est melius quã non esse. ergo esse ipsum desiderat natura scđs esse quod est possibile, desiderat natura, esse perpetuũ secundum speciẽ, est possibile generabilibus. ergo esse possibile secundum speciem desiderat natura. Vel secundus syllogismus est iste, duorũ id, quod est possibile cõpleuit, ac fecit deus, esse perpetuũ secundũ speciẽ est possibile generabilibus, & non est possibile esse perpetuum secundũ numerũ. ergo esse perpetuũ secundum speciẽ deus fecit generabilibus, non autem secundũ numerum. Tertius faciens generabilia secundã speciem perpetua, facere debet generationẽ perpetuam, per quam generabilia secundũ speciẽ fiunt perpetua, deus fecit generabilia secundum speciem perpetuam, quæ esse nõ possunt perpetua sine generatione. ergo fecit generationẽ perpetuã. vñ dicit Semper vero (vt dictũ est) continua erit generatio & corruptio, & nunquã deficiet pp cãm quã diximus. s. materialẽ & factiuã, hoc ãt rõnabiliter contingit etiam propter causam finalem, quæ est vt seruetur esse secundũ possibilitatem. Tunc tangit primum syllogismum, & dicit. Qm̃ in oib⁹ inquimus, quod melius est desiderare naturam semper, sed esse est melius quam non esse. ergo est semper desiderat natura. Hic est primus syllogismus. deinde tãgit secundum, & dicit, esse aũt quot modis dicimus, in alijs dictum est, ut secundo de anima. & octauo physic. s. esse idẽ numero, & esse idem specie. hoc autem. s. esse idem numero in oib. impossibile est, idem. n. numero semper est deus & substãtiæ separatæ, & corpora cælestia. In his uero, quæ sunt in materia, esse idem numero semper est impossibile, pptereà q̃ longe distent a principio. s. deo. Deo. n. propinquiora sunt corpora cælestia, remotissima sunt generabilia, ideo cõcludit q̃ deus reliquo mõ. s. secundum speciem semper cõpleuit generabilia, nã faciendo illa perpetua secundum speciem, fecit quodammodo media inter generabilia RECO

bilia secundum numerū accepta, & cœlestia secūdū numerum æterna Fecit autem deus hæc secundum speciē perpetuam continuā faciens generationē, ita n. (vt inquit) maxime continuabitur ac perpetuabitur esse, quia proxime est substātiæ generationem fieri semper, & per hæc innuit tertium syllogismū. Quo vero ad verba attinet, debes scire (vt inquit Philoponus) q deus fecit sempiterna secundū numerum f. corpora cœlestia, quæ secundū substantiam intransmutabilia sunt. secundum locum transmutabilia. Fecit & ea quæ secundum substantiam & numerū sunt intransmutabilia vt generabilia, vt perfectus esset mundus, fecit secundum speciē generabilia esse perpetua. Secundum numerum transmutabilia, ideo dicit reliquo modo f. faciendo tertiū, cōpleuit omne hoc totum mundū deus. vt. n. mundus esset perfectus, in eo debebat triplex genus entis adesse, secundū numerū simpliciter æternorum, secundum numerum simpliciter corruptibilium, secūdū speciem vero æternorum, horum trium, primo principio propinquissimum est quod est æternum secundū numerū, ab illo vero longe distat, qđ est secundum numerum generabile, medium est secundum speciem æternum, sic. n. deus faciens mundum processit ordinate, non ab extremo ad extremum sine medio, cum vero dicit, quia proxime est substantiæ fieri semper generationem, per substantiam deū mundi opificem intelligit, per hoc. n. q generabilia fiunt semper, sunt proxima ipsi deo secundum esse considerato, per generationem uero sunt proxima deo secundum perpetuitatem accepto, deus n. est esse perpetuū. cui generabilia sunt proxima quo ad esse eius per ipsum fieri, quo uero ad eius perpetuitatem per eius generationem (vt Philoponus annotabat.)

Deus est cā mundi secundum Philop.

Colligit hic Philoponus secundum Arist. deum esse mūdi opificem, atque effectiuam causam, hæc de causa finali, tunc repetit causam factiuam perpetuæ generationis, & q. d. licet finalis causa perpetuæ generationis sit, vt generabilia deo appropinquent quo ad illius esse, & illius perpetuitatem, tamen eius causa factiua est circularis motus, vt dictum est.

Huius autem causa vt dictū est sæpe, circularis ratio. sola enim continua.

Ant. c. 99 & 100. Dilu. te. c. eiusdem.

Huius autem vt dictum est pluries causa est, circularis latio. hæc enim sola perpetua existit.

Com. 99.

Repetit causam generationis & corruptionis assignatam videlicet. circularem lationem, quæ res patuit.

Ant. c. 100

Ideo & alia quæcunque transmutantur adinuicem secundū passiones & potentias. verbi gratia simplicia corpora imitantur circularem lationem. quando enim ex aqua aer generatur, & ex aere ignis, & rursus ex igne aqua secundum circuitum dicimus circuire generationem, quia rursus reuertitur. Quocirca & recta latio assequens circularem. continua est

Dilue. te. c. eiusdem

Hinc fit vt cætera alia quæcunque mutuo transmutantur secundum potentias & passiones, veluti simplicia corpora, sectentur circularem motum, nam cum ex aqua aer fit, exque aere ignis, iterum & ex igne aqua, circulo dicimus generationem conuerti. quia econuerso vertitur. Insuper etiam & horum motus rectus circularem sectans, perpetuus est.

Com. 100.

Soluit problemata. primum, quare generatio elementorum vna dicitur circularis, vt illa quæ est ex symbolis semper, ut quando ex aqua aer fit, ex hoc ignis, ex igne terra ex hac aqua, ex hac aer, ex hoc ignis, & sic in infinitum. Respondet quod causa huius est motus circularis, nam cum natura inferior sectetur superiorem inquantum potest, ideo cum cœlum moueatur circulo, & generatio symbolica circularis erit. secundum est, quare recta generatio vt dissymbolica est perpetua. Respondet, quia hæc sectatur motum cæli, nam accedente sole crescunt elementa superiora, & inferiora diminuuntur, & recedente, fit econtra, & hoc perpetuo. Et quæ dicit clara sunt. Animaduerte, q generationem uocat phoram, abutitur enim verbo. sed accipit phoran pro, generatione. Hic textus optime exponitur in commentariis, uerum Philoponus quo ad verba Aristo. dicit, q Arist. per potentias intelligit qualitates motiuas, p passiones qualitates alteratiuas, uel aliter dicit, q per potentias intelligit qualitates actiuas calidū & frigidū, per passiones vero qualitates passiuas humidū & siccū Ego vero per potentias substātiales formas intelligo, per passiones vero qualitates passibiles, per rectā vero lationē Philoponus intelligit generationē in rectū Est n generatio duplex circularis, & recta, circularis est elementorū, recta vero est hominis ex homine, & sic in infinitū. Hæc. n. dicitur æterna, qm̄ imitatur circolarem, quatenus ex hoie fit semen primo, & post semen embrio, & post embrionē puer, post puerū adolescentulus, post adolescentulū fit uir. ex viro vero iterum fit semē, & embrio, & sic deinceps. Hæc ergo generatio reuera in rectū est, quia vero imitatur circulū, hēt sempiternitatē. Animaduertendū vero q generatio elementorum ex inuicem dicitur simpliciter in circulo, qm̄ in illa non pōt fieri processus in finitum (vt probatum est) ideo oportet vt retrocedatur. Generatio vero hominis ex homine est in rectum, quia procedit in infinitum, verum habet nonnihil circularitatis, & ea ratione, procedit in infinitum.

RECO.

Ant. c. 101

Simul autē manifestum est ex his, quod quidam quærunt, quare vnoquoque corporum in propriam lato regionem, in infinito tempore non distant corpora. Causa enim huius est, adinuicem transmutatio, si enim vnumquodque maneret in sua ipsius regione, & non transmutaretur ab eo quod prope, iam vtique distarent. Transmutantur igitur, propter lationem duplicem existentē. quia vero transmutantur non contingit manere vllum eorum in vlla regione ordinata. Quod igitur est generatio & corruptio, & propter quam causam, & quid generabile & corruptibile. manifestum ex his quæ dicta sunt.

Dilue te. c. eiusdem

Simul autem patet ex his id quod quidam dubitāt, propter quid singulis corporibus ab infinito tempore in propriam regionem latis, ipsa eadem composita corpora non distant? Huius enim causa est mutua horum transmutatio. Si enim vnumquodque in suiipsius regione permaneret, neque a sibi vicino transmutaretur, destitissent tandem, transmutantur quidem igitur propter eā lationem quæ gemina existit. Propter conuersionē verom nulla vna regione ordinata eorum aliquod permanere contingit, propter quid quidem igitur est generatio & corruptio; propter quā causam. & quid generabile, & corruptibile, perspicuū ex his, quæ dicta sunt.

Com. 101.

Soluit tertium problema videlicet propter quid per infinitum ante tempus singula corpora elementa per suas regiones delata sunt, & nunquam ceciderunt, ac nunquam inuicem distarunt, semper fuerunt contigua, & propriis in regionibus. Mouit problema hoc propter Empedoclem, qui uoluit illa quandoque confundi per amicitiam (inquit) Simul autem patet ex his id quod quidam dubitant vt Empedocles propter quid singulis corporibus ab infinito tempore ante in propriam regionem latis, ipsa eadem supple composita & coordinata nunquā distant, sed semper sunt contigua, ac in suis regionibus. hoc est problema. Animaduerte quōd textus singulariter scribitur in græco. videlicet. propter quid vno quoque corporum, sed ego transtuli pluraliter, quia verbū ecastos signat multitudinem. Respondet quōd causa est mutua horum transmutatio. nā si vnumquodque in suiipsius regione permaneret, neq; a sibi vicino transmutaretur, destitissent tādē. subaudi eorū transmutationes. Et sic quantū ex vna parte de eis corrūpitur, tantū ex alia generatur, & propterea tenetur in æqualitate semper. vbi aūt de eis corrūperetur, & nihil regeneraretur, gñationes & trāsmutationes eorū tandē destitissent, quia essent omnino & penitus corrupta. at quia est generatio & corruptio. ideo species & esse totale in eadem regione conseruatur absq; cōfusione. Tūc epilogat causam huius mutuæ trāsmutationis (& inquit) Trans

mutantur

mutantur quidē igitur propter eam transmutationē, quæ gemina existit. videlicet pp motum solis per zodiacum. Propter cōuersionem vero eorum mutuam in nulla vna regione ordinata eorum aliquod pmanere cōtingit, qu a partes se tangentes confunduntur. nā quantū vnum accipit de natura propinqui, tātum ēt accipit de loco eius, & permiscetur ei, vt videmus q̄ terra & aqua euaporantes, tendunt ad locum aeris, & permiscentur cum eo, & similiter quando ignis & aer frigore inspissantur, vadunt ad locum terræ & aquæ, & permiscentur cū eis. quo fit vt elementa non sunt vbique pura. nam in partibus in quibus sē contangunt, permiscentur inuicem, & confunduntur. Sed

Dubitationes. dubitant. vtrū partes elementi non tangentes elementum sibi vicinum aliquando corrumpantur. videtur q̄ sic aliter aliquod corruptibile esset, quod nunquam corrumperetur contra Arist. primo cæli. Videtur ēt q̄ nō. quia illis non potest applicari corrūpens. Secundo, totum elementum potest corrumpi. igitur totum aliquando corrumpetur. aliter aliquod corruptibile esset, quod nunquam corrumperetur. Ad hæc dici potest. vt respondet Auerroes supra commen. 36. q̄ elementa sunt corruptibilia secundum partes, & sic nulla est pars, quin illa quandoque corrumpatur. Tūc ad primum dicendum quòd licet sibi non potest applicari agens, tamen ipsa inspissata, vel leuificata venit ad locum suæ corruptionis, pōt n. cōstellatio aliqua succedere quæ certā darā ignis partē in cōcauo inspisset & faciat descendere ad locū suæ corruptionis. Similiter de terra pars superficialis corrumpitur, & alia succedit & generatur ex alia parte, adeo q̄ q̄nque centrales partes erunt circūferentiales. Ad secundum diceret Auerroes quòd totum non est corruptibile, ideo non oportet vt totum aliquando corrūpatur. Et si dicitur totum est compositum ex materia & forma. igitur totum est corruptibile quicquid velint sorticolæ circa illud sincathegorema totum. dico quòd totum est corruptibile. nec oportet vt totum aliquando corrumpatur. sed satis est quòd aliquod indiuiduum eius semper corrumpatur ad hoc, vt species non frustretur. Et hoc vult dicere Auerroes. quòd totum non est corruptibile hoc est ita quòd aliquando sit corruptum. Deinde epilogat, & totum patet. Sed circa hæc sunt quæstiones. prima vtrum

Q̄ones & prima utrum perpetua sit generatio. perpetua sit generatio & corruptio. Et agunt quòd non. quia solus motus localis est perpetuus. Secundo quia nulla generatio est perpetua. Ad oppositum est Arist. in littera.

Pō sorticolarum. Captiuncolatores & sorticolæ quæstionem soluunt logice tantum, quo in sensu Arist. non loquitur. Vnde volunt verbum perpetuo multipliciter exponi. vno quidem modo pro eo quod est sine intercisione. & sic concedunt perpetuo esse generationem, quia sine intercisione est aliqua generatio videlicet. illa aquæ sub polis. & hæc aeris sub æquatore. Et forte sub hoc sensu aliqua vna numero generatio perpetuo est. Alio modo exponitur sic. perpetuo a est. ante quodlibet tēpus fuit a. & post quodlibet tempus erit a. igitur perpetuo est a. quo sensu etiam naturaliter loquendo concedunt perpetuo esse generationem. non ante quodlibet tempus fuit generatio, & post quodlibet tempus erit generatio igitur perpetuo est generatio. Tertio potest exponi perpetuo est a. sic semper & omni tempore finito est a. igitur perpetuo est a. quo quidem in sensu catholici concederent perpetuo esse motum, quia semper & omni tempore fuit motus. nam verbum semper distribuit tempus, modo ante mundi creationem non fuit tempus. Quarto exponitur in infinitis temporibus, quorum quodlibet est æquale vni certo dato est a. igitur perpetuo est a. quo in sensu Aristoteles intelligere videtur apud eos. Et hoc modo perpetuo est generatio, tam secundum quid, quā simpliciter, & tam elementi, quam misti. vt patet in eorum

Confutatio. libris. Sed pace horum dixerim hæ videntur captiones, primo quia nec grammatice, nec logice loquuntur. secundo nec quoque physice. grammatice quidem non, quia perpetuum vbique pro continuo accipiunt. Vnde Plinius 11. libro hystoriæ naturalis, capite 52 inquit. Igitur vitæ breuis signa ponit raros dentes, prælongos digitos, plumbeum colorem. pluresque in manu incisuras, nec perpetuas, vbi perpetuas accipit pro continuis. & hos vbique alii omnes. logice vero minime, quia Aristoteles in libro cæli, & in physica auscultatione. cum probat perpetuo esse motum, siue sempiternum. probat per hoc quia non incepit, nec desinet. igitur perpetuo est a. apud Aristotelem sic exponetur, nec incepit, nec desinet a. igitur perpetuo est a. Quod si velint contendere quòd debet exponi modo illo uoluntarie loquentur, quamquam apud eus hoc non multum videatur inconueniens, cum sæpisime propria loquantur auctoritate. Quod uero nec physice declaratur. quia Philosophus in littera uult generationem esse sempiternam, & tempus generationis esse æquale tempori corruptionis igitur videtur uelle perpetuam successiuam, & continuam esse generationem, hoc est sempiternam. Propter hæc & alia plura videtur mihi Respōsio ppria. quòd de rigore physico dupliciter potest verificari quòd perpetuo siue sempiternaliter est generatio. uno modo accipiendo generationem pro accessu rerum ad perfectionē qua ratione accessum animalis e genitura ad consistentiam vsque generationem diceremus, contra uero recessum e consistentiam in corruptionem diceremus corrumpi. quo in sensu perpetuo & sempiternaliter est generatio, quia perpetuo & sempiternaliter est accessus rerum ad perfectionē, quia uel in nostra regione sub tropico cācri, uel in illa sub tropico capricorni. accedente nanque sole, accessus fit rerum in regione nostra, recedēte fit accessus illic. Sicque de corruptione diceremus. nam recedente hinc fit rerum recessus. recedente illinc, fit illic rerum recessus. & sic sempiternaliter est accessus, sempiternaliter est recessus. igitur perpetuo sempiternaliter est generatio, & perpetuo sempiternaliter est corruptio. Et hæc de generatione & corruptione vniuersali totius mundi. Potest etiam verificari & in generatione particulari certæ datæ rei, ut hominis & equi uel eiusmodi. ut in proxima digressione circa textum est declaratum. Et sic de rigore physico Arist. intelligit. Tunc ad argumenta patet solutio. Consequenter secundo quærunt utrum solum contrarium ipsum sit causa corruptionis Et uidetur quòd non, auctoritate Aristoteles primo auscultationis physicæ, & septimo metaphysicæ. secunda q̄o de causis corruptionis. Materia inquit est quo res potest esse & non esse. igitur materia est per se principiū corruptionis. Secundo, Auer. in li. de substantia orbis ait dimensionem esse principium corruptionis. Igitur non tantum contrarium. In contrarium est quod communiter dicitur. omne quod corrumpitur e suo contrario corrumpitur. Circa hanc difficultatem tria Q̄d de q̄o nā. sunt uidenda. primum enim de causis corruptionis secundum de causis æternitatis. tertiū de causis longitudinis & breuitatis uitæ, uel permanentiæ rerum. Quantum ad primum recentiores fere omnes aiunt causam corruptionis esse tantum contrarium, & hoc uel intrinsecum, ut in mistis, & dissimilaribus, uel extrinsecum ut in simplicibus & similaribus, & intelligunt per contrarium illud Pō recentiorum. quod contrariatur corrumpendo formaliter vel virtualiter, uo se uel suis qualitatibus, vt accumulate exponunt. Propter quod inferunt quæ minus contrarietatis participant. diutius perdurare, contra vero quæ multum contrarietatis. ut simplicia diutius perdurant mistis, quando quide simplicia non nisi extrinsecum habeant contrarium. Itemque similia diutius permanent dissimilaribus quia dissimilaria partium plurimæ contrarietatis, sunt citius corruptibilia. Sed pace tantum dixerim, hi propriam uocem non per- Confutatio. cipiunt. nam uel quæstio quærit e quibus. uidelicet principiis corporibus inest hæc passio, quæ corruptibilitas appellatur. uel quibus e causis hic effectus qui corruptio est, corporibus inest. ubi quidem de effectu est quæstio, cum corruptio non per se a natura intendatur, sed generationis gratia, ut Aristoteles ait. ille ipsæ causæ corruptionis erunt, quæ & generationis? constat autem generationis tria esse principia uidelicet materiam formam & priuationem quatuorque causas. uidelicet materiam formam finem, & efficientem. ut in libro auscultationis physicæ declaratum est. Quod si de affectione sit quæstio. tria sunt principia corruptibilitatis apud Auerroem in libro de substantia orbis uidelicet. materia ipsa dimensio, & cōtrarium in se uel suis in qualitatibus, quæ enim corporum

ante

ante formæ receptionem, & contrarium suæ formæ pro se, uel qualitatibus formæ, ipsa per se corruptibilia sunt. hoc est, apta nata corrumpi, vel pati affectum corruptionis. Hæc igitur affectio siue passio, quæ corruptibilitas nuncupatur, his ipsis e principijs in corporibus proficiscitur, quibus corruptibilia corpora definiuntur. Definiuntur autem e principijs intrinsecis, materia videlicet dimensione, & qualitatibus contrarium habentibus. vt Aristoteles expressit de qualitatibus ipsas vocãs differentias essentiales, & principia formalia corporum physicorum de materia satis, in libro physicorum. At dimensionẽ adiecit Auerroes, quã ex verbis Aristotelis in pluribus locis enisus est deducere. Propter quæ non male recentiores aiunt affectiones indiuiduorum ex parte materiæ fluere principijque indiuiduorum, quæ sunt materia, dimensio, & qualitates contrarium habentes affectiones specierum, ex principijs specierum, quæ forte sunt partes formæ tantum. Illud tamen attentione dignum quod Auicenna credit hanc affectionem, quæ est

Pō Auicē.

corruptibilitas posse corporibus inesse ex sola materia. etiam nullo contrario sibi competente. qua ratione cælum ait corruptibile esse, ipsum tamen nunquam corrumpi, quia effectus corruptionis e contrario prouenit. Cuius etiã posi

Egidij pō

tionis Egydius noster esse videtur in tractatu de materia, cæli: asserit. n. cælum habere materiam, & eiusdem speciei cum materia generabilium, cælum tamen ait esse incorruptibile, quia materia cæli satiatur forma illius propter contrarij carentiam. Sed hæc res pluribus in locis confutata

Quid Aue

est. Nunc vero ad Auerrois mentem ita supponas, illa tria esse corruptibilitatis causas siue principia conuertibilia. nã vnum infert omnia reliqua: vbi. n. est materia naturalis ibi est & dimensio, & qualitas contrarium habens: nam materia quæ non infert illa duo, non dicitur materia nisi æquiuoce, & in ratione metaphysica, quæ est ratio potentiæ, & nõ in ratione physica, quæ est ratio transmutabilis potentiæ, qua videlicet ratione Auerroes pluribus in locis cælestibus materiam dedicat, eaque e materia cõstare dicens Et de corruptionis, ac corruptibilitatis causis satis De causis æternitatis corporum vel rerũ transigamus. recentiores simili ratione tenent habere contrarium intrinsecum formaliter vel virtualiter esse causam corruptionis, igitur non habere contrarium aliquo modo causa est æternitatis, quando quidem contrariorum contrariæ sint causæ Auicenna vt diximus. & Egidius volunt corpora pro tanto non corrumpi, pro quanto carent contrario. Est. n. contrarium causa effectus corruptionis causa vero affectus corruptionis est materia, quando quidem cælum est æternum & corruptibile æternum quidem, quia ab effectu corruptionis capi nõ potest cum contrarium nullatenus habeat. corruptibile vero, quia materiam habet physicam. Verum de causis æternitatis sentiendum est apud Auero. vt de causis corruptionis. quando quidem contrariorum sint oppositæ causæ erat ipsa res affectione corruptibilis, quia habet materiam dimensionem. & contrarium erit per idem affectione æterna, quia caret materia, dimensione & contrario. erat ipsa res, affectu corruptibilis quatuor ipsis e causis. erit affectu æterna e carentia illorum. Hæc pauca de æternitatis causis Et de causis permanentiæ siue longæuitatis agamus. Iuniores permanentiæ sex causas afferunt, similaritatem partium. Medij continentis conuenientiam, calidi cum humido bonam commistionem, resistentiæ fortitudinem, latitudinem complexionis siue mixturæ, atque in viuentibus bonam calidi cum humido proportionem. Mihi autem videntur generatim esse duas tantum causas, ab extrinseco quidem medij conuenientiam. quando quidem res a medio contrario & corrũpãtur & infirmentur. ab intrinseco autem latitudinẽ mixturæ Quãdo enim mistura est ampla magnæque latitudinis, sub cuius quolibet gradu põt forma in materia permanere, indiuiduum illius diutius perdurat. Propterea metalla & lapides sunt longæuiora hominibus quia eorum mistura amplior existit. at in viuis specianda esse potest tertia causa bona videlicet proportio cal di cum humido, hoc est temperantia ad iustitiam, vt Aristoteles tradit in libris de longitudine & breuitate vitæ vbi nanque alterum illorum nimium super excresceret, vt calidum supra humidum, vel

De causis æternitatis.

Pō recentiorum.

Auicennæ & Egi. pō

Pō Auer.

De causis permanētiæ.

Positio recen. torũ.

Pō ppō.

econtra. procul dubio cita est dissolutio. Causæ vero quas recentiores afferunt peccant, vel quia coincidunt, vel quia superfluunt coincidunt quidem vt tertia, & sexta. vt consideranti patet. Falsæ vero: nam multæ arbores similiores, sunt multis animalibus, quæ tamen vita breuiores sunt. Superfluunt autem, quia resistere contrario non causa est, sed effectus, cuius causam quærimus. Hæc de causis permanentiæ & per consequens de tota quæstione satis. Nam solutio argumentorum constat. Secundo verum vita humana possit perpetuari vel prolongari. Quod possit perpetuari, declaratur auctoritate Aristotelis tertio topicorum, vbi dicitur in triualis mactare patres est sacrificium. quia si non perpetuarentur. Secundo, ex cibo ligni vitæ potest tale quale humidum restaurari. igitur vita humana perpetuari. Quod

Secūda quō de æternitate vitæ hominis.

prolongari declarant, quia complexio vna habet vnũ terminum. Sed vna complexio potest cõuerti in aliam. igitur potest prolongari Secundo, medici scribunt libros de retardanda senectute. igitur & de prolonganda vita. Tertio tradunt alchimici quod per quintam essentiam, aurum potabile, atque lapidem Philosophorum potest homo sanus viuere, vt Arnaldus de villa noua tradit. igitur & vita prolongari. In contrarium est. constituit deus terminos eius, quos nemo præterire potest. idem & Aristoteles secundo de anima. Circa quæstionem primo videndum de prima parte an vita humana possit perpetuari. secundo de secunda parte, an possit prolongari. Quidam simpliciter tradunt vitã humanam non posse perpetuari tribus rationibus. primo quia semper materia appetit aliam formam. Secundo quia facta ac completa hominis auctione, hoc est postquam venit ad statum, calor naturalis continuo agit desiccando humidum radicale Tertio, impossibile est hominem pom in aere ita temperato, quin ab illo cõtinuo resoluatur. Animaduertendum quod catholici & physici differunt propter contraria principia. catholicus quidem mortem hominem intrare ait propter peccatum. Bestiæ enim mortales sunt quia quodlibet illarum, hoc est forma & corpus mortalia sunt, at homo anima quidem immortalis est Corpore vero mortalis, sed quoniam forma trahit ad se corpus, humana anima secundum sui naturam corpus redderet immortale, sed propter peccatum mors hominem intrauit: physici vero mortem naturalem aduenire aiunt propter caloris extinctionẽ & totalis humidi resolutionem. præter naturalem vero ob causas præter naturales Vnde Auerroes 3. metaph commento. 15 mirum est quo modo qui indiget cibo, & potu, remaneat in æternum Cibus. n. & potus non sunt necessarij nisi vt restaurent corruptum. quo modo igitur remanet æternum illud quod est in natum corrumpi. Amplius, physicus sequitur conuenientiam sensuum omnibus enim sensibus experitur omne quod nutritur tãdem extinguit. catholicus reuelationi innititur, modo reuelatum est, in statu innocentiæ vniuersali omnes fuisse immortales. item quæ post resurrectionem animas resumere corpora immortalia. His principijs catholicus & physicos differunt. Sed quoniam catholicus sustinet verum & possibile, ideo rõnes factæ nullæ essent. prima quidem non quia licet materia appetit formam semper, hoc est propter formæ imperfectionem modo aĩa est nobilissima formarum. igitur naturaliter satiat capacitatem materiæ. Ad secundum diceret quod facta cõsistentia potest homo restaurare tale quale propter cibi & medij temperiem, Ex ligno. n. vitæ humidum fuisset restauratum tale, quale ex loco paradisi continens fuisset tẽperatum: Et per idem patet ad tertium Aer. n. paradisi fuisset simpliciter temperatus hæc de primo Quantum ad secundum astronomi & medici differunt etiam quo ad principia. Medici quidem tantum res inferiores considerantes. complexionum alternationes affirmant, & quod qui cholericus nascitur potest flegmaticum effici, vel melancholicus vel sanguineus Et hoc propter vsum ciborum, & sex rerũ non naturalium hoc quidem pro tanto asserunt, pro quanto supponunt omnem vitæ perdurationem effici a restauratione humidi & hanc ex solis cibis sex rebus non naturalibusque. Astronomi vero attendendo ad causam supernaturalẽ hoc est ad cælestẽ. asserũt oĩa huc euenire e stellis ipsis pp quod hunc breuioris esse vitæ, illũ longioris aiunt, quia in huius

Ordo quōnis quō prima

Auerroes.

De prolōgatione vitæ

Pō medicorum.

Pō astronomorũ.

in huius quidem genitura, anaeretitæ partes hoc est lætalia loca citius mambulant ad aphetica hoc est vitalia. In illius vero tardius. Et tunc consequenter complexiones reditaliter permutari negant, sed bene apparenter, vbi à cælo cõstitutum sit, qua rõne fit, vt qui cholericus exotitut, e cælo sibi anni. 60 statuti sint. siue ad aliam conuertatur complexionẽ, siue in eadem persistat, annos sibi e cœlo præfixos non permutabit, qñ quidem vis cœli pollentior sit viribus terrenis. Forsitã. n. nec complexio mutabilis est, nec vita ꝓlongabilis. Ptolæmeus autem qui peripatericus est, vt asserit ipse in libro magnæ constructionis, astronomum vet sari ait circa medium inter necessarium & contingens. propter quod multa, posse hominẽ affirmat in prohæmio apotelesmaton, contra constitutum a cœlo, multa quoque quæ a cælo non promituntur. Et sic concederet & complexionum alternationem & vitæ prolongationem. quando quidem cælum non agat nisi cum causis secundis, & causæ secundæ, vt plurimum subdantur voluntati & rationi humanæ: Hæc de secundo. Rationes vero in contrarium per hæc solutæ sunt. Tertio quærunt vtrum cuiuslibet substantiæ corruptiuæ sit determinatus periodus suæ durationis, hoc est ad maximum & ad minimum. Quæ quæstio & si, sit communis per artem de animalibus & de homine maxime audiatur Sottitolæ quorum studiũ est in captionibus, tenent primo quod non est dare maximum tempus per, quod homo potest durare, nec maximum per quod nõ potest, nec minimum per quod potest igitur minimum per quod non potest, & hoc loquendo de homine in eo ꝙ homo. Quod quidem non detur maximum per quod potest probatur, primo quia tunc excessus diuisibilis perderetur in instãti. Secũdo, tũc rei permanentis dareť vltimũ instãs esse. Quod vero nõ detur maximũ per ꝙ nõ põt. patet, qa tũc non posset durare per hoc & posset durare ꝑ maius. Quod nec minimum per quod potest, etiam declaratur, quia quã tolibet tempore modico dato per fieri corruptio. Secundo dicunt periodos specierum esse differentes, vt Aristoteles tradit in libro de historia animalium maxime, vltimo. tradit. n. viuere oues ad. 13. annos vsq;, capras ad. 11. canes ad. 12. boues. 20. equos ad quinquagesimum anum. asinos ad. 30. mulos ad annos 80. camelos ad quinquagesimum, & in aliis similiter. Dico ẽm speciem. quia quodlibet indiuiduum moritur intra annos suæ speciei, & vt equus infra quinquagesimum, & quodlibet indiuiduum capræ infra 11. & in cæteris id genus. Tertio dicunt esse periodos indiuiduos, vt alium cholerici, alium melancholici & alium aliorum, quẽ indiuiduũ similis complexionis non excedit, qui tamen indiuidui periodo intra illum suæ speciei cõtinentur. Sed vnde periodus, & de causis periodi, nihil dicunt. Sed animaduersione dignũ apud Auerroem vt legimus primo cæli. commen. 116. quod potentia quælibet terminatur per maximum quod potest, & cum potentia perdurandi sit potentia, iustum est vt terminetur per maximum quod potest, & ita oportet concedere dari maximum tempus per quod potest viuere, & minimum. maximum quidem quia inter omnia quæ potest hoc est maximum, & minimum esse, qa inter omnia quæ potest hoc est minimum. Pro solutione tamen ad rationes debes scire ꝙ apud Auerroem cuiuslibet generati detur maximum, & minimũ. & sic sequitur quod non quilibet excessus potentiæ sufficit ad conseruandum, sicut non quilibet sufficit ad mouendum, nam datur minimus, qui sufficit, cuius quidẽ dimidium non sufficeret. Tũc ad primũ diceret Auerroes, ꝙ potentia potens conseruare excedit resistentiam, cũ constituitur in illo maximo vel in illo minimo. & tunc si diuideretur, nec esset, quia erat minimus, qui desinit esse subito. Scdo, debes scire qđ corruptio fit per resolutionem humidi naturalis. hæc autem resolutio fit per minima. quorum quodlibet resoluitur subito Ex hoc sequitur quod resolutio non est continua sed bene successiua, successiua quidem, quia al a atq; alia in certo dato tempore. Non continua vero, quia nunc vnum minimum subito fit, nunc fit aliud. & sic successiua intercise. Secundo, sequitur quod cũ humidum naturale est reductum ad minimum cum quo potest stare vita, tunc est maximũ tempus, quia sub hoc vel vsque ad hoc potest, & sub nullo maiori. Tunc nego quod detur vltimum instans temporis. Sed bene est deuenire ad minimũ humidum cum quo potest stare vita: & cum dicis. cum hoc potest. & immediate post hoc non potest. nego hanc, quia nunc potest & immediate post hoc cum eodem humido põt nam resolutio nõ est continua, licet successiua Sed dices applicetur in hoc instanti in quo est facta reductio ad minimum contrariũ corrumpens illi minimo, tunc in hoc instanti applicationis, est & immediate post hoc non erit igitur est vltimum. Respõdeo quod primum instans applicati esse est primum non esse illius humidi. Et sic nego quod in instãti applicationis tale humidum sit. Sed adhuc dices. illa applicatio vel est ad ens vel ad non ens hoc est ad minimum illud, vel ad corruptũ, esse minimi Dicendum quod est ad ens in potentia & non ad ens actu quod est minimum. Sed bene est minimum genitum & hoc satis. Adhuc replicabis omnem corruptionẽ præcessit alteratio. sexto physicorum Respondetur illud esse verũ vel respectu diuersorũ, vel respectu eiusdem. Ad tertium diceret Auerroes non in quantũlibet tempore modico posse esse corruptionem, immo postquam res genita est, habet certum tempus suæ durationis, intra quod corrũpi non põt. Vt si nunc exotitur Socrates, nõ põt immediate post hoc corrũpi. Sed est dare certũ minimũ tempus sub quo põt, & sub nullo minori. Ad argumẽtũ diceret quod potentia fortior non posset corrumpere in minori quam minimum, diceretur tamen fortior, quia inæquali tempore potest corrumpere duplum minimum Sic igitur de mente Auerrois vita animalis est termini tota per maximum, & per minimum. RECO.

Hic textus optime exponitur in commentariis, verũ epilogum fecimus ibi { transmutantur igitur } Philoponus vero epilogum fecit ibi { quod igitur est generatio & corruptio } verum istod nõ refert. Animaduerte ꝙ Philoponus dicit, quod qui ponunt elementa intrasmutabilia. vt Empedocles, coguntur dicere elementa non semper fuisse in eisdem regionibus. Tu vero intelligas, hoc ideo esse quoniam aliqñ ex his fuit miscella propter amicitiam, & sic non fuerunt in suis locis, aliquando vero redierunt in eorum loca per litem, secundum vñ Arist. semper elementa fuerunt ẽm speciem in suis locis, qm̃ continuo generantur secundũ partem, & corrumpantur secundum partem Quo vero ad verba attinet. Philoponus per { lationem duplicem existẽtem } intelligit lationem solis per obliquum circulum, quæ accessu & recessu duplex est. Aliter etiam intelligit, quod solis latio est duplex, qm̃ sol mouetur motu primi mobilis ab ortu in occasum, & proprio motu ab occasu in ortũ. Præterea dicit Aristotele { quia vero transmutatur, nullum eorũ contingit manere in regione ordinata } subaudiatur, quin in tali regione sit aliquid alterius elementi, semper. n. elemẽtum proximum effumat, aut migrat ad regionem sui vicini Et cum dixit in regione, addidit ordinata qm̃ regio vnicuique elemento est ordinata pro loco ei naturali ab ipso, deo, vel natura, Ex quibus verbis colligitur non dari elemẽta pura, qm̃ vnumquodq; in propria regione, ordine sibi ꝓ loco, habet non nihil elementi proximi vel remoti. Tunc epilogat secundum Philoponum, & inquit, quod igitur est generatio & corruptio probatum est propter quã causam sit sit generatio, & corruptio, probatum est ex eo, quia materia est potentia contraria, & quid generabile & corruptibile etiam monstratum est, quoniam est, id quod potest esse, & non esse. ex his patet quod iste est epilogus totius. proximus vero epilogus, est particularis, & propositi capituli, & sic quæ Philoponus inquit, non aduersantur his, quæ diximus in commentariis. Ant. c. 102

Quoniam autem necesse est esse aliquid mouens si motus erit vt dictũ est prius in aliis, & si semper, quod oportet aliquid semper esse, & si continue, vnum idẽ & immobile & in alterabile & ingenerabile.

Quoniam necesse est esse aliquod mouens. si motus erit, quẽadmodũ in aliis prius dictũ est, & si semper est oportet quod aliquid si semper. Et si perpetuus existit, illud vnum & immobile erit, & ingenerabile, & inuariabile. Diluc. 18. c. eiusdem

Obiter

Obiter & quasi extra propositum de motoribus cœli in
Com. 90. dagatur, incidit forte in hoc, quia accepit tanquã suppositionẽ cœlũ moueri perpetuo ab vno motore perpetuo, & quia pluribus motibus mouetur & perpetuo, etiam supposuit plures esse motores, & perpetuos, propterea labitur ad hæc. Potest etiã esse propterea, quia accipit generationem esse à motu cœli, & vitas, & permanentias. ne quis credat illa esse e motu tñ virtute motus, incidit in declarãdum generationem, vitas, & ipsa esse à motibus virtute motorũ. Facit igitur enthymema. motus est & semper & perpetuus, igitur motor est semper & perpetuus. hoc est ingenerabile & intransmutabile, & inuariabile. Proponit autem hoc sub forma suspensiua, qm̃ quæ tñ non tenetur suspensioe. Et facit tria enthymemata quæ in vnum reducuntur. Et inquit. qm̃ necesse est esse aliquod mouens si motus erit. hoc est primum, & remittit se alibi. vt in. 7 & octauo physicorum. Et si semper est motus. oportet q̃ aliquod mouens sit semper hoc est secundũ, & si motus perpetuus existit, illud vnum erit & immobile, & ingenerabile, & inuariabile. hoc est tertium ex quibus potest fieri hæc hypothetica, si motus est, & semper, & perpetuus, erit aliquis motor, & semper, & perpetuus, hoc est ingenerabilis, immobilis & inuariabilis, quod fuit primum nostrum enthymema. Animaduerte quod syneches græce, latine est continuus, tamen hic magis sonat perpetuus, proprie enim perpetuum continuum est.

RECO. Secundum Philoponum cũ Arist. dixisset sempiternæ generationis fact nam causam esse circularem lationem cœli in hac parte vult ostendere, q̃ & circolaris lationis est aliqua causa abstracta perpetuo mouens immobilis, sempiterna, inalterabilis. & vna secundum numerũ, ex qua depẽdet & cælum, & mundus. Fecit autem hoc, vt Philoponus innuit, de sui consuetudine quemadmodum fecit in physicis, & in libro de aĩa. In physicis n. cum disseruisset de naturali motu, in octauo libro reduxit illum ad quandam abstractã causam immobilem, atq; sempiternam in libro uero de aĩa ex rationibus, quæ de anima sunt, cucurrit ad mentem, ita quoque & in hoc loco, cum dixisset sempiternæ generationis causam esse motum cælestem, transit ad causam illius, simpliciter abstractam. Hæc est intentio & causa intentionis secundum Philoponũ, in commentarijs vero aliter diximus, quæ non ab ratione dicta fuerunt. secũdum ergo Philoponum vniuersus Arist sermo est iste, si est vnus motus continuus ac sempiternus, necesse est esse aliquid, quod perpetuo moueat, vnũ & idem numero. Sed est motus sempiternus & continuus, igitur est quod perpetuo mouet, vnum numero, & immobile, & inalterabile. Aristote. autem non sic in vnum, hypotheticum syllogismum facit, sed sumit tres hypotheticas, & inquit. qm̃ autem necesse est esse aliquid mouens, si motus erit est ergo prima hypothetica. si motus est, necesse est aliquod mouens esse, vt dictum est prius in aliis. s. 7. libro philosophicorum. Deinde ponit secũdam, & dicit, & si motus est semper, necesse est supple, q̃ oportet aliquod mouens semper esse. hæc est secunda. deinde affert tertiam, & dicit, & si est motus continue, supple necesse est, quod sit vnum idem, & immobile, & in alterabile, & in generabile. Vbi patet verba Aristolis esse suspensiua, & carere termino suspensionis, nam (vt Philoponus inquit,) ex his verbis Aristoteles intendit vnum syllogismũ hypotheticum, cuius tacuit positionẽ antecedentis, quæ est assumptio, & positionem consequentis, quæ est conclusio, in hunc modum, si motus est. & sempiternus, & continuus necesse est aliquid esse. quod perpetuo moueat vnum & idẽ numero, immobile, inalterabile, & ingenerabile. Sed motus est, & sempiternus & continuus, ergo aliquid est quod perpetuo mouet, vnum & idem numero, immobile, inalterabile, & ingenerabile. Tacuit ergo assumptionem hoc est positionem antecedentis, quia declarata est alibi. & positionẽ consequentis innuit.

Aut. c. 103 *At si multi circulares motus; multa quidem omnia, autem aliqualiter esse hæc necesse sub vno principio.*

Dilu. te. c eiusdem. *Et si plures circulares motus sint, plures quidem, erunt omnes tamen ipso ratione aliqua necesse est esse sub vno principio.*

Secundum enthymema est si sunt plures motus cælestes necesse est continere omnes illos motus sub vno principio. Inquit. Et si plures circulares motus sint, plures quidem erunt, & diuersi omnes tamen ipsos tales motus ratione aliqua, necesse est esse sub vno principio. Animaduerte quod expositores nostri sic formant enthymema: si plures sunt motus cælestes, plura sunt mouẽtia reducibilia ad vnum primum tñ. Et licet sensus sit verus, non tamen est ad seriem græcã conueniens. Nam verbũ pasas, latine oẽs cum sit generis femini, cinises refert. i. motus, qui est græce feminini generis, propterea cũ verbo illo motus construitur. vlterius animaduerte quod Aristoteles per principiũ, quod græce arches. potest intelligere primum motorem. videlicet deum ipsum, & primum motum & vtroque modo sensus stare potest. si intelligat eos reduci in primum motorem. verum est, quia omnes intendunt primum motorẽ vti primum finem, & sic continentur sub primo aliqua ratione, vt sub ratione finis, & si intelligat primum motum, etiã verũ est. quia omnes motus cæterorum orbiũ sunt ordinati propter motum diurnum, vt declarat Auerroes secundo cæli pluribus locis maxime cõmen 66. & 71. & ita
Cõm. 103 continentur sub illo aliqua rõne, quia saltem s̃m ordinem. Verum propter recentiores, & studiosos scholares (licet de hoc multa diximus in commentationibus nostris. 12. libri metaphysicæ) aliqua dicã ex Dictis Auerrois. 12. metaphysicæ. cõmẽ. 44. qđ cæteri motus secũdarii cõstituti sunt in nobilitate pp̃ sitũ eorũ cũ primo. nãq; sunt, ppriores diurno motui sunt cursu velociores, circuitione tardiores, subiecto nobiliores sublimitate præstabiliores. Velociores quidẽ cursu, quia in minori vel æquali pertranseunt æquale vel maius spacium. Circuitione vero tardiores: quia in maiori tẽpore complent suũ circulũ, cũ n. velociori sunt propinqui velocius moueri debent orbes, cum vero appetãt assimilari primo. tardiori circuitione peragrãt, vt per talem tarditatem magis conueniant cũ primo mobili vt dicit Auerroes secundo cæli commen. 66. nec obstant hæc. quia potest Saturnus velociꝰ moueri quã luna & tardius circuire, quia luna circuit in mense, saturnus in annis circiter. 30 modo põt circulus Saturni excedere circulũ lunæ maiori excessu quã anni 30. superant mẽsem. Substantia aũt sublimiores, quia motor mouens motu propinquiori ad primum, est nobilior motore, qui mouet motu remotiori a primo. Sublimitate præstabiliores, quia eminentia loci facit sublimitatẽ. Sed hæc quomodo & qualiter in. 12. metaphysicæ perquirantur. sat sit nunc scire quod omnes regolantur & ordinantur aliqua ratione per motum diurnum. RECO.

Secundus syllogismus hypotheticus est secundum Philoponum, si multa fuerint, quæ tali continuo, & sempiterno motu mouentur, necesse est & ea, quæ mouent, multa esse, coordinata tamen, & dependentia ab vno principio, e quo constitutionem & ordinẽ habent. Vnde dicit, & si multi circulares motus sunt, quibus mouẽtur, necesse est multa quidem esse quæ mouent omnia autem aliquo modo necesse est esse, hæc sub vno principio e quo & ordinem & constitutionem habent. Quo vero ad verba attinet verba græca plyus men, pasas de, ad causas siue principia retulit, nos autem in commentarijs ad motus retulimus Philoponus quidum ad principia, qm̃ principiũ apud græcos fæmini generis est. nos autem ad motus, tanquã ad proxime dictum, addidit aũt {quodam modo} qm̃ illud principium, a quo cũcta dependent (vt philoponus inquit) omnia continet quodam modo secundum locum, non quidem ratione sui, sed ratione primi mobilis, cuius est primus motor. vel dixit {quodam modo) quo ad ordinem, quoniam primus motor est prior illis originem & natura cum sit a se, cætera ab ipso, non autem simpliciter s. tempore quod est esse simpliciter prius, hic est ergo secundus hypotheticus syllogismus, vbi etiam positio antecedentis, & cõsequentis desunt & ideo est suspensiuus sermo sine termino. debes autem illa supplere per quæ dat intelligere q̃ siue vnus, siue plures sint motus sempiterni, deueniendum sit ad primum principium immobile omnino.

Continuo autem existente tempore, necesse motum

continuum

cōtinuū esse, si quidem impossibile tēpus sine motu esse. continuū igitur alicuius numerus tēpus. Circularis ergo quemadmodum in his quę in principio determinatū est.

Disac. te. c. eiusdē. *Sed perpetuo existente tēpore necesse est motū perpetuū esse, qm̄ quidē impossibile est tēpus sine motu esse, tēpus. n. numerus est alicuius perpetui, quia circularis quēadmodū ī rōnibus a principio dictis determinatū ē.*

Com. 104 Ponit nunc antecedens hypotheticæ sic, sed motus est, & semper & perpetuus, igit̄ motor est & semper & ꝑpetuus, probatur positio antecedentis, quia tēpus perpetuum est ꝙ est numerus motus perpetui, & non ponit antecedēs, sed ꝓbationē eius loco positionis aītis, vt sermo sit breuior, & dicit, sed perpetuo existente tēpore, necesse est motū perpetuū esse, hoc non est positio antecedentis sed eius probatio, quā exponit. d. Quando quidem impossibile est tēpus sine motu esse. Tēpus. n. numerus est alicuius perpetui, quia est numerus motus circularis. vt quarto physicæ auscultationis determinatū est. Sic igitur patet totus syllogismus. Aiaduerte quod particula ara, græce, latine est ergo, vel igitur, interdū vero reddit causam, vt hic, ideo transtuli illo modo. Aiaduerte ꝙ Aristoteles nouit motū diurnū. & motū obliquū, & motum obliquum diuisit s̄m apparentias, quas narrat 12 a. meta. Oēs tn̄ ponit concentricos. Ptolemæus vero certos ponit diurnum, & obliquū, & eū secat in eccentricos, & concentricos, & extrinsecos, quos narrauit in libro magnæ cōpositionis, motū trepidationis stellarū fixarum, quē posteriores adinuenerunt Aristo. nō cognouit, & Ptolomæus nō asserit, cum ponat auges fixas solis, sed res hæc omittatur, licet multa de hac re dixerimus in libro de nostrarum calamitatum causis, & si deus mihi vitæ longitudinem præstabit aliquando disputabimus in re hac.

Mota.

RECO. Philoponus nō recedit ab his, quæ in cōmentarijs diximus, vult. n. ꝙ cū Aristoteles prætermisisset positionē antecedentis in primo syllogismo, quæ potentia cōtinebat in eo, nūc illius assumptionis probationē affert ex tēpore, & ita s̄m Philoponū vult ꝓbare, ꝙ motus sit cōtinuus & hoc ꝓbat ex tēpore, cū. n. tēpus sit cōtinuū, necesse est & motū cōtinuū esse, probatur cōsequentia, qm̄ tēpus motus mensura est, talis aūt est circularis, ergo tēpus mensura est circularis motus, quare si tēpus est cōtinuū. circularis motus est cōtinuus. inquit, cōtinuo aūt existente tēpore, necesse est motū continuū esse, si quidē (vt inquit) impossibile est tēpus sine motu esse, & motū supple sine tempore. cuius causam affers qm̄ tempus est numerus alicuius motus continui s. circularis, ideo concludit, circularis ergo motus, temporis numerus est & circularis erit continuus, quemadmodum in physicis dictum est. Quo vero ad verba attinet verbum {igitur} pro enim accepit, vt legit Philoponus. Supponit autem tempus esse continuum ex libro physicorum.

Ant. c. 105 *Cōtinuus aūt motus vtrū est quia quod mouetur cōtinuū est, an in quo mouetur, velut locū dico, aut passionē. Manifestū itaq;, quod eo quod id quod mouetur. qūo. n. cōtinua passio, nisi quia res cui accidit, cōtinua est Si aūt & eo quod id in quo, solo loco hoc existit, magnitudinē. n. aliquā habet, huius aūt quod circulare est, solū continuū, quocirca, idem sibiipsi semper continuum est. Hoc igitur est quod facit continuum motum, circulare corpus quod fertur. motus autem tempus.*

Disac. te. c. eiusdem. *Vtrū aūt motus sit perpetuus, qa perpetuū est mobile, vel id in quod mouetur. dico vt locū & passionē. Manifestū itaq; illud esse, quia mobile est perpetuū. qūo. n. passio perpetua est nisi res cui accidit, perpetua sit, sed si per id in quo ē, motus ipse perpetuus sit, eo mobili quod in loco mouetur tātū erit. Nā magnitudinē habet. Huius aūt solū quod circulare est, perpetuū est, quia ipsum sibiipsi perpetuū est, quod igitur facit motum perpetuū corpus quod circulo fertur est. Huius autem motus facit tempus perpetuum.*

Com. 50 Soluit quæstionē, vtrū mot⁹ sit perpetuus ꝑꝑ ꝑpetuitatē mobilis cui inest, an ꝑꝑ perpetuitatē termini ad quē, vtpote ꝑꝑ perpetuitatē loci, vel passionis, quæ acq̄rit per motū. Respondet ꝙ ꝑꝑ mobile, & nō propter oē mobile, sed solum propter mobile in loco, & nō propter oē mobile in loco, sed solum propter mobile in loco circulare, propterea quia hoc solū est perpetuū, quod facit motum perpetuum, & motus cæli perpetuus, facit tēpus perpetuū, & sic est iste ordo, ꝙ mobile ꝑpetuū facit motū perpetuū, & motus facit tēpus. & verba patent, verū pro illis, qui volunt verba vt iacēt, lego literā more eorū. Motus ante perpetuus est. verū subaudi sit perpetuus ipso mobili existente perpetuo, hoc est ꝑꝑ mobile, an propter id in quod mobile mouetur, vt dico propter locū vel passionem. Respōdet manifestum itaq; qm̄ propter mobile, subaudi motus perpetuus est. cuius causam subscribit. d. Qūo. n. passio perpetua est, nisi ꝑꝑ rem cui accidit, perpetua sit, q d nullo mō. Si vero ꝑꝑ id in quo, hoc est solo loco est, magnitudinē. n. habet, sed hæc litera pōt exponi vno modo de termino ad quem sic, si vero propter id in quo i ꝑꝑ terminū ad quē motus ipse dicatur perpetuus, hoc i. motus perpetuus est talis solo loco, magnitudinem. n. habet solus locus Sed hæc expositio non cōsonat sequentibus verbis, ideo lege sic, si vero ꝑꝑ id in quo hoc est propter mobile cui inest, motus ipse sit perpetuus, hoc. i. tale mobile erit quod solo loco est motum. Et huic consonat, quod subscribis. d. Huius aūt ꝑpetuum est solū ꝙ circulo subaudi mouetur. Deinde reddit causam, qa ipsum sibiipsi, hoc est per hoc quod circulare est, & habens naturā ꝑpetuā, semper perpetuū est, vnde particula illa, oste in græco reddit causam, igit̄ corpus qđ circulo fert̄, illud est ꝙ motū perpetuū facit, motus aūt talis corporis subaudi facit tempus, & sic patet sensus quæstionis. nostra igitur trāslatio non differt à verbis Sed ambiges forte, quia motus est perpetuus etiā a motore. 12 a. meta. com. 41 Dicendū ꝙ ꝑ mobile non intelligit subiectum motus tantum, sed id quod per se mouetur a principio in eo, & sic in ipso mobile clauditur subiectum, & motorem.

RECO dubitatio philopon. Solutio. Philoponus ad verbū exponit vt nos in commentarijs diximus: dubitat tn̄ qm̄ id ꝙ augetur magnitudinis additione crescit, & hac continua additione auctio est continua, ergo non est verum, motū esse continuū eius quod mouetur continuitate Dicendum, ꝙ Ari. accepit hic continuum pro perpetuo cuius est semper deinceps aliquid accipere. Augumenti autem non est semper aliquod accipere deinceps, non enim in infinitum augescit ꝙ augetur. reliqua ex commentarijs clara sunt.

Ant. c. 107 *Quomā aūt in continuę motis secundū generationē aut alterationē aut vniuersaliter trāsmutationē, videmus deinde existens & generatū hoc post hoc, ut nō deficiat, considerandū est vtrum est aliquid quod ex necessitate erit, an nihil, sed omnia contingit non fieri.*

Disac. te. c. eiusdem *Cū aūt in his quæ perpetuo vel secundū generationē vel alterationē, vel quācunq; transmutationem mutantur, videamus deinceps ens & generari hoc post illud, quatenus nō deficiant, consideratione dignum, vtrum aliquod erit, quod necessario erit, vel nihil sed cuncta contingenter generantur.*

Com. 106 Mouet secundam q vtrum omne quod generatur, necessario generatur, causa quæstionis est, quia quæ circulo sunt, necessario sunt, sed quæ generantur, circulo sunt, quia vnum post aliud, igitur dignum consideratione est, vtrum quæ generantur, necessario generantur, tangit minorem syllogismi facientes quæstionem. dic. Quum autem in his quæ perpetuo, vel secundum generationem, vel alterationem, vel quancunque transmutationem mutentur, videamus deinceps ens, & generari semper hoc post hoc, quatenus non deficiant, hæc est minor syllogismi facientes quæstionem subdit quæstionem per modum conclusionis. d. Considerandum vtrum aliquid erit, quod necessario erit, vel nihil, sed cuncta contingenter fiunt. Est igitur qō vtrum oē quod generatur contingenter, an necessario fiat. Animaduerte quod verbum illud quamcunque, græce est olos, quod latine est omnino, quod cum non sonet, transtuli quamcunque transmutationē, quod idem est.

RECO. Cum ostendisset in præassumptis, quod inest generationi continuum, qm̃ in his quæ generãtur est ipsum deinceps, & ipsum fieri ſ̃m post primũ, nunc (vt Philoponus inquit) quærit si est ipsum ex necess tate esse in his, quæ generantur, ita vt necesse sit ad primum consequi ſ̃m, aut nihil qđ fit, est necesse, sed omnia cõtingentia, vt contingat quod fit, fieri, & nõ fieri. Vnde inquit, qm̃ aũt in continue motis ſ̃m generatonẽ, aut alterationem aut vniuersaliter quamuis transmutationẽ videmus deinde existens, & generatũ hoc post hoc, vt non deficiat, considerandũ est vtrum in talibus est aliquid qđ ex necessitate erit, ita vt necesse sit ad primũ consequi ſ̃m, aut nihil hoc est nullum ſ̃m necesse sit consequi ad primum, sed omnia s. secunda in generationibus cõtingat non fieri, hæc est quæstio (ut exponit Philoponus) & nos in commentarijs. Quo vero ad verba attinet, cum dixit {in continue motus secundum generationem} non dixit generationem esse motum simpliciter, sed qm̃ sine motu genetatio non est, iure dixit in his quæ mouentur secundum generationem, vt Philoponus inquit.

Anti. 107 *Quod enim quædam, manifestum est & mox, ipsum enim erit, & ipsum futurum, aliud propter hoc. quod enim verum dicere quod erit, oportet hoc esse quandoq; verum quod est, quod aũt nunc uerũ est dicere quod futurum est nihil probibet non fieri. futurus enim incedere quis, non incedet.*

Diluc. te c. eiusdẽ. *Quod quidem.n. quædam, patet. nam duo sunt. & id quod mox erit, & id quod futurum alterum erit, propter, hoc quod quidem enim uerum est dicere quod erit, oportet hoc est aliquando verum, quod sit, quod autem nunc uerum est dicere, quod futurum erit. nihil probibet non fieri, de futuro enim aliquis deambulaturus, aliquando non deambulabit.*

Com; 107 Soluit, & innuit diuisionẽ talem, q̃ eorũ quæ futura sunt fieri, quædam simpliciter dicuntur futura fieri, vt effectus, qui e causis proficiscuntur naturalibus, vt vapor e pluuia, & e vapore nubes, & cætera id genus, quædã quæ proficiscuntur ab agẽte a proposito, quod dr̃ agens pp̃ hoc, vt incessus siue deãbulatio, quæ fit ab homine propter sanitatem. Eorũ vero, quæ simplr̃ e nã ipsa, causisq; naturalibus futura sunt, quædam sunt proximo futura fieri. vt quando causæ promotiuæ ad esse ita sunt propinquæ generationi aliuius, vt non possint impediri, & causæ impeditiuæ ita remotæ, vt non impediant. Quædam sunt a remotis futura fieri, vt qñ promotiuæ erunt remotæ, impeditiuæ proximæ Respondet nũc Aristoteles q̃ quædam necessario erunt, vt ea quæ proximo futura fieri sunt simpliciter, & non a proposito, quæ vero remotæ, vel a proposito, non oportet, vt oino futura sint necessario. Inquit Quod quidẽ n. quædã subaudi sint necessario generanda patet, sub auditu in græco, nã eorum quæ erunt duo sunt, & id quod mox erit. videlicet absq; ratione & proposito Et id quod futurum alterũ erit, propter hoc, i. propter rationem, dixit alterum, quia omne quod erit propter rõnem aliquo modo est, sed erit alterum vt ambulans, vel scribens quod quidẽ verum est dicere q̃ erit, oportet hoc esse aliqñ verum, q̃ sit, nã tale est quod de proximo est futurum fieri, vt quando sunt oẽs causæ promotiuæ proxĩmæ, & impeditiuæ remotæ. Quod aũt nunc verũ est dicere quod futurum erit, vt est id quod erit propter rationẽ, & propositũ, nihil prohibet non fieri. De futuro n. aliquis deambulaturus, etiã omnibus causis promotiuis proximo positis, aliquando non deambulabit. Et hoc quia effectus proficiscitur a causa libera, & contingenti. Sed dubitares. nam de necessitate omne futurum erit, quia hæc est necessaria futurum erit, quæ adæquate significat futurũ fore, igitur de necessitate omne futurum erit. Ambulans est futurũ, igitur de necessitate ambulãs erit. Respondetur quod ex maiori de necessario, & minori de inesse, cõclusio sequitur de necessario conditionali conditione addita a parte prædicati, vt Alexander. Philoponus, & Auerroes declarant primo priorum. Ideo debet sic inferri conclusio, q̃ de necessitate ambulans erit quatenus futurum. Replicæ & defensiones sunt tactæ primo priorum. Aĩaduerte tamen quod de hac materia multa diximus in libro destructio destructionum, & in libro de interpretatione, quæ licet sint dicta in nostra adolescentia, nunc non reuoco, immo addo quod hæc est positio principis mathematicorũ Ptolemæi in libro apotelesmaton Et in libro centum enunciatorum. Ipse.n. in hac re cõcedit tria verissima ſ̃m philosophiã. Primum aliquod põt homini euenire, quod nec a cælo, nec a natura est sibi promissum, vt submersio, & abissatio Periere .n. sæpissime oẽs ciues abissatione vrbis, quibus oĩbus particulatim non erat e cælo talis mors promissa, nec e causa aliqua sibi connata, vt ostendit Ptolemæus in proœmio apotelesmaton. Secundũ est q̃ multa põt hõ per prudentiam auertere eorũ, quæ cælum sibi ominatur, qñ seipsum ante aduentum illorum se præparauerit, vt sciens futuram pestem in vrbem aliquam, põt eã euitare, dato q̃ a cælo & a causa naturali sibi promittatur. vt declarat Ptolemæus in libro centũ enunciatorũ. Tertium est q̃ sæua ventura nos possumus mitescere, & optima accelerare. idem Ptolemæus ibidem Argumenta, vero & obiectiones quorundam astronomastrorum, siue captiũculatorũ, nunc omitto, quia satis in locis dictis diximus. Sed si alias occurret mihi res hæc, & cum maiori ocio, forte multa pulchriora addam.

Soluit quæstionem ſ̃m Philoponum, quod quædã contingentẽ euentũ habent, quædam vero necessariũ. Quod quidẽ quædam contingentẽ euentũ habeant, probat (vt Philoponus dicit) dupliciter ex vsu illorũ nominũ erit, & ipsi⁹ futurũ est, & ex ipsis rerũ naturis. secũda ibi {Vniuersaliter aũt, qm̃} pro intellectu ergo primi aĩaduersione dignũ, qđ in his q̃ fiũt his nominibus vtimur, erit, & futurũ est, dicimus. n. ignis comburetur, & futura est ignis cõbustio. Ex vsu ergo horum nominum probat primo quod in generationibus quædã non fient necessario, quædam aũt fiẽt necessario. qm̃ in his, quæ nunquã sunt, sed in futurũ tempus fore potentia dicuntur, consueuimus vti ipso futurũ esse, & ipso erit, aliter tñ atq; aliter nam ipso erit, vtimur in his, quæ ordinate sese sequuntur necessario, dicimus. n. quod post ver, erit æstas, & quod necesse sit esse aliqñ æstatẽ. Ipso aũt futurum esse vtimur in his, quæ se non necessario sequuntur, vero. n existente ipso futurum esse põt & nõ euenire, quod quidẽ diximus futurũ esse, & non eueniente non mentitur, qui id futurũ esse dixit Cuius causam exponit Philoponus, qm̃ ipsum futurũ esse inæquale est cũ ipso contingit Posse uero & cõtingit, nõ ad euẽtũ vocatur, sed non prohibitã aptitudinẽ, possibile est. n. ligũ cõburi, & si nũquã cõburatur, & virgo põt coire cum viro, & si nunquam cum viro coeat & si dixerimus semine desecto quod futurum sit oriri spicam, & possibile est oriri, veram existente negatione, contingit non oriri, quoniam contingens erat euentus. Patet igitur ex vsu illorum nominum quædam fieri necessario, quædam non necessario (vnde dicit) Quod enim quædam. s. eorum quæ generantur, non ex necessitate erunt, manifestũ est, & mox. Cuius rõnẽ exponit ex vsu nominũ verbi erit, & verbi futurum esse & dicit, ipsum. n. erit, & ipsum futurũ esse pp̃ hãc causam aliud sunt, ac alio modo vtimur Dico pp̃ hãc causam, qm̃ verbo erit, vtimur in his, quæ necessario fiunt hæc. verbo post hæc. aũt futurũ esse, vtimur in his, quæ nõ necessario fiunt, hæc post hæc, & hoc exponit (& inqt) quod n. est verũ dicere, qm̃ erit, oportet hoc esse qñq; verũ qm̃ est, vt si verũ, est dicere, erit æstas, post ver, oportet ut aliqñ sit æstas, qđ aũt est nunc uerũ dicere, qm̃ futurũ est, nihil prohibet nõ fieri, qm̃ (vt inqt) futur⁹ incedere qs, nõ incedet. ergo differũt futurũ esse, & erit, qm̃ ipso erit vtimur, in his q̃ necessario hæc post hæc fiũt, ipso aũt futurũ esse vtimur vniuersalr̃ qm̃ tã in his, q̃ necessario, q̃ in his q̃ cõtigenter hæc post hæc fiẽt. Ex hoc loco accipit ſ̃m Aristotelẽ hãc cõsequẽtiã valere, nauale bell v erit. ergo aliqñ necessario hæc est vera, nauale bellũ est. hæc tñ nõ valet, nauale bellũ est futurũ. ergo necessario aliqñ hæc est vera, nauale bellum est, & tota causa est apud Philoponũ, qm̃ ex vsu loquẽdi græcorũ ipso erit, vtimur in his, q̃ necessario fiũt hæc post hæc, ipsũ futurũ esse æqualer ipsi cõtingere qđ põt esse, & nõ esse. Verũ vero dicta sit ſ̃m vsũ loquẽdi nostrũ, qđ ẽ logica vel grãmatica, satis aũt est habere ex vsu E accepta ex his pulchra.

horum

horū, non inū colligere aliqua fieri necessario. s. in quibus vtimur ipso erit., aliqua nō necessario, in qbus vtimur ipso futurū esse, & sic ex vsu horū nominū patet nō oia generari necessariò, quæ possunt generari aut futura sunt generari.

Ant. c. 108 109 & 110. *Vniuersaliter autem quoniam contingit quædam entium esse & non esse, manifestum est quod & quæ generantur ita se habebunt, & non ex necessitate hoc erit. Vtrum igitur omnia sint talia, an non, sed quædam necesse est simpliciter fieri.*

Diluc. te. c. eiusdem *Quoniam autem vniuersaliter idē contingit quædā entium, & esse & non esse, manifestum quod, & quæ generantur sic se habent, & nō ex necessitate illo mō erūt. vtrū oīa talia sint, an non, sed q̄dam necessario sūt fieri.*

Com. 108 Repetit quæstionē vel potius subdiuidit quæstionem videlicet vtrū omne generabile necessario generabitur, vel quædā non necessario generabūtur, affert causam quæstionis, quia generabilia sunt tot modis quod possibilia, mō arguo sic. possibile esse & non esse, cōtingenter erit, omne generabile est possibile esse & non esse, igitur omne generabile contingens. Respondet q quædam generabilia non erūt generanda contingenter, sed necessario, verba patent.

RECO. Philoponus hos textus non diuidit, ideo legamus nunc illos simul, & dicamus q cū Arist. demonstrauit ex vsu illorum nominum erit, & futurum esse, non oia fieri necessario. nunc idem ostendit ex rerum differentia, nam entium hæc quidem ex necessitate habent esse, & impossibile est ipsa non esse, hæc vero possibile est & esse, & non esse, eodē modo se habebit & in his, quæ generantur, vt hæc quidem ex necessitate generentur, illa vero contingenter, nam si quid ex necessitate se habet, velut sol in aëre esse, hoc est necessitate esse habet, non. n. possibile est ipsum nō esse ibi, patet, quoniā qñ nondū erat, ex necessitate ibi exister, & impossibile est non fore. Simili modo quod contingenter habet esse, contingentē habebit generationem ceu possibile, esse & non esse. Exempli causa si esse domum, aut grammaticum, aut fabrum contingenter est, & horum generatio contingēs est. possibile enim erat & non esse neque generari vnumquodque horum, vt si non necessarium habet esse hæc spica, sed contingebat & non esse, patet quod huius generatio nō consecuta est ad seminis in terram proiectionem, sed contingit & non consequi. vnde dicit. Vniuersaliter autem quoniam contingit quædam entium esse & non esse manifestum est quod & quæ generantur, ita se habebunt, & ita in illis non ex necessitate hoc erit: sit igitur in his, quæ contingenter sunt, id quod generabile est, non necessario generabitur. Sed declaratis aliud membrum. quærit vtrum igitur omnia sint talia, vt. s. contingenter generentur. soluit & innuit aliud membrum, & dicit, an non, sed quædam necesse est simpliciter fieri, & sic ipsum fieri in ipsis generabilibus est, quemadmodum est in esse eorum, nam sicut in esse impossibilia est nō esse, hæc autē possibilia, ita & circa gñatione. s. quæda necessario generabūtur. v. g. cōuersiones solis per signa necesse est fieri, qm̄ nō est possibile nō cōtingere. Ex semine vero proiecto fieri spicā possibile est nō fieri, qm̄ spicā possibile est nō esse. quare ex ipso esse accipitur differentia in fieri, quoniā quæ necessario sunt antequam erant, necessario erant fieri quæ contingenter sont antequam eraut, non necessario erant fieri, & sic ex differentia rerum patet non omnia fieri necessario. Sed dices, deus necessario est, & tamen deus non necessario erat fieri. ergo non est verum quod omne necessario fiat, sicut est. Dicendum quod verba Aristotelis intelligenda sunt in eis, in quibus cadunt fieri, & factum, modo nō sic est in deo.

Dubitatio pulchra Solutio. Ant. c. 109

Diluc. te. c. eiusdem *Et est quemadmodū in esse, hæc q̄dē impossibilia nō esse hæc aūt possibilia, ita et circa generationē. v. g. cōuersiones necesse est fieri, & nō possibile est nō cōtingere.*

Et est veluti in esse, hæc quidē impossibilia nō esse. Illa vero possibilia sic & circa generationē, veluti cōuersiones q̄dē necesse est fieri, & nō possūt nō cōtingere.

Com. 109 Exponit rationē q sicut rerum hæ sunt necessariæ, vt pote quæ ita sunt, q non possunt non esse, vt cœlū, & intelligentiæ. Aliæ sunt possibiles esse & non esse, vt generabilia quædam, sic & circa generationē, quædam necessario fiunt, vt conuersiones, vt quādo ex aqua generatur vapor & ex ipso vapore, nubes, & ex hac aqua & cætera. Sic igit generatio conuersiua necessaria erit, & quod est generabile conuersiue, necessario generabitur. verba patent.

Si autē quod prius necesse est fieri si quod posterius erit. verbi gratia si domus, fundamentum, si vero hoc lutum, nunquid ergo si fundamentum factum, est necesse & domū fieri, an nō adhuc, si nō, & illud necesse sit generari simpliciter si aūt hoc, necesse & fundamēto generato, generari domū. Sic. n. erat quod prius se habēs, ad posterius. Quare si illud erit necesse illud prius generari. Ant. c. 110

An autem sicut prius necesse est fieri si posterius sit, vt si domus est, fundamentum est, & si hoc sit, lutum etiam, sic contra, si fundamentum est, necesse est & domum fieri an non adhuc, nisi id ipsum necesse sit simpliciter fieri. Nā vbi illud necesse sit, etiā fundamēto facto domū effici necesse erit. Sic. n. erat prius se habēs ad posterius, quare si illud erit necesse est prius id generari. Diluc. te. c. eiusdem

Petit tertio, vtrum in his quæ fiunt a proposito, conuersim necesse sit fieri posteri⁹ facto priori, veluti facto posteriori necesse est fieri prius. verbi causa. veluti facta domo necesse est fieri fundamentum, ita econtra facto fundamēto, necesse ē effici domū. aut simpliciter potest esse quæstio. vtrum omnis generatio sit conuersiua? vt quemadmodum ex fundamento necessario domus est, sic contra ex domo, fundamentum necessario erit. Respondet quod non vniuersaliter, sed tūc qñ id quo fit necessario fit, vt si dom⁹ esset necessario faciēda, valet econuerso si dom⁹ est, fundamētū est, & si fundamētū est, domus est. Addit causam d. Sic enim erat prius se habens ad posterius in generatione simpliciter necessaria. Et per hoc notat q in his quæ a proposito fiūt, non est conuersio, nam in eis quæ fiunt a proposito nihil simpliciter fit, sed rātū prout subiacet prœceptioni. At in generatione naturali, & circulari, facto posteriori, fit & prius, & econtra facto priori, fit & posterius, & tu intellige vno vel pluribus medijs, secundum speciem videlicet, vel indiuiduum, vt dicimus. Com. 110.

Secūdū Philoponum Arist quærit, vtrum in quibus est necessariū s̄m suppositionē, in his etiā simpliciter necessariū cōsiderabitur. In qua quæstione alterū supponit alterū quærit, supponit. n. in his, quæ cōtingūt esse & nō esse necessariū s̄m suppōnē inueniri, quaten⁹ in eis dicim⁹ posteriori existēte, ex necessitate præcessisse pri⁹, in fructib⁹. n. generatis ex necessitate proiectū fuit semē, q q̄dē necessariū ex suppositione nominat. Vnde Philopon⁹ notat hic q duplex fit necessariū alteru simpliciter, quaten⁹ dicim⁹ ad pri⁹, posteri⁹ ex necessitate sequi, alterū ex suppōne, quaten⁹ si posteri⁹ euenit, necessario q pri⁹ est, subsistit, Necessario q̄dē ex suppositione oia quæ gñant adinuicē participāt, necessario aūt simpliciter nō oia participāt, qm̄ nō oia ex necessitate sunt. Quærit ergo Ari. verū in qbuscūq; est necessariū, ex suppositione, in his etiā simpliciter necessariū cōsideret. Ad q̄ q̄stione respōdet, q in qb⁹ est simpliciter necessariū, in his est necessariū ex suppositione, & nō cōuertit. qm̄ in aliq b⁹ est ipsū ex suppositione necessariū, in qb⁹ nō est ipm simpliciter necessariū. vnde inqt, Si aūt q pri⁹ necesse est fieri, si q posteri⁹ erit, nūqd subaudi ecōtrario. v. g. si est dom⁹, necesse est præfuisse fundamētū, & si hoc necesse sit præfuisse lutū, nūquid ergo ecōtrario si fundamētū factū est. necesse est & domū fieri Est ergo quæstio vtrū in qbuscūque est ex suppōne necessariū, in his sit simpliciter necessariū. Respōdet. & dicit an nō adhuc, nisi & illud necesse sit generari simpliciter, nam si hoc sit, vt sit simpliciter necessario generabile necesse est, & fundamento generato, generari domū, sic. n. erat quod prius est se habens ad ipsum posterius subaudi in talibus, quæ simpliciter necessario fiunt. Quare (vt inquit) Si illud posterius erit necesse est illud prius generari, subaudito talibus, quæ simpliciter necessario fiunt, ideo cōcludit to talibus, quæ simpliciter necessario generantur, hoc conuersi. s. q si necesse est generari q postea, & generari quod prius, necesse est, & si quod prius. & quod posterius. igitur RECO.

etiam generari necesse est. Sic igitur patet in quibuscunque est fieri simpliciter necessario, in his esse necessario fieri ex suppõne, & non econtrario. Exponit aũt Aris. quare in his quæ simplr necessario fiũt, q̃ posteri⁹ est necessario fiat, facto priori, & dicit, sed non pp illud. hoc est, quia positũ est illud prius, sequit tale posterius, sed qm̃ tale posterius sua nã positũ, est necessario futurũ, vtpote quia est ex sempiternis. Ex his concludit, q̃ in sempiternis, hæc conuertuntur. s. q̃ posito priori ponat posterius & contra (vñ inquit) In quibus igitur, quod postea est necesse esse i simpliciter necessarium, in his ordo conuertitur, & semper priori generato, necesse est generari quod postea, & contra facto posteriori, fit quod prius; Patet ergo in quibuscunq; est simpliciter necessario fieri, in his esse necesario fieri ex suppositione, & non econtrario Hæc de quæstione Obiicit autem Philoponus contra Arist. qm̃ in physicis generabilibus & corruptibilibus, multa generationem necessariã habẽt, non

Obiectiones Philoponi contra Arist.

propter seipsa, sed propter præcedentia. velut ad nutritionem alteratio ex necesitate sequitur, nõ q̃ ipsa pp seipsam necesariam habeat generationẽ, sed propter præcedentẽ nutritionẽ. Præterea ad multa supra digestiuã potentiã comesta sequitur necesario tarda digestio non propter seipsam, sed propter præcedentem commestorũ multitudinẽ. Amplius ad aquã cum terra confusam. limus ex necesirate sequitur, non quidẽ pp seipsum, sed pp præcedentem confusionẽ, & alia multa sunt, in quibus ad prius, posterius ex necesitate sequitur, nõ propter seipsa, sed ppter prius, & neq; oĩno cõuertitur, non n si digestio tarda est, & multa comesta sunt, ob plura ñ alia cõtingere põt, vt ob solicitudines, vel obtuditatem stomachi, & alias causas, & ad iugulationem quidem ex necesitare sequitur mors, non tamen si mors est, & iugulatio præcesit, hæc sunt, quæ Philoponus contra Arist. induci, & insoluta omittit. Ad quæ facile responderi

Defensio Arist.

potest, q̃ aliqua propositio est vera per se, quæ est falsa per accidens, vt Auer dicit Tunc dicendũ q̃ in physicis generationibus, qđ sequitur nec necesariã generationẽ habẽt pp prius per se, & inquantũ prius, nec pp seipsum, sed accidit habere necesariam generationẽ propter præcedens, quoniam est tale, & sic per accidens, veluti motus, vt motus, potest velocitari in infinitum, nõ tamen, quia cælestis. & hoc satis est his quæ Arist. ait.

Ant, c, 111

Si igitur necesse generari quod postea, & quod prius necesse & si quod prius, & quod posterius igitur necesse sed non propter illud sed quoniam suppositum est ex necesitate futurum.

Diluc. 12. c. eiusdem

Quod si necesse est generari posterius, etiam prius necesse est esse, & prius & posterius, igitur necesse erit, sed non propter illud, sed quia quod supponitur, ex necesitate erit.

Com. 111

Ex his infert duo primũ q̃ in his quæ a proposito fiũt, valet a priori ad posterius, & econtra, vt si domus est, & fundamentũ, & econtra, sed non eodẽ mõ, quia a posteriori ad prius valet simpliciter, simpliciter. n sequitur domus est, igitur fundamentum, at econtra non sequitur simpliciter, sed quia subiectũ est necesariũ. Vbi aĩaduerte q̃ in his quæ a proposito fiunt, e posteriori ad prius illatio est necesaria ẽm consequentiã. a priori ad posterius necesaria ẽm cõsequẽtis necesitatẽ, qm̃ necesariũ sequit ad qđlibet, ẽm necesitatẽ cõsequẽtis Et hoc sub aliis verbis Aristoteles innuit.

Anti, c, 112

In qbus igitur quod postea necesse esse, in his cõuertitur, & sẽper priori generato, necesse est generari quod postea.

Diluc. te. c. eiusdẽ.

In quibus igitur posterius necesse est esse, in his cõuertitur & sẽper priori facto, necesse est pri⁹ fieri posterius.

Cõm, 112

Infert secũdo q̃ vbi posterius sequitur ad prius necesitate cõsequẽtiæ, in his cõuertitur a posteriori ad prius necesitate consequentiæ. Si. n. ad vaporem sequitur pluuia necesitate consequentiæ, econtra etiam ad pluuiam vapor sequitur necesitate consequentiæ.

Ant, c. 113

Si igitur in infinitũ tẽdãt ad inferius, nõ erit necesse eorũ quæ postea sũt, hoc generari simpliciter, sed neq; ex suppositione. semper n. alterũ anterius necesse erit. Ideo illud necesse generari. Quocirca si non est principium infiniti, neque primum erit aliquid propter quod necesse erit generari.

Diluc. te. c. eiusdẽ.

Si quidem igitur infinitum procedunt ad inferius, non erit necesse quod est posterius, simpliciter fieri. Immo neque ex suppositione. Semper enim alterum anterius ex necesitate erit, vt & illud necessario fiat, quod si infiniti nullum sit principium, neq; primum erit quo quicquam necessario fiat.

Com, 113

Disputatur⁹ Ari. an generatio sit perpetua, pponit duo Primũ est, q̃ si in generandis procedatur in infinitũ, quod posterius fit, nec simpliciter hoc ẽm naturam necesario fit, nec necesario fit ex suppositione, hoc est ex proposito (& hoc inquit) Siquidẽ igitur in infinitum procedunt ad inferius, hoc est alterũ post alterũ, non erit necesse quod est posterius, simpliciter fieri, immo neq; ex suppositione. Animaduerte quod verbũ cata, græce qũq; pro post sumitur, ita vt sit sensus, si generatio procedit in infinitũ hoc est, & semper generetur alterũ post alterũ, quod posterius est, nec simpliciter necesario hoc est secũdũ naturã, nec ex suppositione & proposito necesario erit, syllogizat cõclusionẽ, sic, si posterius necesario fit. prius necesario fit, vt diximus. Sed infiniti nullum est prius. igitur posterius erit nullũ, & per consequẽs posterius nũ necesario gñatur (inquit) Sẽp n alterũ anterius ex necesitate erit, vt & illud posterius necesario fiat, & sic in generatione posterioris necesario prægeneratur pri⁹, hæc est maior quod si infiniti nullũ sit principiũ, neq; primũ erit quo quicquã necesario fiat. Est igitur rõ. vbi nõ est prius, posterius nõ fit. In generatione infinita non est prius, igitur nec posterius. Animaduerte quod per hoc vult habere quod generatio recta non est infinita, & tota ratio est, quia tunc eset necese generari posterius generato priori, modo prius non datur.

RECO.

Cũ sumpsiset duplex significatũ ipsius necesarij, hoc quidem simpliciter, hoc vero ex suppositione, & ostẽdiset. In his quidẽ quæ ex necesitate simpliciter sunt, cõuerti consequẽtiã, qm̃ posteriori facto, oportet & prius factũ ese, & præcedenti facto, oportet & posterius consequi, in cõtingẽtibus vero nõ cõuerti vlterius consequentiã, nã in his quidẽ posteriore existẽte, necese est & primũ factũ ese. primo vero existente non vlterius necese est posterius ese, in hac parte vult ostendere (vt Philoponus inquit) quod simpliciter necesariũ in solis his est, quæ circulariter mouentur. & non in his, quæ in recto. Quod aũt imposibile sit in his, quæ in recto inese simpliciter necesariũ, probat ex diuisione. Nã qđ in recto mouetur, aut infinita, aut finita rectitudine mouetur, mõ probat, quod simpliciter necesariũ non est in his, quæ in recto mouẽtur infinita rectitudine, deinde probat, quod non est in his, quæ in recto mouentur finita rectitudine. Quod simpliciter necesariũ nõ insit his, quæ in recto mouẽtur infinita rectitudine, pbat ex eo qm̃, simpliciter necesariũ diximus esse quando ad præcedens ex necesirate posterius sequitur, sed in infinito, neque est præcedẽs, neq; posterius. Infinitũ. n. principio ac fine caret. ergo in his, quæ mouentur in recto infinita rectitudine, nõ põt simpliciter necessariũ sumi, propter eandẽ rõnem neque in his quæ generantur posibile est simpliciter necesariũ sumere, si infinita rectitudine generentur, quoniam in eis oĩno, neq; præcedens, neq; posterius est accipere. Ex his põt probari quod nec necesariũ. ex suppositione accipi potest in his, quæ generãtur in recto infinita rectitudine, quoniam diximus necesariũ ex suppositione accipi, quando facto posteriori fit præcedens. At cum in talibus neque posterius nec præcedens sit, non ergo necesariũ ex suppositione ese potest. Quare infinito nihil simpliciter fieri põt. Hæc de generatis. Simili rõne fieri põt argumẽtũ in generãdis, & nõ sit simpliciter necesariũ si infinita rectitudine generabũtur, nõ. n in talibus erit posterius sequẽs ad præcedẽs, cum infinito nihil sit posterius, neq; prius. Quod igitur in his, quæ secundũ rectũ in infinitum mouentur, non insit simpliciter necesariũ, ex his. patet vnde dicit Si igitur in infinitum

in infinitum tendant ad inferius, hoc est in rectum ad posterius ea quæ generantur, non erit necesse eorum, quæ postea sunt, hoc generari simpliciter, sed neque ex suppositione, quoniam (vt inquit) vtroque modo semper alterum anterius esse necesse erit, & ideo illud erit necesse generari antequam tale posterius fiat. quare concludit, si ipsius infiniti non est principium, neque principium, erit aliquid, ꝑꝑ ꝙ ipsum posterius necesse sit generari. Sed dubitat Philoponus,

Quæstio Philoponi. qm̄ Arist. supponit infinitam rectā lineam, modo licet infinitum careat principio & fine, tamen est in ipso infinito ipsum deinceps, & hoc post hoc generari. vnde Arist. dicit tēpus esse infinitū, nec habere principiū, nec finē, dicit tñ in ipso ipsum deinceps considerari & prius & posterius. ꝑꝑ hoc Philoponus dicit ꝙ nō perfecta destruens simpliciter necessariū, in talibus est ꝑbādo nihil fieri posse in infinita recta linea, qm̄ oē quod fit gratia alicuius finis fit, at omne infinitum sine fine est: ergo nihil fieri pōt in infinita recta linea. Hæc.n. ratio non supponit rectā infinitam & aliquid fieri, & sic vult ꝙ per ea, quæ Arist. dicit, nō destituitur simpliciter necessariū, verū dic potest, ꝙ Arist. argumētatur sumpto impossibili implicante contradictionem, sumit.n. rectā infinitā esse, in qua aliquid generatur, & argumentatur ꝙ si aliquid in tali recta infinita generetur erit vel simpliciter necessarium, vel ex suppositione, & sic infertur impossibile vtroq; modo. quare argumentum erit ad aduersariū, qui sic posset dicere aut fingere. At argumentū Philoponi est simpliciter. Adhuc dubitat Philoponus ꝙ in generatione infinita & secundum rectam lineam successio est ipsum simpliciter ex necessitate, qm̄ necesse est ex homine oīno fieri hominem, non.n. cōtingit ex homine nō fieri hominē. Respōdet ꝙ successio quidem, quæ est ſm speciem, ſm quā ex homine hō fit, secundum circulū fit, eo ꝙ ab eodē in idem redit, quod circulo proprium est. Ex homine.n. fit semen, ex semine embrion, ex embrione puer, ex puero vir, ex viro semen, & sic circulo modo in his, quæ circulo fiunt, prædictum est necessariū reperiri. Successio vero quæ non secundū circulū fit, sed in recta linea, talis est, quæ in singularibus, secūdum quā ex Tantalo Pelops, & ex hoc Atreus, mō hæc non vlterius necessariū habent, non.n. si Tantalus est omnino Pelops, neque si Sophronicus, iā & Socrates necesse est.

Ant. c. 114. *At vero neque in finem habentibus, hoc est dicere vere, quod simpliciter necesse sit generari. verbi gratia domum, quando fundamentum generatur. quando enim generatur, si non necesse semper generari, accidet semper esse, contingens non semper esse.*

Diluc. te. c. eiusdē. *Rursus etiam neque in fines habentibus, illud verum erit dicere, quod videlicet necesse sit aliquid fieri, ut domum, quando fundamentum fit. Nam quando fit, nisi hoc semper necessario fiat, accidet semper esse, quod contingit non semper esse.*

Com. 114. Prima suppositio fuit, si procedunt generanda in infinitū, posterius non necessario fiet, ꝑpter rationē tacitā videlicet, quia nec prius necessario factū est. Secūda suppositio est, quod si generatio hēt fines videlicet a parte ante & a parte post, nec generari posterius necesse erit, generato priori, vt generato fundamēto generetur domus deducit. quia si semper vno genito aliud fit, tūc quod semper est, contingit nō semper esse, vt generatio quæ est semper per declarata cōtinget non semper esse, videlicet tunc qñ deueniet ad vltimū. Ex his vult habere quod generatio recta, nec est finita, nec infinita, infinita nō, quia non haberet prius, finita minime, quia esset dare vltimum, & sic semper esse non semper esset.

RECO. Cum ostendisset ꝙ in recta linea infinita impossibile est simpliciter necessariū supponi, nunc ostendit quod nec in recta finita est possibile necessarium simpliciter haberi, hoc pacto, simpliciter ex necessitate fieri est impossibile nō fieri, quod autem impossibile est non fieri semper fit. At in recta finita semper fieri impossibile est, quod probatur (vt Philoponus inquit) quoniam semper fieri bifariam intelligitur, aut secundum vnam & continuam generationem, aut secundum ipsum iterum, ac iterum generari. Velut cū dicimus solē necessario in ariete fieri, & semper in ariete generari, non quidem, quia in ariete semper continuo sit, sed eo quod iterum ac iterum, & hoc semper, non potest ipsum semper fieri intelligi secundum vnam & continuā generationem. qm̄ contingit semper esse, quod cōtingens est non semper esse, quod.n. in recta linea finita mouetur, ipsa linea recta finita ac completa, cessabit a motu, nec dici pōt ipsum semper fieri semp esse, ſm iterū ac iterū ac semper nā; quādā reflexionē, qm̄ in recta linea nō est circulatio, quæ sempiterna fiat. Tum ex ipsa euidentia, eo quod nihil sit tale, quod in recta linea sempiternā reflexionē faciat. Tū etiā qm̄ quod sempiterne mouetur, sempiternū ē, sempiternū vero sempiternā habet potentiā, & non interdū quidē mouebitur. Interdum vero non, sed semper secundum continuum. motus aūt qui ſm rectam lineā reflectitur, non manet continuus, sed in medio quies comprehenditur. Arist. ergo probat in linea finita recta non esse semper fieri secūdum vnam, & continuam generationem. vnde dicit. At vero neque in finem habentibus, hoc est dicere vere.s. qđ necesse simpliciter sit semper generari hæc est conclusio, quā exponit per exemplum. & dicit verbi gratia domum, quādo fundamentum generatur. Tunc exposita conclusione, eam probat. & dicit Quando.n. generatur in recta finita.s. semper, si non sit necesse, semper generari, sed sit veniendum tandem ad finem, accidet quod est semper esse, esse cōtingens non semper esse. Est ergo consequentia, si in recta finita est generari semper. ergo in recta finita est necesse generari. probatur consequentia, quia si non esset necesse semper generari, id quod semp esset, contingit nō semper esse, tunc destruit consequēs (& inquit) sed oportet generationē semper esse, si ex necessitate simpliciter eius generatio & etiam econtrario, si generari sit semper, quia necesse est generari. Cuius causam affert (& inquit) Ex necessitate.n. & semp idē simul est, quia (vt inquit) quod esse necesse est, non possibile est non esse, vt patet in primo priorū. ideo concludit, quo circa si ex necessitate, sempiternum est, & si sempiternum est, ex necessitate est. quare si generatio sit ex necessitate, generatio huius.s. hominis ex homine. vel equi ex equo in infinitum perpetua est, & si generatio sit sempiterna, generatio erit ex necessitate, patet ergo non esse semper fieri in linea recta finita secundum vnam & cōtinuam generationem. Supponit aūt nō posse esse semper fieri in eadē ſm iterū atque iterum & forte hæc probatio communis est vtrique intentioni, vt patet consideranti. Quod si dicas quod potest esse semper fieri in linea recta per reflexionem hoc remouit Philoponus, quia inter duos motus reflexos mediat quies.

Sed oportet generationē semper esse, si ex necessitate est eius generatio. ex necessitate.n. & semper simul. quod.n. esse necesse est non possibile est non esse. Quocirca si est ex necessitate, sempiternum est. & si sempiternum est ex necessitate. Et si generatio, igitur ex necessitate sit, perpetua generatio huius. & si sempiterna, ex necessitate. Anti. c. 115

Oportet autem generationem semper esse, si ex necessitate est alicuius generatio. ex necessitate enim esse, & semper simul sunt, quod enim est necesse esse, non potest non esse, quare si ex necessitate est, semper est, & si semper est, ex necessitate est, & si generatio itaque ex necessitate sit, sempiterna generatio alicuius erit & si sempiterna sit, ex necessitate est. Diluc. te. c. eiusdē.

Remouet dubiū, posset.n. quis dicere generationē ex necessitate esse, nō tñ sempiternā, quia multa sunt ex necessitate, quæ nō sunt sempiterna, vt si decollatio est, necesse est Socratē interire, nō tamē sempiternū est Socratē interire. Respōdet qđ necesse est sempiternū, & syllogizat sic, qđ nō pōt nō esse, est necesse esse, vt patet. quia negatio præposita facit æquale suo cōtradictorio, hæc.n. cōtradicūt, necesse est esse, possibile est nō esse, igitur hæc æquiualent necesse est esse. non possibile est non esse, & sic patet maior, sed sempiternum est nō possibile non esse, igitur sempiternum est necesse esse, & quæ dicit, patent translatione sola. Animaduerte duas figuras has. RECO.





Vt igitur valet aliqñ esse, igitur cõtingens esse, & aliquando non esse igitur contingens non esse, sic valebit semper esse, necesse est esse. Nunquam esse, impossibile, nõ esse, & sic Philosophus bene dicit, quod necesse esse æquiualet ad semper esse, & sic necessariũ est sempiternũ. Ad argumentũ ad formam dicẽdũ quod illud est necessariũ ex suppositione. Arist.

Dubitatio nes. loquitur in necessario simpliciter. Sed ambiges. primo, quia deus est necesse esse, non tamen semper esse, quia non in instãti quodlibet deus fuit, quia non in instãti præsenti deus & tamen deus fuit necesse esse. Amplius videtur quod perpetuũ, & necessariũ non sint idẽ, quia oẽ quod est, dũ est, necesse est esse, non tñ oẽ quod est dum est, est perpetuũ. Respõdẽt Sorticolæ quod necessarium & semper esse, debent limitari a verbo, sicut igitur hæc est de præterito, deus necessario fuit, ita illa, semper deus fuit, & sic est sensus in omni tẽpore vel instanti præterito deus fuit, & sic in alijs temporibus. Ad secundum ostendunt perpetuum & necessarium esse idem, quia necessariũ potest dupliciter capi similiter & perpetuũ, sed in hoc errant. Nam apud Arist. bene necessariũ conuertitur cũ sempiterno, non tamen cum perpetuo. Nã apud Arist. continuũ est perpetuũ, quo græce est synecheς, & tamen non omne continuum est sempiternum.

Ameatus. & Kurp. *Si igitur alicuius ex necessitate simpliciter generatio sit, necesse circuire & reiterare, necesse enim est, aut finem habere generationem aut non, & si non, aut in rectum aut circulariter. Horum aut in si erit sempiterna non in rectum possibile est quia nequaquam est principium, neque si inferius vt ad futura accipiamus, neq; superius vt ad generata. Necesse autem est esse principium non finita existente, & sempiternam esse. Ideo necesse est circulariter esse.*

Dilue te. rationem *Si igitur alicuius ex necessitate simpliciter, generatio sit, necesse est circuere atque conuerti, necesse est enim generationem vel fines habere vel non, si non, vel in rectum, vel in circulo. Horum autem si quidem erit sempiterna, non in rectum esse potest, quia nequaquam est principium, neq; videlicet deorsum, vt si generãdis respeximus neque sursum, si in his quæ generata fuerunt, at necesse est esse principium non finito existente esse & sempiternum, ideo necesse est ipsam circulo esse.*

Com. 110. Ex his suppositionibus concludit intentum, q̃ videlicet generatio sit circularis & conuersiua (& hoc inquit) Si igitur alicuius ex necessitate simpliciter, hoc est ẽm naturã generatio sic, necesse est circuere atq; conuerti, deducit consequentiam quia si generatio est alicuius necessaria & simpliciter, vel fines habet, vel non, demonstrauit, falsum esse eã habere fines per multas rationes, q̃ si non habet fines, vel in rectũ, vel in circulo, horum aũt dato videlicet altero q̃d sit sempiterna, non in rectum esse potest, quia nequaquã est principiũ, neque videlicet deorsum, vt si in generandis respexerimus, neq; sursum, si in his quæ generata fuerunt aspexerimus, nullo. n. modo dabitur principium, neq; finis at necesse est principium esse, & si non finitum existit tale principiũ, necesse est esse sempiternũ, ita videlicet, quod aer sit infinities principiũ generationis aquæ, & finis eiusdem. Ideo necesse est ipsam generationẽ circulo esse. Est igitur ratio breuis, generatio est necessaria simpliciter alicuius, vel recta, circularis, non recta, quia non daretur principiũ, q̃d oportet dari. igitur circularis. Animaduerte quod in circulari motu principium & finis incidunt in idẽ & propterea in solo circulo potest dari principium infinities, quod appellat sempiternum.

Nunc ex his concludit intentũ. s. quod solũ motuũ circulari sit, necessariũ & semper fieri, nã si ostensum est nec in his, quæ in recta finita, nec in his quæ in recta infinita mouentur, simpliciter necessariũ esse patet quod in his, quæ in rectũ, oĩno mouentur, non inerit simpliciter necessario. ergo si est ipsum semper fieri, oportet quod his insit simpliciter necessarium, quæ circulo mouentur. Sola .n. circularis latio habet simpliciter necessariũ, q̃m solus circularis motus sempiternus vnus est, & continuus, partes vero motus ipsius numero quidẽ diuersæ sunt, specie vero eædẽ. Motus .n. ab ariete in taurum, & a tauro in geminos, numero, quidem nõ idem est specie vero idẽ, & periodi reintegratione specie qdẽ eædẽ sunt numero vero diuersæ. Soli igitur circulationi inest ex necessitate &, sempiterne, iterũ & iterũ fieri, q̃m nũquã desinet ẽm annuã periodũ in ariete fieri. Quare ostẽsum est ex his q̃ dicta sunt, q̃ necessariũ, simpliciter siue ẽm continuum, & in sectilem motum consideretur, siue secundum iterum & iterũ solum hic, quæ circulariter mouẽtur, insit, vnde dicit. Si igitur alicuius ex necessitate simpliciter generatio sit, cum non possit esse aliqoo pacto secundum rectum, necesse est circuere, & reiterare, probationem breuibus. & dicit. Necesse. n. est aut finem habere generationem, autem non, & si non habet finem, aut non habet finem in rectum, aut circulariter, horum autem si erit sempiterna, non in rectũ possibile est. quod probat repetendo probationem, & dicit quia nequaquam est principium. Præterea (vt inquit) Neque põt generatio esse sempiterna, si inferius ad futura accipiamus, neq; si superius ad præterita ac generata. Tunc reddit causam, & sumit {autem} pro n. quasi dicat q̃m necesse est esse principium. Vel {autem} aduersatiue tenetur quasi destruat illatum, vt sit dicere, sed necesse est esse principium quouis modo dicatur, q̃m in necessario simpliciter ex priori sequitur posterius, in necessario ex suppositione ex posteriori sequitur prius, vt dictũ est. Tunc (inquit) quod si generatio non finita sit, & sempiternam esse necesse est, & si sempiterna est, cum non possit esse in rectũ ideo necesse est circulariter esse. propter hæc infert. quod sit necesse cõuerti. v. g. si hoc posterius ex necessitate est, & quod prius ergo ex necessitate erit, & econtrario etiam si hoc præcedens, & posterius necesse est generari, & hoc semper iam continuo. Hæc Aristoteles. RECO.

Conuerti

Conuerti igitur necesse erit. verbi gratia. si hoc ex hoc ex necessitate est, & quod prius, ergo. sed si hoc, & quod posterius necesse generari. Et hoc sẽper iã cõtinue

Diluc. te. c. eiusdem *Conuerti igitur ex necesse est, vt si hoc, ex necessitate sit, & prius igitur ex necessitatee erit etiam, & si hoc posterius etiam necessario generabitur, atque hoc vtique perpetuo semper.*

Ant. c. 118 Diluc. te. c. eiusdem Com. 118. Ex præd ctis infert duo, primũ in generatione ex priori sequitur posterius necessitate consequentiæ, & econtra. vt si pluuia est, oporret esse vapores, & si vapores, oportet esse nubes & si nubes oporeet esse pluuiam, & si pluuia est, necesse est esse vapores & hoc perpetuo esse.

Nihil en in hoc differt dicere per duo, aut multa.

Neque enim hoc per duo aut plura refert dicere.

Remouet dubium, quia si ex priori sequitur necessario posterius, & econtra, fit immediate, vel pluribus mediis. Respondet quod hæc conuersio fit, vel per plura vel duo media. & non referr quantum ad rationem conuersionis.

RECO. Cum ostendisset q simpliciter necessariũ soli motui circulari inest, & ad hoc ostendendum necessariam conuersionẽ in hoc circulari motu circa duo quædã exemplificasset, nunc (vt Philoponus inquit) notat q secundum continuũ semper necessario & ad secundum, tertium, & ad hoc quartum sequitur, quoniam (vt inquit) nihil differt per duo, aut plura considerare conuersionem fieri, & quæ ex necessitate consequentia, quare per hæc dubium remouit circa exemplum assignatum.

Anti. 19. *In circulari igitur motu & generatione est, quod ex necessitate simpliciter. & si circulariter, necesse generari & generata esse. & si necesse est horum generatio circularis;*

Diluc te. a. eiusdem *In motu igitur & generatione circularibus, est id quod necesse esse simpliciter, & si circulo, necesse est vnumquodque fieri & factum fuisse. & sic necesse est horum generatio circulo erit.*

Com. 119 Secundũ quod infert est, quod necessario generari & circulo generari conuertuntur (& hoc inquiunt). In motu igitur & generatione circularibus, est id quod necesse est simpliciter esse, & si circulo, subaudi, aliqoid fit, necesse est vnũquodque fieri & factum fuisse infinities saltem in specie, vt dicemus, & si necesse est subaudi, vnumquodq; fieri, horum generatio circulo erit, & sic necessaria generatio, & circularis generatio conuertuntur & necesse aliquid generari, & circulo generari similiter conuertuntur,

RECO. Nunc (vt Philoponus putat) vniuersum sermonem cõcludit. & dicit. In circulari igitur motu & generatione est, quod ex necessitate simpliciter. quasi dicat patet ex dictis in motu & generatione circularibus esse ipsum simpliciter necessarium, hoc pacto, quod si fuerit circulariter factum, necesse est generari, & generata esse. generari quidem in futurum, generar vero esse in præterito, & econtrario, si necesse est generari & generata esse, horum generatio circularis est. hæc in vniuersum.

Ant. c. 120. *Hæc itaque rationabiliter, quoniam perpetuus est circularis motus, & qui cœli quoniam hæc ex necessitate, generantur & erunt, quæcunque huius motus sunt & quæcunque propter hunc.*

Diluc te. c. eiusdem *Hæc vtique rationabiliter quidem sunt, quoniam sempiternus etiam aliter apparet circulo motus. videlicet ille qui est cœli, fiunt enim hæc & erunt ex necessitate, quæcunque ipso motu sunt, & quæcunq; propter ipsum*

Com. 120 Confirmat hæc per rationem assignatam, iam dictũ est, enim quod motus cœli est sempiternus, & quod sit causa generationis: igitur generatio sempiterna erit, nam hæc fiũt ab illo motu veluti a causa effectrice, & propter illum tanquam propter finem primũ. Arguitur igitur sic. procedens ab agẽte & fine æternis est æternũ. generatio à fine & agẽte æterno, vt à motu cœli, igitur æterna. quæ dicit patent.

RECO Cum ostendisset ipsum necessarium soli circulari motu accidere, ostendit q hoc est rationabiliter dictum tanquam consonum existens his, quæ alibi demonstrata sunt. Demõstratum est. n. 8. physicæ auscultationis q circularis motus solus sempiternus est. vnde dicit. Hæc quidem vtique rõnabiliter subaudi dicta sunt, qm̃ perpetuus est circularis motus, & qui cæli, hoc est cælestis stellarum fixarum, qui diurnus est (vt exponit Philoponus) qm̃ hæc, id est alii motus cælestes ex necessitate, generantur, & erunt quæcunque huius primi motus sunt, & quæconq; propter hunc sunt. Quo ad vero ad verba attinet, debes scire quod cæteri motus cælestes perficiuntur à primo motu, & sunt propter primum motum, perficiuntur quidem ab eo, quia à primo motore, qui mouet motu illo primo, perficiuntur. n. a deo saltem, vt a causa effectiua vniuersali, sunt vero propter primum motum, quoniam sunt propter motorem, qui mouet illo motu tanquam propter finem: ergo recte dictom est, quod necessarium inest primo motui stellarum fixarum, cætera autem propter illum.

Si enim quod circulariter mouetur, semper aliquid mouet, necesse est & horum circularem esse motũ. verbi gratia, superiori latione existente, circulari sol sic. Quoniam autem sic, horæ propter hoc circulariter generantur & reiterantur. His autem ita generatis, iterũ quæ ab his. Ant. c. 121

Quod si quod circulalariter mouetur semper aliquid moueat, necesse est & horum circularem esse motum, vt superiori latione existente, sol sic circulo existit, at quia horæ ita sunt, propter hoc circulo fiunt atque iterum fiunt. his uero ita genitis, iterum generabuntur quæ ab illis. Diluc. te. c. eiusdem

Remouet. q. tacitam, nam non videtur sequi. est motus cæli perpetuus, igitur generatio ppetua, quia motus cœli est causa rerum vniuersalis, modo a causa vniuersali ad effectum particularem non valet argumentum, nisi negatiue, vt declaratum est primo posteriorum. Respondet quod licet sit causa vniuersalis & remota, tamen ex illa sequitur propositum, & deducit à primo ad vltimum, vt Auerroes deducit hoc modo, si cælum perpetuo mouetur, oporret vt sol in orbe decliui moueatur perpetuo & circulariter. Si sol mouetur perpetuo circulariter, oportet, vt anni tẽpora currant perpetuo circulariter, & si anni tempora currant circulariter perpetuo, oportet vt elementa, & res generentur perpetuo circulariter. Quæ dicit patent. Animaduerte tamẽ q in græco codice forte est diminutio, & debet dicere, vt superiori latione existẽte, sol sic circulo existit, sol circulo existit horæ, hoc est anni tempora ita erunt, cætera patent. Com. 122.

Probat q dixerat. s. q ipsum necessarium inest primo motui diurno, inst cæteris propter illum & dicit. Si. n. qđ circulariter mouetur. s. motu diurno semper aliquid mouet. s. quod intra ipsum continetur saltem motu raptus necesse est & horum, quæ mouentur ab illo circularem esse motum proprium, alium a motu communi & a motu raptus, quoniam motu communi mouentur ab ortu, in occasum, motu proprio vero contra ab occasu in ortũ. v. g. (vt inquit) superiori diurna latione existente, sol circulari latione. sic. s. contra ab occasu in ortum moueatur. Quomodo vero valeat hæc consequentia, erraticæ stellæ mouentur moto communi raptus ab ortu in occasum. ergo cõtra motu proprio ab occasu in ortum Arist. non exposuit, sed tanquam expositam in secundo libro de cœlo omittit, & nos etiam supponamus. Ex his infert quod horarum anni circulatio sit sempiterna, & dicit. Qm̃ aũt sic. s. sol mouetur ab occasu in ortum proprio motu, horæ atq; anni tempora propter hoc circulariter generantur & reiterantur. vt æstas, & hyems, & cætera id genus. Tunc his stantibus, redit ad propositum, & concludit quod propter generationem horarum anni sempiternam & circularem, generatio & corruptio animalium & plantarum. & aliorũ circulariter fit, & perpetuitatẽ possidebit, qm̃ (vt dictũ est) ab horarum mutatione generatio & corruptio fit, vnde dicit. His autem ita generatis, iterum ac circolo generabũtur, quæ ab his, vt animalia & plantæ, & cætera id genus. RECO.

Quare ergo hæc quidem ita videntur verbi gratia, aqua & aer circulariter generantur. & si nubes erit, oportet & pluere,& si pluet,oportet ue nubem esse. ho
Ani.c.10 *mines vero & animalia,non reiterantur in seipsa,vt rur sus generetur idem non enim necesse est si pater generatus est, te generari,sed si tu,illum. in rectum itaque videtur esse,hæc generatio.*

Dilucida. te,eiusdē. *Propter quid igitur interdum vtique hæc quidem sic videntur. videlicet aquam & aerem circulo facta esse, vt nubes quidem erit oportet pluere,& si pluit,oportet nubem esse. Homines vero & animalia in seipsos non reflectuntur. vt iterum generetur idem. Non enim necesse est si pater generatus est,te generari,sed si tu genitus es illum. In rectum itaque videtur hæc generatio.*

Dubitat Aristoteles. vtrum omni generatio perpetua sit
Cō, 122 circularis, & videtur quod non, quia generatio hominis ex homine est perpetua, non tamen circularis. Nam tu, ex patre,non autem pater ex te(inquit) Propter quid igitur interdum vtique,hæc quidem sic videntur fieri circulo. V.g. aquam tam & aerem circulo facta esse, vt si nubes quidem erit,oportet pluere & si pluit oportet nubem esse. Homines vero & animalia in seipsos non reflectuntur, & quod subscribit,patet. Et sic videtur q generatio hominis ex homine sit perpetua,& non circularis, & ita non omnis generatio perpetua est circularis.

Aristoteles nunc proponit quandā dubitationē, cur nā in aere quidem, & aqua, & reliquis elementis,& necessaria
RECO. est generatio circularis, & conuertitur, etenim nube quidem existente,erit aqua, & aqua facta,nubes præexistit. In singularibus vero non ita se habet. Socrate enim existente præfuit Sophroniscus,Sophronisco existente, non ex necessitate Socratis generatio sequitur. vnde dicit. Quare ergo hæc quidem ita videntur. v.g. aqua & aer circulariter generātur, ita q si nubes sit oportet & pluere,& si pluet,oportet & nubem esse,homines vero & animalia non reiterantur in seipsa,vt rursus generetur idem numero,non enim necesse est si pater generatus est scilicet Sophroniscus,te generari scilicet Socratem,sed contra si tu es genitus, necesse est patrem esse genitum. Dubitatio ergo secundum expositionem Philoponi est,cur idem specie potest reuerti, vt cum fit ex aqua vapor,ex vapore iterum aqua fieri potest in specie,idem vero numero nō potest reuerti, qm̄ nō potest fieri iterum Socrates si fuit corruptus,non.n. quærit (vt alii exponunt) cur in elementis generatio circularis esse potest,in animalibus & plantis non potest fieri. Sed secundum Philoponum quærit cur in specie generatio fieri potest perpetua & circularis, & idem specie reuerti potest, in indiuiduis vero nō pōt generatio circularis,fieri nec idē numero pōt reuerti Causa autem deceptionis est,qm̄ Arist. exemplificauit in elementis in prima parte quæsiti. In secūda vero parte, exēplificauit in animalibus, & hominibus, verum hæc fecit non sine causa,de prima enim parte quæsiti exemplificauit in elementis,quoniam circulatio secundum speciem magis apparet in illis De secunda vero parte exemplificauit in animalibus & hominibus, quoniam secūda pars quæsiti magis apparet in illis. est ergo dubitatio,cur idem specie reuerti pōt,idem vero numero non. Respondet ergo, & dicit. In rectum itaque videntur hæc generatio scilicet quæ est filii ex patre,illa vero quæ est in spē vnius elementi ex alio videtur circularis, ideo idem numero redire non potest, sed bene idem specie. Diximus.n. superius quod generatio singularium non est secundum circulum, ideo nec ipsum necessarium,neque ipsum conuerti habet, aer autem & aqua redeunt,quoniam non secundum numerum fit ipsorum reflexio,sed secundum speciem, nō enim idē aer numero in reflexione regeneratur quæ est ex aqua in aerem,sed idem specie. Simili modo dici potest in animalibus & plantis,in illis enim numero non reuertitur,sed bene idem specie.

Ani.c.123 *Principium autem intentionis rursus hoc, vtrum similiter omnia reiterantur, an non,sed hæc quidem numero,hæc autem specie solum. Quorum igitur incorruptibilis est substantia mota manifestum quod,& numero eadē erunt. motus enim,sequitur quod mouetur. Quorum autem non sed corruptibilis, necesse est specie, numero autem non reiterari. Ideo aqua ex aere, & aer ex aqua specie idem,non numero. Si autē & eadem numero,sed non quorum substantia generatur existens talis qualis potest non esse.*

Dilue te, e. eiusdē. *Principium autem huius considerationis tale est, vtrum.uidelicet omnia similiter reuertuntur,an non,sed hæc quidem numero redeunt,illa vero specie tantum. Ea quidem enim quorum substantia incorruptibilis mota est patet quod & ipsa eadē numero erunt. Motus enim mobile ipsum sectatur,ea uero quorum non, sed corruptibilis,necesse est specie redire,non autē numero. Ideo aqua ex aere & aer ex aqua specie idem erit, non numero au si eadem numero,non tamen ea quorum substātia sit talis existens,qualia sunt possibilia non esse.*

Cōm.123.

Ad solutionem quæstionis prædictæ,ait esse necessarium scire solutionem huius quæstionis, vtrum. v.g. idem numero posit reuerti. Respondet quod non, verum eorum quæ redeunt sunt in duplici differentia,quædam æterna, vt stellæ,quædam corruptibilia,vt elementa,& homines,& animalia,vult tunc quod stellæ oriuntur & occidunt, & eædē numero exoriuntur quia isti ortus,& occasus sunt secundū motum,non secundū substantiam, nam substantia æterna est,corruptibilia vero,vt elementa,& animalia redeunt eadem secundum species. Propter ea adicit.at si eadem numero aliqua redeunt,non tamen ea quorū substantia sit existens talis, qualia sunt possibilia non esse.i.non redeunt ea quæ sui substantia corruptilia sunt, quæ dicuntur possibilia non esse,cætera verba patent. Sed circa finē huius libri plures occurrunt quæstiones,quas ob negotiorum multitudinem in alıud tēpus differo. Et sic de generatione & corruptione finis ad laudē dei intactæq; virginis. Neapolis.26. RECO.
Octobris. M.D.V.

Sed adhuc quærit, vtrum omnia simpliciter reuertātur s̄m spēm solum,& nulla eadē numero,& hoc inquit Principium aūt intentionis quæstionis.s. motæ rursus est hoc, vtrum similiter omnia reiterentur.s.specie, vt dictum est de elementis, & animalibus. Respondet quod quæcunque quidem incorruptibilia existentia mouentur motu circulari, hæc secundum numerum eadem manentia reflectuntur, quorum vero substantia corruptibilis est,hæc numero quidem non permanent eadem, speciem vero seruant in reflexione. vnde dicit. An non,subaudi eodem modo omnia redeunt. sed hæc quidem nume 8. redeunt, hæc autem specie solum redeunt,, & exponit membra,& accipit{igitur}pro enim,& dicit, quorū enim incorruptibilis est substantia mota,manifestum est,q & numero eadem erunt in reflexione,vt stellæ, quæ occidunt,eædem numero oriuntur,& causa est,quoniam motus sequitur ad id,quod mouetur,& sic reflexio dici potest eadem,qm̄ id q reflectitur,est id ē numero, quorū autem substantia non est incorruptibilis sed corruptibilis,, necesse est spē,numero aūt non reiterari,ideo concludit,q aqua ex aere,& aer ex aqua specie idem non numero redit. Addit q si elementa eadē numero redire dicātur,hoc dicetur supponendo,q elementa s̄m substantiam non sint corruptibilia vt dixit Empedocles. vnde dicit. Si autem & eadem numero elementa redire dicantur, sed non dicetur de eis quorum substantia existens talis, qualis potest non esse,i. qualis est corruptibilis, generatur. q.d. non dicetur de eis supponendo eorū substātiam esse corruptibilem,sed supponēdo illam(vt dicit Empe.)esse ingenitam & incorruptibilem,sic enim supponendo eadem numero redire dicentur. Dubitat hic Philoponus,& ante ipsum prius dubitauit Alexander,aduersus Arist. si enim secundum Aristo. anima semper manet eadem numero, & factiua causa etiā semper manet eadem,propter quid secundum aliquam plurimi temporis
Dubitatio philoponi de reiteratione.

periodum

periodum ex eadem materia eadem secundum numerum non redeun, valet autem hæc dubitatio pro tãto, quorũ Arist. asserit eadem numero redire, quorum substantia incorruptibilis est, in qua dubitatione Alexander & Philoponus supponun animam h animam remanere post mortẽ, & factiuam causam etiam remanere, per quam anima fuit vnita materiæ, & quærunt propter quid idem homo numero secundum plurimi temporis periodum non redit,

Prima põ de resurrectione.

vt pore hinc ad decem milia annorum, vt Plato existimauit. vel ad 49. milia annorum vt astronomi dixerunt. Respondet primo ꝙ nonnulli concesserunt secundum regenerationem magnum annum contingere, in quo omnium entium regeneratio fit, que annum magnum ad. 49. millia annorum extendunt astronomi, quo tempore stellas fixas complere motum suum asserunt. Plato nici circiter decem millia annorum cum esse affirmãt. Quo tempore Heliono ra stella, quæ caput arietis mobilis est, quadrangulum fere complet, vt in helionoricis figuris 16. angulorum diximus.

Que Philoponus cõtra primã opinionẽ.

Contra obijcit Philoponus, quoniam hoc existente, esse vtique poterit & in singularibus quorum substantia corruptibilis est generatio,; & secundum numerum reflexio, quod Arist. hic negat, & primo de anima. Ideo Philoponus aliter dicit. ait enim ꝙ si datetur iterum Socrates generari non

Tect. 4r. põ philoponi de resurrectio.

idem simpliciter & omnino vtique & vnus cum Socrate, qui primo genitus est, esse poterit, non enim (vt inquit) possibile est vnum & idem secundum numerum simpliciter deficere, & redire, non enim (inquit) eo quod ex eisdem fit aliquid, vnum secundum numerum generatur, sed eo ꝙ idem permanet prius, & posterius existens, idcirco sol quidem secundum numerum idem est. Socrates vero, vt dixi, non idem est secundum numerum, non enim (inquit) si permanet indiuidua forma, & materia permanet. Hæc Philoponus ad verbum. per quæ datur intelligere expresse Arist. posuisse animã humanam remanere post mortem, de resurrectione vero autumat post certam periodum, cuius tempus non determinauit, animam illam redire in materiam, non tamen redire idem numero quoniam licet redeat eadẽ indiuidua forma in materia, quæ anima fuit Socrates, non tamen redit idem Socrates, quoniam materia non redit, eadem scilicet proxima, sed solum temora. Accidentia enim quæ materiam proximam reddebant, eadem numero, non redeunt, sed eadem specie, ideo si redit anima eadem numero iterum in materia, cum non redeat eadem materia proxima, vult idem numero præcise non reuerti, cum vero dicebatur ꝙ Arist. negat reditum animæ in ipsam materiam post exitum libro de anima primo, dicendum secundum hanc positionem quod negat reditũ per motum localẽ, vt posuetuur Pithagorici, sed reditum per copulationẽ, & vt informationem non negauit, vt patet per Alexandrum & Philoponum hic. Quem etiam Auerroes cogitur ponere, asserens vnam esse numero animam omnium hominum, vt patet consideranti. Quæ an Aristotelica sint, in libro de immortalitate animæ determinauimus nunc vero illud nobis certum sit de decreto Alexandi Philoponi, & Arist. humanam animam esse immortalem, non enim ita dubitassent expositores, non ita ad dubitationem respondissent si mortalem animam esse credidissent ad mentem Aristot. Et de recognitionibus eorum commentatiorum, quæ in libris de generatione olim scripsimus, hactenꝰ completæ sunt Pisis. M.D.XXI. die tertio Aprilis.

Augustini Niphi Suessani, ad Dominicum Grimanum Cardinalium maximum, atque ætatis nostræ decus, De infinitate primi motoris liber.

MAGNA controuersia. Dominice Grimane Cardinalium maxime, inter Theologos, & nonnullos incidit Philosophorum, de amplitudine, ac potentia primimotoris, hoc est dei optimi maximi, finita, ne sit an infinita. Sed potissimum quid de hac re philosophorũ princeps Aristoteles senserit Theologi quidem ipsum satis probabilins coniecturis in sententiam suam erahunt. Contra philosophi clarissimus testibus, & anthorum interpretationibus pro se sentire asserunt, habentque præterea nonnullas rationes, quæ possunt improbis & prophanis suspitionem ingenerare. At theologi vltra vires catholicas, aliquantulum euagati, aiunt amplitudinem dei esse infinitam, & non tantum esse inter credita enumerandum, sed inter ea quæ ratione naturali colliguntur. Hinc me his diebus aliquot mei amici rogarunt vt inter tantos sententiam quoque meam afferrem. Placuit mihi huiuscemodi onus assumere. Tum vt exercerem uires ingenii mei (In magnis enim uoluisse sat est) Tum quod ad te ætatis nostræ sapientissimũ, ac philosophorum Archedicheum recurrere possum. Nam quæ ambigue dixero, tu (modo bene dicta sint) apertissima ratione comprobabis. Quæ vero pertinaciter (si iniqua erunt) modestis confutationibus sedabis. Quamobrem librum hunc tibi castigandum mitto, quem accurate legas rogo, vbi enim te fautorem habuero, maleuolorum latratus iure spernere posse videre. Vale. Et me ama (si me tuo amore dignum censes.)

1 *Caput Primum In quo rationes probabiles pro parte affirmatiua inducuntur.*

QVONIAM nanque rationes probabiles solēt præcedere demonstratiuas (vt inquit Arist. in principio tertii metaphysicæ) Rationes pbabiles pro parte affirmatiua inducamus. Et primo, Ois virtus corporis æterni simpliciter est infinita (& vt loquar more eorū, intensiue & extensiue) deus est virtus corporis æterni, simpliciter, quia cœli ac totius vniuersi, quod est simpliciter æternum, vt nunc petatur. Declaratur maior. Nam virtus potens perdurare per certum tempus, est aliquantula, per duplum in duplo, & per quadruplum, quadrupla. igitur per infinitum erit & infinita. Hæc ratio videtur Arist. 12. meta. 1 comm. 41 & 8 physices tex. com. vlt. & 78. Secundo, Ens quo nec esse, nec intelligi pōt simplicius, est infinitæ potentiæ ac vigoris, qm̄ cum aliquantulo gradu compositionis est aliquis gradus perfectionis, & cum subduplo gradu compositionis, est duplus gradus perfectionis, igitur cum non gradu compositionis, est infinitus gradus perfectionis deus est simplex, quo nihil excogitari potest simplicius. Nulla. n. intelligentia est liberata à potētia, præter primam. 3. de aia, com. 5 in solutione tertiæ quæstionis, & vt inquit Aristo. 8 metaph. est vltim. Ait. n. ipsum esse simplicissimū, quia mox est id quod est. Tertiu, Deus est maioris perfectionis, quam ignis si esset potentiæ infinitæ, vel quam esset ignis, vbi esset diuisus in partes proportionales, In quarum qualibet esset aliqua perfectio, quia cōtineret illius, vel partium illarum perfectiones & aliquid vltra, igitur infinitus. Quartu Duorum contrariorum si alterum est in natura, & alterum, vt. 2 cæli. Auer probat. com. 18. Sed vigor finitus, & vigor infinitus, sunt contrarii, & vigor finitus est in rerum natura. igitur & infinitus. Quinto. Deus est maioris vigoris quam graue per infinitum spatiū distans a centro, vt constat. Sed illud graue in fine motus, esset infiniti vigoris, vt Auer probat primo cæli. com. 88. igitur & deus. Sexto. Deus est natura causis finitatis priuati, igitur infinitus, sicut natura priuata causis generationis & corruptionis, est æterna, vt in libro de substantia orbis. Septimo, Deus est id quo maius in vigore, potentia, & perfectione excogitari non pōt, igitur infinitus. Consequentia patet, quia intellectus potest intelligi semper vltra omne finitum. Antecedens constat. Esset enim illud deo maius intellectū plasma. Octauo. In deo est non gradus imperfectionis, igitur infinitus gradus, perfectionis quia non gradus imperfectionis, & infinitus gradus perfectionis, videntur idē esse. Vltimo, Auer. 12. metaphy. com. 41. idem testatur, propter quod asserit esse ponēdum motorum medium. Hæc snut argumenta probabilia partis affirmatiuæ.

Alia solu,

Cap. 2. In quo de primo omnium rerum principio, positiones antiquorum enarrantur.

PIthagorei (vt Speusippus) primum omniū rerum principium in diminutione consisti autumant, esseque longe imperfectius principiatis & causatis. Argumento vero vtuntur ex similibus in rerū primordijs ac seminibus Semina. n. stirpium, animalium, & hominum longe imperfectiora sunt stirpibus, animalibus, & hominibus, eo quia principia. Vnde & Hippocrates, medicinæ monarcha, principium imbecille ait esse. Pithagoras vero. & Empedocles in primo omniū rerum principio posuere multitudinē Empedocles quidem amorem, & odium, ambo quoq; dicens vt agentia. Nam amor congregat, odium vero disgregat, congregare vero & disgregare motus sunt. Pithagoras aut, omnium rerum malū & bonum principia fingit, quia impossibile est (vt dicit Auer. 12. metaphy. com. 52.) bonorum & malorū prouidētiam esse in vno, quia e re bonum de bonis, malum de malis prouidet. his vero omnibus contingit dicere principium non esse amplitudinis infinitæ primis quidem, q̄ primo diminutionem dedicant. secundis vero q̄ multitudinē. Nam infinitum cum totum sit omne, totumque & omne, occupans, vult tantum vnum esse 3. auscultationis physicæ Plato vero omnium rerū ponens ideas infinitetiā posuit speciem & ideam, illamq; amplitudinem quandam immensam, & infinitam. nanque inesse alicui vt accidens subiecto, nec alteri coniungi vt subiectum formæ, & hanc primum omnium rerum principium asserit quod fortasse christianæ religioni conuenit. Hæc autem quia destructa sunt Arist. 12. metaphy. in vltimo & 3. physicorum & 8. Auerroes etiam in libro destructio destructionum disputatione tertia in solutio. 12 dubit eadem refellit, quare nūc sat sit.

Cap. 3. In quo narratur latinorum omnium positio, & Platonis, & Auicennæ.

LATINI vero oēs, quatuor esse in deo apud Arist. asserunt essentiam, & intellectum, potenti quoque essentiæ subordinatam. appetitum siue voluntatem intellectiuī, quæ & catholici asserūt. Cum vero hæc quatuor sint vnum re. sed rōne distinguūtur, vt. 12. met. comme. 39. sit aūt intellectus dei infinitus quia infinite beatus, appetitus quoq; infinite quietus, erunt, & essentia, & potentia infinitæ. Persuadent vero hanc rem, petentes primo dei essentiam, esse totius entis, veri, possibilis, & excogitabilis, quam perittionem Auicenna ipse. 8. suæ meta. ca. 6. videtur suadere Primo, quod causa vniuersalissima entis in eo quod ens. & equiuoca, continet perfectionem totius entis veri, possibilis, & excogitabilis. Deus est causa vt dictū est, igitur continet perfectionem totius entis, possibilis, veri & excogitabilis. Maior eo patet, q̄ causa vniuersalis differt a particulari. Nam particularis supponit sui in actione effectum in parte esse, factum per actionem causæ vniuersalis. Causa vero vniuersalissima totius simpliciter nihil supponit. sed causa totius esse omnino, quare vt particularis causa continet perfectionem effectus secundum partem. sic & vniuersalissima totius esse & possibilis, & excogitabilis Minor etiam ex Arum. ipso accipitur. 12. meta cum dicat a deo dependere cælum & totam naturā. Quod etiam Auer ibidem commen. 51. affirmauit. Secundo ens per essentiam simpliciter, est totius esse omnium participātium contentiū. Sed deus est ens simpliciter per essentiam, esse autem verum, possibile, & excogitabile, sunt entia per participationem quare deus cōtinebit perfectionem entis, veri in effectu existentis, & possibilis causari. Maiorem Ar. 2. auscultationis physicæ. & 2. cœli Auer. idem docet comment. 62. vnde & Arum inquit primo cæli, tale esse communicari rebus, his quidem clarius, his vero obscurius Minor est Aristo & Platonis. Tertio, cui non est admista aliqua priuatio entis, vel possibilis, vel excogitabilis, est perfectio totius entis veri, possibilis, & excogitabilis, tale est deus. Maior patet. Nā hō & si sit perfectus in specie. quia tñ sibi deficit perfectio substantia in eo q̄ substātia (nā substātiæ nō repugnat pfectio intellectus lunæ) idcirco est imperfectus. Amplius, licet intellectus lunæ sit perfectus, in eo q̄ intellectus lune. quia tamē sibi deficit pfectio intellectus ois in eo q̄ intellectus. adhuc est imperfecta. Itemque, licet intellectus cæli vltimi (vt orbis stelliferi) sit perfectus vt intellectus, quia tamen sibi deficit perfectio totius entis in eo q̄ ens adhuc est imperfectus. Cum igitur deo competat perfectio vt deus, & totius dei, & entis & totius entis. igitur erit infinitus. propter quæ dicit. Auer. 2. de anima. com. 3. & 14: quod solus deus est liber a potentia. Quarto, Deus est transcendens genus, & materiā, quare erit totius esse, & veri, & possibilis, & excogitabilis Antecedens declaratur pariter & consequentia. Nam limitatur vnumquodq; primo quia recipitur in materia. omne. n. receptum recipitur per modum recipientis, & limitatur ab illo vt dicit. Auer. 3. de anima. com. 5. 2. quia continetur sub genere vel specie Nā cū oē tale possit definiri, & desinitio sit terminus, erit terminatū. quare albedo est dupliciter finita. Primo, quia in materia, propter quod sibi non competit omnis ratio albedinis. Secūdo, quia posito q̄ ipsa sit forma separata. quia adhuc contracta est ad genus vel speciem ideo est finita. Esset enim infinita secundum quid, quia ei competere omnis rō albedinis, non tamen simpliciter. quia non cōpetere ratio omnis entis. Tertio limitatur vnūquodque, quia innititur vel depen-

Differētia causę vniuersalis a particulari.

vel dependet ab aliquo. a quo mensuram sibi comparat, & regulam. Cum itaque deus nullo horum limitetur. erit omnino infinitus, & immensus. Quinto. Deus occupat totum esse verum, possibile, & excogitabile, igitur est totius entis veri, possibilis, & excogitabilis. Antecedens patet, quia est generalissima causa, & causarum causa, vt diximus. Patet igitur quod deus est perfectio totius entis veri, possibilis, & excogitabilis. Cui adde maiorem. videlicet. quod omne continens perfectionē omnis entis, veri, possibilis, & excogitabilis, est infinita amplitudo, infinita perfectio, ac infinita bonitas. Nam vt infinitū corpus est, quod totū spacium verum, possibile, & excogitabile occupat. 3. physi sic infinita pfectio essentiæ erit. quæ totius entis veri, possibilis. & excogitabilis occupabit. Hæc positio est Latinorum, Auicennæ, & Platonis, & hæc ratio est eorum.

Cap. 4 In quo inducuntur omnes rationes pro his ex verbis Aristotelis, & aliis modis.

OCTAVO philosophicæ auscultationis inqt Arist. tex. cō. 78. Impossibile est vllū finitū mouere ſm infinitum tēpus. Ex hoc arguitur, Impossibile est finitū mouere p tēpus infinitū. primus motor mouet p tēp⁹ infinitū, igitur non est finitus, & sic erit infinitus. Syllogismus est ex maiori de necessario, & minori de inesse. Secundo, ibidem in fine inquit primum autem mouens perpetuum habet motum. & infinito tempore, manifestū itaque est, quod indiuisibile & impartibile est, nullamque magitudinem habens Hoc enthymema tex. com. vlti. Et ibidē paucis verbis supra inquit quod autem finitam, impossibile est infinitam habere potentiam Hæc eadem tradit. 12. meta. tex. com. 41. E quibus enthimema tale formatur. Deus est potentia infinita, igitur nec corpus, nec virtus in corpore. Quæro igitur, quid intendit in antecedente per potētiā, infinitā vel in vigore, vel in duratione, nō in duratione, quia oppositum consequentis staret cum antecedente. Hæc enim copulatiua est vera, aliquid est infinitæ potētiæ in duratiōne, & illud est corpus vel virtus in corpore, vt cælū primum, quod motu diurno mouetur (est. n. corpus, & mouet ceteros orbes sempiterno motu ab ortu in occasum. & econtra) quare in antecedente per potentiam infinitā intelligit vigorem infinite intēsum, aliter nullum esset enthimema Tertio. Omne agens quod suapte natura potest ponere effectus infinitos simul (licet effectuum incōpossibilitas impediat illa simul poni) est infinitū in vigore, deus suapte natura potest omnes effectus & infinitos simul ponere in esse, igit est infinitus vigore. Maior patet, qm̄ posse agere duo simul suapte natura, est aliquāti vigoris, igitur quatuor dupli vigoris, igit si infinita, erit infiniti vigoris. Minor declaratur. Nā de⁹ mouet p infinitū, ips in quo fuerunt effectus infiniti, & erunt similiter quare vt eos ponit successiue pp effectuū incōpossibilitatē. nō repugnabit eos ponere simul potissimū cū infiniti effect⁹ pfuerūt quos de⁹ posuit in esse, & ita in deo sunt actu infinitæ pfectiones p quas infinita reduxit de potētia ad actū. Quarto, Omne agens quod virtute propria cōtinet infinitas causalitatis infinitorū effectuū, est vigore & potentia infinitum. deus vero est tale. igitur vigore & potētia infini⁹. Maior patet, qa plures continere causalitates, est aliquāti vigoris. igitur infinitas cōtinere, erit infiniti vigoris. Minor est Auer. 12 meta. cō 36. vbi ait oēs formas contineri actu in primo motore, potentia vero in prima materia Quinto, Oē intelligens actu infinita intelligibilia, vel vnū quod æquiualet infinitis, est infinitū vigore. de⁹ intelligit vel infinita intelligibilia actu ſm viā cō. vel sui essentiā, quæ æquiualet infinitis intelligibilibus. æquiualet. n. infinitis portionib⁹ grauis vel leuis, si essent, primo cæli. cō 57 & 59. Sexto, Omne finitū vigore potest in sui vigore effici maius per additionē, vel intelligi fieri maius, vt. 8 physicæ auscultationis. text. cō 78. deus est coi minime vel addi vel intelligi addi potest, igit infinitus. Hæc est ratio Aristo. ibidem fere ad verbum. si recte sentis vnde omni finito dato, deus pōt maius intelligere, & voluntas maius appetere. Nā appetitus sequitur cognitionē, sicuti vmbra corpus 12. meta. cō 39. Mō, maius deo nec aliquis intellectus intelligit, nec volūtas vnquā appetet quare vigore est infinitus. Vltimo, Per quantū materia prima distat a deo, per tantū econtra. Materia prima distat a deo, ppterea qa cōtinet infinita in potētia. In infinitū igit de⁹ e materia, ppea qa cōtinet actu infinita est. n. materia infinitæ modicæ perfectionis, igitur deus infinitæ pfectionis. Multa alia argumēta. plures etiā captiunculæ hinc inde susurrantur, quæ nō sunt digna cōsideratione. Præterea, si quis hæc bene cōtuebitur poterit ea & refellere, quæ extra scribuntur, & approbare, si oportet.

Cap. 5. In quo Ioannis Gandauensis positio explicatur cum suis rationibus.

IOANNES quāq̄ multiphariā loquat, & in locis diuersis, diuersa proficeatur. tandē fundatur in duabus postulartonibus quas Auerroem sentire credit. Quarum prima est, quod virtus siue forma, siue res, est finita vel infinita, vel quia est quanta, vel quanto attributa. Est quidem quanta, si dependet in esse & in cōseruari e materia quanta, vt formæ materiales. Est vero attributa quanto si sit forma perficiens corpus quantum & operans per quantum & in quanto extra scilicet non dependeat ab illo. vt intelligentiæ mouētes stellas. Hæ enim licet constituant corpora celestia in esse, & agant extra se per illa, & in illis. non dependent ab eis nec in esse nec in conseruati, & propterea sunt liberatæ a materia. vt Auer. ait primo philosophicæ auscultationis. co. 63 in fine. Hæc petitio accipi potest ab Arum. & Auer. primo physi. cō. 15. vbi dicunt finitum & infinitum soli quanto conuenire, vel per se vel per accidens. & 2 de generatione. cō. 37. & in textu maxime idem. Petit secundo, quod primum omnium rerum principium. qui deus dicitur. nec est quantus, quia sit forma dependens e corpore quanto, nec quia attribuit quanto, per hoc quia agat extra se per aliquod corpus celeste quantum vel in corpore quanto. Prima pars patet. quia ex quo est omnium primum. est simpliciter independens. & hoc est probatum. 12 metaph. tex. com. 41. & 8. physi. te. com 78. & tex com. vlti. Est enim probatum ipsum nec esse corpus, nec virtutem in corpore, & omnino extra magnitudinem omnem. Quod vero non sit corpori attributus ita vt agat extra se per corpus, & perficiat ipsū testatur per Arū. 2. cæli tex. cō. 62 vbi inquit. Videtur aūt optime quidem habenti existere, quod sine actione, ppinquissimo vero per paucam & vnam. Idē ibidē tex. cō. 64 d. quod aūt est optime se habens, nihil indiget actione. Multæ rationes Ioannis possunt fieri ad hoc, quas nunc breuitatis causa omitto. Ex his Ioannes opinatur deum quem primum omnium rerum finem autumat nec esse finitum, nec infinitum. Nā hæc insunt formis, vel quia sunt quātæ, vel quia attributæ quanto, quorum nullum ait competere deo. Est enim ipse separatus, & tantum finis omnium. Et hæc (vt ait) videtur expressa positio Auerro. 8. physicæ auscultationis. com. 79. Vbi soluens secundam quæstionem vult deum nec finitum esse, nec infinitum. Hæc Ioannes opinatur.

Cap. 6. In quo refellitur positio Ioannis.

QVOD deus sit finitus vel infinitus, multiplici ratione colligitur. primo, quia excedens, finitum, secūdo, quia perfectum, tertio quia optimum, quarto, quia contra Atum. & Auertoes. & omnes famosas propositiones. Prima sic constituitur. Excedens finitum, oportet vt sit vel finitū vel infinitum (excedens enim cōtinet excessum, & aliquid vltra) igitur erit quātum qa tm̄ quantum res excessa & illud per quod excedit vltra. Qd vero deus excedat omne ens. nemo ambigit. Secunda sic, Perfectū est finitū vel infinitū, est. n perfectū totum & omne: primo cæli cō. 3. Itemque. Perfectum est quod potest operari, & perfectum simpliciter cuius corpus est sim-

est simpliciter, vt 4 metheo. in vltimo. Et cū oē operans sit vel finitu vel infinitum patet, quoo ē perfectū est tale. deū, esse perfectum simpliciter omnes & philosophi concedunt Tertia sic. Optimum omne finitum vel infinitum. Nam secundo cæli tom. 3. Optimum est cuius in actione non contingit labor. quod deus sit optimum, patet. 12. meta. tex cō 36. & 39. & in prologo etiam. Contra vero Auer. patet qa in li destructio destructū in prima disputatione, in solutione dubij primi repræhendit Algazelē qui abnegauit in primo ente potentiam, cuius oppositum oēs antiqui posuere, argumento. videlicet, quod si potentia est perfectio in his, igitur in deo.

Præterea. Omnia agentia apud eum 12. meta cō. 44 reducuntur ad ipsum & agunt & sunt participatione eius. 2. meta cō. 4 quæ vero talia si p participationē & p reductionē oportet vt reducātur ad aliquod tale p essentiā, quare deus erit primū agens p essentiam simpliciter, & per consequens quantus, finitus vel infinitus. Amplius 8. physicæ auscultationis tex. cō. vltimi. &, 12. meta. tex. cō. 41. facit Ari. talē vltimā cōclusionē. Primū aūt mouēs ppetuū habet motum, & infinito tēpore, igitur nō est corpus vel virtus in corpore, patet Ari. loqui de primo simpliciter, quia de illo proponit, etiam nullibi de eo dixisset, & psuppponit in eo potentiā esse, quare oportet vt sit vel finitus vel infinitus omnino, vt potentia sua est. nec potes fingere vt Ioannes.

Impugnat auctor Ioannem.

Interdum ait Arist. ibi loqui de duratione. esset enim non translatio, sed euersio, cū & græci codices etiā ita habeant, vt diximus Nec Ioannes est audiendus qui voluit demonstrationem illam octaui. &. 12. meta. esse propriam primo enti tantum, & non ceteris motoribus, vt in libro de substantia orbis diximus. Auer. n. in. 12 meta cō. 41. & in tertio ca. de substātia orbis ponit eā cōmunē vnde & Arist. soluta quæstionem in. 12. mox quærit, vt sint ponendæ plures tales substātiæ impartib le & indiuisibile, vt est primus motor, cum itaque quærat de numero separatarum subarū igitur supponit illa esse: Itemque, ibidem tex. cō. 43 cōcludit, palam itaque quod tot substantias esse, necessarie est natura sempiternas & inimobiles secundum se, & sine magnitudine propter dictam causam, dicta vero causa, non est nisi demonstratio facta tex. cō. 41. & sit illa demonstratio est communis omnibus hæc contra Ioannem, quantū ad conclusionem.

Cap. 7. In quo refellitur Ioan. quantum ad postulationem suam.

IOANNES (vt visum est de rationibus causæ, duas ipsi deo tribuit, rōnē primæ formæ, & rationem primi finis, verum rationem agentis omnino ab eo remouit, nisi qua ratione finis, metaphorice agens interdum dicitur. Sed quoniam istud est quæsitū per se, idcirco raptim aliqua de hoc pertrasceamus, & dico de mēte Autr. deum esse motorem vt agens, finis, & forma. quod ex verbis Auer. multifariā deducitur Primo, primus motor est

Deus est motor vt agens.

æternus & absolutus ab omni materia, igitur est principiū non solum tanquam motor sed tanquam forma & finis, hæc consequentia est Auer. 10 meta. cō. 7. circa finē. Secundo Quod est perfectioris actionis & melioris, & facit quod q̄ sunt diuersarum actionū sint æterna & continua, est agens & mouens vt agens deus est eiusmodi. 12. meta. cō. 52. Tertio. Quod est substantia prima, prima forma, principium & finis, est mouens vt agens, deus est tale. 12. meta. cō. 5. Quarto, Deus est principium formale, finale, & mouens. igitur agens Antecedens est Auer ibidē. cō 6. in fine Quinto, Impossibile est aliquam substantiam esse separatū, quæ non moueat orbem, igitur deus est agens vt motor. Antecedens est Auer. ibidem cō 48 Sexto, Deus facit principiū motū, æternū, vnū, cōtinuū, & diurnum igitur mouet vt agēs. Antecedēs est ibidē cō 43. Septimo, Deus est formæ quasi finis cōis & vniuersalis, habēs actionē cōmunē, mouēs primū mobile motu diurno igitur mouet agēs antecedēs ibidē cō. 44. Octauo, Deus est separatus a mā vt sanitas cōcepta, igitur mouet vt finis & agēs Antecedens est ibidē com. 35 q̄ 36. Nono. 3. cæli. cō. 28. & 4. cæli. com. 22. Forma materialis & est mouēs, & est mota. In eo quidē q̄ forma mouet, cū de formæ rōne sit mouere mouet, vero vt materia, quia de ratione materiæ est pati. vnde &. 9. meta. com. 2. In liberatis a materia, non est passio, sed actio. Tūc arguo. De ratione formæ est mouere, igitur vbi potissimū saluatur ratio formæ in eo & ratio motiua Cum autem in primo simpliciter & ratio formæ & ratio actus maxime saluetur, & ipsum maxime mouebit Decimo, Omne quod agit, agit & mouet vt est in actu 3. auscultationis physicæ. com. 17. & 9. meta. com 20 Deus est actus per essentiam. igitur aget & mouebit per essentiam. Vndecimo, Deus est in maximo circulo 8 phisicorum cō 84. vt in loco, & potissimum in dextro illius vt in parte orientali. 2 cæli. cō. 15 vt in loco magis pprio. igi ur ibi operat & mouet, quia abstractæ substātiæ apud. Ari & Auer. non sunt in loco, nisi p oppositionē. Duodecimo. idē argui Aue in li. destructio destructionū. disputatione tertia in solutio. Tertio decimo sic, Quod dat entibus separatis finē, dat esse, quia finis & forma sunt idē in illis, & forma dat esse. Id vero q̄ dat formam, est agens, sed deus dat finem illis, igitur est agens, vide eum. Ex his & alijs pluribus perspicuum est deum agere & mouere vniuersum, motu simplici, & communi, quem diurnū vocant. huic & Alexā aphrodiseus & Simplicius in 8 physicorum, consentit Plutarchus etiam in libro de opinionibus Philosophorum inquit Arum. deum formam intelligibilem dicit, & eundem insidere spheræ vniuersi dicit, vnde fit vt effectiue etiam moueat eiusdē positionis est vbique diuus Thomas. 12. meta & 8. physicorum. & vbique de intentione Arist. & multi alij, quos omitto. hæc satis cōtra eum.

Cap. 8. In quo pro Ioanne argumenta quædam inducuntur.

Cauillationes in præsentē Ioan.

NON est iustum condennare quempiam absētem, nisi visa causa errandi. a. cæli. propterea rationes quæ pro Ioanne facere sollent, transfigamus. Prima, Motor appropriatus beatur ex generatione continua inferiorum, quia finis beat ea, quæ sunt ad finem, deus nō beatur per aliquod extrinsecum, sed seipso tantum. vt nono ethicorum dicitur Secunda, Motor appropriatus mouetur per accidens ad motū mobile, deus vero nec per se nec p accidēs mouetur. Tertia, Si primus motor moueret, vt motor appropriatus, nō differet a cæteris motoribus natura & dignitate Nā si differret, hoc esset rōne mobilis, sed mobile primū nō differt sua natura a cæteris omnia enim celestia quintū corp⁹ esse ab Arū ponitur igitur nulla rōne differt a cæteris Quarta, Si primus motor agit, vel pptes finem conseruādū, vel finē acquirendū. neutro mō pōt ipse, cum sit perpetuus, non eget conseruatione. & cum sit optimum, nullo eget hæc pro Ioanne fieri possunt.

Cap. 9. In quo soluuntur hæ rationes.

Diluūtur cauillationes.

RATIONES hæ licet sint coloratæ. tū nō concludūt & propterea ad primā respōdet Aue. 3 cæli cō. 17. q̄ motor beatur ex fine qui est prima intentione, idcirco, beatur seipso, non autem fine qui est secunda intētione, quæ est vt hæc generentur & perpetuo permaneant. idcirco mouet primo propter se secūdo propter hæc, non quidem vt ex his perficiatur, sed vt hæc perficiat. Ad secūdū variæ sunt positiones. Quidam iuniores vt Suggerius & Baco in quibusdā tractatibus de motore primo, & cæli materia, opinantur primum motorē & ceteras intelligentias per accidens moueri. Petunt. n. primum motorem esse vniuersi mobilis cælestis formam perficientem, & non constitutam, & intelligentias similiter cælos constituere, & ab eis non constitui & perficientes & non dependere, vt primo physicorum cō. 65 & alibi Tunc arguunt, moto perfectibili per se mouetur & prima perfectio saltem per accidens. Primo, Primus motor & ceteræ intelligentiæ sunt eiusdem speciei saltē transcendenter. 2. cæli. cō. 49 igitur quidquid per accidens nō repugnat

vni

vni necalteri sed ceteræ intelligentiæ mouentur per accidens. 8. Physicorũ. cõ. 52. igitur & primus similiter Ioãnes vero vbiq; & oẽs nostri cõtemporanei tenent oppositũ de mente Arist. & Auer opinantur. n. quod primus motor cæteræq; intelligentiæ, nec per se, nec per partes, nec per accidens mouẽtur. Per se quidem non, quia non sunt corpora. vel diuisibiles: omne. n quod mouetur est corpus vel diuisibile. 6. physic. Per partes vero minime, quia oẽs sunt simplices & partes non habent. 8. meta quia statim sunt, id quod sunt Quod vero nec per accidens. Ioannes per verba Arist. 8. physi. & Auer. com. 36 & 37. probat, quia per accidens cõtingit nõ esse, quia oẽ accidens est cõtingens, quod positio non esse Secũdo. Si per accidẽs mobiles essent. tunc per accidẽs diuisibiles, vt primo c. de substãtia orbis. Tertio. Si per accidẽs mouerentur, essent formæ materiales, ibidem deducit Auer. Quarto Si per accidẽs cũ, per accidẽs sit duplex, vt quod mouetur per aliud, & põt seorsum moueri, vt equitans in naui. vel quod mouetur per aliud & non põt seorsum moueri. Hoc dicit Auer. primo de aĩa cõ. 37. Vel igitur mouebuntur primo modo, & patet quod non. quia

Motũ per accidẽs dicitur 4.

seorsum moueri non possunt, cũ non sint corpora Nec secũdo modo, quia tunc essent vel formæ accidentales, vel accidentaliter extensæ Auer vero inter hos consiliat 8 physi. com, 52. versus finem. vbi de moto per accidens videtur distinguere. Nam quoddã mouetur per accidens subiectiue, quia videlicet. vna cũ suo subiecto, ipsum etiam recipit, & subiicit motui, vt albedo quãdo intelligitur in corpore moto, & aĩæ aĩaliũ Hæc. n mouentur per motũ subiectorũ, & ipsæ pp subiecta subiiciuntur motui, & tales sunt formæ diuiduæ per accidens, ac corporee, & dicũtur constitutæ per subiecta Quod vero mouetur p accidens attributiue, non quod ipsum subiiciatur motui. sed quia subiectũ eius mouetur ab alio, iquã ab ipso. & hac rõne oẽs intelligẽtiæ media, mouẽtur per accidẽs, qm eorũ subiecta, hoc est, eorũ orbes mouentur à primo motore, qui mouet vniuersum cælum primo & motu diurno, ceteros vero, & secundo & tãquã partes. 12. meta. com. 44 & 2. cæli com. 71. Est. n. cælũ vniuersum, vt aĩal primo motũ, quod cõi & diario mouetur motui, cæteri orbes velut mẽbra, quæ mouentur eodẽ motu vt mẽbra, sic igitur oẽs mediæ intelligentiæ mouẽtur p accidens attributiue, quia earũ subiecta mouentur ab vno, alio motore, qui est alius ab eis, nõ quod ipsæ subiiciantur motui. Qua fortasse rõne & via dicit Auer. cælum esse in loco per centrũ, hoc. n, est attributione & per accidens Qua quidem e re, primũ motore & cæteras intelligentias conuenire & differre, cõueniunt quidẽ, qm nec per se nec per partes, nec per accidens subiectiue mouentur, vt argumẽta Ioannis cogũt, essent. n. formæ materiales, diuisibiles corporeæ, & id genus. Differũt vero qa primos motor minime mouetur p accidẽs attributione, qa eios primũ subiectum, q est vniuersum, a nullo superiori motore mouetur alio quã a diario motu. & propterea est penitus primus & immobilis oĩno, vt vbiq; Arist. cæteræ saltem per accidens attributione mouẽtur. & in hoc errarũt primi qui posuerũt primũ & cæteras moueri per accidẽs. Sed ambiges & rõnabiliter per rationes primæ positionis, quia oẽs sunt perfectiones primæ suorũ dictorũ; igitur mobiles ad motus illorum. Itẽq;, sicut mediæ per accidens attributione mouẽtur, cur primus non. Nã subiectũ primũ, est vniuersum aggregarum ex orbibus, mõ tale vniuersum mouetur motu diario à primo, & motu sm successionẽ signorum. econtra quilibet videlicet. orbis a motore proprio. igitur primus motor mouetur, per accidens attributione ad cæteras intelligentias Dici põt ad primã per doctrinã Auer 9. meta. com. 2. q forma, nõ patitur per se a primo transmutato essentialiter, sed per accidẽs, prout constituitur per subiecta. Vbi. n. subiecta constituunt formas, tribuunt & cõcant eis propria eorũ, quorũ vnũ est pati & moueri, redduntur. n. potentiales potentialitate subiectorũ, & propterea redduntur passibiles & mobiles, passiuæ pp illa, & ideo cõcludit ibi, q formæ quæ non sunt in materia, hoc est, quæ non dependẽt a materia aliquo modo nec essentialiter patiuntur nec accidentaliter, idem primo de generatione com. 54 & sic patet ad formam argumenti. Perfectio. n. prima mouetur

Qũo primus motor differat & conueniat cũ cæteris intelligentijs.

Dubitat.

Respõsio.

per accidens ad motum subiecti, quando constituitur inesse per illud vt dicit, at vbi constituit tantum mouet tantum, & nulla ratione mouetur, cum quo tamen stat, has moueri attributione vt diximus. Ad secundam multo difficiliorem, est aĩaduertẽdum, q oẽ per se est prius & per accidens est posterius, quia per accidens semper ad per se, & non econtra reducitur.

Tunc dicendũ, cæteras moueri per accidens attributione, quia earũ subiecta per se mouentur, vt mẽbra a primo. Et primus nõ dicitur moueri per accidens attributione, & si partes sui vniuersi mouẽtur per se ab ipsis intelligentiis.

Primo. Primo, e parte agentis. Nã primus est vt ars, cæteræ artifices, modo ars est agens primũ, artifex sm vt. 2. physicorũ com. 32. traditur propter quod cœlũ immediate motũ ab intelligentia propria. est primo & mediate motũ a prima arte & primo motore, & non econuerso. Secundo, ex parte finis. Nã primus nullũ superiorẽ motorẽ intendit, cui appetit in agendo conformari, cæteræ mouentur pp primũ cum quo desideria conformant. a. cœl. com. 58. igitur cæteræ ad ipsum, & non econtra reducuntur. Tertio, ex parte mobilis Nam primus mouet vniuersum primo, & tanquã sibi æquatũ mobile. cæteros vero orbes primo & per se, & quilibet suum per se primo. igitur potius mediæ reducuntur ad primũ quã econuerso, quare mediæ possunt per accidens moueri, quia habent aliquod prius, ad quod possunt reduci. at primus non põt ad priorem reduci & inde nulla rõne põt per accidens moueri, & propterea dicitur penitus immobilis, cæteræ vero aliqua ratione mobiles. Per hæc facile tolluntur Ioannis rationes. omnes enim pbant eas non moueri per accidens subiectiue.

Secundo.

Tertio.

Ad principalem. Ad principalem patet sol Deus. n. non est motor appropriatus, quia nullũ, vnũ orbem mouet, sed vniuersum primo, & cæteros secundo, idcirco ab Auerroe motor vniuersalis dicitur vbi, quod hanc resolutionẽ de primo motore cæterisq; intelligentiis pauci ante nos norunt. & ego multis in disputationibus, ac lectionibus ex his consecutus sum honorem, quo cæteri astantes admirati sunt. Ad tertiã quidam potius rhetorici quam philosophi, videntur velle, quod primus motor sit appriatus vel octauo cælo apud peripateticos, vel nono apud astronomos, & tunc dicunt secundum duas positiones, vna est Auerrois 2 cæli. cõ. 49. & Alexandri Aprodisei, & Messalici, quod cæli non differunt spẽ, & per cõsequens motores minime, verũ spẽs nõ est prædicamentaliter dicta sed æquiuoce, secundũ prius & posterius ac transcendenter, & tunc concederent quod primus motor non differt spẽ a cæteris, licet sit primus in spẽ. Alia põ est Thomæ & Simplicii & cæterorũ fere oĩum, & q cælestia differunt spẽ, & ita motores, & sic nullo mõ, rõ vales. Ego aũt prætermissa nunc quæstione, an cæli differũt specie, an non, quia hæc est loco huic impertinens, miror hos, cũ tm in Aristotele & Platone profiteantur qũn veline apud Arist. & Auerroem primũ motorẽ esse appropriatũ. Primo. n. nusquã legerunt apud Aris nisi quod vel moueat vniuersum, vel primũ mobile & minime apud Auer. nos. n. non minori studio vtriusq; auctoris codices & græcos & latinos absoluimus quam ipsi profitentur, nec memini me legisse. propter quæ tale cum astrologis & philosophis consueui ponere amicitiam, & maxime ex verbis Auer. 2. cæli cõ 71. & 12. meta cõ. 44 & 41. & vbiq;, quod octo tm sunt cæli, etiã apud Ptolomæũ, sed hac ratione saluantur, motuum apparentiæ, quod primus motor est forma mouẽs vniuersum, aggregatũ ex oĩbus orbibus, quod est quasi vnum animal. 2. cæli. cõ. 74 & 42. & 71. & hoc motu vniuersali, & cõi omnibus. videlicet diario quem oẽs obseruãt deinde singulus orbis proprio forma moratur, vt stellatus & octauus à propria in cẽtũ fere annis, & gradu vno apud Ptolemæũ cæteri, cæteris propriis peragrationibus ecõtrario primo, hoc est, ab occasu in ortum, quod est secundũ, signorum sequẽtiam. Trepidatio vero quam recentiores post Ptolemeũ obseruarunt & eam asserunt fortasse nõ est certa, de ea. n. cæpit Ptolemæus ambigere, & tandẽ negat illam. sed de hoc in libro nostrarum calamitatũ satis. His e rebus cõstat primo motorem primum, non esse alicui orbĩ appropriatũ, sed est vniuersi animalis cælestis formã. Constat secundo

Opi. s. th.

stat secundo primū motorē, & cæteros differre penes mobilia, q cæteri mouent orbes quæ sunt partes primi mobilis primus mouet vniuersum, qđ est totū. Ad vltimā principalem respondet Auerr. 12 meta cō. 36 q mouent propter finē cōseruādū, & cū dicebatur, sut natura perpetuum nō eget cōseruatione, dicēdū, q duplex est cōseruatio (vt ita loquar) præseruatiua, modo quo corpora sana possibilia ægrotari cōseruant. Ipsa n. q possunt cadere in morbū vel mortē præseruātur, & hæc species conseruationis tantum corruptibilibus cōpetit. Alia est cōexistitiua, qua rōne cōclusio cōseruat ex ppositionibus in sumpsius necessitate, conclusio enim suapte natura est vera & necessaria, & conseruatur a propositionibus, nō quia pōt cadere in falsitatē, sed quia per dependētiā ab illis coexistit necessaria, qualis conseruatio non repugnat enti necessario. & propter hæc mouet primus, quamquā sit æternus & sui natura perpetuus. Mouet n vt conseruetur, non cōseruatione pseruatiua, sed coexistiua, hoc est vt coexistat sibi. Hanc solutio capere potes 2 physicorum com 88 & 12 meta com. 55. & 2. cæli com. 17 & in libro destructio destructium disputatione 14. in solutio primi dubij Sunt qui pueriliter dicunt primum mouere vt conseruet cætera, se vero non. quia sui natura perpetuus Sed hoc ad idem venit, quia cōseruare hæc, est ipsiusmet conseruatio, & propterea oportet vt dicatur vt diximus, hæc enim inter se coniicidūt Hæc de efficientia primi motoris.

Cap. 10. In quo clarissimi viri Bessarionis positione explicatur.

BESSARION Cardinalis Nicenus, nostra tempestate clarissimus, vtriusque linguæ peritus in libro. 3 in calumniatorem Platonis inscripto capite 6 calumniatoris argumētū persoluens tale videlicet, Si deus esset infinitus, omnes res essent æquales, nam omnes infinito recessu a deo distarent, tale inquam argumentum persoluens ducitur dicere rerum ad deum respectus bifariam dici, aut enim vt ad ens infinitum, aut vt ad ens cæteris omnibus pfectius ad summum. Quod si ad ens infinitum referes, æque omnes res distant a deo in infinitum. Sed si vt ad perfectius, quoniam qua perfectus est non protendat infiniti rationem. nihil obstat res pro sua varia conditione alias alijs deo similiores in propioresque haberi multa alia adijcit pro ipsiusius ratione, quæ omitto.

Cap. 11. In quo confutatur hec positio.

PACE tanti viri, quem ætas nostra summopere extollit, vniuersaliter mihi cum Arist. & Philosophus hæc stare non posse Primo qa deus est infinitus vt perfectus in summo. nā infinitum agens, est infinitum vt perfectum in summo, deus est infinitum agens, igitur infinitus vt perfectus in summo. Syllogismus est ex maiori reduplicatiua, & minori absoluta, primo priorum. Maior declaratur quia deus est perfectū in summo, & deus est infinitum ens agens, & siquid est perfectum in summo simpliciter apud eum est infinitum igitur deus est infinitum in eo quod perfectum in summo simpliciter. Secundo, vt perfectius in summo, vel est finitus, vel infinitus, non finitus, quia nō esset in summo, igitur infinitus. Tertio, Si recessus est mensura eorum, vel recessus sunt a deo vt finitus est vel vt infinitus si vt infinitus habeo contra ipsum, si vt finitus cū hoc sit falsum, mēsura esset nulla, quia fieret per id quod non est Ratio vero quæ ipsum coegit, apud Philosophos valde leuis, & friuola est Nam Philosophi mensurant res interdum per recessum a non gradu et ium, siue ille sit prima materia, siue infinita modicū ens, quod relinquo. tales autem recessus a non gradu, cum sunt finiti, sunt inæquales & ideo sunt inæquales. Verius itaque vir iste cum rhetoricis certasset, quam cum philosophis.

Cap. 12. In quo positio Auerrois continetur.

AVERROES autem in familia Peripateticorum auctor grauis primū motorem tribus modis considerari posse contendit. Vno mō vt primus & vltimus finis, quia cæteris intēditur. Alio vero, vt prima omnium forma, vniuersi quidem realis, intelligētiarum vero intentionalis Tertio demum vt motor agensque primum & vniuersalem motum, quem diurnum vocant Tunc opinatur primum motorem ratione qua finis vltimus, & primus est, neque esse finitum, neque infinitum Nam finitū & infinitum ei competunt, quod vel formaliter est quantū vel attributione vt 1. physi cō 15. & secundo de generatione commento 37. & in libro de causa motuum animalium dicitur Primus autem motor ratione qua primus finis est: simpliciter est separatus, & nec alicui, nec vniuerso appropriatus, nec attributus, qua ratione & via non potest quantus esse, nec formaliter, nec attributione, & per consequens non erit finitus nec infinitus. At si vel vt forma, vel vt agēs consideratur erit finitus, vt forma quidē. quia tantam & talem formam dixerit. quantum & quale subiectum, est enim deus vniuersi forma æquata, vniuersum vero, finitum est actione, & mole, per quam deus erit actione, & attributione finitus Itemque si vt agens etiam consideretur cum maximum in quod potest ipsum agēs sit mēsura potentiæ agentis maxima autem actio dei sit finita, & eius potentia similiter prima pars positionis accipitur. 8. philosophicæ auscultationis com. 79 Vbi dicit quod si accipitur vt est virtus extra corpus hoc est, vt finis separatus omnibus corporibus, nec est finitus, nec infinitus, secunda vero pars traditur tertio de substantia orbis capite vbi quæstionem persoluit ad verbum, tertia autem secundo cæli accipitur com. 63 vbi ait proportionem potentiæ primi motoris ad primum mobile esse finitā in qualitate, sed tempore esse æternam. Hæc Auerroes vbique sentit.

Cap. 13. In quo inducitur prima ratio Auerrois.

AVERROES secundo cæli com. 38 pbat sic primum motorem non esse infinitum, & inquit, & si ita esset. inueniretur motus in instanti, & omne hoc est impossibile. vnde enthimema pōt sic perfici. Oē infinitæ potentiæ actiuæ mouet in non tempore, primus motor est talis, igitur mouet in non tempore. Maior declaratur 8. physicor. com. 79 & primo cæli com. 72 eo quia qualis est proportio motoris ad mobile secundū excessum, talis est temporis ad tēpus, & velocitatis ad velocitatē. Est. n. proportio velocitatum qualis proportio proportionum excessum potētiarum motiuarum ad suas resistentias, & econtra, sed potentia infinita vigore, ad mobile finitum est proportio infinita, & motoris finiti ad mobile finitum est proportio finita Igitur velocitas qua motor infinitus mouet mobile finitum erit in infinitum maior velocitate, qua motor finitus mouet mobile finitum. Igitur in non tempore. velocitas enim infinita nō potest esse nisi in nō tempore Nam inter quæcūque duo tempora, est proportio limitata Hic itaque est primus deducendi modus. Secūdo deduci potest ex com 78. octaui physi vt detur oppositum consequentis. videlicet quod infinitus motor intensiue moueat in tempore, vtpote in hora, imaginabile est virtutem finitam mouere in illo quantumcunque paruo dato quod est contra Aristo. 2. cæli com. 63. Consequentiam probo, accipiendo Virtutem aliquam finitam, & intelligo eam augeri continuo, vsquequo moueat velocius motore infinito, quod esse potest, intelligendo media resistentia continuo rare fieri vt. 4. physicorum. tex. com. 71 Hanc quære. 8. physicorū tex. com. 78

Cap. 14. In quo contra has Auerrois deductiones adducuntur calumniæ.

VIDENTVR hæ deductiones tripliciter erroneæ. Primo, quia supponunt falsum, quit s. proportio velocitatum, sit sicuti proportio proportionū, excessum potentiarum & reliqua hoc enim falsum est

sum est in potentiis agentibus quæ agunt per cognitionē, & voluntatem. tale agens est deus, vbi enim deus ageret veluti calor (qui agit quantum potest) tunc fortasse quod intulit Auer sequeretur. Sed quoniam deus agit per præcū ceptionem (non enim quantum potest, sed quantum præconcipit) idcirco inconueniens non sequitur & hæc est responsio Thomæ 8 physic. lectione. 21. Secundo petit, accipit enim deum mouere immediate aliquod mobile, hoc nō est certum apud omnes, Tertio quod est, etiā essentiale alicui non potest ab eo auferri per potentiam infinitam, sed successio in motu est ei essentialis tertio physi cō. 6. igitur per nullam potentiam poterit ab eo auferri. Quarto, potentiæ naturales sunt determinatæ ad maximum, & minimum, diceret itaq; aduersarius deum mouere vniuersum ob suam infinitam potentiam, & quod illud non potest, mouere aliqua alia naturalis Nec est uerum, quod quacunque data, potest dari maior & sic in infinitū. quia potentiæ, naturales sunt determinatæ ad maximum. 8 physi. cō. 6 a. & 6. phy. com 91. Quinto, captiunculatores siue lorricolæ, dicunt quod data potentia infinita non sequitur motum in instanti. sed in infinito paruo tempore motus, non tamen aliquis motus nec in designato, tempore hoc aūt non est impossibile, quia de facto datur in infinito tardo tempore motus ut de infinita propinqua parte possibili; igitur in finito paruo tempore aliquis motus, quia si vnum contrarium est possibile, etiam & alterum.

Amplius, in motu alterationis signetur primum instās non esse calefactionis. tunc in hoc instanti non est calefactio. cum sit primum non esse, & calefactum esse, & immediate ante hoc fuit, igitur ante hoc in infinitum velox fuit aliquis motus, quoniam nullum fuit instans. quin inter illud & hoc fuit motus, igitur in infinitum velox fuit aliquis motus. Peccant igitur deductiones, primo quia supponūt falsum, secundo quia petunt terno quia illud ad quod deducunt, non est impossibile.

Cap. 15. In quo inducuntur replicæ nostræ pro prima Auerrois ratione.

QVANQVAM rationes Auerrois (vt dicemus) non concludant tñ vt ingenia virorū exerceantur. ducā replicas. quas sæpe in publicis locis facere solit᷑ sum, omittā quoq; quasdā replicas quorūdā captiūculatorū q credūt Auer. rōnes intellige e ex sola cōmētorū numeratione, & minime verba eius, nedum Aristotelis olfaciunt. Primo. Potentia dei qui coæquatur essentiæ, est quā ꝑ partes saltē graduales diuisibilis, aliter frustra diceretur infinita. nam. licet non sit diuisibilis per quantum simpliciter potest diuidi per quantum. secundo de generatione cō. 37. Tunc arguo. Deus agit vel quantum sua potentia se extendit. aut ẽm partē potentiæ, si ẽm totā potētiā. cū illa sit infinita. igitur motus in non tpe. Si ẽm partē agit. ẽm partem nō illa pars per q̄ agit intelligatur esse. a. & illa ꝑ quā nō agit. intelligatur esse. b. Ari. n. vtitur his diuisionibus. 8. physi. tex. cō. 78. Vel igitur b est actiua. vel nō, si nō. igitur in deo partes potētiæ a & b. nō erunt eiusdē rōnis. Si actiua, & nūquam agit. tūc erit frustra in deo. Rō hæc exercitij est. Secundo. Deus vel mouet ꝑ essentiā, vel ꝑ potentiā aliā ab essentia, non per potentiā aliā ab essentia (tunc. n. esset agens participatiue.) Si per essentiam, igitur agit necessario quantum pōt, qm̄ ꝑ essentiā agere. est essentiā esse rōnē agēdi. Sed essentia est simpliciter necesse esse, igitur simpliciter necesse esse, est ratio agendi, & ꝑ cōsequēs erit ẽm vltimū suæ potentiæ, actū etiā est ẽm modū rōnis agēdi. Tertio. accipiatur potentia dei, & quæro, aut a potentia illa est repugnans euenire motū in nō tēpore. vel nō repugnās, si repugnans igitur non est aptus euenire, nisi motus in tempore, igitur potentia illa erit finita. cū actio sit finita, & non pōt infinita euenire Si nō repugnas, igitur nō repugnat, esse aliquod receptiuū illius, quia cuilibet possibili extrinseco respōdet possibile ab intrinseco, primo cœli cō. 124. & , q̄ est posibile ab extrinseco & intrinseco. aliqua hora erit in actu ꝑ Ari. in prioribus, & sic inconueniens sequitur. Quarto. Deus sibi non repugnat mouere in nō tēpore Consequentia de seclusa voluntate, ageret in non tēpore. igitur cū volūtate ducitur, quia voluntas pōt proportionari suæ potētiæ motiuæ. si. n. aliquod fieri subest potētiæ alicuius actiuæ etiā nō repugnauit subesse potentiæ volitiuæ sibi æquatæ, cū vtræque sint infinitæ Si pōt subesse volūtati eius. igitur pōt velle motū effici in nō tēpore. Cōsequens hoc est impossibile, igitur & antecedēs. Antecedēs erat, q̄ mot᷑, in nō tēpore sub sit potentiæ motiuæ igitur hoc est impossibile, sed hoc sequitur ex eo q̄ deus est infinitæ potentiæ quare deū esse infinitæ potētiæ est impossibile, qa vt primo priorū tradit, possibile quod sequitur ad impossibile. Scdo principaliter cōtra respōsionē primā arguo, q̄ deus mere necessario mouet. Nā vel deus ita agit quod aliter agere, vel egisse, vel acturū fore, est implicans contradictionē, vel ita q̄ pōt aliter agere, vel egisse, vel acturum fore Si primum, igitur deus est agens simpliciter necessariū Necessariū. n. simpliciter est, quod nec est nec fuit, nec erit aliter, nec contingit esse vel fuisse, vel fore aliter. Si secundum. igitur variabilis, quia si potest velle actionem aliter quam nunc agit igitur efficitur de volente nolens, quia de volente actionem. a. tale autem est variabile. Hanc rōnem tangit Auer. secundo cœli com. 34. vbi ait melius in æternis esse simpliciter necessarium & 8. phy. c. co 15 vbi probat, quod si deus fecisset mūdū in tēpore, esset tūc trāsmutatus & in libro destructio destructionū disputatione prima in sol᷑. secūdi dubij. Ad idē, oē agēs quod agit aliquid actu & potest agere aliter. est agens in potantia Sed deus non est agens in potentia, vt etiam concedunt Theologi, & Arist 11. meta. tex. com 15 & 14. & 8. physi. tex. cō: 46 & 47. quia (vt dicit eget et aliquo extrahēte eū ad potentia ad actum. Itemq; Oē quod reducitur ad actū reducitur ad aliquam perfectionē, quā prius non habebat, & ita eget extrahente. Hæc est rō Auer. secundo cœli. cō 37. prope finem, & in libro destructio destructionū disputatione prima in sol. ad primū disputatione secūda & tertia. & 8. phy cō. 15. Ad idē vt ex libro de bona fortuna colligit rabi Moses, si deus pōt agere quicquā quod nō agit, vel mouere velocius quā mouet, sit illud b. vel igitur ipsum agere, est bonū, vel malū, si malū, igitur producēdo ipsum erit prauus Si bonū igitur non producendo, erit inuidus His argumentis dicerent Ari. & Auer. deū agere mere necessario, & ita si infinitus vigore in non tempore ageret. hæc quantum ad primum Thomæ responsionem: Secūda responsio, videlicet q̄ Aue petit quia supponit deū mouere immediate orbe vel vniuersum, facile refellitur primo quia (vt probatum est) idem est primus motor, primus finis, & prima forma. secundo quia rationes Auer. saltem erunt de primo motore, quod si esset alius vltra illum. sibi ignotus est cuius illius actio latet. Philosophi enim qui ex sensibus, memorijs, & obseruationibus deducunt ꝓpositiones, quas præmissas vocant, ex quibus tandem conclusiones cū ex sensibus obseruare nō possint proquinque vel remote illius aliquā actionē, ipsum abnegarēt. Nec necessitas ordinis ad primū finem cogeret. eūidem sie primus, motor. prima forma, ac primus finis. Nec alia rōne pōt probari finem vlteriorē primo motore. 12. meta. com. 44. tertio vbi ponerent vltra primū motorem vniuersi aliquem alium vlteriorem. qui esset totius vt finis, cum vt sic. nulla sibi competat actio quæ est mensura essentiæ primo cœli. tex. cō. 116. non potest esse vel finitus vel infinitus, oīs n. potētiam ensutatur per maximū quod potest, vel minimū q̄ non pōt, vt ibidem Auer inquit. Hæc satis etiam contra secundam responsionē. Tunc ad calumnias ab eisdem inductas eodem capite dicamus. Prima quidem tollitur q̄ est syllogismus assumens antecedēs impossibile, idcirco sequitur consequens impossibile. Et quia consequens est impossibile ideo habetur oppositum antecedentis. Hæc responsio est Auer primo cœli com. 52.

Secundo demitur propter ea quia Auerr. ait. 8. physico. com. 78. quod propositiones Aristotelis sunt hypotheticæ, quasi dicat, si virtus mouens vniuersum motu diurno, esset infinita, possibile erit esse vel intelligi esse aliquā potētiā finitam, quæ mouebit illud vel æquale, vel maius, vt deducit Modo tale consequens est simpliciter impossibile apud Philosophos,

Philosophos quare & antecedens. Erit igitur propositum antecedentis concedendum. videlicet, virtus mouens vniuersum est finita, quod est opinio Auer. Cæteræ captiunculæ vno verbo delentur, q Auer. habet intentum quidquid dicatur, qm sciunt omnes velociorem nec esse, nec fuisse, nec fore, nec posse esse, vel fuisse vel fore motum cæli, quã nunc est, vt rationes Arist. secundo cæli tex. com. 35 & inde demonstrant, quare scitum erit quod a potẽtia quæ nec potest nec potuit, nec poterit, velocius mouere, quam mouet prouenit motus cæli. Talis autem est finita, quia maximũ q potest esse finitum, vt dictum est. Ex his patet vis primæ rõnis Auerr. & oĩa quæ in illius subsidio dici possunt.

Cap. 16. In quo narrantur ea quę dicerent theologi circa hanc primam rationem Auerrois.

QVIDAM Theologorum peritissimi ad rõnem Auer. afferunt Thomæ respõsionem quod videlicet deus mouet in certo dato tempore. quia non agit ex necessitate naturæ, sed per volũtatem & intellectũ, & non tantum, quantum potest, sed quantũ præconcipit & vult. At tunc ad replicas nostras dicerent q deus agit ẽm totam suam potentiã, nõ tñ ẽm oẽm potentiam. differũt.n. totũ & oẽ apud græcos, vt Holon & Pan, veluti etiã apud recentiores, vt totũ cathegorematice, & syncathegorematicẽ, hæc & tñ non pp agere in non tempore, quia non secundum oẽm rationem potentiæ agit. Ad secundam dicunt deum per essentiã agere. non tamen necessario, quia essentia est rõ agendi, p. out subest intellectui & voluntati, quod n. agit per essentiã quæ est necesse esse, & non intellectus vel voluntas agit secundũ vltimum suæ potentiæ, talis ratio agendi non est in deo. Nam essentia in eo est voluntas, & intellectus. Ad tertium aiunt quidam q seclusa voluntate a deo deus mouet in nõ tempore, verum potentia volitiua non põt illi proportionari, quia nõ potest velle, nisi melius. Alij vero volunt, q seclusa à deo voluntate. adhuc deus ageret in certo tempore. Nam ageret per cognitionem, & omnis cognitio est determinati entis possibilis, modo motus in non tẽpore est res impossibilis. Sed hæ responsiones stare non possunt. Prima quidem non, quia vel dei voluntas est necessaria, vel cõtingens, vbi necessaria, deus ageret secundum vltimum suæ potentiæ, tam cum voluntate quam sine. Si contingens, igitur contingenter potest proportionari omni illi quod suæ potentiæ actiuæ subest. Secunda vero minime, quia si seclusa voluntate non potest agere nisi motum in tempore. igitur eius potentia est finita, aliter posset intelligi potentiam finitam moueri velocius quam moueat potentia infinita per crementum proportionale, potentia partis vt arguit Aristor. octauo Physicorum. tex. commen. 78. Amplius, Potentiæ mensurantur per maximum quod possunt vel minimum quod non possunt. primo cæli. tex. com. 116. & 2. cœli. t. c. 36. igitur si maximum quod põt potentia dei, est terminatum, ipsa erit finita, quia sic mensurãtur potentiæ. Rursos, potentia dei hæc est maior potentia motiua grauis etiam in infinitũ aucti. Sed potentia grauis in infinitũ aucti est mouens in non tempore, igitur hæc potentia, aliter in nullo esset, illa dei maior hac grauis, velut eidẽ æqualis. Propter quod aliter aiunt quod seclusa voluntate deus moueret in non tẽpore, non tamen in instanti. sed in infinito paruo tempore motus esset ab eo. In infinito. n. paruo tẽpore motus non est motus in certo dato tempore, & tunc dicũt deum cum voluntate posse velle in infinito paruo tempore motũ, licet nonquam velit, cum agat ratione, & præconceptione. & de possibilibus, quod melius. hæc satis. Ad secũdam principalem patet sol. ab eis vbique, deus. n. simpliciter consideratus, potest velle vnico actu actiones cõtrarias, at ex suppositione agit necessario, & sic posito q vel a. non potest velle b. vel a (vti positis propositionibus contingentibus omnino sequitur conclusio) non n propter hoc præmissæ sunt necessariæ. Ad secondam contra idem negant antecedens, sed oportet addere, q nõ agat & sibi deficiat aliqua ratio agendi, deus autem si agit, & potest aliter agere. nõ sibi deficit aliqua ratio agendi. Ad tertiam contra idem dicẽdum, q deus semper est in actu, & non reducitur ad actũ agentis, sed ad actum actionis, qui est rei actæ perfectio, & non agenti. Ad quartam contra illud, dicerent quod antequam res sit, nec est bona, nec mala, sed bonitatem sortitur ex eo quia deus vult eã, ideo quod deus facit, id est bonum facere, & quod non facit, bonum est non facere pro tunc, quod deus non facit. Hæc dicerẽt theologi, quibus assentiẽdum est propter differentiam principiorum, quibus conclusiones inferunt.

Impugnat theologos vt peripateticus.

Cap. 17. In quo inducitur secunda ratio Auerrois & declaratur.

SECVNDA rõ ex verbis Auerr. colligitur secundo cœli com. 38. Si primus itaq; motor esset infinitus vigore, igitur non haberet potentiam terminatam, & si non haberet potentiam terminatam igitur nec naturam terminatam, & si non haberet naturã terminatam igitur intelligerentur ex sua natura motores infiniti, & si motores infiniti intelligerentur. tunc non intelligerentur ex suo esse res propriæ ei, quare cum vltimũ consequens sit impossibile, erit etiam & primum antecedens. Obiiciunt huic, primo contra tertiam consequentiã, quia dimensio materiæ non habet naturam terminatã, & tamen ex ea non intelliguntur infinitæ dimensiones terminatæ. Secundo dato quod ex deo intelligerentur motores infiniti vt infinitis æquiualentes non videtur sequi propter hoc, q res non intelligerentur propriæ ei, quia adhuc differet a cæteris, vt infinitũ a finito. Tertio. Deus vbi sit agens superius continet vires omnium agentium particularum, & tamen non propter hoc erit idem omnibus illis, quia habet res proprias quibus differt ab illis. Hæc ratio potest primo declarari, supponendo quod infinitum potens agere, continet portiones potentiarum infinitorum agentium, quarum quælibet potest agere tantum quantum agens vnum particulare, ut vnam, per quam potest agere tantum, quantum motor martius, & sic tot quot possunt agere omnes motores cælestes, & generabiles. Tũc facile deducitur enthimema. Si primus motor est, est infinitus vigore, tunc non haberet potentiam terminatam, sed infinitam in actu, & si non haberet potentiam interminatam sed infinitam in actu, igitur nec naturam terminatam, sed actu finitam. Et si non haberet naturam terminatam, sed actu infinitam, tunc intelligerentur in eo infiniti motores, quia infinitæ partes siue portiones naturales, quorum quælibet esset potens agere, quãtum agit vnus motor particularis, vt per suppositionem patet. & si sic, ipse non haberet res quibus differret ab eis, adeo quod præter deum nullus alius esset motor, per quid enim differret portio per quam potest agere motum orbis Saturni a motore Saturni: non enim per terminum actionis, potentiæ enim non differunt nisi per terminos in quos possunt primo cæli comm. 116. Modo portio illa potest in tantum & æqualem terminũ, igitur non differunt, & per consequẽs motor orbis saturni non erit nisi illa portio, quæ intelligitur in deo, & sic in cæteris arguendum, vnde nullum erit agens præter deum. Amplius, motores illi infiniti qui intelliguntur in Deo. vel exeunt ad actus, vel non. Si non, erunt ociosi, quod philosophi negant. si sic, tunc agent tot actus, quot cæteri motores particulares, & adhuc infinitos plures, igitur cæteri oõ sunt, aliter eadem actio vel erit bis, vel a pluribus & æqualibus motoribus. quare deus nõ habet res, quibus differt ab illis, cũ non sint motores præter eum. Secondo principaliter deducitur, quia infinitum ens potens, occupat infinitos motores possibiles & excogitabiles, vt infinitum corpus, infinita loca existentia, possibilia, & excogitabilia. Si igitur deus esset infinitus, a primo ad vltimum, in eo intelliguntur infiniti motores, & cum tot occupet, quot sunt, & possunt esse vel intelligi esse. nullus alius erit, quare non habet res quibus differt ab alijs. Garruli quidam, aiunt deum esse infinitum, non tamen occupare totum, sicut in eodem loco esse possunt duo corpora, quorum vnum occupet locum, alterum non. Sed hi nõ intelligunt vocẽ propriã, vbi enim essent illa duo corpora illa essent

Obiectio quorundã

Cũlatõia quorundã Rũpitur cautillum.

illa essent alterius rationis, & virtutis. Auerr. autem arguit quod vbi deus esset infinitus, in eo intelliguntur motores infiniti, quorum quilibet esset æquipotens vni dato, & sic cæteri nõ essent, quia totum quod possunt, præhabet de⁹, & modo quo possunt, & hoc est occupare, vbi enim deus p̄habet etiam tot quot possunt infiniti. cæteri non sunt, quia eorum perfectio esset præoccupata atque (vt ita dicã) exhausta, quare nihil erũt. Arguitur igitur. Si deus est actu infinitus, igitur in eo intelliguntur infinitæ perfectiones, quorum quælibet est æqualis vni finito motori, igitur præoccupat tot perfectiones, quot haberẽt infiniti, si essent, & sic nihil est præter deum, quia nullæ res sunt. quas occupant cætera. quæ a deo nõ sunt p̄occupatæ. Hæc igitur deductio fortis est.

Ad argumenta. Tunc ad obiectiones prima quidem deletur, quia ipse loquitur de re actu, qualis non est dimensio. ipsa enim est in potẽtia, & p̄pterea est interminata Ad secũdum diceret Auer. quod vbi deus esset infinitus ipse differet quia si differet differentia. differet, sed cum oĩs differentia sit generis diuisiua & speciei cõstitutiua, tunc deus reponeretur in specie & per cõsequens esset terminatus, quare vbi deus esset infinitus, ipse esset differens, & per cõsequens non haberet res proprias, quibus differt a cæteris. Ad tertium diceret, q̄ posito quod deus sirens superius & contineat perfectiones cæterorũ qu a est finitus, habet quo differt a cæteris quia saltem continet vniuersaliter & abstractius vires cæterorum. vbi vero esset infinitus, nihil haberet quo differret, & contineret ac præoccuparet perfectiones omnium, & particulariter, & vniuersaliter, & sic nihil erit p̄ter ipsum. Hæc de secunda ratione Auerrois.

Cap. 18. Narrans responsionem Theologorum ad hanc rationem.

THEOLOGI & sorticolæ concedunt primo deum non differre, quia quæcũque differunt. conueniunt, sed volunt deum esse primo diuersum a rebus causatis, differentia. n. 5 met. si aliquid idẽ entia. Sed diuersa & primo in nullo conueniunt, deus itaq; non differt, & tamẽ est alius a cæteris, qui a seipso primo diuersus est, & per hoc patet ad primam deductionem. Motores enim qui intelliguntur in deo primo diuersi sunt a cæteris.

Theologorum responsio & maxime diui Tho. Ad secundam dicerent quod exeunt ad actus, si deus vult, & si non vult non exeunt, & quando exibunt ad actus, de⁹ præueniet actiones cæterorum, sed sua ratione vult eos sic agere vt particulares, ipso agente vt vniuersali motore, q̄ philosophi ignorant. Dicunt secundo quod tãtum est deus & mundus, quantum deus solus, quia nihil est deus & mundus, quin illud sit deus solus, & sic deus præoccupat perfectiones omnium, & ita ipse per nihil differt ab aliis sed alia bene ab eo, cæteræ n. res differunt, quia habent limitatum esse, deus vero non differt sed est diuersus, quia habet esse infinitum & illimitatum & per hoc patet tertiæ rationis solutio. Hæc theologi.

Cap.9 In quo continetur differentia Philosophorum & Theologorum.

THEOLOGI quidam acutiores habiti voluere perfectissimã rationem atque simpliciorẽ, in qua quasi in quadã definitione, siue descriptione perfectissima nobis possibilem esse conceptũ

Opi. Sco. entis simpliciter infiniti. est quidem simplicior hæc ratio, quia infinitum nec est attributum nec entis passio, vt bonũ & verum, & vnum & similia, sed est modus intrinsecus illius entitatis, quia cum dicitur ens infinitum, non habetur conceptus quasi per accidens ex subiecto & passiones, sed conceptus per se subiecti in certo gradu perfectionis scilicet infinitatis, sicut albedo intensa, non dicit conceptum p̄

Nam militat contra diuũ thomã. si bene eius perspiciantur dicta. accidens vt albedo visibilis. immo intensio est gradus intrinsecus albedinis & sic hæc ratio est simplicior cæteris, Perfectior vero, quia omnes conceptus a nobis conceptibiles continens. Est autem possibilis, quia aggregando omnes perfectiones omnium rerum, & eas attribuendo deo scimus ipsum esse infinitum. Deus. n. habet omnes has & entitatem a se, igitur cum tota plenitudine, igitur cum infinitate Probatur consequentia prima, quia nihil limitate habetur, nisi ab efficiente limitante rẽ ad certũ gradum. Sic igitur theologus vtens hoc principio, quod deus habet oẽs perfectiones entium in tota plenitudine & a se, voluit esse seitum esse infinitũ ens & sic rationẽ simpliciorẽ & perfectiorem possibilem esse, quod deus sit ens simpliciter infinitũ. Philosophus aũt quia potẽtias describit p̄ actus, & mẽsurat eas per vltima diceret deũ in rõne motoris esse finitũ ens, & q̄ rõ p̄fectissima est q̄ sit ens simpl'r in summo. Q d' quidẽ sit finitũ ens, eo sciret. quia mouere in nõ tpe, est act⁹ entis simpliciter infiniti, quia nulla virtus finita põt mouere in non tempore, certũ datum mobile, immo nec intelligi mouere. mouere in tẽpore certũ datum mobile, & nec posse non potuisse, nec possibile fore mouere certum datũ mobile in non tẽpore, est actus potentiæ limitatæ & finitæ. Et quoniam deus mouet certum datũ mobile in tẽpore, & nec põt, nec potuit, nec poterit mouere in nõ tẽpore, immo nec intelligi diceret philosophus ipsum esse limitatum ens, & finitum, & quod conceptus entis infiniti, est impossibilis nobis de aliquo, imo plasma, siue figmentum. & non plus quam hippocentaurus, vel id genus Quod vero eius ratio perfectissima, sit ens perfectissimũ in summo. declaratur. quia potentiæ mensurantur per maxima in quæ possunt, apud Philosophos primo cæli com. 116. & nunc suppono. Maximũ aũt quod potest primus motor, quẽ vulgus græcorum deũ dicit, est mouere vniuersum hor. 24 quod nullus alius potest motor. Itemque est seipsum intelligere, q̄ est optimum & delectabilissimum. 12. metap. Nec oportet apud eos quod quia deus est ens perfectissimum in summo & simpliciter optimũ, & a se in tota plenitudine. si ens infinitum, quia summũ ens simpliciter in natura, nec est finitum nec infinitum vt sic, quia potest stare cum vtroque. Itemq; infinita plenitudo, nõ est possibilis in natura. & p̄pterea non oportet deum esse infinitum, quia summum & a se in tota plenitudine est ens Quia igitur philosophi habent diuersas præmissas a theologis. ideo inferunt diuersas conclusiones ab eisdem. quo quidem modo differunt Theologi & philosophi, patet.

Cap. 20. In quo ponitur libri conclusio.

PHILOSOPHORVM argumenta fortissima resumpsimus. quantum prouincia nostra sustulit, argumenta quoq; theologorum acerrima aperta cõiectura enarrauimus cõclusionem Theologorum tenemus, illã Philosophorũ negamus, verum quia nos cõclusionem Theologorũ inter credita reponimus. & non inter ea. quæ naturali ratione attinguntur (vt posteriores aiunt) rationes illorum soluere cogimur, ne quis credat nos conclusioni eorũ habere propter argumenta. quæ non transcendunt metã disputationis. Qui. n. vltra vires naturæ euagantur, dicunt deũ esse ens simpliciter infinitũ, reponi inter ea q̄ rõne naturali attinguntur, nos vero qui infra limina naturæ militamus, illud credimus, at per rationẽ naturalem attingi non posse adiicimus. Nihil. n. est in rebus omnibus vel aliqua vel in deo nobis notum, quod dictet ipsum esse ens simplicit' infinitũ. at bene est aliq̄d in rebus nobis notũ. videlicet motus vniuersi in horis 24. quo sciri põt motorem primum esse ens p̄fectissimũ in summo, quo vlterius coniectamus ipsum beari seipso, & esse sibi & cæteris beatitudinem vt per rationes naturales deduxit Arist in meta. libro. 12. & nos illud scripsimus in commentarijs nostris ibidem, & in libro de intellectu, & in commentariis libri de beatitudine. Hæc sunt quæ tam graui in re mihi vidẽtur, quæ tu qui philosophus es & theologus, facile diiudicabis.

Doctor catholicus, hoc laudandus.

Cap. 21. In quo soluuntur rationes latinorum, quæ enarratæ sunt capite tertio.

QVIA (vt diximus) Theologi tenent conclusionem veram. sed persuadent eam per rationes disputatorias (quod mihi non placet) idcirco soluendæ sunt omnes. Vbi animaduertendum est quod imperfectio (quam multi

inepte

inepte priuationem vocant)melius carentiam dixissent, est multiplex, vna quidem spetifica, vt illa qua Socrates caret perfectione Platonis, verum quia sibi non repugnat in esse saltem per rationem speciei, hoc est hominis, quia Socrates in quantum homo, potest habere perfectionem Platonis, & cæterorum, ideo dicitur carentia siue priuatio secundũ speciem. Per contrariũ perfectio siue habitus secundũ speciem erit, quando rei ipsi nihil deficit de perfectione speciei & possibilis in specie, vt si vna est albedo numero tantum. Huic n secũdum speciem nihil deest, & est essentialiter perfecta: Alia est secundum genos, veluti talpa secundum spẽm non caret perfectione, at secundum genus animalis sibi nõ repugnat visus, ideo est imperfecta secundum genus. Alia est secundum transcendens naturæ, vt si esset intelligentia octaui orbis, cui nihil deest in ratione generis, vel substantiæ quia tamẽ sibi non repugnat mouere vniuersum. 24 horis in quantum ens. ideo est imperfecta, & caret perfectione aliqua, saltem entis omnis naturæ Alia est imperfectio secũdum transcendentiam intellectus, veluti licet mundus sit perfectus, & vltra vltimam perfectionem. octaui cæli nihil sit. qoia tamen non repugnat intellecti vlteriorem. In ambitu totius entis intelligibilis caret perfectione. pro quaoto in eo ꝙ ens intelligibile. sibi non repugnat maioritas. Et hac ratione Philosophi dicunt deum esse finitum, & perfectum simpliciter in natora, verũ quia sibi non repugnat perfectio entis intelligibilis. videlicet eius quod in altiori intelligeretur gradu. ideo non infinitum simpliciter esse dicont. quia licet habeat perfectionem totius entis naturæ, & a se non propterea est eus simpliciter infinitom, quia sibi deficit perfectio totius entis excogitabilis, etiã a nõ gradu eotis per finitum recedit. Tunc ad primã latinorũ patet ꝙ deus non continet perfectionẽ totios entis excogitabilis, licet contineat perfectionem totios entis naturæ, & possibilis. Probatio etiam peccat, quia licet sit causa vniuersalissima totius entis factibilis, non tamen totius entis simpliciter, q̃a nõ sumpsius, & eius in quod altiori gradu intelligeretur, cuius perfectione caret in eo ꝙ ens saltem intelligibile. Ad secundam minor. falsa est, quia dictũ est aliq̃d posse intelligi deo maius, quod non intelligitor participare deo, verum tamen est ꝙ ipse continet per essentiam oẽ ens naturæ & possibile, quod factibile est. Ad tertiam patet solutio, ꝙ deus est perfectum ens simpliciter in natura, at sibi deficit perfectio eius, quod in altiori gradu intelligitur remoueri a non gradu entis, quia sibi non repugnat in eo ꝙ ens. & ad hũc sensum vult Auer. eum esse liberatum a potentia. & imperfectione, quia habet perfectionem totius entis naturæ, quia vero sibi nõ repugnat in eo quod ens perfectio alterius entis in altiori gradu præfixi, iõ nõ est infinitũ simpliciter. Ad quartum dicendum quod deus est specie, genere, substantia, & transcendenti naturæ illimitatus, non tamen infinitus, quia limitatus propter transcendentiam intellectus. Nam infinita plenitudo repugnat esse, non intelligi, quare est limitatus simpliciter. Sol quinti patet, non. n. occupat totum esse excogitabile, quia excogitari potest maius deo, licet deo nihil sit maius, bene tamen occupat totum esse factum, & factibile, vel possibile fieri, non totum esse intelligibile. sic igitur rationes hæ nullæ sunt.

Theologi non acceptant in materia stricta nõ repugnantiam logicam.

vide tho. Caie. in sol 2. erg. 1. pro. q. 11

Cap. 22. In quo soluuntur rationes latinorum quæ ponuntur capite quarto

NVNC rationes pro latinis dissoluantur, quæ capite ponũtur 4. Ad primã dicẽdũ in antecedẽte per potẽtiam infinitã intelligere eã. quæ est infinita in duratione, & negatur, ꝙ oppositum cõsequentis stet cum ãnte: primo quia cælum octauũ nõ mooet cæteros q̃a mouetur ipsum in centũ annis gradu vno ob occasũ in ortu, & motor primus moto diorno mouet vniuersum, licet quælibet pars vniuersi moueatur ꝑprio motu vt capi. 9. dictom est. Secundo dato ꝙ cælum octauum secum rapiat oẽs alios, mouẽdo eos motu diurno, dico ꝙ in antecedẽte debet sic dic, primus motor est potentia infinita in mouendo tempore æterno a se, igitur nec corpus, nec virtus in corpore vbi. n. ipse est æternus non recipietur in materia mediantibus dimensionibus, & per consequens erit indiuisibilis. vt dedocit Auer. primo de substantia orbis. Cælum vero octauum, licet moueat cæteros, quia nõ mouet a se, sed dependenter ideo non est bona instãtia. vnde (vt dicit Auer. in li. de substantia orbis)quia intelligentia mouet æterno tempore, est virtus non recepta mediantibus dimensionibus & sic indiuidua & impartibilis, & dimensiones ipsa mediãte recipiuntur, quia materia cæli recipit intelligentiam, vt formam non mediãtibus dimensionibus, sed dimensiones mediante intelligentia est sempiterna, non multa in potentia & vna nomero semper, nõ per priuationem formarũ, sed propter vnam formam numero, quã singula cæli materia habet. Hæc diximus in libro de substantia orbis. Ad tertium dici põt primo, ꝙ deus apud philosophum non agit immediate ad extra, & sic minor est falsa. Et licet moueat per infinitos annos, in quorum quolibet est aliquis effectus, ille non est immediate ab eo. sed tanquam a causa vniuersali. Amplius, dato quod essent immediate ab eo, adhuc negat maior albedo. n. vna numero in sphæra visionis, põt infinitas visiones infinitis oculis caosare, & tñ est æque pfecta. & sic licet agendo duo simul sit aliquanti vigoris. agendo quatuor non erit maioris, quia per vnã potentiã agere põt infinita vt albedo. Ad quartã negatur minor, quia de⁹ nõ agit immediate ad extra. sed rõne vniuersalissima concurrit ad oẽs effectus possibiles, & hac rõne vniuersalissima oẽs formæ sunt in primo motore, vt ratione motus diurni, & in prima mã. Vel dato q̃d immediate ageret infinita. adhuc non oportet eum continere causalitates infinitas, vt de albedine dedimus exemplum. vna. n. ratione causandi ageret omnia. Ad quintam sol. patet. deus n. nõ intelligit nisi se, & ipse æquiualet infinitis, non quidem in mensura perfectionis sed in actu actionis, veluti vna intelligẽtia numero, vel vna albedo numero, si esset voa sola in mũdo ipsa. n. æquiualet infinitis, non in gradu & mensura perfectionis, quia sic esset simpliciter infinita, sed in actu actionis, quia nihil potest agere aliqua, quod hæc sola non ageret. Ad sextum. sicut imaginatiua potest vltra vltimam superficiem mundi, aliam ambientem intelligere siue imaginari, licet sibi nihil correspondeat in re. sic intellectus vltra deum aliquid intelligere. & si sibi nulla res respondeat, & sic cum intellectus cognoscat illi nihil correspondere, voluntas nihil vlterius appetet. Tunc maior conceditur, & minor negatur de intellectionẽ vera vel imaginaria. Ad septimum dicendum qood nec materia recedit a deo per infinitam latitodinem, nec econtra Nam continet infinita potentia generalissima, & non per infinitas priuationes. Vnde deus erit extremum intensum totius entium latitudinis materia vel non gradus, vel extremum remissus, cæteræ res vero ordinatæ secundum accessum & recessum ab his. vt in libro de beatitudine dicit Auer. vnde & entium ordo persimilis est cuidam latitodini difformi, & materiæ vniformiter difformi. quam difformiter difformi, vt Auer. ibidem. Hæc satis pro rationibus latinorum. & in hoc appatet ꝙ verbum secundi cæli, quod Ioãnes pro se adduxit, non est ad propositom: primus. n. motor nulla eget actione. qua assimiletur alicui priori, quia ipse est primus, & propterea hac ratione caret opere, at cæteræ intelligentiæ egent, vt per illas primo persimiles sint, in qua similitudine est bonum eorum. Et sic patet ad rationes omnium partiũ & ita bene dictum est deum esse infinitum ens simpliciter esse verum, sed non demonstrabile, sed creditum tantum, quia nec rationes philosophorum cooclodunt, vt visum est, nec rationes theologorum, nec rationes Ioannis, igitur creditom est hoc, quod theologi aiunt.

Cap. 23. In quo soluuntur argumenta probabilia facta in principio.

CAETERVM ad rationes probabiles. Ad primam dicendum ꝙ maior est falsa, albedo. n. vnius diei æque perfecta est quam vnius anni, & sic concedo quod virtus potens durare per certũ tempus, est aliquantula, sed non oportet quod si per duplum sit dupla, vt de albedine dictum, maxime quando non est

contrarium

contrarium applicatum sibi. Ad secundum patet quod intelligi potest maius, & simplicius, non quidem intellectione composita sed simplici, & ita non potest appeti maius, quia appetitus sequitur cognitionem regulatam ratione recta, sicut vmbra corpus. 12 meta. com. 39. Ad tertium dicendum quod comparatione relatiua, graoe si esset infinitũ esset maius deo, videlicet in respectu mediũ, quia habent proportionem maioris inæqualitatis ad mediũ infinitam, deus autem ad suum mobile finitam. at comparatione absoluta, deus esset maius, illo etiam infinito non propter hoc moueret in non tempore, quia non haberet proportionẽ maioris inæqualitatis infinitam ad mobile suum, quia non esset infinitum simpliciter in ambitu entis naturæ, & entis simpliciter. Ad quartum intelligitur maior de contrarijs, quæ sunt de perfectione vniuersi, cuius non est infinitum, immo si esset infinitum, totus mundus rueret. Ad quintum patet sol. per dicta ad tertium Ad sextum nego antecedẽs, quia vna causa finitas est esse eos naturæ, nam ipsum infinitum repugnat enti naturæ, deos igitur quia est ens naturæ est finitus. Ad septimum patet sol quia deus potest intelligere maius deo quod esse est plasma ac simplici intellectione non est plasma, sicut in extremo de mundo diximus. Ad octauum instantia est de calore vt octo, vbi est oon gradus frigoris, & tamen non est infinite intensus. Ad verbũ Auc. mihi semper fecit difficultatem. Nunc tamen animaduertẽdum quod motus cæli, videlicet compositus ex diurno & proprio, habet duos motores, alterum qui facit motum communem qui diurnus est, alterũ proprium, qui singulo orbi facit proprium. v. g. motor octaui tribuit octauo motum ab occasu in ortum in centum annis gradu vno apud Ptolemæũ, & sic in cæteris. & sic Auer. per istum cæli motum, intendit hoc aggregatum ex ambobus motibus, verũ vnus horum fit a motore qui mouet infinita motione, alter ab alio, qui mooet finita. & intelligit pro mooere infinita motione, mouere independenter, quia primus qui mouet vniuersum communi & diorno moto, mouet independenter, & a se & propter se, at cæteri mouẽt dependenter, & ab alio, & propter alium, & hoc vocat mouere finitum, quia sui natura esset finitum, sed quia dependet ab infinito in, duratione. ideo est perpetoom. Ex hac expositione non habetur quod deus sit infiniti vigoris, sed quod sit infinitus tempore, & a se, cæteri vero æterni, sed ab alio, & hunc sensum Ioannes ignorauit, & ego longo tempore. Nunc vero patet verus intellectus verborũ Auer. Et in hoc apparet Dominice Grimane cardinalium maxime. quomodo tam in graui quæsito pro neutra parte sunt demonstrationes, imo fortasse rationabilius est credere de deo nihil posse demonstrari positiue. sed solum per negationem. quanto minus potest ratione naturali sciri de eo, quod sit ens infinitum simpliciter, bene enim sciri potest, quod non est finitum sicut alia causata, & fortasse propter hoc vulgares græcorũ, & antiqui philosophi vocarunt eum infinitum, hoc est nõ finitum sicut cæteræ res, deus enim est independens, & a se cæteræ res dependẽt & ab alio. Verum posteriores theologi acceptis creditis, quæ in libris sacris traduntur prodidere eum esse & vigore, & tempore infinitum, & simpliciter ens, & nos acceptamus rem, sed hoc esse creditum, non ratione naturali demonstrabile. Tu vero qui idem philosophus es eminentissimus, & theologus præstantissimus hæc diiudica, & quæ tibi videntur concedenda, confirmes, quæ vero delenda eligas, graviorem enim iudicem nunquam audire recusabo. Vale.

FINIS.

SERIES CHARTARVM,

A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes sunt quaterni præter O quinternionem.

VENETIIS, Apud Hæredem Hieronymi Scoti.
M D L X X V I I.